



Informazioni su questo libro

Si tratta della copia digitale di un libro che per generazioni è stato conservata negli scaffali di una biblioteca prima di essere digitalizzato da Google nell'ambito del progetto volto a rendere disponibili online i libri di tutto il mondo.

Ha sopravvissuto abbastanza per non essere più protetto dai diritti di copyright e diventare di pubblico dominio. Un libro di pubblico dominio è un libro che non è mai stato protetto dal copyright o i cui termini legali di copyright sono scaduti. La classificazione di un libro come di pubblico dominio può variare da paese a paese. I libri di pubblico dominio sono l'anello di congiunzione con il passato, rappresentano un patrimonio storico, culturale e di conoscenza spesso difficile da scoprire.

Commenti, note e altre annotazioni a margine presenti nel volume originale compariranno in questo file, come testimonianza del lungo viaggio percorso dal libro, dall'editore originale alla biblioteca, per giungere fino a te.

Linee guide per l'utilizzo

Google è orgoglioso di essere il partner delle biblioteche per digitalizzare i materiali di pubblico dominio e renderli universalmente disponibili. I libri di pubblico dominio appartengono al pubblico e noi ne siamo solamente i custodi. Tuttavia questo lavoro è oneroso, pertanto, per poter continuare ad offrire questo servizio abbiamo preso alcune iniziative per impedire l'utilizzo illecito da parte di soggetti commerciali, compresa l'imposizione di restrizioni sull'invio di query automatizzate.

Inoltre ti chiediamo di:

- + *Non fare un uso commerciale di questi file* Abbiamo concepito Google Ricerca Libri per l'uso da parte dei singoli utenti privati e ti chiediamo di utilizzare questi file per uso personale e non a fini commerciali.
- + *Non inviare query automatizzate* Non inviare a Google query automatizzate di alcun tipo. Se stai effettuando delle ricerche nel campo della traduzione automatica, del riconoscimento ottico dei caratteri (OCR) o in altri campi dove necessiti di utilizzare grandi quantità di testo, ti invitiamo a contattarci. Incoraggiamo l'uso dei materiali di pubblico dominio per questi scopi e potremmo esserti di aiuto.
- + *Conserva la filigrana* La "filigrana" (watermark) di Google che compare in ciascun file è essenziale per informare gli utenti su questo progetto e aiutarli a trovare materiali aggiuntivi tramite Google Ricerca Libri. Non rimuoverla.
- + *Fanne un uso legale* Indipendentemente dall'utilizzo che ne farai, ricordati che è tua responsabilità accertarti di farne un uso legale. Non dare per scontato che, poiché un libro è di pubblico dominio per gli utenti degli Stati Uniti, sia di pubblico dominio anche per gli utenti di altri paesi. I criteri che stabiliscono se un libro è protetto da copyright variano da Paese a Paese e non possiamo offrire indicazioni se un determinato uso del libro è consentito. Non dare per scontato che poiché un libro compare in Google Ricerca Libri ciò significhi che può essere utilizzato in qualsiasi modo e in qualsiasi Paese del mondo. Le sanzioni per le violazioni del copyright possono essere molto severe.

Informazioni su Google Ricerca Libri

La missione di Google è organizzare le informazioni a livello mondiale e renderle universalmente accessibili e fruibili. Google Ricerca Libri aiuta i lettori a scoprire i libri di tutto il mondo e consente ad autori ed editori di raggiungere un pubblico più ampio. Puoi effettuare una ricerca sul Web nell'intero testo di questo libro da <http://books.google.com>



1111 5557

Huk

10



ITSBIBLIOTHEEK GENT



0000045355






IOSEPHI RICCI BRIXIANI

Clerici Regularis Congregationis Somaſchæ
DE BELLIS GERMANICIS
Libri Decem

*In quibus Bohemica, Danica, Suecica bella, & quidquid ubiq;
terrarum ab Anno M DC XVIII. uſque ad Annum
M DC XLVIII. geſſere Germani, continua
Bibliothecæ narratione deſcribuntur. Niniuſenſis. 1654*

Cum pacis conditionum auctario, quæ Monasterij, & Oſnaburgi, inter
Caſaris, Regum, & Principum Legatos, & Conquiſitores
nuperrimè conuenerunt.

AD ILLUSTRISS. ET EXCELLENTISS. D. D.
ALOYSIVM MAVROCENVM
DIVI MARCI PROCVRATOREM.



VENETIIS, Apud Turrinum. M DC XLIX.
CVM LICENTIA, ET PRIVILEGIIS.





ILLVSTRISS. ET EXCELLENTISS. D. D.

A L O Y S I O

M A V R O C E N O

D. MARCI PROCVRATORI. ETC.

Fœlicitatem.



PRAETENDONauiter prudens operi meo tui nominis iubar, nullam aliunde, quàm de tuo splendore claritatem habituro: vt in publicum prodeunt, si non propria, aliena saltem lumina præferantur. Sic in tenebris præ nobis gerimus faces; quò offusam earum caliginem diluamus. Erant obscuro ascititij omnino accersendi nitores; vt se ipso clarius publicam admitteretur in lucem. Qui enim natiuis tantum vmbri obseptum in mortalium conspectum veniret? Repulissent illud lectores sui; nisi Maurocenæ gloriæ fulgorem ei comitem addidissent; cuius societate fidentiùs poterit legentium manus ambire; quorum pauidum, ac refugum vitasset obtutus; si nullo in vulgus sociatum lumine processisset. Nunc tua illustratum luce audaciùs se in doctorù oculis efferet; nec cuiusquam verbitur tali fretum tutela congressum. Optimè à me profectò illius decori consultum est; cum eius frontem tui splendore nominis illustraui. Tecum siquidem afferse a in-

gentia virtutum pretia, egregiaque animi ornamenta, quæ inter tot afflantis blandimenta fortunæ in quoquam sperari vix possunt. Nihil remissum, nihil mediocre tuo excelso splendet in animo. Omnia summa, sublimia, maxima communem metam excedunt: illud fastigium tenent, ad quod nisi supremus pectoris generosi conatus acerrima contentione eniti non potest. Animi magnitudo, lenitas, moderatio, prudentia, pietas, morum candor omnes numeros implent. Ille tuus latus clauus, procuratoriaque trabea ad eum non te quicquam exornant; ut illa etiam à tuis virtutibus honestentur. Excellere inter proceres, & inter suprema Venetæ Reipublicæ capita eminere, absolutæ quidem virtutis est: interiùs tamen nobiliora latent, pretiosioraque tuo arcano fulgurant in sinu. Patritio te sanè ordine sublimiorem, illustrioremque faciunt clarissima Maurocenæ gentis lumina Thomasia Pannoniæ Regina Stephani secundi Regis vxor, quæ viro superstes virili prudentia illius Regni gubernacula moderata est: & Constantia Mysiæ Regina, quæ Vladislao pugnacissimo Regi nupta cum ingenti Italici nominis gloria maximis virtutibus inter illas bellatrices gentes effulsit: Albertinus Dalmatiæ, Boffinæ, & Croatiæ Dynasta, his prouincijs ab eodem Stephano Secundo donatus, quòd illum pro patrio recuperando Regno bellantem opibus, & consilij adiuerit: nec non tres Venetæ Reipublicæ Principes, cum tribus Cardinalibus Dominico, Petro, & Ioanne Francisco, qui Brixie Antistes à Xisto Quinto legatus ad Henricum Tertium Galliarum Regem, mox inter purpuratos Romanæ Ecclesiæ Principes ad lectus mirabili dextèritate, summaque industria turbulentissimas illius fluctuantis res prouinciæ sedare, tumultusque componere laborauit.

Tho-

Thomas item primus è Latinis Patriarchali Constantinopolitanæ Ecclesiæ cydari redimitus , & Petrus Romanæ Ecclesiæ exercitus Imperator : nec minores tibi addunt honores beata illa nomina Agnes prima Diui Zacharię Monialium Antistita , & Ioannes Diui Georgij maioris cęnobij conditor , & primus Abbas . Auiti te quidem vndiq; circumfusi irradiant nitores , immo stipant Pontificij , Cardinalitijque apices , Imperatoria paludamenta , sceptrā , regiaque diademata , & quidquid potest ambitiosa mortalitas cupere , & propitia fortuna largiri ; quantula sunt tamen illa tuarum laudum portio ? Minus est , quod tibi maiorum splendor impertit ; quàm quòd illis de tuarum virtutum laude reponis . Maurocenię siquidē familię pene regiam vnā cū fratre tuo Ioanne Francisco huius vrbis Patriarcha , non modò retines , sed etiam auges dignitatem . Ambo certatis æmulatione virtutis , vter maiores vestro nomini paret ornatus . Ille sacrorum , Mystrarumque princeps admiranda vitę innocentia , ac pietate præluceat : immo omnem modum in quocunq; maximarum virtutum genere præteruectus sedula , irrequietaque animarum salutis cura , tutum iter Patrię molitur ad sidera : tu in illa purpura ciuibus vniuersis incorrupta morum integritate præfulges . Vos magnas animas , insigne heroum nostri temporis par præfens iactabit etas , ac inter maxima Venetę Reipublicę nomina posteritas recensabit . Sed infra vestrarum excellentiam virtutum , magnitudinemque est , quidquid officiosa conatur eloquentia ; cum admirationem , non laudem mereantur . Patent oculis omnium , vt alienę vocis præconio non egeant . Tui verò animi dotes pretiosa raritate conspicuas prædicant sanctissimè exercitę præfecturę , obiti magistratus : cum nihil eque

pan-

pandat a bditas animorum propensiones, more s̄que pr̄dat; quàm in suprema potestate continentia. Verum inter ceteras tuas preclaras virtutes, & laudes animi facilitas, & suauitas fulget eximiè: quod mihi animum fecit; vt hoc tibi mei operis nuncupationis honorarium sacrarem: certus tibi acceptum futurum; qui soles non donarij magnitudinem, sed deuouentis voluntatem metiri. Nec pre-texta loricas, & pacis insignia Martis arma contemnant. In hoc sequissimo cum Rege Thrace bello vos togati proceres consilij, & armis cum barbaro hoste certatis. Armata quoque sapientia prodit. Palladem numen tutelare sapientiæ casside, thoraceque æneo minacem finxit antiquitas; vt scientiarum, pacisque artium Deam armorum quoque presidem eo commento doceret. Non igitur ab re est, si tibi trabeato Primati bella, prelia, cruentique Martis gesta deuoueo; qui sepius soles cum ceteris Patribus de belli rebus grauissimis consultare. Gratum igitur tibi debet accidere hoc meum qualecunque, meæque Religionis munus, puta nostrorum nominum predem. Hoc tantulum obseruantie, ac debiti pignus erit etiam nostri æterni erga te obsequij perpetuum authoramentum. Vale.

Venetijs in Seminario Ducali Septimo Kalend. Iulij.
M DC XXXVIII.

Additissimus, & obsequentiissimus Seruus

D. Iosephus Riccius Clericus Regularis
Congregationis Somaschæ.



LECTORI.



EGE *successuum* opus, *amicice*, quod à *cæteris* *curis* *vacua* *mea* *tibi* *elaboravi* *industria*; *ne* *quid* *honesti* *conatus* *inane* *mibi* *temporis* *invenideret*. *Tu* *ne* *insepium* *religiosi* *viri* *laborem* *cauilleris*; quod *præter* *pietatis* *studia*, *quibus* *omnes* *addicenda* *penitus* *essent* *hora*: *arma*, *prælia*, *ac* *bellica* *negotia* *tractauerim*. *Ad* *hæc* *bella* *scribenda* *me* *quidam* *animi* *impetus* *rapux*. *Cum* *enim* *ab* *editis* *orationibus* *cessans* *inter* *otij* *tadia*, & *moras* *sedulus* *vestigarem*, *cui* *potissimum* *operi* *elucubrando* *tempus* *impenderem*; *subij* *Germanica* *bella* *à* *nullo* *adhuc* *Italo* *auctore* *Latine*

fuisse *descripta*: *idcirco* *me* *opera* *pretium* *facturum* *putavi*; *si* *primus*, *alijs* *hæc* *laude* *præcepta*, *Latinis* *lueris* *hæc* *memoranda*, *immaniaque* *bella* *manderem*. *Verum* *mibi* *fortasse* *obloqueris*, *quid* *tibi* *contraria* *omnino* *prostitenti* *inter* *piæ* *silentia* *cum* *cruenti* *Martis* *horroribus*? *quid* *Sacerdotali* *trabea* *cum* *sægo*, *aut* *sum* *castide* *pileo*? *Præcor* *volum* *ina* *versa*, & *laudes* *ex* *tuo* *munere* *Superis* *modulere*: *Religiosum* *virum* *istæ* *studia* *non* *decem*: *non* *aulicis* *purpuratorum* *consilijs*, *non* *in* *abditijs* *alicuius* *regiæ* *conclauibus*, *non* *principum* *conuentibus* *affuisti*: *nullis* *arcanis* *tractatibus* *adhibitis*, *ex* *quibus* *historia* *lumina*, *bellorum*, *pacisq;* *causa*, *occulta* *molitiones*, *petitionesq;* *eruantur*; *nulla* *castra* *segitus*, *non* *prælia*, *non* *urbium* *obsidia* *intuitus* *qui* *poteris* *ex* *fide* *tam* *varia*, *tam* *multiplia* *non* *dubio*, *non* *fallaci* *exequi* *stylo*? *Vix* *hæc* *ipsis* *discibus*, *ac* *bellatoribus* *innotescunt*, *qui* *in* *acie* *curarunt*. *Sed* *bona* *verba* *quæso*, *Amice*, *hæc* *sunt* *animi* *laborantis* *diuerticula*, *in* *qua* *Religioso* *viro* *quoque* *licet* *à* *cæteris* *curis* *elabi*: *vbi* *ingenium* *vel* *inter* *armorum* *fragores*, & *tubarum* *cantus* *suos* *tacite* *scetus* *eniuntur*. *Et* *si* *nullis* *certaminibus*, *aut* *castris* *interfui*; *ex* *alijs* *tamen* *scriptoribus* *veriora*, *ac* *certiora* *collegi*; & *Vienna*, *Francfordia*, *Augusta* *ab* *amicis* *expeditionum* *euenta* *mibi* *transmissa* *digessi*. *Neque* *mibi* *de* *Regum* *insidis* *animorum* *anfractibus*, *vel* *occultis* *secessibus* *rerum*, *implicitisq;* *regiorum* *conclauium* *arcanis*, & *griphis* *fuit* *magno* *opere* *laborandum*; *cum* *ea* *ex* *illis* *adyijs* *refodere* *nec* *religiosi* *viris*, & *summa* *plenum* *difficultatis* *esset*: & *si* *ea* *ab* *aliquo* *Principe*, *aut* *à* *purpuratis* *rerum* *abditarum* *conscijs* *eblandiri*, *vel* *expectare*, *donec* *mibi* *innotescerent*, *voluisssem*: *nunquam* *manus* *huic* *texendo* *operi* *admoisssem*. *Veterum* *scriptorum* *sequutus* *exemplum* *nuda* *bellantium* *gesta*, *urbium*, *provinciarumque* *excidia* *descripsi*. *Quis* *enim*, *præter* *Tacitum*, *occultos* *illos* *rerum* *nequs*, *elusas* *fraudibus* *fraudes*, *secretum* *animorum* *liuorem* *arcano* *odio* *grassantem*, & *cætera* *Principum* *machinamenta*, & *astus* *extulit* *in* *apertum*? *Immo* *nec* *ille* *ipse* *arcana* *principum* *norat*: *sed* *qua* *ipse* *sagaci* *ingenio*, *atque* *inter* *aulicos* *versipelles*, & *veteratores* *exercito* *rimatus*, *commentusque* *est*; *ea* *veluti* *non* *dubia* *narravit*. *Bellorum* *euentus*, *clades*, *victorias* *totis* *operibus* *persequuti* *sunt*; *non* *abditos* *animorum* *principum* *sensus*, *abstrusasq;* *cogitationes* *venati*. *Ec-*
quotam

quotam verò arcanorum partem isti scriptores à secretis ex Augustalium penetra-
libus, ex arcibus, scriniisque eruunt? Præter paucula quedam, & bene minuta,
atque vulgaria, & aliquot literulas, non video in eorum historijs ista profunda
rerum arcana; quæ nulli vnquam nisi ipsi, & eorum fœderatis Principibus
patuerunt. Bellorum pugnarum, vrbiũ, obsidionũ pura narratione historia pan-
guntur, non literarum congerie. Res magni momenti sunt historiarum succi, &
nerui, quibus stat rerum præteritarum cognitio: illa ego, quæ animus properat
scire recenseo. Germana tantum ferocissima genis præcipue bellica gesta narra-
nda desumpsi, vt continuam rerum seriem legenti, vna quasi textura proponerem.
S; enim aliarum quoque gentium eiusdem temporis bella complecterer; necesse
esset, vt stylus huc, illucque saliendo varios bellorum successus, quàm confusissimè
legentibus subijceret; quibus, dum Hispania, Gallia, Italia, Belgij subinde rebus
immorantur, iam lecta excidunt, interciso rerum gestarum filo, præteritorum
obliis, cum illa repetunt. Animus cepit narrationis rei exitum scire festinat:
egreque patitur aliarum rerum interiectu cupitiam interpellari narrationem facti.
Suis quasque locis militares, & Senatorias orationes inserui: quarum ne, precor,
frequentiam fugilles. Da aliquid Authoris genio in hoc maximè scriptiois gene-
re exultantis. Non me latet sanè nullas ante prælia à Ducibus haberi conciones:
cum militum agmina vsquequaque diffusa, atque dispersa ingentem terrarum am-
bitum amplectentia vix inter equorum hinnitus, acierumque fremitus tubarum,
cantus, & tympanorum sonitus, ne dum ex alto dicentium ducum voces possint
audire; sed Imperatores aciem interequitantes paucis vnaqueque agmina ad pu-
gnam fortiter inuicendam accendere. Idcirco duas omnino Sueci Regis alteram,
alteram Valsami ante Luticense prælium, reliquas in confessibus ducum, aut ciuium
conuentibus, Senatorumq; consilijs similiter veri peroratis attexui, vt te varia
lectioe detinerem. Recentia quoque locorum, vrbiũ, gentium, fluminum bar-
bara nomina antiquarius quàm plurima potui, ad antiqua latina reuocari: ne qua
barbaries Latini eloquij nitorem inficeret: quorum tamen ne diu in eorum cog-
nitione hæeres, vulgaria, recentiaq; in margine apposui, eaq; tibi etiam in libri cal-
ce nomenclatrix pagella monstrabit. Tu si non meos laboriosos conatus indigna-
bere: mihi, vt alia forsã gratiora coner, augebis industriam. Vale.


Illapsa errata mihi condona, irascere verò supinè Typographorum incuriæ, qui nec
ab oculatissimo primæ impressionis graphidem recognoscente notata curarunt. Pa-
ginarum margines erroribus scatent: ab ijs oculis auerte: interiora lege rerum,
euentia. Mens erat calamo eos expungere: sed ne volumen lituris fœdarem, ab-
stinui. Magis tamen enormes hic statim obieci, vt tuum illico aspectum obser-
santes corrigeres; aut ne in eos ex inexpectato incidens à lectioe offensus resilires.



ERRA-

ERRATA SIC CORRIGE

Pag.	lin.		
16	32	Ancistis	Antistis
16	43	Belgici	Belgicis
16	26	ne	ni
73	3	Lipestadium	Lipestadij
87	30	Præfidarijsque	Præfidarijque
161	2	Quinquies	Quinquagies
161	20	Pro	expunge
176	33	iecti	iecti
176	31	Italia	Italiae
177	36	misceras	miscetas
185	23	conseruato	conseruatio
178	36	belli	bello
178	40	obstruus	obstrictus
186	39	recutit	recurrit
187	31	existiatione	existimatiōe
338	31	redimeret	redimiret
425	18	admitemur	adnitemur
411	14	vinxit	cinxit
565	4	incundo	incunte
572	41	instruebant	instruebat
590	6	tu has multuarias	has tumultuarias
721	8	penetroffe	penetrasse


D. IOANNES BAPTISTA
 Spinula Congregationis Somaschæ
 Vicarius Generalis.



VM opus inscriptum , IOSEPHI RICCI
 Brixiani Congregationis Somaschæ De
 Bellis Germanicis libri decem , aliquot
 eiusdem nostræ Congregationis Patres
 Theologi recognouerint , & in lucem
 edi posse probauerint , facultatem con-
 cedimus , vt typis mandetur , seruatis
 tamen seruandis . In quorum fidem præsentem manu no-
 stra subscriptas , sigilloque nostro munitas dedimus .
 Papiæ 6. Ian. 1648.

D. Io: Baptista Spinula Vic. Gen. Congreg. Somaschæ.

Gregorius Bulzius à secretis.

IOSEPHI

IOSEPHI RICCI BRIXIANI

Clerici Regularis Congregationis Somaschæ

DE BELLIS GERMANICIS

Libri Decem.

A rebellante Bohemia anno 1618. vsque
ad annum 1648.

Libri primi Epitome.



GERMANIÆ calamitates prænuntio cometa, rebel-
lantium Principum, populorumque tumultus, bellici ap-
paratus, & defectionis causa enarrantur. Rheni Palati-
nus Bohemia Rex à rebellibus renuntiatur; abrogato
Casari Regno. Gabriel Bethlemus in belli societatem à
Bohemia adiscitur; eius in Pannonia progressus: Fer-
dinando Imperatori auxilia à Catholicis principibus
submituntur. Turrianus Viennam, & Cassoniam terri-
tat. Humanus Pannoniæ purpuratus de Ragozio, & Buc-

quois de Principe Daco victoria. Rebellium principum, & Catholicorum conven-
tus. Ademburgum à Tampieris capitur, & diripitur. Saxonum Dux in * Luiti-
tios irrumpit. Budisnam expugnat; eius armorum profectus. Bucquois Mans-
feldium acie vincit. Bohemi à Casareis pugna funduntur. Palatinus proferbitur.
Marchio Spinula cum Belgicis copijs in Germaniam movet. Princeps Orangius
cum valido Batauorum exercitu Palatino subsidio venit. Bauari Ducis armorum
felicitas. Palatini copia memorabili pralio à Casareis superantur. Dasi inanes
conatus. Tampieris occiditur. Palatini fuga, capitur Praga. Gabriel Bethle-
mus Pannoniæ Rex à rebellibus dicitur. Bucquois interfecitur, De rebellibus
Bohemia supplicium sumitur. Ieregentors comites Bohemici belli reliquias alii;
quem Bauarus domat: Iuliacum Bergæ comiti fame compulsus cedit. Vary ite-
rum in Pannoniam Dacorum impetus. Taborium Maradio deditur. Tillius à
Mansfeldio, & Durlachio fugatur; quibus ab ipso mox reponitur clades.

Lusatia.

A

GER.



Germania
feracia.

GERMANIA bellorum arena ; Martisque sedes, & ludus, in quo ipse lanista, non ludicris pugnis, & duelli prolijs exercet tyrones arenę: sed apertis in campis regum, & principum inter se arma committit; cruenta ciuiliū præliorum spectacula toti orbi semper exhibuit. Nullibi acrius populos mutuas Erynnis agit in cędes, nec vllam bellis gentem diuturnioribus, ac sauioribus quatit. Siue frigidū ingenium loci indigenas efferet; siue inclementia poli sidera asperent animos; nunquam Boreas cessat ab armis, nec suorum patiens, nec exterorum potens principum iugi. Bella ferit ex bellis, vniūque immanitate senescente aliud molitur atrocius.

Hinc illi effusi in Austram barbararum gentium torrentes Cymbri, Teutoni, Hunni, Vandali, Longobardi Romanum Imperium dedere præceps; trans inissoque mari, signa in ipsa perpetuis damnata vaporibus regna sub glaciali nati sidere intulerunt. Tam vasti molem imperij disciecit impetus Aquilonis; ac pro suę nativę feritatis arbitrio proculcauit.

Romanis, quocumque terrarum vertere signa, continuo victoriarum cursu noti orbis extrema ad vtrumque solem emensis prona omnia fuerunt: at vbi Germaniam bello tentarunt; stetit illa perpetua Romanorum armorum felicitas; nec vltra Rhenum victrices aquilę prouolarunt; vicinisque tantum accolis magno legionum impendio bello domitis, citra Danubium, & Albi ipsorum potentia consedit. Timuit Romanus Gallum ob incunabula quondam surgentis vrbis incensa; cum nihil ex illo fuerit amplius in vrbem ab ea gente seuitum: at à Germaniæ populis per illatas sapius clades iam robusti imperij tulit excidium. (Germaniam voco latiori mensura quidquid ab Alpiibus Iulij, & Carnicis ingis, vsque ad * Cymbricam Chersonesum, & Bacticum Mare terrarum interiorum.) Ceterę gentes à languescente iam effetoque imperio rebellasse, libertatemque recepisse contentę ab illo armis incessendo abstinuerunt: Germani verò nihil morantibus immixtis propè cælo verticibus alpium; ex effractis montium claustris, quibus vndique Natura vallauit Italiam; se se in illius perniciem innumeris bellatorum agminibus effuderunt: & quę quondam prouincia toti orbi dederat leges; victrici Germaniæ gemens captiua seruauit.

Nunc verò tantis, & tam diuturnis bellorum turbinibus ipsa concutitur; vt nulla tot annos illi fulserit à præliorum decumanis, frequentiumque cladum tempestate tranquillitas. Ex quo enim sacrorum dissidia in illam Caluini, ac Lutheri inuexit impietas; liberiorisque vitę amantes suapte ingenio populos fallacium doctrinarum erroribus imbuit; quasi ad classici cantum quondam furore per plures gentes latè diffuso, perduelli insania ruentes in arma à suis Principibus rebellarunt.

Bohemos sanè primū in suos Reges Hussitarū impexit audacia: & du-

ce

Lutherus,
& Calui-
nus male-
viam Ger-
mania
causa.

Tit. Liv.
dec. 2. lib.
5.

Dania.

et Cisca, plures Catholicis clades infixit; sed Deo tandem suos fortunante, fuit illa nefariorum repositis cladibus, compressa temeritas. Lutheranæ vero, Calvinianæque pestis, ubi Germaniæ potiora corripuit; cuncta agrorum vastatione, direptionibus urbium, stragibus populorum, incendijs, ac cædibus funestavit feralis omnium Germaniæ malorum calamitatumque ministra. Latissimi campi contrasti cadaverum struibus indigenarum ensore pinguis sunt: vrbes etiamnum suis sepultæ cineribus fumant: continentibus bellorum incendijs squalent uniuersa: & ex frequentissima provincia solitudinem penè fecit unius nequissimi cucullati, Catholicæ fidei desertoris impietas. Infans adhuc cum maximo nobilissimi terrarum tractus exitio infernæ belluæ nec dum etiam fusi sanguinis, fatidus torrentibus furor, & nunc maxime si quando aliâ, grassari in populos perseverat. Hæret orbis in tanti exitus belli expectatione suspensus; quod quia & diuturnitate temporis maximum, & cladum atrocitate terribite, & populorum cæde cruentum; atque hostium potentia, ferociaque formidandum in se totius Europæ non obtutus modo, sed etiam auxiliares copias trahit; operæ pretium erit, varios illius euentus, pugnas, obsidiones, urbium, provinciarumque excidia cognoscere; ut tantæ malorum iliades principes doceant, nullam esse omnino peregrinam religionem in sua regna præter autam, & Catholicam admittendam: cum nihil arctius mortales iungat stabilis, firmoque pacis fœdere, quam una, eademque religio: nihil potentius in motuas cædes armet; quam contrarij ritus, diuersaque sacra.

Germania calamitator

Præius ubi religionis Catholicæ utilis.

Potiora tamen duntaxat, maioraque profèquar; ne tardio minuta narrando, legentibus sim; & minimarum rerum turba importuno intercursum scitu dignitates impediat. Deus meis cæptis aspiret; quem in primo cuiuscunque operis explicatu scriptores præfari cum Superis, decet; ut cuius nutu hæc scribendi labores aggredimur, ipsius etiam ope ad vmbilicum cæpta volumina feliciter perducamus.

A Bohemia ab Austriacis principibus deficiente opus exordiar: cum inde quasi ex Germaniæ Helena prima omnium malorum labes effluerit. Quia etiam si olim Federicus Saxonum Dux, & Philippus Cattorum Princeps nouæ titulo religionis suæ perfidiæ prætento, tota Germaniæ ad arma socianda excita, in Carolum V. maximum bellum constarint; prius tamen illud Caroli felicitas profligauit, quam sensit. Perduellium deinceps victricium armorum terrore pauida quieuit iniquitas: at Bohemia noua subinde semper bella molita, percussio cum Dacis, Pannonijsque fœdere, Austriacum iugum excutere contumaci ceruice tentauit. Tunc enim verò bellorum, quæ postea sequuta sunt, exarsit incendium, non nisi totius Germaniæ ruina extinguendum.

Natalis Comes in sua historia.

Nunquam tamen maiori belli mole, pertinaciorique audacia in suos reges insilijt; quam cum eurato legitimo Rege Ferdinando secundo Romanorum Imperatore, regios fasces Rhæni Palatino detulit, sui que imperij diademate coronauit.

Defri-
ptio
meta.

Has bellorum procellas, imminentesque armorum concussus, ac in mutuum ruentium exitium populorum furorem dirum ostentum lethale rubentis è cælo cometæ ferali crine portendit. Qui ab oriente sub quartam noctis vigiliam minaci flamma consurgens, protensa in occasum longissima iuba, fulgebat: non continuato radiorum ardore, qualia per rimas in obscurum cubiculum illabentis solis lumina intueri soleamus; sed sparsim per interualla vibrati quasi quidam luminis ductus, varæque faculæ candicabant: quæ ab imo sideris globo effusæ paulatim latius in çomarum maxime modum se se in portentosam longitudinem explicabant. Celeriori cometes, quàm cætera sidera, cæli vertigine rapiebatur. Ab ortu siquidem in meridiem vix duas horas procurrens, albescente Aurora, exigua languens vaneſcebat in flammam. Per mensem mortales terruit eius funestus aspectus: quo in liquidum aerem diluto, rebellium statim Protestantium in Catholicos furor erupit: atque Bohemici belli in Austriacos tempeſtas incubuit: qua non Bohemia modò, sed vniuersa Germania vsque ad vltima fluctuant; sed in Bohemiæ præcipuè excidium, quæ bellorum faces accenderat; eius potentiùs turbinis impetus valido statim fragore detonuit.

Bohemia
descriptio.

Bohemia Germaniæ prouincia multis vrbibus, vicisque frequens tota ferè Hercinio saltu sepitur: qui sexaginta dierum itinere in longitudinem, nouem verò in latitudinem se se effundens plures Borealis tractus prouincias inumbrat. Nulla externa flumina illam interluunt, vtpotè erectiori solo non admiffa; modicè ibi natiua Germaniæ in accliuæ surgente planitie; cum plura ex eius fontibus cadant. Albis gestis ad eius litora certaminibus inclytus maiores, quàm cætera, vehit vndas; qui præter Saxoniam labens in Germanicum mare euoluitur. Molda etiam nauigiorum patiens vbi sinuosis meandris, & flexibus latè alluit campos. Albi exceptus cum suis aquis obruit nomen: sicuti alia plura flumina in ipsum cadentia suis fluentis eiusdem augent vndas.

Bohemia
opulentia.

Lætior vbique omnium frugum, gregum, & piscium in omnes mortaliù delicias prouentus: vt in feraci, præpinguique solo; quod vel nihil imperanti vberes segetes sufficit incolarum inertia. Nec desunt omnis generis metallorum fodinæ. Indigenæ sunt plerumque colore candido rufo intermicante, procero, firmo, robustoque corpore, sed laboris, & negotij admodum impatientes. Praga, quondam Bubiemum caput est gentis, & regia: mediam interfluens diuidit Molda; qui admirandi operis ponte contratus vrbem vtramque committit. Octoginta stadia ambitus vrbis amplectitur, ciuium, aduenarumque mercatorum frequentia percelebris.

Suos quondam reges comitia procerum renunciabant: nunc hæreditarijs Austriacæ domus prouincijs addita, eius familiæ Regum paret imperio: quam quo illi iure suam fecerint vectigalem; & quæ inde bella, ac rebelliones effuxerint; omnia ad cognoscendum clariora fient; si paulò altius rerum Bohemarum exordia, malorumque origines repetamus.

Vin-

Vincislao Caroli Quarti Imperatoris filio Bohemiæ Rege, quidã nobilis iuuenis Bohemus *Oxonium in Angliam studiorum causa profectus in quosdam Vuiclefi libros, quos omnium Catholicorum Patrum consensus publica sanctione damnauerat: fatali sanè suæ patriæ exitio, incidit: quos ille accuratori lectione expensos, cum curiosiora de Christianæ fidei placitis arcana complecti viderentur; secum inauspicatissimo consilio, Pragmam regressus auexit: amicorumque pluribus nouarum cupidis rerum, Germanorumque perosis imperium in primis Ioanni Hussio viro acri, ac prompto, turbidoque ingenio, & multæ apud populum authoritatis legendos dedit: quorum scita voluminum cum quodam Hieronymo ciue Pragensi communicata, atque animarum saluti visa conducere: ea è suggestis ad populum rerum sacrarum rudem vulgare, amplectendaque suadere decernunt. Frequentibus concionibus imperitam plebem falsis Hæresiarchæ placitis, ac doctrinis erudiunt. Inde arcanos conuentus habere; ad impia sacra in secretioribus secessibus conuenire, mox etiam ciere tumultus; & vt est hæresis perpetua comes rebellio; à suo Rege palam deficere. Cisca verò duce, impigro bellatore, pluribus prælijs attritis Catholicorum viribus, detracto ceruicibus Germanorum Principum iugo, Sigismundum Regem, ingenti prælio victum toto Regno pepulere; iam omnibus Germaniæ populis formidandi.

Ossonia;

Ioannes
Hussius
Bohemiam
malorum
origo.Cisca re-
bellium
Bohemarum
dux.

Sublato Cisca, post varios rerum, ac bellorum euentus, Casimirus Sarmatæ Regis frater, ingenti exercitu in Bohemiam ingressus Regnum obtinuit: cui extincto Vladislao filius à Regni proceribus subrogatur: Vladislao verò Ludouicus eius filius admodum adolescens quasi hæreditario iure sufficitur; cui Maximilianus Aultriacus Imperator Mariam Philippi sui filij Castellæ Regis filiam connubio iunxit. Ferdinandus verò Caroli V. & eiusdem Mariæ frater Annam Ludouici Bohemiæ Regis sororem duxit vxorem. Ludouico autem paulò post, dum innumerabiles Solymani Turcarum Regis copias exigua quinque, & viginti millium bellatorum manu, animosè magis, quàm prudenter inuadit: paucorum virtutem infinita barbarorum multitudine obruente, acie victo: atque in ipsa fuga sub resupinati equi pondere in paludis illuue præfocato: Ferdinandus, & vxor Anna Bohemiæ Reges à Primatibus solemnè ritu, ac pompa sacrantur: qui rebellantes Hæreticos, admotis ingentibus copijs, terribitos Aultriacum iugum quandiù regnarunt, vel rigida ceruice pati coegerunt. Maximiliano deinde, ac Rodulpho Aultriacis Imperatoribus, Bohemiæque Regibus, exoleuit prorsus nefaria Hussitarum superstitio: sed in eius locum Lutherana pestis in nobiles præcipuè familias irrepserat. Quibus cum ad operandum suo ritu templa deessent; quadam die ex dissidentium eiusdem Rodulphi Cæsaris, Matthiæque Archiducis Aultriorum fratrum occasione; augustali Pragæ circumfusi, à Cæsare seditiosis vocibus flagitant; vt delubra ad sua sacra faciendâ, vbicumque sibi libitum foret, extrui pateretur. Indulsi Rodulphus insolescentis populi vo-

Hæresis
Lutherana
in Bohemiam
inducta.

tis; tumultuantique turbæ, atque arma intentanti concessit; quod negari non poterat.

Summo Pontifice deinde sequestre, composito certis legibus fratrum Austriorum diffidio, Matthiæ Bohemiæ Regnum, atque ipsum Imperium, fratre mortuo, Electorum suffragijs addicitur: qui iam ætate longævus iudicatus Pragæ optimatum Regni Conuentu, pluribus apud illos egit; ut Ferdinandum consobrinum suum egregiæ indolis Principem, eximijs animi dotibus, corporisque conspicuum Austriæ Archiducem, sibi Bohemiæ Regem subrogarent; suam, fratrumque suorum orbitatem caufatus; quo de domo Austriaca princeps aliquis in ea provincia regnaret.

1618

Ferdinandus Austriæ Archidux Bohemiæ Rex dicitur.

Bohemi, actis Cæsari gratijs, ingenti alacritate Ferdinandum Bohemiæ Regem creant; frementibus tamen Lutheranis Catholicum principem infensis animis auersantibus. Quocirca quarto idus Maias luctuosissimo toti Germaniæ die in Ferdinandum omnes vnanimes coniurarunt; ut fortunas omnes, vitamque ipsam pro tuenda conscientię libertate profunderent. Sancita in eo congressu plebi à suis concionatoribus aperiri, explicarique iusserunt.

Bohemi rebellant, eorumque facinus.

Miraculum.

Ex condicito rebelles vniuersi, arreptis armis, à Proregis, regionumque ministrorum præcipitio rebellionis facinus orsi in Ferdinandum impia signa conuertunt. Sed Ferdinandi partibus fauere se Numen insigni miraculo declarauit. Nam cum è sublimi Prætorij Pragensis fenestra Proregem, regni que scribam in caput præcipites dedissent; illi nihil eo graui casu duritie telluris elisi in pedes incolumes saliere: atque inter minorum tormentorum glandium sibilos, quarum procella in illos abeuntes ex omnibus angustalis fenestris grandinabat; illæsi Deo tegente, fugerunt. Mox à seditiosis triginta Pragensium, aliarumque rebellium vrbium nobilium ex hæresi Lutherana magistratus Directorum nomine constituitur; qui rerum arbitri causas cognoscerent, regnumque moderarentur; quibus ciuitas Praga, aliæ que vrbes eiusdem hæresis erroribus informatæ dixerunt sacramentum.

Directores Bohemici regni creati.

Ferdinandus bellum in perduellios gerat.

Rebellis Pilsenam expugnat.

Budouis.

Tunc mutato vrbis regimine, atque vrbicis mueribus hominibus suæ sectæ delatis, regijsque vectigalibus occupatis, vbique peditem cohortes, atque equitum turmas ex publico ærario conducunt. Ferdinandus rebellium audacia valde commotus missis lenioribus literis, tumultuantium pernicitiam mollire frustra sapius expertus Tampierium cum decem millibus armatorum, & Carolum Longuuallem Bucquoi comitem inclytæ in bellis Belgicis famæ ducem cum alio valido bellatorum agmine in rebelles immisit. Illi Henrico Mansfeldio comite omnibus Bohemicis copijs præfecto, iam Pilsenam Catholicam vrbem Austriacis maximè adictam à Ferdinando deficere recusantem; post durum, cruentumque obfidium, eiccto regio præsidio, expugnauerunt.

Bucquouis instructo exercitu pugnandi cupidus Budouissam versus in hostem pergit; qui quatuordecim armatorum millibus validus extremum Impe-

Imperialium agmen repente incursum audacter aggreditur: sed Maradius eius agminis ductor incursum hostem densata ordinum fronte repellens, nullo accepto incommodo, in quemdam saltum; in quem Bucquonus etiam ceteras copias induxerat, se recepit. Ad Sylvarum aditus custodiam valida moschettariorum peditum manus collocata est; qui tamdiu saltus ingressu hostes arcerent; donec ultra saltum in camporum plana educeretur exercitus: Illi irruentibus Bohemis aditu summotis, confertis ordinibus, reliquis se copijs ultra saltum incolumes addidere; quò etiam transgressis hostibus, atrox illico, ac cruenta inter utrosque hostiles exercitus pugna committitur; quæ propter utriusque gentis ferociam, odiorumque acerbiteriam, totum diem tenuit, æquata utrinque clade. Alia deinde, atque alia minuta prælia, obsidia, expugnationesque urbium succedere: quas hic commemorare stylo ad maiora exequenda festinanti non vacat.

Bucquonus & Maradius in eo bello occidunt.

Prælium in eo Caesares & rebelles.

Interim Matthias Imperator excessit à vita; conuenereque Francofordiæ Ecclesiastici Electores, Ferdinandus Bohemiarum Rex, Saxoniarum Ducis, Palatini, Brandenburgique Electorum cum amplissima potestate Legati; ut defuncto Matthiæ nouum Cæsarem substituerent. Adfuerunt quoque Bohemiarum Directorum oratores multis rationibus intercessuri; ne Ferdinandus legitimus, & verus Elector in eo dicendi Imperatoris munere haberetur; utpotè qui Rex Bohemiarum non esset. Sed reiecta perduellium impudentia, Ferdinandus non modò verus censetur Elector; sed etiam Imperator, nequicquam contra nitentibus Bohemis, Sextodecimo Kal. Septembris omnibus Electorum suffragijs creatur. Cuius rei nuntio percussis Directoribus Bohemiarum, Marcomanis, & Quadis in societatem sceleris perduellionis adscitis, coactò Pragæ omnium procerum regni conuentu, præter alias sanctiones, decretaque ad bellum administrandum, prouinciæque regimen pertinentia, abrogato Ferdinando Austriaco regno, Federicum Electorem Palatinum sex, & viginti annos natum omnium ordinum consensu, ac plausu Bohemiarum regem creant: fatagente in primis Christiano principe Anhaltino superiorum Vangionum præfecto; qui huius rei sedulus, & efficax internuntius cum purpuratis Bohemis arcanis colloquijs transfegerat; ut ab ijs Bohemiarum Rex Palatinus suus dominus inberetur, nescius illud regium capitis insigne ad exitum in illius humeros ruiturum. Pro Rege quoque Dano, Allobrogum, Saxoniarum, Vindeliciæque Ducibus quidam candidati proceres præhensarunt; ut illis ea regia dignitas deferretur; sed cum plurima eorum electioni refragarentur; in vnum Palatinum, nemine contradicente; vnanimis consenserunt.

Matthias Imperator extinguitur.

Bohemi cum Marcomanis, & Quadis conspirant.

Bohemi Palatinum suum Regem creant.

Ille tanto fastigio, & regia auctus dignitate lætus per celeres tabellarios Germanos principes regiæ sibi delatæ dignitatis admonuit: sed præcipuè Vindeliciæ Regulum; qui ut erat mirè candido, liberoque ingenio acri Palatinum ambitionis nota præstrinxit; quod alienum sceptrum deferentibus turbidis hominibus accepisset. Bohemi, ut suam perduellionis

1619

Baniera.

*Ferdinā-
di de Bo-
hemis
querela.*

labem eluerent; scripto vulgarunt causas, quibus permoti Bohemię regni iura in alium à Ferdinando Principem transfulissent. Quas singulas ille grauibus, veris, & firmis rationibus diluens disertè ostendit; Bohemos perfidè fecisse, quòd se ab ipsis iam regem creatum nec dum suum experti regimen repudiassent. Se benignè, & clementer iure iurando ipsorum patrias leges, priuilegia, auitaque iura in ipsa diadematis delatione sanxisse. Nihil grauius à se in illos esse consultum, vt nihil pensi habito sacramento, violataque fide, à se per summum perfidię scelus esset rebellandum. Fèdum sanè inconstantis, fluxęque fidei purpuratorum exemplum; quod Catholicum Imperatorem, & clementissimum principem, paucorum quorundam, qui priuatis de causis Ferdinando erant insensu, iniqua consilia sequuti Caluiniſta Rege mutassent. Atqui vehementiùs cum Luthero, cuius placita maior pars Bohemorum procerum sequebantur; quàm cum Catholico pugnat Caluinus. Nec illorum animos scelere perfidię præcipites subijt ex hoc statim Bohemiam ad vltimos metus compulsum iri, magnaque, ac perpetua bella eam prouinciam cædibus, claudibus, ac populationibus euerfura.

*Caluinus
à Luthero
disiudet.*

*Ferdinā-
dus, & Pa-
latinus in
arma con-
surgunt.*

Res omnino ad arma spectare videbatur: decernendumque ferro, vtri cederet Bohemicum regnum. Ferdinandus, vt datum iam sibi à celebri totius regni conuentu regium decus tueretur; Palatinus, vt suæ iam impositum fronti diadema retineret. Feruebant itaque vtrinque bellici apparatus. Palatinus vt consternatos iam ad res nouas molienda; seque regem dicendum Bohemos optimates impelleret, magnificè antè iactarat; sibi Regis Angli foceri sui Batauorum, Protestantiumque principum, ac liberarũ vrbium auxilia præsto futura. Sed hæc illum vt longinqua, ita fera iã Rheni litoribus, & finibus suæ ditionis exactum nihil postea iuuerunt.

*Gabriel
Bethlemus
in belli so-
cietatem
adsciscitur.*

*Transil-
vania.*

*Bethlemi
progressus.*

Ad præsentia, vicinaque Bohemi adiecerant oculos. Gabrielem Bethlemum Dacię dynastam Turcarum Regis beneficiarium ferum hominem, atque impigrum, nimioque sui proferendi imperij ardore flagrantem in belli societatem, & fœdera trahere, honorifica missa legatione, conantur; vt contra Ferdinandi potentiam suam causam validis Dacię viribus tueretur. Ille prius probè cognitis per legatum Bohemicis rebus, magno coacto exercitu, superiore Pannoniã repentinus inuadit, & Cassouia primo impetu expugnata; omnia eius tractus oppida dato latè terrore, ad ditionem compellit; cunctaque cædibus, incendijs, ferroque corrumpit. In eos barbara Daci feritas præcipuè sæuit, quos studere Ferdinando cognoscit. Inde inferiori Pannoniæ signis illatis, Castro Nouo, & Vaizenio potitus vsque ad Posonij suburbia, arcemque Crumerum hostili direptione procurrit: qua subita hostium irruptione veritus Archidux Leopoldus, ne Posonium eodem Dacorum impetu caperetur; expeditum Germanorum agmen ciuibus auxilio submittit: quod ab illis non minus temerè, quàm superbè reiectum est; vt potè qui dicerent iactabundi ad summouendum è mœnibus hostè se satis validos fore. Quanquam mox ad ostentan-

tis

tis pro muro exercitū minas; & per caduceatorem ciuibus vltimā obnuntiantis ignauē, ac turpiter permifere fe Daco; etiam fi vrbs omnibus in bellicos vsus necessarijs eſſet inſtructa. Dacus antequam in inferiorem Pannoniam impetum faceret; iuſſit plures militum cohortes, & equitum turmas Marcomanos inuadere; quibus cum Turrianus comes iunctis Bohemicis armis, in Auſtriā inferiorem inſeſtus inuehitur; eo conſilio vt comitem Bucquoium Auſtriacis copijs Bohemiā dudum incubantem incuſſo Auſtriā belli metu, depelleret. Quod illi ceſſit ex voto. Nam cum Archidux Leopoldus Dacum in Pannonia, & Turrianum in Auſtria cuncta belli turbine proterentes audiſſet; extemplo è Bohemia Bucquoium cum exercitu reuocauit. Qui Roſembergō nihilominus ex itinere expugnato: firmatiſque præſidijs potioribus arcibus, reſta duxit in Auſtriam, & circa Viennam in ſuburbijs, in ipſoque exteriori pomærio conſedit.

*Reſponſum
deditur
Daco.*

Morania.

*Bucquoius
à Bohemia in
Auſtriam
reuocatur*

Ferdinandus iam gliſcente bello, Francofordia digreſſus, miſſis plenis humanitatis, & clementiæ ad ſœderatorum Principum, liberarumque vrbiū conuentum literis; qui Rothembergi de rebus bellicis conſulrabāt; conatus eſt mitibus verbis rebellantium contumaciam lenire. Sed nihil pacati reſponſum Ferdinandi literis eſt: iam hoſtili animo ſerio coquentibus bellum. Perfidia etenim vbi ſemel animum imbuerit: nullis poteſt verborum officijs, aut meritis mitigari. Quare Ferdinandus comperto quo tenderent illi hæreticorum congreſſus; ne in tantis perdnellium tumultibus ſibi deeſſet; totus in bellicos apparatus, & curas incubuit; miſſis quaqua verſum in Italiam, Hiſpaniam, Galliam, Sarmatiam, & Belgium ad Catholicos reges, & principes legationibus, ſedulò ſtudiuit vndique ad rebelles domandos auxilia colligere.

*Ferdinandus bellū
parat.*

A ſummo Pontifice magnum auri pondus in menſtrua militum ſtipendia, à Prorege Neapolis duodecim peditum millia, à magno Etruriæ Duce Mediceo præter eas bellatorum cohortes, quas ſuis ſumptibus in Germania alebat; quingentos inſuper equites, & non exiguam peditum manum obtinuit. Palatinus eſt armari contra ſe totum ferè Catholicum orbem acceperat; nihil tamen ea re territus ab eo ſociorum conuentu in Bohemiam cum vxore liberis, & fratre, magnoque procerum, atque ornatiffimo ſtipatus equitum agmine ad accipiendum regni diadema ſe contulit. Subſtitit Stellæ deliciarum ſede magnifica quondam à Rodulpho Secundo Imperatore ad ruſticandum extructa; vbi cum purpurati Bohemi, & ſociarum ciuitatum legati præſtolabantur. Talempergi dynaſta omnium nomine quàm officioſiffimè perorauit. Deinde ſinguli ad eius pedes venerabundi in genua procubuerunt; vt ſuum regem eius humilis cultus obſequio faterentur. Mox Pragam aduentantem magnum ruſticorum agmen antiqua ſcuta, atque arma quatientium lætis acclamationibus, & pereleganti eorum excepit latina oratione chiliarchus.

*Auxilia
Ferdinādo tranſmiſſa.*

*Palatinus
in Bohemiam
proſciſcitur.*

Ab effuſa ad officiū ex vrbe ciuium multitudine venienti hilariter acclamatum (*VIVAT REX FEDERICVS*) atque omnibus effuſiſſimi

gau-

gaudij significationibus deductus in urbem ouanti similis in maximo templo solemniter à duobus prædicantibus Lutheranis regio diademate redimitur. Congiarium populo datum, proiectaque ad plebem regia munificentia pecunia; cuius nota erant quinque Imperialem cydarum rumpentes manus. Postride eadem regia pompa vxor item Bohemiarum regina inauguratur.

Sleſa. Inter hæc Turrianus, qui Quados, & Austriam omni belli clade vastando, Bucquoium à Bohemia ad propria tuenda detraxerat; audax ita propè Cæsareos ad Viennam suas copias admouerat; vt intra muralis tormenti ictum propè illos castra posuerit. Vtriusque promptiores exercitus equites pugnarunt ex prouocatione quamplurimi; & velitationibus aliquot dies vtrunque consumpti. Bucquoius secessit in collem vbi libratis tormentis in hostem supernè certiori ictu, & quasi destinato hostilia castra feriebat: deinde suis copijs in aciem eductis, pugnandi potestatem hostibus fecit; sed cum ad inclinantem vsque in vesperam diem Cæsareæ itetissent Aquilæ; atque immobiles ordines bellatorum hæssissent; copias reduxit in castra: compertoque ex viciniori hostis aspectu illum esse maiori militum numero validiorem; ne in pugna discrimen inuitus traheretur; tribus legionibus intra munimenta relictis, noctis silentio superato Danubio, se recepit in tutum.

*Bucquoii
receptus.*

Turrianus cognito Imperialium abscessu; eorum castra à suis iussit inuadi; vt ij saltem, qui ad ea custodienda in speciem relictis fuerant, cæderentur. Sed illi fortiter, ac strenuè subeuntem vallum summouent hostem: pugnatumque vtrunque est non tam infensis, quam fortibus animis. Maior itaque quam pro numero cædes. Quare Turrianus ne sui temerè in castrorum difficili oppugnatione perirent: receptui canit. Cæsarei pariter, transmissio Danubio, iunxere se focijs; atque in hyberna in circunieccta Viennæ oppida concesserunt.

*Catholico-
rum, &
hæretico-
rum dissi-
dium in
Austria.*

Catholici Austriaci audita expugnatione Posonij, & Daci dynastæ felicibus armorum euentis, ad suos populares hæreticos, qui Horni conuentum indixerant; dedere literas, vt secum aduersus Dacos pro suo natino Principe caperent arma. Verum cum hi nequaquam nec armare se pro Ferdinando, nec in illius verba iurare voluissent: spretis monitis popularium, cum Austriæ superioris eiusdem sectæ hominibus percusso fœdere, militem ad inferendam, pellendâque vim communi pecunia conducunt; atque Horno destinatæ iam belli sedi valido imposito præsidio, contra suum Principem arma expediunt; nequicquam eos Archiduce Carolo Austriaco Vratislavia Episcopo ad fidem erga suum principem retinendam suadente: Catholici pariter eius gentis suorum contumacia perspecta, conscripta peditum legione, & quingentis equitibus centuriatis, se aduersus hostium impetus firmant.

*Archidux
auxilia
suo fratri*

Carolus verò cum omnia strepere bellicis apparatibus contra suum fratrem videret: rebellesque in dies magis furere; ad Sarnatam Regem ora-
tum

tum auxilia iter intendit. Post cuius discessum rebelles, occupata Nissa exactoque præfecto, qui Caroli iussu civibus præsidebat; Cathedrale templum, Catholicis mystis eiectis, Lutheranis ritibus polluerunt: & pro diuinis laudibus, quæ alternæ à Catholicis canebantur; impia nequissimi nebulonis cucullati placita è suggestu à nequioribus asseclis vulgabantur.

Dum hæc in Quadis à rebellibus gerebantur. Dacus princeps cum Pannoniæ Palatino maiorem eius gentis optimatum partem Pofonij coegerat: vt de bellicis rebus meliora, atque vtiliora decernerent. Sed quia non eorum omnes fidem erga Ferdinandum exuerant: immo plerique sui officij, debitique tenaces illum fortiter asserebant: nihil magni momēti in eo congressu actum est. Humanai verò dynasta, vt suæ fidei constantiam Ferdinando aliquo præclaro facinore comprobaret; in Sarmatiam profectus, magno Sarmatarum, Naulochorumque numero impigra bello manu, proprio ære conducto, Pannoniam Superiorem valenter innadit: cui cum Altaini comes cum quatuor armatorum millibus adhæssisset; toto iam agmine viginti millia bellatorum implente, mouit in Daciam: in cuius finibus cum Ragozium eius prouinciæ præfectum validis stipatum copijs offendisset; nulla mora in aciem vtrinque descensum est: pugnatumque pari virtute, ferociaque à medio die in vesperam, & neutro inclinante victoria, fessos à pugna tenebræ diremerunt. Postero die iterū obtinacioribus animis conserunt manus; cum diu pariter dubia hæssisset victoria, vtram in partem se daret; tandem pro Cæsareis stetit. Ragozium repetito impetu fusus, fugatusque est. Plus centum quinquaginta eius gentis viri nobiles perfidiæ pœnas cæsi dederunt. Ducem cum fusi exercitus reliquijs à præfenti discrimine abstulit fuga. Ab illa pugna equites Naulochi in viscera Daciæ prouecti omnia proterunt obuia; prædasque ex mapalibus agunt. Qua accepta suorum clade; damnisque prouinciæ à Naulochis illatis, ira frendens Gabriel Bethlemus plenus minarum Pofonio ad Vicinam rapit exercitum; obiactemque agrum rapinis, incendijs, ac cædibus populatus Cæsareas copias, quæ statim in vicinis pagis, ac villis habebant vsque in suburbia, facto in illas impetu, magno cum ciuium terrore compellit. In obequitantem mēibus hostem è muralibus tormentis contorta missilia; sed innoxijs plerūque ictibus, ac irrita plaga, in vacuum in vaga agmina cadentibus telis. Trepidatum magis in vrbe fuisset; nisi Dacus, conuersis repente signis, Pofonium, vnde venerat, rediisset: capto, direptoque ex reditu Ademburgo.

Bucquouius, & Tampierius, vt hos Daci in Austriam repetinos incurfus, insolentiamque comprimerent; bipartito in abeuntem hostem animosè tendunt; vt saltem postremum carperent agmen; damnaqua suorum vlciscerentur. Nec eorum defuit fortuna votis. Siquidem hostilis exercitus partem, quæ tardiori gradu ceteros sequuta erat, adepti; duobus Pannoniorum millibus trucidatis, malè partam, auectamque ex Austria prædam, impedimenta que eripuerunt. Post hanc pugnam coactus est iterum

Nori-

à Rego
Sarmata
petis.

Pannoni-
orum proce-
rum con-
uentus.

Humanai
dynasta
pro Ferdin-
ando
bellas.

Cosacchi.

Inter Cæ-
sareas, &
Ragozium
certamen
inuitur.

Cæsarei
Ragozium
acie vin-
cant.

Cosacchi.

Bethle-
mus ad
Vicinam
copias ducit.

Dacus re-
uertitur
Pofonium.

Cæsares
Daci pro-
sequitur.

Councilium
Principū
Protestan-
tium.

Vuitem-
bergo

Cæsaris
Orator
eisdem
adit.

Noribergæ Principum Protestantium conuentus, quo suis rebus consulere-
rent, vt est omnis meticulosa perfidia. Conuenere Rex Bohemus, Dux Ca-
legiæ, Marchio Aufpachi, & Princeps Anhaltinus, alijque dynastæ, & li-
berarum ciuitatum legati; vt non tam armis, quàm consilijs in Ferdinan-
dum pugnarent. Qui auditus eorum principum congressu, protinus ad il-
los Ioannem Georgium Hohenzorleni comitem à secretis legauit; qui suo
nomine obtestaretur. *Se ad dandas, accipiendæque pacis leges, quæ tamen
Imperatoriam Maiestatem decerent promptum, parauimque esse; turbidos modo
animos ponerent, tranquillarentque mentem, atque intimè pacato corde, conspi-
cerent; non fore difficile eos ad mutuâ pacis fœdera, atque æquas vtriusque con-
ditiones inflecti.* Cæsareo oratori officiosis primum verbis ab illo cœtu re-
sponsum est: deinde illa verborum lenitas in acerbis querelas erupit. A-
criter Catholicos criminantur; *Quod primi ceperint arma, ac in se iniusta,
bella moliantur. Cæterum se Regi Bohemo omnem laturus opem; ipsiusque aui-
tas ditiones, partumque Regnum ab omni externa, Germanaque potentia tectū-
ros.* Verum in illo conuentu quamuis multa vtrò, citròque iactata fuif-
sent; nihil ferè tamen explicatum est; cum plerique præsertim liberæ ciui-
tates rebus Bohemicis immiscere se nollent: ne similtates cum Impera-
tore susciperent, atque alienum in se verterent bellum. Quamuis Palati-
nus toto nisu conatus fuisset illos ab amicitia Imperatoris auertere; inui-
sæ potentia detrimta, iniurias; quas passi essent, identidem memoran-
do. Decretum est tamen, vt ad mutuam tutelam exercitus scriberetur; Ca-
tholici ponerent arma; atque iterum Germania ad pristinam tranquillit-
tatem, & synceram; de gentis ingenio, consuetudinem, societatemque
vocaretur.

Cœcilium
Catholi-
corum.

Baunus
Dux ex-
citum cō-
scribit.

Lippa.

De Vana-
to quari-
tur Har-
mi.

Catholici cognitis tam crebris Protestantium consilijs, veriti ne se illi
iucutos, ac imparatos opprimerent; ipsi quoque Herbipoli frequentes
conueniunt; de communi salute dicturi sententiam. In hæc fermè omnes
consentiunt; vt pro se ipsis, Imperatoriaque maiestate; ac dignitate tuè da
exercitus comparetur. Quare Maximilianus Vindelicæ Regulus sociorū
omnium, Catholicarūque partium supremus Dux iam ante à Cæsare di-
ctus, iussit extemplo Lippia comitè, & ex purpuratis præcipuum Ioannē
Iacobum Anhaltinū in Colonia finibus duas peditum legiones, & duo
milia equitum scribere. Ipse quoque in Lotharingia suæ fororis viri Prin-
cipis ditione, & in Germania copias quàm potest maximas contrahit in
omnes Protestantium motus intentus. Qui auditis validis Catholicorum
bellicis apparatus, priusquam Noriberga discederent; per legatum cum
Vindelicæ Duce queruntur, quod peregrinos exercitus in Germaniam
paret immittere, atque exteros Principes patrijs negotijs, & Germani-
cis implicet rebus. *Quorsum tanti bellici apparatus? Quo impetum datura tan-
ta gliscentis belli moles? Si Ecclesiastici his insanis conatibus sperant suis cerui-
cibus iniecturos iugum; falli sanè eos; nec passuros se pessum à suis hostibus dari,
armisque fortiter propulsaturos iniuriam.*

Ad

Ad hæc Dux Vindelicus Catholicorum nomine. *Constare satis omnibus* Dux Ba-
narus Le-
gatis re-
spendet.
populis; vtri prius excitis tumultibus, ceperint arma; se toties ipsorum violentia,
iniurijsque lacestos iusta arma coactos induere; ne se impune iniquo peterent
bello. Eo malorū sæpe ventum esse, vt Catholici impulsī fuerint statim in suis di-
tionibus illorum militibus dare. Vicos, pagos, buc, illucque volitantium hæreti-
corum agminum, discurrentiumque turmarum insolentia maxima incommoda, ac
dispendia tulisse. Insuper ab ijs ipsis, qui à Catholicis in Germaniam induci ex te-
ros principes, & reges exposulāt; Dacos, & Pannonios in excidium patriæ ex-
citos ad arma, omnia incursum, rapinis, ac cædibus infesta fecisse; atque ipsi Au-
striæ reglæ portis, explicatis in aciem ordinibus, intulisse terrorem. Amēnissimū
circa Viennam agrum, & Vindeliciæ campos Dacica feritatis adhuc ostentare
vestigia; ipsos iactabundos identidem minitatos; venisse tandem dies, quibus à
templis, ac phanis Ecclesiastici pulsī, opimis sacerdotijs euerterentur: immo im-
pudenter cantiuuculis, & clogijs typis impressis Daci applausisse viſtorijs. Non
pudicum esse alicubi ob res in Catholicos ab illo barbaro feliciter, & crudeliter
gestas, muscis modis, & numeris, latissimisque vocibus cecinisse, *TE DEVM
LAVDAMVS*, à Catholicis vero nulla fuisse exteri principis in tanto rerum
suarum discrimine implorata; neque barbara arma in Germania ruinam vocata.
Regem Hispaniarum sanè vt potè ex Serenissimo Austriaco sanguine propaga-
tum, sua arma rebellibus intentare; suasque vires cum Germanis Catholicis so-
ciaturum; ad coercendam Protestantium insolentiam, tuendasque hæreditarias
Austriacæ gentis prouincias, auitaque regna, tota potentia Ferdinando Impe-
ratori laboranti præsto futurum. Catholicos nulli graues imminere; armatos
tantum pro communi salute excubituros; nisi fortè iniurijs ad capeſſendum bel-
lum ab hæreticis prouocentur. Hæc Dux Vindelicus Lutheranorum prin-
cipum legato.

Comes Bucquoius ne Imperialia arma rubiginem diū quiescentia fen-
trent; Edemburgo Pannoniæ vrbi copias admouit, si fortè illo potiri re-
pentino impetu posset. Sed spes in irritum reciderunt: nam eius occul-
tos conatus præuertens Dacus duobus Pannoniorum millibus subito eò
immisſis vrbe aduersus arcanas petitiones egregiè muniuit. Quāquam
mox feliciore euentu Tampieriū sub Auroram adnoti Astiochi violentia
perfractis portis, & dirutis valuis, cæſo præſidio, captam diripuit; reliquis
nocturno fragore perterritis, vt in re subita, tenebris etiam augmentibus
metum, ex aduersa porta ad fugam effuſis.

Astiocum Latini, Petardum Itali vocant æneum tubum quatuor, aut Petardus
quid.
quinque palmos oblongum à medio ad os æqualiter teretem, cætera po-
steriora multò crassiora; vltiori longè ore quocunq; murali maioris
formæ tormento. Hunc libratores pyrio malleorum incusu densato pul-
uere, resina, ceraque superinducta, ad suum modum implent: lineo quo-
que obturamento ori quàm artissimè circumligato obstruunt: admo-
uentque arcium, aut vrbiū portis; quas hostis per insidias capere de-
stinat. Nulli tormento ad proſtremendas, diruendasque fores maior vio-
len-

lencia : Siquidem vbi sulphureus puluis applicitum rapuit ignem ; cum flammæ libero exitu ; foramento præcluso, in apertum erumpere ; nec in arcto multiplici auctæ incremento constringi , præfocarique possint ; facto veluti impetu cum horribili tonitru tanto obiectas fores ipsius aeris concitati turbinis impulsu concutiunt ; vt illa immani afflatus veluti fulminis violentia fores quamquam firmissimas demoliantur .

Populi
Austria
ab Imperatore
destruuntur .

Erat omnibus is furor hæreticis in Germania ; vt nullis laceffiti iniurijs, nulla violenti, impotentisque imperij causa contra Austriacos principes lymphatis similes in arma præcipites agerentur. Superioris Austriæ populos eadem insania rapuit in obliquum. Coacta namque ingenti militum manu, in Austriam Inferiorem infestis signis inuecti, capto oppido Ipsio, vectigal, quod ibi à prouincialibus Imperatori solet impendi, inter vertebant ; & quia subito inuadentibus sibi non dedit se ciues ; sed aliquantulum repugnarunt ; eos fortunis, rebusque omnibus exuerunt . Inde ad Cænobium Melchum positis castris , valloque circumducto , obsidione cinxerunt . Pari ardore, ac violentia mœnia verberari cæpta . Propugnabant cænobium Itrenæ aliquot Vallonum cohortes ; qui hostem crebris eruptionibus fatigando, & contortis in castra missilibus lacerando, precipue cum ad Danubium illis erat aquandum, inuicta peruicere virtute ; vt hostes irritò incepto abire compulsi fuerint ; & eo citius, quòd audierant Bucquoniam suas terras omni belli plaga vastare : Qui vt eos à cænobij obsidione depelleret ; in Austriam Superiorem translato bello, castrisque mille, & quingentis Pannonijs , omnia circum oppida in Cæsaris fidem concedere, admoto armorum terrore, coegerat .

Rebelles
ab obsidione
nobis destruantur .

Crempsis
gruuntur
insidijs .

Mansfeldij comitis interim legatus urbem Crempsiam sexdecim passuum millia Vienna distantem, structis insidijs occupare tentauit ; sed re per exploratores à Cæsareis cognita , cum magna suorum cæde repulsus est , in ipsius caput recidentibus dolis .

Palatinus
auspiciatur
imperium
ab impietate .

Redierat per eos dies Fragam à Noribergæ conuentu ad ineundum Regni Bohemici regimen Palatinus. Ab impietate auspiciatus imperium, male sano consilio, indicto sacris simulacris bello ; omnes Diuorum imagines, quod antea eius maiores in suis ditionibus egerant, è templis, & sacris ædibus ex Caluini doctrina detraxit ; & in prophanato maiori delubro iussit suæ superstitionis impia dogmata pronuntiare. Quin etiã ex vniuersis ciuitatis locis demolitis imagines Christi è cruce pendentis effigiem affabrè profusam, & Deiparæ Virginis eiusdem artificis exculptam manu, quæ in ponte propè urbem veterem constituta erant, auferri præcepit. Tunc enim vero plebes quamquam ex hæresi Lutherana ad arma conuertata ruit ad pontem à regis iniuria illas imagines defensura ; agebatque sedula stationes in ponte succlamatione feroci iterans querimonias. *Quid ab illis peccatum, aut delictum in Regem simulacris erat ; vt, cum iam ducentos annos in maximis, ac grauissimis religionis tumultibus, & euersionibus rerum sacrosanctæ ad illam diem steterint ; nunc ab nouo Rege ultro temere violen-*

Bohemorum
de diuorum
simulacris
cura .

larentur? Non passuram se usque dum spiritum traheret, quicquam iniquius in illas ab regis apparitoribus agi.

Quare comes Andreas Slichius veritus, ne ex hoc populi farentis tumultu res Bohemica in aliquod discrimen daretur; Rexque hoc improbo facto, à se civium animos alienaret; trepidus illum adiit: de populi consternatione pro illis imaginibus admonet. *Purgat ille factum, quod se inscio, & inconsulto voluerint sui illa simulacra è ponte diripere. Nunquam se in animam induxisse, nolle in omnibus rebus indulgere populi votis: id firmum fixamque suæ menti insidere; ut Bohemi optimam suam in illos voluntatem, provisionemque animi experirentur.*

Quæ Regis verba comite ad populum referente, commota seditio subfedit; atque in suas quisque domos digressi quievere; quamquam nontum bono huius novi regiminis sensu. Nihil enim vehementius multitudinis animos concitat; quàm incussa religio. Manarunt in vulgus illæ impiæ vxoris Reginæ voces: se nunquam per illum pontem transituram, donec Christi, & Virginis Matris simulacra in illo consisterent; cum tamen paucis post diebus per illum fugere à malè parto regno à Dinino ultore scelerum Numine maximo cum pudore, ac dedecore compulsa fuerit;stantibus adhuc, ipsa inuita, in sua sede imaginibus.

Ferdinandus tentatis nequicquam per legatos, & litteras Austriæ, & Pannoniæ procerum animis; oblata etiam, vt redirent ad fidem, ad eorum animos leniendos religionis libertate; omnes ad compescendam perduellium contumaciam curas intendit. Iam ei ab Italia, & Belgio venerant auxilio validæ bellatorum manus; quæ partim Budonissæ, partim Possæ tetenderant; Catholici Regis ære pleræque conductæ, Balthasare Maradio Hispano supremo Duce veteranæ, probatæque virtutis, qui plures annos pro Cæsare in Pannonico bello meruerat; quæ sicuti Austriacis auxerant animos; ita hostes metu perculerant; ne se peregrinis viribus auctus Imperator opprimeret: contumaces tamen nihil terrentibus vicinis Imperialibus armis, Austriæ populi persisterunt; nolle se in Ferdinandi id emixè petentis verba iurare. Quare Archidux Leopoldus Vienna digressus in Triboces nunc Alsatiam autam Austriacæ domus prouinciam Heluetijs, & Galliæ finitimam se ad comparandas firmiores copias militum contulit. Iamque duæ equitum, & peditum legiones comite Luppiensi, & purpurato Anhaltino Ducibus Vindeliciæ principis pecunia conflata in Franconia coierant: cum inter hos bellicorum strepitus apparatus Prainerij purpurati Iaurini præfecti opera spes pacis cum Daco, vel saltem induciarum affulsit. Nam vtriusque principis legati ex condicto Viennam conuenerunt ibi transacturi de pace. Et quamquam pax constittuta non est; pactæ sunt tamen induciæ in eas leges vt à xv. Kal. Februarias, vsque ad tertium Kal. Octobris hostilia vtriusque cessarent; fremente comite Turriano, qui Dacum omnibus officijs, atque artibus aggressus est; ne cum Ferdinando induciarum fœdus iniiret.

Cæsar
perduel-
les com-
pescere
statuit.

Budonissæ.

Induciæ
inter Im-
peratori
& Dacum.

Iisdem

1620

Turcarum
ad Ferdinandum
Legatis.

Iisdem diebus venit à Turcarum rege Legatus ad Ferdinandum; qui regis sui nomine polliceretur; *se nunquam violaturum pacis leges, immo statutum fœderi, quod sub belli Pannonici finem cum Cæsare percussisset; nec rebellibus concessurum, ut milites è suis regnis abducerent; quamquam id ipsum ab eo Bohemi. & Dacus Princeps summis precibus contendissent.* Nuntius Turca magno cum honore exceptus est, & amplissimis muneribus donatus ad suum regem dimissus. Cæsar à Turcarum armis, & bello securus, ad Daniæ Regem, Inferiorisque Saxoniz principes, & ad Ducem * Leoburgi, liberaeque ciuitates, quæ toto maris Germanici litore protenduntur: inter quas Hamburgum clarissimum illius tractus emporium, ob plurimas varij generis merces, quæ in illam ab Indis, Borealibusque gentibus conuehuntur; inde quasi ex Germaniæ theca, promptuarioque in omnes itilius cæli plagas exportandæ, Legatos misit: qui eos dynastas de rerum suarum statu docerent. *Contra fas omne, spreto iurata fidei sacramento, aliquot hæreditarias Austriacæ domus provincias per summam perfidiam rebellasse; hæcque maiori iniuria, & nequiori offensa Rheni Palatinum intercepisse; nec ista rapina contentum, armatum etiam in Austriam Superiorem inuectum maxima damna, qua secum vehit fortuna belli, illis gentibus intulisse.* Proinde rogare se eos, ne hostes suos aliquo fauore prosequerentur; sed iustiori causæ socij, & comites subuenirent.

Nunc Lan-
enburg.Ferdinandi de re-
bellibus
querela.Paulus V.
Cæsari
supplicias
facit.

Vulgata iam moti in Germania ab hæreticis in Catholicos belli fama, Paulus V. Summus Sacrorum antistes, ut totis viribus Catholicæ fidei causam tueretur, habito purpuratorum Patrum Senatu, de imminente religionis periculo graui retulit oratione. *Totam hæreticam Germaniam non modo Cæsarem bello laceffere; sed etiam calo impia arma inferre; implacabili ira Lutheranos in Catholicos ferri: ultimum rei Catholica impendere discrimen; ne irruenti malo pari animorum ardore properè occurratur.* Quare alacri omnium illorum Patrum consensu statutum est, ut non solum ad propitiandum cælesti Numen; sine cuius ope inanis est omnis cura mortalium, & futilis labor: à toto Catholico orbe ad Diuorum aras publicis supplicationibus litaretur: cum omnium sacra expiatione, condonationeque scelerum ex Diuina Summi Antistitis potestate; sed etiam in sacrum bellum, Ferdinando valida pecuniarum, & militum mitterentur auxilia. Idcirco duæ annuæ Decumarum pensiones Ecclesiasticis imperatæ; quæ maturè Cæsari, Vindeliciæque Duci ad conducendum militem soluerentur. Dum Fœderati Catholici rem bellicam sollicitè curant; & tam ad inferendum, quam propulsandum bellum se impigrè instruant: non minori solertia hostes rerum suarum satagunt, & Catholicorum consilia, cogitationesque sagaci coniectura rimantur: atque ad exterorum agminum impetum sustinendum; quæ in Germaniam irruptura pro Cæsare dicebantur; omnes vires suas obmoliuntur.

Hæreticis
solliciti de
rebus suis.Opponunt
se Belgicis
cajsis.

Princeps Anhaltinus iussus est Anspachi Marchionem fœderatorum Protestantium legatum adire certis cum mandatis; ut Belgicis copijs, quæ

ab

ab Archiduce Alberto in Belgio conscriptę ad Ferdinādum mittebantur, stabiles suorum phalanges obijceret; nec fineret libero aditu impune in Germaniam inuadere. Alia non minor sollicitudo hostes angebat, ob Dux Saxo sua arma ex-pedito. Saxonię Ducis bellicos apparatus. Audierant illum magnos militum delectus habere, anthorareque bellatores: atque exercitus scribere; nescij quò euasurus esset belli Saxonici impetus; & quorsum tot parata arma vertenda. Quare placuit, ne quid damni ab illo principe paterentur; & ne nudum ad feriendum latus pateret Electori; præsijs per interualla dispositis, illos fines tueri, quę prouinciam ab omni hostium iniuria defenderent. Dux Maradius cum vigintiquinque peditum cohortes Budoiuissam duxisset; per caduceatorem Sabillaui vrbis ciuibus obnuntiauit excidium; ni extemplo dederent vrbem: qui misso Pragam celerrimo nuntio, imminentis periculi, hostiliumque minarum admonent regem: Rex nulla mora expeditis eò aliquot selectorum equitum turmis, & peditum manipulis, vrbem contra Maradij impetum firmat. Nec ille fruiiente iam hyeme, & omnia frigore claudente, institit obsidione ciues vrgeri; sed se se in hyberna recepit, primo quoque tempore viribus firmior progressurus ad bellum.

Non idem frigoris rigor, & asperitas hyemis Marcomanos Marcomanos prohibuit; quo minus coactō exercitu, Niclaoburgum Inferiori Austrię, & Pannonię finitimum, & idcirco magni ad illorum destinata perficienda momenti corona sepirent; prolatisque tormentis, immani violentia quaterent muros. Nullius fere negotij fuit vrbe potiri: cum fatiscentibus nimia vetulitate antiquę structurę mœnibus cingeretur; sed erat hosti in arcis expugnatione sudandum; in quam ciues iuxta, ac milites cum rerum charissimis confugerant: vbi oblectati hostili potentię per plures dies Marcomani Niclaoburgum obsident. Marcomanorum impetus frustraerant. Cardinalis Dietristainus quondam Marcomanorum præfectus Niclaoburgi oppugnatione audita, & ad huc arcis præfidiarios in Cæsaris fide persistere, arcemque insigni virtute defendere; per citatos nuntios cum Imperatore egit; vt obsessis auxilia properè mitterentur; ne fidi, fortesque focij hostium arbitrio turpiter desererentur. Bucquoius, & Tampierius Ferdinandi iussa in hanc rem omnes suas copias expediunt: suppetias quãdã mox laborantibus allaturi. Sed Danubius glacie concretus, & pons, quo iangitur, ingentium glaciei Cæsareo duces subsidio obsis properant. fragnitum, quę secundo flumine ferebantur, impetu fractus arcebat à transitu copias. Itaque operis datum negotium, vt subiectis publicijs, & crassis asseribus ad sustinendum muralium tormentorum pondus, restitueretur: Sed perfectum iam opus, absolutumque iterum gelu concussu elisum, dissectum est.

Interim Marcomani cum nullus omninò oppugnatis subsidio ab Austriae mitteretur; conuectis in castra maioris formę tormentis; quindecim ipsos dies adeò frequenti, furiosaque pilarum verberatione munita pulsarunt; vt pluribus locis dehilcentia cornuerent; & deficientibus

B bus

*Nicolaus
gi arx de-
ditur Mar-
comanis .*

bis insuper ad cetera mala commeatibus, agi cum hostibus de deditio-
ne captum est; nisi intra certos dies Austriaci subsidio venirent; arx obsiden-
tibus dederetur. Dedere obsidem præfidiarij comitem Ferdinandum No-
garolam Veronensem: cuius clara in illo obsidio virtus enituit: Oppidani
vero aliquot vrbis primates . Cum ad constitutum deditiois diem nul-
lum profus subsidium apparuisset; arx hosti tradita est in eas leges: vt
explicatis de more procedentium militum vexillis, accensisque funicu-
lis, cum impedimentis, & decem insuper plaustris rebus onustis ad ducū,
& militum vota selectis, præsidium egrederetur . Marcomani expugnata
arcis ruinis, quas tormentorum violentia disiecerat; reparatis, adiectis-
que nouis munimentis, valido imposito præsidio, in propria concessere .

*Gallia-
cur nō au-
xilietur
Casari.*

Miserat Imperator ad Galliarum Regem oratores contra perduelles
rogatum auxilia; sed Rex, etiam si duces Niuemensis, & Guisius in ex-
pedito essent; vt cum suis quisque copijs in Germaniam transmitterent;
vetuit illos exequi destinata; nec è suis quemquam in id bellum milites
centuriare: seu quia de hoc cum Palatino conuenerat; seu quia suorum
opera erat vsurus in bello, quod contra hæreticos regni parabat; quod
etiam mox illis intulit . Clarissimos tamen proceres cum Engolismæ Du-
ce legauit in Germaniam, vt sua autoritate tantis bellorum tumultibus
intercederet; vt compositis simultatibus, sedatisque rixantium Princi-
pum dissidijs infelicium populorum innoxio sanguini parceretur . Sed eò
res deducta erat, vt mota iam arma nullis amicorum officijs, & precibus
sedari, pacarique possent; sed ius futurum esset in armis, secundumque
potentiorum lis danda . Tertio Nonas Februarij res per quam funesta ac-
cidit in Bohemia: quæ ob miserimi casus acerbitatem silentio præter-
eunda non est .

*Gallia
Rex pacis
sequestres
in Ger-
maniam
misit.*

Lis erat vindiciarum: inter duos proceres Bohemos pro
quodam opulento pago, cui Ierfino nomen cum suo castello; sacramen-
toque alter cum altero contendebat. Veritus Palatinus, Rectoresque cæ-
teri, nequid ex illo purpuratorum dissidio turbatum, & tumultus acci-
deret; & ex priuato iurgio ciuilia iretur in arma; mittunt cum amplissima
potestate arbitros cum ciuium nobilissimis, qui re probè perspecta gli-
scens iurgium ex æquo, & bono componant. Aderat etiam alter, qui litem
intenderat: iamque omnes in arcem, vt litem æstimarent, confluerant:
cum repente in quibusdam sulphurei pulueris cadis, qui in subterraneo
fornice seruabantur, concepto igne, elucantium in arcto flammarum
violenta horribili cum fragore, arx ab imo subruta tota dehiscebat, excus-
saque in sublimè miseros illos cum reliqua turba per aerem secum abri-
puit . Deplorandum sanè spectaculum; nisi hæresi, qua erant infecti, debi-
tum supplicium luissent . Omnibus flammarum impetu lancinatis, author
tanti sceleris latuit . Putauere plerique alicui forsan militi ad accipiendum
puluerem in illud specus ingresso excidisse imprudenti ex funiculo accen-
so fauillam, quæ arcem illam funditus euertit .

*Miserrabi-
lis Bohe-
morum
casus.*

Palatinus, cum per hyemem bellicæ curæ, ac negotia cessarent; statuit

in-

interim, dum vacaret, in Quados, Marcomanosque proficisci; vt illos populos sibi fidei sacramento constringeret. Igitur Praga egreditur Marcomanos versus splendido procerum agmine, & magno equitum satellitio stipatus. Nonis Februarij Brunam peruenit: vbi à prouinciæ Primatibus in porta sub umbella regio more excipitur; & ornatissimo sequentium purpuratorum, nobilitumque comitatu ad templum, in quo olim Patres Iesuitæ sacra faciebant, deducitur. Ibi quædam Dauidicæ preces illius superstitionis ritu musicis numeris decantatæ. Inde illum ad prætorium regio luxu, & nitore cultissimum vniuersi ciuium ordines comitantur. Postero die prouinciæ Optimates illi dicunt sacramentum. Rex vicissim inriurando fidem obligat suam: se illis omnia prinilegia, iura, sanctiones, perpetuo inuiolatas, sacrosanctasque seruaturum, ac multis insuper vetigalium, tributorumque pensionibus leuaturum.

*Palatinus
in Quados,
&
Marcomanos
proficiscitur.*

Rebus ex voto in Marcomanis compositis; Vratislauriam Quadorum regiam, caputque gentis contendit. Venienti duo mille, & quingenti equites ad prouinciæ fines occurrunt, eum in urbem deducuri. Ibi partem Quadis in fidem acceptis, Pragam reuertitur; missis in Luititios Legatis cum patentibus litteris, vt etiam ab illis populis sacramentum exigerent. Negarunt illi, se nulli, nisi ipsi regi, ex antiquissima gentis prærogatiua sacramentum facturos. Quare in aliud commodius tempus illud negotium reiectum est; quia iter, quod in Luititios ducit, atrocibus, & cædibus duo Naulochorum equitum millia fecerant infame; qui in Quados ingressi obuia quæque fœdè, ac crudeliter diruebant; quibus aliud agmen eiusdem gentis adiectum à Quadis direptis in Marcomanos inuecti terras, per quas transitus erat barbarè populati, iniectis flammis insuper incendebant: vbiq; horrendæ feritatis exempla, luctuosissimamque sui recordationem illis incolis relinquentes; ad duodecim passuum millia propè Brunam hostiliter incurfarunt. Sed aliqui eorum à reliquo fociorum agmine, quod Viennam stipatis ordinibus properabat, palantes à præfidiarijs militibus intercepti suæ sæuitiæ pœnas laqueo fracto gutture penderunt: Cæteri omnes Viennam incolumes perueniunt Tampierij ductu stipendia facturi.

*Naulochi
Quados
infectant.*

His auctus copijs Cæsar iussit Bucquoium ex hyberni copias educere; quamuis necdum hyemis remiserat rigor; aliòque ab Austria circumferre belli terrorem, & in hostiles prouincias belli clades auertere. Ille strenuè imperata facturus cum vniuerso exercitu procedit in campos; receptisque aliquot oppidis; quæ ab Imperatore defecerant; Bohemorum cohortes, quæ in illis locis confederant, coegit propiùs Bohemiam suorum armorum illato metu, secedere. Proponens animo inde Mansfeldij copias improvisus inuadere, quæ Langelai hymbabant. Traiecto igitur apud Crempsiam Danubio, contra hostes vadit infestus imparatos illos, atque incantos se nacturum ratus. Sed comes Honlacus, qui in illo exercitu absente Mansfeldio, curabat, detecto per exploratores Bucquoi consilio,

*Bohemij
Bucquoium
adoritur*

*Pugna Ca
sareorum
cù Mans-
feldianis.*

illi vltro obuiam, instructis in pugnam ordinibus animosè procedit. Erant nouem peditum cohortes, & sex equitum turmæ. Primum leuibus prælijs equites velitati sunt; deinde vniuersa acie confertæ sunt manus. Anceps diu prælij fortuna pependit; sed tandem incumbente acriùs, atque

Cæsarei vrgente Bucquoio, penes Austriacos victoria fuit. Cedentes namque Cæsareis hostes in vallem depressioris, iniquiorisque situs Bucquoi impressione compulsi, cum supernè missilibus peterentur; nec contra ipsi eniti possent, Cæsareis terga dedere. Mille ducentis ex Mansfeldianis eo prælio desideratis, comes Honlacus se in tutum fuga proripuit; non tam plena Cæsareis victoria, quàm suorum sarcinis hostium prædæ relictis. Capta militaria signa sex peditum, duo equitum Viennam argumentum victoriæ Cæsari missa. Inde pagum aggressus, in quo duæ turmæ equitum morabantur, sexaginta eorum cæsis, cæteros auertit in fugam. Deinde vlteriùs pronectus non exiguum hostium numerum, facta ex inopinato in illos impressione, confecit. Ducentos etiam Marcomanos, qui consternati, ob non soluta stipendia, secesserant, Falcestiani oppressit.

Bohemi se obijciunt Bucquoio. Hi repentini Imperialium incurfus, repetitæque clades Bohemis illatæ, quasi ex profundo veterno suis malis indormientes excitarunt; vt exultantem ferociter hostem, audentemque victorijs suorum virtute comprimerent. Euocato itaque & Itatiuis exercitu, in colle Egenburgo vicino castra communiunt: eodem quoque Bucquoius cum suo properat agmine; quod auxiliarium aduentu cohortium animatum è propinquo obijcit hosti. Postero die Bohemicus equitatus è munimentis egressus Naulochos equites audacter prouocat ad certamen; nec illi minùs animosè pugnam detrectarunt. Concurritur vtrinque pari virtute; cadunt vtriusque partis promptissimi quique: inter quos plumbea ictus glande Naulochorum chiliarchus, cæsis priùs sua manu quatuor ex hostibus, cadit. Durante equitum certamine, stetit vtrumque agmen instructum ad pugnam, explicatis in aciem ordinibus, fulminantibus interim hinc, inde tormentis, casso tamen plerumque vulnere. Noctu Bohemi sublatis signis è tumulto in plana descendunt; quos manè Cæsarei vrgent, instantque cedentibus; atque ex eodem colle, quem tueri quoque ad tutum suorum receptum perseuerabant; facta vehementi impressione, depellunt. Aduersæ vtræque in campis directæ in prælium in mutuo conspectu steteræ acies: neutra hostem lacescente; intentæ solùm, si quam bene gerendæ rei occasionem error hostium aliquis daret. Sed cum Princeps Anhaltinus veteranus miles expertæ virtutis Bohemos duceret, in eodem celsiori, aptiori que loco suos continuit; ne cogeretur inferior viribus cum hoste certare. Alia tamen paulò post inita pugna est crudelis, cruentaque, quàm offusæ noctis tenebræ diremerunt: maiori à Cæsareis accepta clade; cum eorum trecenti perierint, & totidem captiui fuerint abducti.

Cæsareorum victoria. Eadem nocte Anhaltinus pulsus ex eodem colle Cæsareis, in quo ipsi priùs castra munierant; libratisque in eorum copias tormentis, missilium

Anhaltinus Cæsareos lacescit.

pro-

procella Cæsareos quatere cepit : magnam eorum stragem daturus, nisi ingruens imber tormentorum usum penitus abstulisset . Bucquouis, cum nihil se contra solertem, strenuumque ducem profecturum videret; in pristina castra propè Crempsium reduxit exercitum; emissio vltra Danubium equitatu, vt pagis, & vicis quorundam Austriæ inferioris procerum, qui à Ferdinando defecerant, diripiendis, vrendisque rebellium perfidiam puniret .

Hi Imperialium incurfus, vastationesque villarum per auia sylvarum, & saltuum dispersos egit agricolas; vt saltem vitam, cæterarum rerum abiecta cura, à furore, sequitiaque militum tuerentur . Querebantur frustra inanibus vocibus de dominorum contumacia; qui se in tot belli calamitates, & detrimenta traxissent . Cæsarei Budouissa egressi ad decem leucas propè Pragam ferociter procurrerunt; magno ciuibus iniecto terrore, ne eodem belli impetu inuaderent urbem . Vuitgauum etiam ad motis copijs adorti, incensis primo suburbijs, cum mœnia dispolis tormentis demoliri têtassent, difficiliorumque opinione expugnationem fore vidissent; Budouissam, re infecta, sed tamen diuite præda onusti redierunt . Palatinus tot alijs ex alijs acceptis incommodis valdè commotus vigesimum quemque hominem militaris ætatis, qui sacramento diceret, imperauit : iussis etiam omnibus beneficiarijs nomina dare : sumptisque armis sibi, vt in lustratione copiarum censerentur, adesse . Negarunt illi se aliquo authoramento teneri Regem in arma, bellaque sequi . Idcirco ad solemnem totius regni conuentum quæstio dilata, in quo decerneretur, quibus beneficiarij officijs, ac legibus tenerentur .

*Cæsares Pragam
territant .*

*Palatinus
bellici apparatus .*

Miserat iam pridem Palatinus ad Angliæ Regem socerum suum, & in Batavos Donæ dominum ad petenda belli subsidia; non solum vt partum Bohemiæ regnum ab Austriacis tueretur; sed etiam vt auitas Rheni ditiores, & prouincias ab exercitu Hispano defenderet; quem ex Belgio contra se festinare fama vulgauerat . Lætis populi vocibus, quibus studia sua profiteri solet, Legatus ab Anglis exceptus est; acclamatumque illud commune precandæ salutis, (VIVAT BOHEMIAE REX FEDERICVS) Magno cum assensu, & gratulatione à Rege auditus, & ingentibus promissis oneratus dimissus est . Extemplo Rex iussit aliquot peditum, & equitum millia conseribi, mittique in Batavos: vt comitis Nassauij ductu in Bohemiam ad Generum transferrentur . Aliqui etiam primæ nobilitatis sacramento militari obtinere se se volones pro sui Regis genero bellaturi . Sed hæc copiæ pro conspicua Britannia Regis dignitate, & opulentiâ ad Palatini indigentiam malignæ admodum, paræque fuere .

Palatinus subsidia ab Angli Rege implorat .

Bohemorum conuiuium .

Et Regis postulat .

Conuenienter per eos dies Pragæ Bohemi proceres, vt quid factu in tantis, rerum tumultibus pro communi salute opus esset, decernerent . Primum omnium fœdus cum Daco, & Pannonijs Principibus renouatum est; deinde Rex de suis rebus retulit in conuentu . *Se ex quo Bohemia sceptrum suscepisset pro regno tuendo suos omnes profudisse thesauros, nulli pepercisse im-*

penſa: que aliquot decies aureorum nummum millium ſummam excederet; vt ab hoſtium iniurijs Bohemiam præſtaret incolumem; nec ſe hæcenus quicquam ex eorum prouincijs accepiſſe compendij. Si ſua concederet fato: omnium illarum pecuniarum factum iri iacturam cum in eorum tanta eligendi Regis libertate, poteſtateque incertus eſſet; an ſua proles ſibi regni hæres ſufficienda foret, & pro ſe extincto parente, regnatura. Cogitarent inſuper ſi Angliam Regem ſocerum ſuum, & Vualliam principem vnicum filium, imbecilla admodum habitudinis fatum abriperet; Regina uxori ſua vnica pariter filia Anglicum regnum hæreditario iure venturum; adeuudaque idcirco cum ipſi eſſet hæreditas: in Bohemia ſe Rege procul agente, maximos tumultus, & turbas concitatum iri; verum ſi ſuos filios Reges designarent, omnia futura incommoda non modo facilè tolli, ſed etiam obduraturum regium in ſua ſtirpe decus, maiora pecuniarum, & militum impetraturum auxilia; ſeque maioris dignationis & authoritatis apud Fœderatos principes, & Republicas fore; ſi in poſteris ſuis Regium diadema perſeueraret.

Tres Bohemia Reges eodem tempore.

Quare habito de hac re ab illis proceribus Senatu, petitioneque Regis diligenter excuſſa; tandem in hanc ſententiam conceſſerunt omnes; vt Henricus filius in Regnum parenti ſuccederet. Qua lege lata, Rex admodum lætus quàm maximas gratias illis proceribus egit; illi viciffim fauſta, feliciaque omnia Regi apprecati gratulabundi ſoluto conuentu, in ſua quiſque domicilia redierunt. Sic tres Reges Bohemia eodem tempore habuit, duos coronatos, & tertium designatum. Et quia nonnulli optimates, quamquam ex heresi Lutherana adhuc mordicus partes Cæſaris tuebantur, nec illi intereſſe conſilio voluerant; patriæ hoſtes habiti, declaratique ſunt, eorumque bona publicata.

Bucquoij progressus in hoſtes.

Strategemate eos vincenti.

Bucquoio interim in hoſtium perniciem nauiter excubanti res ad vota proceſſit. Nam cum per exploratores cognouiſſet Principem Anhaltinum procul à ſuis copijs abeſſe, morarique Pragæ; Tampierio ſocio bellici facinoris, quod destinabat, adſcito, cum duobus equitum millibus, & peditum mille, maioribus ſclopis armatis, noctu celeri paſſu feſtinans diluculo non procul ab hoſte confedit. Equitatu, peditatuque, in inſidijs in quodam ſaltu ab vtroque latere collocato, aliquot Naulochorum equitum turmas in campos emiſit: ſi fortè eorum paucitate hoſtes illectis, vicinæ ſpe prædæ inſtructas inſidias incauti traherentur: nec ſua illum cogitatio ſefellit. Naulochi ſiquidem naſti hoſtium manipulum ad explorandum agrum diſcurrerentium omnes, vno excepto deſchacho, conciderunt. Qua ſuorum clade irritati Bohemi duo equitum millia in obequitantes Naulochos immittunt; vt ſuorum necem vlciſcerentur: ſpectantibus è colle, aliquot peditum cohortibus ſociorum virtutem: qui cum apertis ordinibus in plana deſcendiſſent; Naulochi ſimulato metu ſenſim veſtigio cedentes mox in fugam effuſi ſequentes laxatis habenis Bohemos in paratas inſidias de ducunt. Repentè ex inſidijs à lateribus Cæſarei in Bohemos erumpunt: qui etſi improuiſo attoniti malo repugnant tamen, & conglobati animoſè feruntur in hoſtem; ſed poſt breue certamen; vt plus

ani-

animi est inferenti periculum, quam propulsanti: fusi Bohemi, fugatique sunt; amplius mille peremptis, ceteri fuga salutem quaesivere: prementibus terga fugientium Naulochorum equitum turmis; qui in reditu ex cadauerum spolijs ingentem, ditemque praedam in castra auerunt. Eo certamine Felsij domus copiarum Mariscalus, & quidam chiliarchus cum alijs sexaginta ducibus, & ex prima nobilitate aliquot viri occubuerunt. Triginta ex Caesareis interempti, inter quos Italus quidam equitum ductor; graniter etiam vulnerato Haideni comite impigro inuene. Ipsi Bucquoio minoris tormenti ictu citra ipsius vulnus suffossus equus; qui captis nouem turmalibus signis, se propè Crempitiam in solita castra recepit.

*Bohemi
& Caesaris
superantur.*

Utrique exercitus sociorum agros iuxta, ac hostium nullo discrimine praedabantur. Quae militum impotentia adeo irritauit agricolas; ferox, & asperum hominum genus, ut discurrentes ad arma iniurias uturi ad quatuor millia coierint; creatoque insuper militari tribuno, quem penes esset armorum imperium; comitis Mansfeldij agmini vltima manitantur, nisi nimia temperet insolentia; a quo maiora, quam ab hoste detrimenta tulissent. Vtrò etiam oblatione Palatino facta, se ad sex militum millia copias aucturos si sibi statua, comعاتisque praerberentur; obstinatis potius armatos strenuè mori pugnando, ut egregios, fortesque milites decet; quam ab ijs tot mala pati, qui se tueri ex suo munere debuissent. Non placuit Regi, neque Directoribus haec agricolarum animosa insolite virtutis oblatio; cum nullus perniciosior hostis sit, quam quem iratum angustia faciunt. Itaque missi ad illos cum potestate primates; qui inconditam illam, ferocientemque turbam lenibus verbis, promissaque pacarent. *Illos melius in posterum iussu regis habitum iri: neque amplius militum insolentia suarum rerum dispendia passuros.*

*Agricola-
rum mo-
multus in
milites.*

Isdem fere diebus ingens Naulochorum equitum agmen ex Polonia profectum; Quadis, & Marcomanis ex transitu solitis damnis, ac rapinis afflictis, in Caesarea castra peruenit incolume: non tamen adeo integer, quin eorum plures a Quadis, & Marcomanis fuerint interempti: qui obiectis aliquot millibus bellatorum, eos transitu prohibere tentarunt; sed feroces sibi viam ferro in Caesaris castra moliti sunt.

*Naulo-
chorum ad
Caesaria-
na castra
transitus.*

Sub haec Palatinus peditum legionem duce Vinmariensi dynasta, & quingentos equites comite Strumbio praefecto recepit, omnes a Batavis in auxilium Regis Bohemi conducti. Quatuor etiam Anglorum millia Amburgi litoribus exposita missa genero ab Anglo focero Rege subsidia. Quibus cum per Saxoniz fines transeundum esset; sanxit grauissimis pecunis Elector, ut omnes armati in expedito essent, imperata facturi: neque aliquis exteri principis emereri stipendia auderet.

*Subsidia
Palatino
a Batavis
missa.*

Caesarei ad aliqua inferenda hostibus damna semper intenti è castris Duce Tampierio mille equites, & pedites quingenti quoddam castrum, in quo quinque peditum cohortes, & duae equitum tutae stationem age-

*Caesarei
hostes as-
surgunt.*

bant : adeo repentino impetu aggressi sunt , vt timore correpti profugerint . Non tamen omnes incolumes præstitit fuga ; nam quadringenti trucidati , plures aquis obruti perierunt ; cum in ponte vicinæ arcis , ad quam se ex fuga recipiebant , se se inuicem elidentes non capientibus turbam pontis angustijs , ruerint in aquas in fossa altè restagnantes . Cæsarei , subditis castro facibus , cum quingentorum equorum præda onantes in castra redierunt . Chiliarchus quoque Loblefus aliquot hostium equitum turmas adortus , octoginta cæsis , reliquos fudit , reque bene gesta ad suos regressus est .

*Bobemi
Duces se
aduersus
Cæsareos
instruunt .*

Harū cladium trepidis nuntijs Pragā allatis , Princeps Anhaltinus , cū Stoenlochi comite castra celeriter petijt ; ne ab infestante quotidie per insidias hoste damna in posterum sua incuria , negligentiaque paterentur . Accitisque è vicinis statiuis peditum manipulis , & equitum alis , viginti armatorum millia iusti , & regij exercitus numerum optimè instructa recensuit ; iussitque omnes ad imperium paratos esse . Quia audierat præter equites Naulochos , alia etiam militum agmina in Cæsarea castra venisse : & Bucquoium ingentem militarium instrumentorum modum , quorum est vsus in vrbium oppugnatione , parantem aliquod præclarum facinus meditari . Motis idcirco castris , non longè è Crempio propè hostem cum vniuerso exercitu substitit ; eò animosior , quòd quindecim Pannoniorum equitum turmas auxiliares acceperat .

*Mansfeldius Dra-
sentorffum
aggredi-
tur .*

Præibat cum validis equitum alis vniuersum agmen comes Turrianus . Palantes Cæsareos , in quos fortè inciderat , vel cecidit , vel egit in fugam . Vtroque exercitu in mutuo conspectu hærente ; iussus est ab Anhaltino Mansfeldius cum exercitus parte ad castrum Dresentorffum non amplius decem leucas Vienna recedens , quā itur in Marcomanos , expugnandum strenuè properare ; quod maximè ad id bellum momenti futurum videretur . Sed præsidio fortiter hostium conatibus repugnante , excussa in subeuntes è muralibus tormentis tempestate missilium ; eorum pluribus lace-ratis , cum strage repulsus est .

*Incendium
in castris
Bobemo-
rum .*

In Bohemicis castris per militum imprudentiam magnam exarsit incendium ; in ea præsertim parte , in qua prætorium tetenderant . Populabanturque omnia furentium flammarum globi ; cum Anhaltinus ratus id esse hostium insidias ; vt dum , ad restringendum ignem discurrens miles custodias remitteret ; hosti interim sui opprimendi daretur occasio ; tubarum cantu edixit , vt omnes caperent arma , instructisque ad prælium ordinibus exercitum eduxit in aciem ; quæ eodem vestigio hæsit immobilis , donec fuit extinctum incendium ; quod tamen antequam præfocari posset , multam pretiosam militarem supellectilem hausit ; sed præsertim Anhaltini pecunias eliquatas absumpsit . Nihil præter leuia aliqua certamina ad equestris virtutis spectaculum magis , quam ad hostiles velitationes inter hæc duo aduersa agmina memorabile actum est ; neutris vniuersæ pugnæ aleam subire audentibus .

Mara-

Maradus in Bohemia ne omninò cum suis copijs otio torpescere videretur; vrbe Pragadizio, aliquot ciuibus intestino scelere Patriæ insidias molientibus, per fraudem potiri tentauit: sed proditione detecta, spes etiam acquirendæ per dolos euanuit. Quare illam vi aperta, quando nihil fraudes profuerunt, ac propugnaculis vrbem: sed à Mansfeldianis cum duabus Bohemorum cohortibus tanta virtute ex optima veterani Ducis disciplina defensa est; vt incepto abire, Budouissamque repetere coactus fuerit: & eò festinantius, quòd Bohemum chiliarchum cum magno hostium agmine properare subsidio didicerat; vt se ab ea obsidione depelleret.

Maradus Pragadizium frustra sedit.

Iisdem diebus à magno Turcarum Rege ad Ferdinandum Viennam legatus missus est; qui sui domini nomine triginta, & amplius bellatorum millia in id bellum illi gratis exhibuit; vt his Turcicis auxilijs Germanicis copijs adiectis, facilius, & potentiùs, perduellibus debellatis, amissa regna recuperare posset. *Hoc se libenter, & spontè facere; quòd probe nosset, quàm perniciosi Regibus sint isti rebellantium tumultus; & ad quæ rerum discrimina vectigalium perfidia compellat. Se quoque eadem perfidorum audacia petitum, adijisse periculum, ne aliquot opulenta regna in Oriente amitteret.* Retulit etiam de legibus pacis; in quas Austriacus Legatus in Bizantino augustali cum suo Imperatore conuenerat.

Cæsar auxilia Turcica repudiat.

Magno quidem cum assensu, & significatione lætitiæ ratum habuit Cæsar pacis fœdus à suo oratore firmatum. Actæ verò quam maximæ gratiæ de oblati suorum Turcarum militum auxilijs. *Nihil esse causæ, cur suos vexaret; non sibi opus esse in id bellum Turcarum subsidijs; sperare se, tum suis, tum amicorum viribus fretum non solùm rebelles, sed etiam hostes propediem domiturum.*

Tres habiti alius ex alio perduellium procerum conuentus, primus Vratislaviæ in Quadorum regia. In quo sancitum fuit, vt ad bellicos vsus, & sumptus illius vrbes episcopatus, ditionisque Principis Liechtenstaini, aliorumque dynastarum absentium prouentibus, & redditibus vterentur. Edictumque insuper illorum purpuratorum vectigales nulla erga illos sacramenti religione teneri: imperatumque etiam, vt idem sacramentum dicerent Prouinciæ præfectis.

Hæreticorum conuentus tres: & quid in singulis actum.

Decretum Conuētijs.

Alterum concilium tenuere Noizoli vrbe Pannoniæ, cui etiam Princeps Dacus ex graui nuper valetudine recreatus interfuit. Comes quoque Colaltus Cæsaris nomine, & Georgius Taifellius, cum Bohemiæ, fœderatarumque prouinciarum legatis, & oratoribus adfuerunt: non solùm ob publica negotia, sed etiam, vt res suas priuatas vnusquisque curaret. In hoc quoque conuentu, Cæsareis legatis frustra reclamantibus, & seriò pollicentibus non solùm mitiùs in posterum cum illis actum iri; sed etiam religionis libertatem, nulli fraudi futuram esse; communi sententia, & mutuo iure iurando fœdus innouatū est inter omnes prouincias, quæ ab Impera-

peratore defecerant. Quamquam ipsi Cæsaris legati interita optime, atque honorifice habiti fuerint.

Tertium concilium Rezi oppido Austriæ superioris actum est: ad quod totius prouinciæ procures conuenerunt: qui necdum Imperatori se obstringere sacramento voluerant. Non defuerunt Bohemi dynastæ sedulo curantes, nequid in Cæsaris commodum consuleretur; aut ab illo leges acciperent.

Cæsaris sollicitudo.

Hæc grauissima cura Ferdinandum coquebat, angebatque vehementer: quod auitæ Austriacæ domus prouinciæ suum iugum contumaces abijcerent: atque à suis natiuis principibus rebellarent. Idcirco & humanissimis litteris, & seueris edictis enixissimè studuit; vt ad se contumacium populorum animos flecteret; refractariamque gentem ab imperij iugo ferociter resilientem ad bonam frugem adduceret. Inferioris quidem Austriæ populi facilius dicto audientes futuri fuissent; nisi Superioris obstinassent animis nolle se omninò subigi Cæsari: & cum eiusdem religionis, communiumque factorum causa, eodem cum illis obligari fœdere cogentur; sua exequi optata non poterant.

Diem præscribit ad resipiscendum.

Cæsar cognita suorum pertinacia, rebellibus omnibus proscripsit, edixitque diem pridie nonas Iulias, quo redirent ad fidem, exuerentque animis peruicaciam; nihil in illos acerbius consultum iri; immo inuenturos clementiæ locum: si ad illum præstitutum diem à perfidiæ scelere resipiscerent: sin secus faxint, eo elapso, vltima obstinatis obnuntiat; se cum illis tanquam perduellionis reis acturum. At nihil proficientibus Cæsaris minis, obstinatoribus animis in perfidiam induruerunt.

Conuentus Vlmæ.

Pancis post diebus alius maioris momenti conuentus Vlmæ Sueuiæ vrbe institutus est; in quo Calegiæ dynasta cum duobus fratribus, Anspachi Marchio, Cattorum Landgrauius, Vindeliciæ Ducis, & Galli Legati cum Engolismæ dynasta presto fuere. Varijs dictis ab vnoquoque sententijs, multum pro Germaniæ pace laborantibus Gallis Legatis, sancitum fuit; vt omnes imperij principes tam Catholici, quàm Protestantes mutuo se amore complecterentur; ne quid dissidij æternæ charitatis vincula rumpere; simultatibus omnibus, & offensis expunctis ex animo, bona fide simul redirent in gratiam: in posterum nihil alter alteri strueret hostile; sed firmis, perpetuisque amicitæ nexibus iungerentur. Ex hoc fœdere Bohemia, Austria, fœderatæque prouinciæ excluderentur. Catholicis integrum esset Cæsari tam pecuniarum, quàm militum ferre subsidia: sicuti neque Protestantes idem erga Palatinum facere prohiberentur; cuius hæreditarijs ditionibus hoc fœdere maximè cautum, ac consultum velint. Huiusmodi latis ab eo conuentu legibus neque Bohemi, neque Palatinus arrisr: veriti ne omnium Catholicorum simul conglobatæ vires, quod postea accidit, atque impetus in suam perniciem totus incumberet.

Tama de exercitu Cæsaris in Belgio nato.

Iam totam Germaniam coacti ab Archiduce Alberto in Belgio exercitus fama peruaserat viginti lectissimorum militum, & quatuor equitum millia

millia esse sub signis; quam mox Duce Ambrosio Spinola Genouensi, veterano, strenuoque Duce, rei bellicæ apertè perito in Germaniam contra hereticos irruptura. Qua de re multum commotus, vt par erat, Principes fœderati à Duce Saxoniz per literas quæsiuerunt; *quorsum tanti, & tam validi Belgici tenderent apparatus & quò tanta belli spectaret moles?* Quibus ille, nihil sibi de ea re præcipuum, & peculiare notum esse: vera se tamen, ac probabili assequi coniectura, illa Belgica militum subsidia in Germaniam Archiducis Alberti iussu motura; vt Austriacæ domus hæreditarias prouincias, ditionesque tueantur.

Interim cum Imperator vidisset neque se mitibus literis, & oblata vltro lenitate clemētiz, neque pœnarum obnuntiationibus potuisse Bohemos, & Palatinum à cœpta perfidia, institutoque reuocare, vt supremū Imperij caput pro ea autoritate, quæ imperatoriam sequitur maiestatem, contra vtrosque monitorium vulgavit edictum; dato certo obeundi vadimonij, faciendique iussi die; adiectis insuper minis, *nisi ad dictum diem à rebellionē cessarent, mandataque exequerentur; iuxta antiquas imperij leges de illis tanquam læsæ maiestatis reis questionem habitum iri, proscriptioneque imperiali damnatum.* Ad hoc Cæsaris edictum Palatini responsio abiit in vulgus; cuius fere hæc erat sententia. *Purgabat Bohemorum factum: quòd se regem suum renuntiaasset; nihil Cæsari in Bohemicum regnum iuris, potestatisque esse: liberam semper Bohemos eligendi sui Regis facultatem habuisse. Se non iniquè, neque perfidè fecisse, quòd oblatum vltro regum diadema ab illis proceribus acceperet. Turcarum Regi potius, quàm Ferdinando, eos delaturos fuisse. Si sibi aqua, & igni interdiceretur, siniquè proscriberetur, se suam causam Cælesti Numini tuendam relicturum; cuius ope, ac sui aqutate facti se illam tenturum sperare. Querebatur insuper in Electorali conuentu Francofordiæ habito, Bohemos legatos neque admissos, neque auditos fuisse. Denique nora dubitare se, quin suæ iustitiæ causæ non solùm à sacri Imperij principibus, sed etiam à toto christiano orbe liquidò cognoscatur.*

Antequam Ferdinandus imperiali Palatinum proscriptione multaret; per nuntios egit cum Electore Saxoniz; vt confecto suorum popularium exercitu, Bohemos omni belli clade vastaret: cogeretque Austriacum iterum iugum accipere; data illi quacunque libitum foret, inuadendæ Bohemiz amplissima potestate. At si qui libenter redirent ad fidem; seque illi sacramento obligarent, Cæsareæ maiestati dicendo: facta perduellionis sceleris gratia, indemnes ab omni belli calamitate seruaret; sed contumacium vrbes, pagos, villas, agros ferro, ac flamma enerteret; quando clementia nihil perfidia miscesceret. Hac accepta aggrediendæ Bohemiz potestate Elector, iussit milites omnes suo ære conductos Milbergi coire; vt vniuersas copias generali lustratione recenseret; & decimum quemque hominem suæ ditionis armatum in omnem belli euentum ad accipiendâ imperia expeditum, paratumque esse.

Palatinus cum hæc Cæsaris ad Saxonem mandata cognouisset; misso

ad

Cæsaris
edictum
in rebelles

Palatini
responsio

Franc-
furt.

Electo-
Saxoniz
ad bellum
incitatur
à Cæsare.

Palatinus Saxonem Ducem sollicitat, ut fœdus fecum ineat. ad illum ex suis domesticis nuntio, interpellauit; *ut idem conciperet fœdus; quod ante maiores eius cum Bohemis inierant.* Cui ille, *ne id faceret, suo erga Cæsaream Maiestatem venerationis officio, ac debito prohiberi; immo ipse fœdus Cæsaris inssu omnes in id suas collecturum vires, ut illud regnum adigeret sacramento: atque ad officium redire compelleret: verum hoc se non hostiliter, sed amicè facturum.*

Tumultus duo in Bohemia.

Per eos dies in Bohemia duo exorti tumultus, ne malum latius serperet, exemplo compressi sunt. Rustici vestigales cuiusdam nobilis viri ex Chinzchia familia, cum in pagum confluxissent pridie nonas Iulias inuito domino, Ioannis Hussij Herefiarchæ diem festum acturi; dicam melius, ut perditissimo nebuloni darent inferias, nequissimisque manibus parentarent: ipse ira frendens, quòd illa fex, mortaliumque purgamenta nihil sua iusta pensi habuissent: cum aliquot armatis in illos impetum fecit: ut ab illa hominum colluuiè spreti mandati pœnas exposceret. Illi raptim coacto duorum millium eiusdem conditionis, sortisque agmine, compulsum in arcem dominum obsident, malè procul dubio illum accepturi; nisi huius tumultus subito Pragam allato rumore, vrbis primates à Rege cum mandatis ad rusticos missi lymphatam illam, efferamque turbam miti oratione pacassent; permissumque foret, ut pro ipsorum arbitrio de religione sentirent. Alter tumultus fuit Mansfeldianæ legionis consternatio ob dilata stipendia, quæ illis iam pridem à comite debebantur: illamque ferociter flagitantibus, cum responsum fuisset; propediem initum iri conflandæ pecuniæ rationem, quæ illis pro debito stipendio solueretur. Spe sua frustrati ruunt violenti temerè ad prætorium: stipendia minaces à Mansfeldio deposcunt. Qua militum insolentia ille generosam non tenuit iram; cuius alioquin erat egregiè potens; strictoque gladio cum alijs ducibus, qui fortè aderant, illud ferociens, tumultuariumque agmen inuadit; quatuorque ex insolentioribus cæsis, & pluribus vulneratis, cæteros veluti impacto potentiori in illos agmine, propulit; Tantum veterani Ducis maieestas, veneratioque apud suos milites potest. Sed ea quoque militaris seditio cohibita, ne quid incommodi in tam difficili tempore res Bohemica pateretur.

Summi Ducis in milites potestas.

Cæsaris copia augetur.

Marchio Spinula in Germaniam mouet.

Cum iam Inferioris Austriæ populi, proceresque omnes, paucis exceptis, in fidem rursus, deditionemque Cæsaris concessissent; & magnus Naulochorum equitum numerus bipartito, impressis vbique in Pannonia, & Marcomanis sui barbari, ferique transitus vestigijs, in castra Cæsaris peruissent; ad eum numerum, firmitatemque auctæ Austriacæ copiarum videbantur, ut de victoria amplius verendum non foret. Præcipuè cum etiam è Belgio Marchio Spinula cum suis copijs profectus per Rhæni litora ducens in Francofordiæ agrum descendisset. Quacumque gradienti Ecclesiastici principes omnia necessaria ad bellicos vsus, commeatuque abundè sufficiunt. Antequam digrederetur è Belgio, Archidux Albertus plures Pannoniæ principes per literas monuit; *Belgicas copias in Ger-*

Germaniam ituras ob id solum, ut Austriaca domus maiestatem, splendoremque tuerentur; & perduellibus bello subactis, ablatas per scelus illi prouincias restituerent. Nulli noxias, nisi rebellibus, fore.

Iam tota Germania percrebuerat rumor, primos Spinulæ conatus in Francofordiæ vrbis expugnatione effusum iri: vtpotè oppidum ad Germanicum bellum magno vsui, atque emolumento futurum. Sed ciuibus benè sperare iussis, & ex trepidatione formidatæ oppugnationis confirmatis: adiecit, *se pereorum fines, & agros pacatum, innoxiumque agmen traducturum. Casarem illam urbem maximè saluam, ac liberam velle; se aliò omnem belli impetum conuersurum.* Nemini tum dubium fuit, quin recta in Vangiones Inferiores exercitum duceret, vt qui alienas rapuerat, proprijs prouincijs euerteret; priuaretque suis, qui vsurparat aliena. Itaque Principes Fœderati iam certi, quo belli Belgici turbo sæuiturus esset; cum vniuersis sociorum copijs illuc contento agmine festinant: Spinulæ impetum fortiter excepturi. Qui vbi aliquot diebus ad quietem datis, ad Francofordiam milites ab itineris laboribus recreauit; refixis signis, *Mocontiacum Palatinatus regiam, Saxonizque Principem urbem in Rheni litore sitam copias adduxit: traiectoque Rheno, ita propè hostem tetendit; vt penè rebellium castris sua castra commiserit; & vigiles mutuis alloquijs fabularentur.

Dum hæc duo agmina se vallo continent; & ab neutris nihil audetur hostile; Spinula sex armatorum millia cum valida equitum ala Emdeni comitem misit; vt repentino impetu Craisenochum urbem opprimeret. Cui sic prosperè vota cesserunt; vt primo statim aditu, astiocho vrbis porta deiecta, nullo suorum amisso, oppidum occuparit. Spinula quoque cum reliquo copiarum robore Alzaino vrbis succedens nullo negotio ea potitus est: cavitque grauissimis pœnis indictis, ne cuiquam omninò vel victo, vel dedito à militibus noceretur; vt quos armis subegerat, clementia sibi populos deuinciret; ciuiumque beneuolentiam lenitate cõciliaret.

Hostes tam felicibus bellicis Imperialium auspicijs, secundisque rerum euentibus territ Vormatiæ Imperialis vrbis obsidium eos agitare animo rati, nulla mora rupto Rheni ponte; ne Cæsarei à tergo sequerentur; illuc exercitum transtulere, vt illam urbem ab imminentibus hostium armis omnibus viribus tuerentur. Spinula sui voti compos, quòd hostes metu grauioris mali *Bancona depulisset; regrediens illicò quà discesserat via, copias in conspectu eiusdem ciuitatis explicuit: vallo, fossaque circumducta septurus, nisi ignauum præsidium necdum hostium vires expertum, nec propugnatione tentata, urbem Spinulæ turpiter tradidisset. Præfidiarij erant tumultuaria agricolarum manus versando ligonibus solo, scindendisque vomere campis, non rebus bellicis assueta, quam armatam egredientem ex vrbe hortatus est Spinula, vt ad tractandas itiuas, & sarcula faceretur domos; bellicas artes alijs exercendas relinqueret. Et persuasit sanè: in suos enim quisque pagos digressus belli prorsus cogitationes

Fræcofordia trepidatio.

Palatinatum Inferiorem.

Spinula iter.

Mogontia.

Spinula Alzainum occupat.

Oppenheim.

Banconam ignauum præsidium Spinula cedit.

tionones abiecit. Hanc urbem, cum Rheni fluctibus aluatur, opportunam ad bellum alendum, affligendumque hostem sedem Spinula ratus, numerofo imposito praesidio, noua veteribus munimenta, ac propugnacula, ex bellicæ disciplinæ præceptis adiecit.

*Orangius
Palatino
auxiliatu
rus Vve.
saliã ac.
cedit.
Palatina-
ti.
Cui oppo-
nitur Ve-
lascus.*

Princeps Orangius, vt Batauonum viribus rem Palatini iuuaret; cum viginti armatorum millibus secundum Rheni litora pergens propè urbem Vuessaliam cum vniuerso exercitu constitit: vt dubium faceret Spinulam, ne quid à se illi vrbi insidiarum aliquid pararetur: & idcirco à Vangionibus suas copias abduceret. Sed Aloisius Velascus cum alio Catholici Regis exercitu ad Reimbergam festinauit; vt inde Orangij motus omnes, & consilia magis è propinquo specularetur. Nec segnius Orangius hostium molimina circumspexit; eò arma laturus vbi occasio, bellique necessitas enocasset.

*Bohemia
eius bel-
lo estuat.*

Lusatia,

Dum hic nouum, ingensque bellum exoritur, & victoria vbique per Catholicorum volitare signa videtur; circumferentibus inuicem armorum terrorem, non minoribus Bohemia, fœderatæque prouinciæ bellorum tempestatibus estuabant; cum & Saxonum Dux in Luititij cum suo exercitu fulminaret, & Superiorem Austriam Dux Bauarus armis affligeret: & Bucquois ab inferiori vi pulsos hostes abigeret: & in Bohemia iterum Maradius fœuens arcem Taini corona vallaret. Quæ quia eodem ferè acta sunt tempore, singula seorsim prosequar; vt apertiora legentibus sint, rerumque series quàm clarissimè proponatur.

*Maximi-
liani Vin-
delici
Ducis
laus.*

*Et bellica
gesta in
Austria
Superiore.*

Offert se primum Maximilianus Vindeliciæ Dux, cuius insigni pietati plurimum debet totus Catholicus orbis; quòd cæteris vel rebellantibus, vel cessantibus Germaniæ Principibus, in summo Catholici religionis discrimine ipsius acerrimus vindex auitas prouincias, ditiones, fortunas, vitamque ipsam in casum dederit, atque incertis bellorum euentis obiecerit: vt illam à fœuissimis hostibus vindicaret. Qui post Vlmam in ditionem acceptam, cum Vaisemburgum suæ ditionis urbem in Oeni litore conditam propè Austriam progressus milites Archiducis Leopoldi nomine Possæ conscriptos suis copijs addidisset: cum viginti muralibus tormentis, & ingenti comeatumum, & rerum ad vsus bellicos pertinentium copiarum traiecto Oeno, in Austriam Superiorem signis illatis, direpto, vastatoque agro, pluribusque simul oppidis, & arcibus in potestatem redactis, magno totam prouinciã terrore concussit.

*Bauarus
rebelles
Austria-
nos damat.*

Prouinciæ proceres, collecta raptim tumultuaria militum manu, ausi sunt Bauaro repugnare. Sed multorum sanguine, ac cædibus illis inconsulta stetit audacia. Quare cum tanti hostis potentia suis duntaxat viribus obsistere nequaquam possent: se Vindelico Duci humiles dediderunt: præteriti errati poenam à se supplices deprecati. Cum i, à quibus opem in suis rebus afflictis sperare potuissent: maioribus belli difficultatibus premerentur. Edictum cit prædicantibus Lutheranis, vt è suggestis populis suaderent, ne minimum validis Ducis armis oblectarentur: sed in

eius

eius potestatem libenti animo irent : ne contumacia victorem in prouinciz irritaret excidium . Idcirco de facili paucis diebus Austriam nullo obfistente, recepit . Milites præfidiarios reliquum stipendiorum , quod illis debebatur, soluto, in suis legionibus centurauit . Sola Elistaini arx ausa est repugnare victori: qua tandem per vim capta , quindecim præfidiarij audaciae poenas laqueo suspensi dederunt .

Bauarus inde cum equitum mille * Lenciam urbem ingressus prouinciz ordinibus diem dici iussit: quo in ea vrbe se filterent (sacramentum Imperatori dicturi . Adfuerunt vocati proceres, præter paucos pernicioris ingenij, quos in diuersa vel in Ferdinandum odium, vel rerum nouarum studium abstulerat . Iurarunt , se fidissimos Imperatori futuros , dummodo Religionis concederet libertatem , & antiqua priuilegia vicissim iuramento sanciret . Religionis causa integra Imperatori delata, cetera deditis libenter indulgit ; iussis insuper cathenam , qua clauserant Rhenum, auferre: vt Viennam ad sua castra libera nauigatio esset . Quinque armatorum millia Tampierio submitit, vt validioribus copijs rem gerens acrius hostes vrgeret : Egitque cum Bucquoio de ineunda ratione, qua impunè vel hoste inuito, vterque exercitus iungeretur ; vt sociatis viribus contra rebelles tutius agerent bellum . Et ne frustra in Austria iam domita sedendo tempus terere videretur ; in Bohemiam traduxit exercitum : & ad Naiausum urbem castra posuit ; vt in Imperatoris obsequium illam obsidione compelleret . Verum cum non longè abesse Turrianum cum ingentibus copijs, expectareque sociorum auxilia, vt Catholicorum conatus infringeret, audisset: collectis vasis, amoto ad Vairofenium exercitu ibi vallo castra communit ; vtpotè in opportuno loco, & Bohemiz, Austriae, & Marcomanis finitimo .

Dum hæret in castris Dux Bauarus : videamus quos Saxonum Ducis arma profectus habuerint . Qui vbi vniuersas copias in conspectum dedit; in Luititios expeditionem parat : frustra id bellum per purpuratum Vincislaum Bergam Palatino deprecante, qui Saxonem precibus, & rationibus aggressus toto nisu conatus est præpotentia arma aliò abducere . *Palatinum vndique armis impeti, vrgerique bellis, quod Euangelicam Religionem (superstitionem ita suam vocant hæretici) contra Catholicos tueretur; qui illam omninò abolere, atque expungere à mortalium animis nitentur. Inde huius belli tempestatem exortam; inde malorum omnium sui domini cæpisse principium . In illum totius Catholicae Germaniae arma cieri: illum unum tot armis incesi; quòd pro communibus sacris, ac auita Religione pugnaret. Si pergeret principes eorundem rituum persequi bello; Papiſtarumque vires, ac potentiam sua adiectione, societateque augere; implacabileſque suæ religionis hostes omni studio iuuare; quòd boni omnes maximè auerſarentur: etiam atque etiam videret; ne communem causam prodens Catholicis sufficeret vires, quibus omninò Euangelicos perderent, eorumque ditiones suæ tuendæ titulo religionis eriperent . Eò verti omnia eorum consilia; vt occupatis Euangelicorum*

Linc.

Bauarus
Tampierio
auxilia
mittitIdem Bohemiam
inuaditSaxonia
Ducis
profectus

pro-

provincijs ; sacrosanctam quoque eorum religionem prorsus extinguant . Satis illi fore, si cum suo Principe inuictis armis, inuitoque fœdere communitam salutem, religionemque tueretur .

*Saxonis
in Cæsare
propensio-
nis con-
stantia .*

Verum nihil Saxonem in partes Cæsaris omninò propensum à destina-
to iam bello Vincislai preces, obnuntiationesque amouere potuerunt .
Nam in Luititios cum vniuersis copijs irrumpens, omnibus illis populis
metum iniecit; ne illam prouinciam ferro, ac flamma vastaret . Qui ta-
men antequam armorum vim illis gentibus admoueret; omnes de sum-
ma in illam prouinciam data sibi à Cæsare potestate admonendos puta-
uit; vt lenitate potius, ac clementia in Cæsaris traheret partes, quàm bel-
li calamitate adigeret . Hortatus est humanissimis verbis; *vt damnato cum
perduellibus fœdere, Cæsaris lene iugum acciperent, nec ea incommoda experi-
ri vellent; quæ secum bellorum violentia, impotentiaque militum trahit .* Et ne-
quid officij omitteret, vt rebelles ad saniozem mentem reuocaret; nobi-
lem è suis domesticis virum Budifinam prouinciæ regiam legauit; qui il-
lis ciuibus suaderet; *ne sua optima in illos voluntati aduersarentur . Se maxi-
me cupere illam urbem à belli malis integram, incolumemque seruare .* Verum
cum illam copiosum præsidium, ac validum tueretur; non solùm Saxonis
consilij nullas aures præbuere; sed etiam legatum, violato gentium iure,
detinuerunt .

*Ducis Sa-
xonis in
Luititios
clementia .*

*Saxo Bu-
dipnam
annadis .*

Qua irritatus iniuria Saxo in vltionem ruens cum quindecim armato-
rum millibus pridè idus Septembris urbem oppugnare adorsus, erectis
aliquot tumultis, in quibus librata tormenta ex altiori loco quaterent vr-
bem: suburbia primum incessante missilium tempestate diuerberat; quæ
nauiter, ac fortiter præsidium quoque omni contempto discrimine prop-
ugnabat . Magna pars mænium tormentorum profcissa ictibus videba-
tur in urbem innadentibus aditum aperire . Idcirco iussæ cohortes itipa-
tis cuneis, inclinatisque in hostium pectora, oraque pilis mœnia subire,
ipsius ducis præsentia impigros animante, torrenteque ignauos . Saxo-
nes per ruinas animosè scandunt . Obsessis pariter haltarum ferream se-
getem pretentam, densatosque ordines armatorum inuadentibus obji-
ciunt . Atrox, cruentum, certamen initur . Sed Saxones, & loci iniquitate,

*Obsessio
virtus .*

& præsidiariorum virtute de ruinis, quas iam ascenderant, magna cum
strage reuoluti sunt . Repetiti deinceps à Saxonibus impetus, sed eadem
propugnantium virtute repulsi in castra egregiè mulctati redierunt . Præ-
ter id, quòd etiam crebris eruptionibus nullam quietem Saxonibus da-
bant: terrebantque continuis impressionibus castra: tantoque impetu
semel obsidentium quandam stationem aggressi sunt; vt eorum pluribus
cæsis, tria muralia tormenta, comæatusque, & sarcinas in urbem ouan-
tes abduxerint . Tam perseuerantem, constantemque, propugnantium
virtutem, diuturnamque vrbis defensionem Saxo suum de decus ratus
maiori militum numero, grandioribusque tormentis illa statione firmata,
ardentiori, quàm antea, impetu urbem missilium procella diruere institit,
atque

atque imminētis excidij metu ad deditiōem vrgere.

Nec tantum volitantibus telis, ferreisque globis è muralibus tormentis excuffis, res agitur; sed etiam sibi commilitones ignes, flammisque belli focias ira hostilis adsciscit, elementaque sæuitiæ ministra militari furori seruire nimia nocendi cupiditas cogit.

Nulla pestis acerbior, aut formidabilior ciuibus fuit incendiarijs pilis: Ignearum bolidū descriptio. quæ intus inanes pyrio puluere artificio quodam temperato repletæ incendia vomunt, pertinaciùs tectis, rebusque omnibus inhærentia; vt nullis possint superfusis aquis extingui; donec materies, ignisque fomentum absumptum ardere desierit. Huiusmodi pilæ intra Budisinae mœnia coniectæ plus quadringentas domos penitus concremarunt.

Sunt aliæ igneæ bolides, quibus, ab sono credo, quem per aerem volitantes edunt, Bombis inditum nomen. Iuuat hîc cognoscere, quàm sagax, solersque in sui perniciem fuerit humanum ingenium. Inter alias hostium lanienas, quas Martis crudelitas commenta est; nihil ad terrorem horridius, aut tetrius ad aspectum, quàm hoc ferale bustuarie feritatis inuentum: quod nupera bellantium sæuitia eruit è caminis, & specubus inferorum. Pilæ sunt ex fusili ferro conflatæ maiores quibuslibet tormentarijs globis intus per totum excavatæ, duorum ambitu crassitudine digitorum, relicto paruo ad concipiendum ignem foramine. Interiora vacua sulphureo puluere, ferreisque frustis infarciunt; immo pestibus, ac funeribus grauidant. Spira culum gossipio, seu stupeo obturamento tormentario puluere benè illito obstruunt. Has breuioris formæ, sed vasti oris ad pilarum mensuram æneis tormentis inditas in sublime eiaculantur. Illæ in ipsa dispiossione arrepto igne, facem terribili sibilo trahunt, qualem nocturnæ faces sereno cælo cadentes ducere solent: quæ præcipientes magno impetu, ac pondere in tecta vrbs obsessæ cadentes tabulata, lapideos fornices, & apsidés momento perforant; correptaque intus ab incenso gossipio flamma, ignium violentia in arcto luctantium totæ rumpuntur: quidquid obuium dissiliencia frustra prosterunt. Nihil tam firmum, quod huius pestis non diruat impetus. Quo admoto terrore, vrbes potentiùs, quàm vlla alia vi ad deditiōem contrepidatione, quàm damno. Quippè ad notos sibilos pendentis è sublimè globi cauendi spatium habent oppidani. Itaque aliquando tectis duntaxat noxiæ, & domibus cadunt.

Sexcentas operas Saxo habebat in castris è suis montanis fodinis accitatas. Has iussit ita altè depressas vias fodere, vt cohortes integris ordinibus ab hostium petitionibus tectæ possent ad vsque fossæ marginem penetrare, redireque tutæ alijs vicariam stationem subeuntibus. Hoc opere absoluto, atque perfecto: edixit, vt ab vniuerso exercitu in suburbia circumquaque fieret impetus: vt propugnantium vires pluribus

C

simul

Varia Saxonis Ducis ad superandam urbem inuenta.

simul locis distractæ fierent debiliores . Non tam infensus, quàm obstinatis animis vtrique pugnatum est . Sed Saxonibus ipsa sui principis præsentia acuate virtutem acrius inferentibus pedem à præfidiarijs restitit amplius nequaquam potuit . Itaque & loco , & vallo deturbati cessere victori : qui ad reliquum suburbium occupandum defensoribus in urbem refugientibus, aduolauit .

*Saxonum
strages.*

Hac victoria elati Saxones eodem etiam impetu posse capi oppidum rati, scalis repente muris admotis, ad mœnium fastigium alacriter enituntur : sed ingentibus arborum truncis, quos in id ipsum paratos præfidijs Præfectus in pomerio locarat : in subeuntes, scandentesque superne deuolutis, cum scalis, magna eorum pars prostriti, ascensu prohibiti sunt . Saxone per suorum cædes, ac strages sibi viam muniret in urbem, & ne suas copias deleteret, si pergeret vim obsessis afferre ; in eam curam totus incubuit, vt eos omnibus obsidionis incommodis, & malis vrgeret, commeatibus, subsidijisque intercipiendis, prohibendisque aditu auxilijs . Molendina quoque dirui iussit, ne quid esset, quo triticum moleretur .

*Teregentorfi
Marchio obses-
sus subsidia militis.*

Aberat illinc cum quinque armatorum millibus sexdecim passuum milliâ Teregentorfi Marchio præaltis aggeribus, & munito vallo se continens . Qui cum per nuntium obsessos summa rerum omnium inopia laborare cognouisset:lectissimas aliquot promptiorum cohortes cum commeatibus, & pyrij pulueris cadis Budisnam versus properare iussit . si qua posset per occasionem afflictæ vrbi inferre subsidium . Sed Marchionis consilij per exploratores Saxonum Duci detectis, expeditum fortium militum agmen Duce Goltaini dynasta venientibus iussit occurrere : qui hostem iam vrbi appropinquantem adorti magna cum cæde fuderunt, captisque commeatibus, quos obsessis deferebant, eodem die victores re bene gesta, hilares redierunt .

*Subsidia-
rii à Sa-
xonibus su-
gantur.*

Omniñò Saxoni infederat animo, nolle ab ea obsidione, nisi capta vrbe, discedere : quamuis esset tota æquanda solo, ac funditus euertenda . Sed molliora remedia experiri prius decreuit : si posset, oblata clementia ab ea pertinacia ciues auellere . Per Caduceatorem itaque obsessorum iterum tentauit animos, interpellauitque de vrbe dedenda . *Nihil amplius reliquum spei esse in sociorum auxilijs : fugatum, casumque subsidium, & captos commeatus obuantiens . Mitius eos habitum iri, si obstinatos ponerent animos, neque vim experiri velint, iramque victoris .*

*Obsessorum
maiori impe-
tu vrben-
tur .*

Verum Saxonis voces obstinatis auribus excutientibus oppidanis, neque spem vitæ deditiois facientibus; Dux alia maiora tormenta in castra iubet adduci ; vt pluribus simul locis potentiùs mœnia dirueret : quæ adeo violento, vehementique impetu concussa sunt : vt non minori terrore ciuium animi, quàm muri balistarum verberatione quaterentur . *Plurimæ etiam flammeæ bolides in urbem contortæ varijs in locis spar-
ferunt*

serunt incendia; quibus flagrantibus tectis, Saxo edixit, vt vniuersæ co-
 piæ, quæ mœnium ruinæ in urbem aditum dabant, muros inuaderent.
 Subeunt acriter milites diruta mœnium. Oblitere parumper aggre-
 dientibus oppidani; sustinereque Saxonum impressionem: sed cum
 ancipiti malo premerentur, illinc flammis vrentibus ædes, hinc hosti-
 bus vrgentibus muros; nec omnibus simul malis possit occurri: & iam
 ruinarum fastidium Saxones obtinerent; quàm mox in urbem stricto ferro
 ruituri: Obsessi tantis incommodis circumuenti, ne carissimam pa-
 triam stolidâ obstinatione perderent; pernicaci ferocia remissa, se dedi-
 tionem facturos per præconem pronuntiant.

*Obsessi
 eadem ad
 deditionem
 festinâr.*

Extemplo à Duce iussi omnes milites eodem stare vestigio, & ab of-
 fendenda vrbe cessare; missoque in urbem caduceatore, pactis aliquot
 horarum inducijs, donec deditionis leges scriberentur; in has condi-
 tiones vtriusque conuenit. Vt Dux Saxo ciues in fidem, gratiamque re-
 ciperet, vrbi, præsidioque parceret; si quid in illum obstinatori pro-
 pugnatione peccassent: saluæ essent ipsorum fortunæ: præsidarijs ve-
 rò cum suis cuique telis, & sarcinis ex vrbe exire liceret; paucis exceptis,
 qui conuicijs, & cauillis in Ducem procaciter iocati erant: qui suspensi
 temeritatis, petulantisque linguæ supplicia dederunt.

*Deditio-
 nis condi-
 tiones.*

Præsidium longo ordine, stipatoque agmine ex vrbe profectum sua si-
 gna extra pomerium ex legibus deditionis Duci dederunt: quæ tamen
 accepta illis iterum ob nauatam fortiter ea propugnatione operam vir-
 tutis ergò restituit. Præsidio egresso, Mansfeldius Ducis Legatus cum hi-
 lari, festoque tubarum cantu, & tympanorum sono urbem ingreditur:
 pone quem est sequutus Elector equo insidens totum corpus armatus.
 Cui urbem inueniunt ouantis in modum Senatus obuiam factus, oblati in
 aureo disco vrbs portarum clauibus supplex ipsius genibus pronoluit
 veniam errati humiliter deprecatus est; quòd tam diu ipsius iustis cona-
 tibus obtitissent; præsidij contumaciam, obstinationemque causatus.
 Omnibus à Ducis clementia culpæ præteritæ condonata: imperata ta-
 men ingenti pecuniæ summa, quæ pro direptionis vrbs redemptione mi-
 litibus solueretur. Ab ijs pariter Imperatoris nomine fidei iurandum
 exactum.

*Et vrbem
 in vr-
 bem in-
 gressus.*

Budisinz obsidio durante, Saxo multa castella recepit; quæ sibi
 exiguas esse ad resistendum vires agnouerant. Vrbs quoque Libenium
 Saxonis leges accepit, cum duabus Sonenualti comitatus arcibus; ad
 quem subigendum militum Præfectus cum strenua bellatorum manu
 missus est. Vrbs Gorlizium per caduceatorem de deditione facienda in-
 terpellata nihil in præfens pacati respondit; cum propè Ieregentorfi Mar-
 chio cum validis copijs castra haberet. Imminentis tamen discriminis
 Marchionem admonuit disertis verbis obtestata, se quidem in fide mar-
 suram, si a pertis in campis æquis viribus Saxoni se se obijcere illi animus

*Varia et
 pida. &
 Vrbs Sa-
 xoni se
 subdunt.*

foret. Cæterum si ipse ab hostium conspectu refugeret; nolle simili Buduinæ urbis excidio subuerti: neque patriam ferro, ac flamma pereuntem videre.

*Bauarus
in Bohemiam
irrupit.*

Dum Saxo Luititios bello premeret, rebellesque armorum potentia domaret; non minori Dux Bauarus alibi virtute bellabat. Siquidem iussu Cæsaris iunctis cum Bucquoio copijs, Bohemiam irrumpens perduellam prouinciam huius belli concitatricem, & causam perurgebat. Nec prius tamen Bohemis intulit signa; quam Viennæ supplicationibus, proposito ad adorandum in omnibus templis augustissimo Sacramento, propitiatum foret cæleste Numen, vt Catholicis victoriam de impijs defertoribus daret.

*Bohemiam
armatus.*

Bohemi ad ingruentis belli, aduentantisque Bauari famam subito ad arma exciti impigrè omnia ad propulsandum bellum parabant; & vt in tanto rerum discrimine solliciti ea curabant, quæ & tuendæ prouincia; & summonendo hosti opportuna fore videbantur. Rex ipse arma strenuè expèdiebat; vt præsens in campis contra Cæsareos suorum ordines duceret, suisque aspectus pro patria, communique libertate pugnantibus milites animaret. Antequam Praga egrederetur quasi animo futura mala diuinans regium infantem recens natum in urbem Perlinum Brandeburgi Electoris sedem custodiendum misit; vt quocunque belli euentu, quidquid instabilis fortuna daret, regia proles incolumis seruetur. Aliquot illum passuum millia cum splendido procerum equitatu comitatus est. Regressus in urbem uxori, & filijs, quos Directoribus enixissimè commendauit; dicta salute, saluereque iussis perexit in castra; quæ non longè à Cæsareis constituta erant.

*Palatini
fortuna
præcipit.*

Bauarus capta vrbe Pragadizio, totum præsidium cum nonnullis ciuibus internatione deleuit, quod nimium diu pertinaciùs sibi in urbis propugnatione restitissent. Tentauit etiam Bischo potiri, sed irrito conatu; quod iam pridem à Bohemis fuerat & numero militum auctum, & comitatibus, munimentisque firmatum. Rumor increbuit Bauarum totam belli molem contra Pragam, armorumque impetum conuersurum. Cura idcirco, & metus illis ciuibus inceserat; ne obsidionis incommoda, malaque perpeti cogerentur. Sed hunc timorem discussit repentina Bauari in agrum Pilsenæ profectio: vbi Ernestus Mansfeldius cuncta ad urbem propugnandam necessaria parabat.

*Bauarus
in Pilsenæ
agrū
proficitur.*

*Marcomani
in Bohemis
præsto
esse statu
bauer.*

In Marcomanis interim procerum conuentus habitus est; in quo communi consensu decretum fuit; vt fortunas omnes, ipsamque vitam; & quidquid charum mortalitas ducit, pro seruando cum Bohemis fœdere impenderetur. Quare rerum charissimis in munitiores arces inuectis, vt decimus quisque homo, merituriq; bello equis adessent nobiles imperarunt.

Nec minori tumultu res Pannoniæ turbata; bellum exarsurum minabantur;

bantur ; cum elapsis inducijs , spe pacis profus ablata , bellum præterito acerbius recrudesceret ; quod rebelles Pannoniæ proceres Dacum Regem salutassent . Cæsar vbi cognouit maiores in dies in Pannonia fieri bellicos apparatus ; & omnia armorum strepitu misceri ; Purpuratum Prainerium vrbi Iaurino præfecit ; Tampieriumque totius in Pannonia Ducem exercitus dixit : qui cum decem , & eo amplius millibus armorum ad illius prouinciæ confinia profectus in omnes Daci conatus intenter Cæsareas terras ab hostium incurfibus tuebatur .

Tumultus in Pannonia ; Daco Regem creat .

Elapso induciarum tempore , ipso die Angelorum Primipilo sacro experiri belli fortunam decreuit : captoque vicino castello , ac cæso Aiducorum præsidio , Edemburgi obsidione moliens , Pannoniam copijs immissis ferro , ac flamma vastabat . Nec Dacus in Imperialium perniciem fegnius agens cum duodecim bellatorum millibus ad Posonium , traiecto Danubio , Imperiales terras omnibus belli cladibus , ruinis , incendijs , ac cædibus euertebat : in omnes ætates , in impuberes , in imbelles , in obcios quoque defæuiens cuncta nullo discrimine proterebat . In vrbis Einsensti conspectu explicatos ordines sistit , ac deditionem ciuibus imperauit . Sed Daco responsum ab illis est ; se in Cæsaris principis sui fide quiescere , morique malle , quam spreta sacramenti religione , perpetua perfidiæ labe ab Imperatore deficere . Proinde illinc facefferet , nihil illum in fidissimis ciuium animis profecturum . Dacus cognita maiori ciuium , quam putarat , constantia , ne frustra in obsidione munitissimæ vrbis hæreret ; retro signa conuertit ; vt Amburgum expugnatum facilius applicitis copijs innaderet . Sed fortis , fidelisque opera præsidij præfecti adeo strenue hostium impetus , conatusque fregit , vt cæsis amplius mille Dacis , eos ab illa expugnatione turpiter abire coegerit .

Tampierius Pannoniam aduenit .

Dacus Imperiales terras populatur .

Et ab Amburgo ardetur .

Dacus Amburgum frustra tentat .

Eltrasium interim Pannoniam dynastam à Cæsare stantem obsidebant Techembergi cæteri Pannonij rebelles : ac nihil propius factum est ; quam vt vrgentibus hostibus cedens in illorum potestatem veniret ; nisi Tampierius octo armorum millibus hoste ab ea obsidione decussus , Eltrasium à rebellium manibus vindicasset . Siquidem vbi in conspectum hostilium castrorum venit , iussit equites Naulochos in Pannonios impetum facere : mox ille cum reliquis copijs castra hostium innadit : proruptoque vallo , disiectisque munimentis promptissimo quoque trucidato , Dacum auertit in fugam . Capta militaria signa quatuordecim Viennam ad Ferdinandum misit victoriæ trophæa . Hac re bene gesta Tampierius in spem maiora audendi erectus ad Posonij expugnationem animum adiecerat , dum procul ageret Dacus . Fato itaque vrgente , sex armorum millibus , inter quos plurimi illustres equites censebantur , quadraginta onerarijs nauibus impositis , quarum tres nimio pondere ferè depressæ sunt , ad hanc inauspicatam expeditionem ingenti animo tendit : expositisque in litore copijs , quatuor mille passus procul ab vrbe , mœnibus ee-

Eltrasij periculum ; Tampierij virtute remotum .

Pannonij rebelles à Tampierio fugantur .

Posonij expugnatione tentata .

Ieri passu succedit. Nouem astiochos secum vexerat; quorum vnus impetu suburbij porta deiecta, arcem subit infestus; ac dum incautior praesidio vt suae se permitteret potestati, suadet; cognitus ab ijs vt sup remus exercitus ductor, contorta repente in illum ab arce sulphurearum glandium procella, confossus occubuit. Mox praesidium in Caesareos tanto impetu erupit, vt quamuis illi pro recuperando sui Ducis cadauere, ne illo hostis potiretur, fortissimè dimicarent; hostium tamen impressio ultra non potuerit sustineri; quin & ducis territi casu, & hostium virtute propulsi Caesarei trepida festinatione turbatis ordinibus, inde recesserint; hostili equitatu postremum agmen continua procurfatione carpente, infestèque adeo insectante, lacescenteque, vt in Viennæ conspectum se se hostis vsque prouexerit. Nec fuit reditus incruentus: siquidem Strafoldi comitis peditum cohortem, & equitum turmam ex itinere obruncavit. Hic fuit exitus Henrici Vuallij comitis Tampierij rei sanè bellicæ peritissimi Ducis, & ad omne egregium facinus audendum fortis, & expediti: sed omnium discriminum magis, quàm cautum praesidium deceret, contemptoris; quod illi denique supremum fatum maturius accersiuit indignum profecto tanto duce, ac strenuissimo bellatore. Cadauer praetio redemptum insigni funebri pompa, & magnificis parentalibus Viennæ conditum est.

*Tampierij
occiditur.*

*Caesari
funditur.*

*Tampierij
dotes.*

De funus.

*Spinula
in Vangio-
nibus in-
ferioribus
feliciter
pugnat.
Oppre-
ditur.*

Feliciter in Vangionibus inferioribus Spinula in hostes bellabat: qui receptis, vt supra memorauimus, oppidis; Rheno ad * Banconam ponte conltrato in aduersum litus traiecit exercitum; & nulla mora Simerinū, & Cautum, aliaque oppida in deditioem, fidemque recepit. Inde ad Bacheracum in Rhemi litore positum mouenti; vbi Palatinus mercium veterigalportoriumque à transeuntibus exigebat: illa etiam vrbs sub certis deditioem legibus Spinulae cessit. Ibi praesidium ducem, & aliquot milites trahi iussit in vincula; cum alijs in locis se spontè dedentibus permitteret praesidarios incolumes, & indemnes exire, quòd Patrem Iesuitam religiosum virum Coloniam versus cum agris militibus nauigantem crudeliter interfecissent.

*Maffanius
hosti se
adiungit.*

Paulò antequam hæc à Spinula agerentur, Princeps Henricus Federicus Nassauius cum quattuor Anglorum millibus, & triginta tribus equitum turmis in hostium castra peruenerat, secum quacunque incederet, agrorum ruinam trahens. Et quamuis comes Henricus Bergensis ab exercitu Spinulae cum lectissimo bellatorum agmine digressus iter illi interciperet, prohi bereque lacescendo, ne cum socijs hostibus iungeretur, omni studio tentasset: Princeps tamen de Bergensis consilio certior factus paulum à Rheno secedens non procul ab Helenopoli, fluuio Moeno transmissis, ad Vormatiam se Bohemis adiunxit.

Spinula iterum exercitum in campos educens aliquod bellicum facinus agitare animo videbatur, antequam in hyberna concederet. Quare hostes ipsi quoque Vormatia profecti Spinulae conatus, consilia rimantur;

tur ; sed post aliquot leuia certamina , quæ inter vicinos exercitus ser-
bantur; vtrique in stativa premente frigore, abierunt . Nassavius quoque
relictis Anglis in * Vangionibus, in Batauos cum equitatu regressus, quo-
cunque duceret foeda Batauz vestigia feritatis impressit . Princeps Mauri-
tius, qui cum suis copijs Rheni litus infederat ; notato insulæ in medio
flumine surgentis commodo situ ad totius navigationis imperium obti-
nendum, vexandosque Cæsareos opportuno, suis rebus ex eius occupa-
tione maximum futurum momentum ratus ; statuit in ea Insula arcem
extruere quàm munitissimam . Itaque in eam traducto ingenti opera-
rum, fossorumque numero, ipsius sedula cura nunquam intermittente
opus, milite quoque admovente manus, breui ad eam structuræ perfe-
ctionem perducta est; vt inexpugnabilis hostibus videretur . In eam fir-
mum militum præsidium, magnaue vis commeatuum, muraliumque
tormentorum formidabilis apparatus transiectus est . Et quia surgebat
quattuor angulis opificium: Bireti præbiteri nomen obtinuit. Quo abso-
luto, atque perfecto, & ipse in hyberna discessit . Sed in Bohemiam redean-
mus, quò nos felix Cæsaris fortuna vocat; vt ingens prælium, quòd secum
traxit Palatini ruinam, rebelleque prouincias Ferdinando restituit, è pro-
pinquo spectemus .

Dux Bauarus iam Bohemiæ armis illatis, pluribusque oppidis Cæsari
redditis, cætera quoque bello subigere properabat . Comes quoque
Bucquoius alibi eandem prouinciam Imperialibus copijs in fidem sui
Principis compellebat; cum hostium exercitum, additis quattuor Panno-
niorum millibus à Daco Dynasta missum contra Austriacos auxilium,
auctum festinare nuntiatum est . Bucquoius post expugnatum Bisechum,
quod quattuor ipsos dies inuadentibus fortissimè restitit; cæsoque in ob-
stinatiõnis vltionem præsidio, copias suas Bauaro iunxit : sed non ita vt
putarat, impunè . In postremum namque agmen, quod ex Naulochorum
equitatu constabat, & lentiùs reliquas copias fuerat insequutum; Prin-
ceps Anhaltinus tanto impetu inuectus est ; vt eorum pluribus interem-
ptis ipsum Ducem, & signiferum captiuos abduxerit : præter alios cen-
tum ex eadem gente cum diuite præda in castra redeuntes interceptos,
ac cæsos .

Bauarus, & Bucquoi copiarum, & octo militum millium, quos Catho-
lici fœderati subsidio transfuderant ; adiectione iam firmior in Pilsenæ
agrum prouectus aduersa hostibus castra muniuit ; maioraque audens
Pragæ expugnationem animo destinabat . Quare nocte concubia con-
clamatis vas ad eam urbem infecto tendit exercitu; & vt hostem falleret,
suumque discessum pro viribus occultaret ; paucos in castris ad custo-
diam reliquit, qui procul visentibus maioris militum numeri facerent
speciem. Sed discussis tenebris clarus iam dies Bauari Palatino profectio-
nem aperuit: qui exigua illa Cæsarea manu facili pugna è castris expulsa,
Bauari vestigijs insitens, Pragam versus iter intendit ; vt hosti intercepto

Nassavius
in Bata-
uos redit .

Palatina
Insula .

Mauri-
tius arcem
in Boreni
media em-
adificauit .

Biretum
præbiteri
arcem vo-
cat .

In Bohem-
ia res
Cæsaris fe-
liciores .

Bauarus
& Buc-
quoius vi-
res com-
iungunt .

Bauari
Pragam
versus ab-
tendunt .

via, vrbis prohiberet accessu. Ille tamen nequicquam Palatino repugnante, captis ex itinere aliquot oppidis, Pragæ admouit exercitum: munimentisque propè vrbem Rocchezanum in vicinis illis syluis erectis, benè gerendæ rei occasione imminebat. Interim inter vicinos exercitus quotidie leuia certamina serebantur; in quibus strenui aliquot milites nobiliores ceciderunt; Donnæ dominus ex Bohemis, ex Cæsareis Bucquoio graue vulnus inflictum. Palatinus cantato classico, eductoque in aciem exercitu Bauarum animosè prouocauit ad pugnam. Verum hic non ab hostis arbitrio sua pendere consilia respondit; se probè scire, quid sibi pro Cæsaris commodo esset agendum. Quare Bauarus signis inde sublati, propius Pragam promotus exercitus; Valschinum vrbem in hostium oculis expugnauit; Lauaque potitus hosti viginti vehibus rebus bellicis onustis ereptis, ipsam regiam belli sedem petebat.

*Palatinus
pugnandi
potestatem
Cæsareis
facit.*

*Dux An-
haltinus
se se Bau-
uaris obij-
cit.*

Dux Anhaltinus cum Bauarum in regni viscera sollicitè penetrantem videret; ne Bohemię principem vrbem præsidio nudatam prædam hosti relinqueret; illum anteuertendum, suisque copijs vrbem firmandam ratus in monte Albo propè suburbia metari castra decreuit: ne cum Bauaro, nisi magno cum ipsius incommodo pugnare cogereetur; quocumque fortuna se verteret, à tergo amicæ vrbis effugium habiturus. Hi duo exercitus ipsdem fere consilijs tam festino passu progressi sunt; & adeo propè; vt Bauarus ex hostilium occasione copiarum adhuc in plano consistentium, de ineundo certamine cogitarit; si Bucquoius maturius cum postremo agmine properasset: Quam Bucquoio moram ægerrimè Bauarus tulit, quod opprimendi hostis extra munimenta, quæ necdum posuerat, interim occasio efflueret. Nocte sequenti ad destinatum montis locum à Bohemis ventum est; raptimque se, excitato vallo, erectisque aggeribus munierunt. Quod vbi Bauarus prima luce conspexit; conuentum copiarum ducum indixit; vt consuleretur in medium, quid in tali re optimum factu censerent. Variantibus Ducum sententijs, Tillium, vt erat acris, ac pugnacis ingenij ad certamen præcipuè suo principe inclinante ita loquutum ferunt.

*Bauaro-
rum con-
uentus.*

*Tillij
oratio pu-
gna sua-
dentis.*

Si non eò locorum prouecti essemus; unde referre pedem sine turpis receptus dedecore, vel clade non possumus; non ego sanè in dubium vniuersi praelij casum, discrimenque copias mittendas putarè; sed cum in Prouinciæ viscera hostilis illatos omnia nos infesta circumstant; à fronte se se hostis obiecerit; à latere ciuitas arma rebellis intentes; à tergo crudeles agrestes viarum angustias obsideant; in nos tota armata Bobemia conspiret; non video, cur non sit ferro aliquid mortalium expectatione maius audendum; stringendaque legitimi in noxiorum iugulos Principis arma; vt & ille in hos populos suo iure dominari cedendis rebellibus videatur, & nos audacter, fortiterque pugnando, istis periculis explicemus. At enim si fortuna fortibus ausis ferè semper infensa victoriam vel pro iustiori causa dimicantibus impotenter eripiet; qui erunt ab amisso praelio tuti receptus? vbi reliquia ad reparandum bellum fusi exercitus colligenda? qua nos

ami-

amica terra fugientes excipiet? At qui hoc ipsum erit virtutis incitamentum: acuetque ignaviam ista necessitas. Clausis ex ipsis rerum angustijs crescit audacia, & cum nihil spei est euadendi, capit arma formido. Validissimi sunt morsus irritatae necessitatis. Præter id quod cum præceptis iam autumnus in hyemem ruat; noxias neſtendo subinde moras effluet debellandi hostis occasio, cuius momento præteruolat opportunitas; quam postea amissam inani pœnitentia frustra queremur. Maiores deinceps profligandi belli occursuras difficultates; si validiores contrahendi vires tempus hostibus dabimus. Aderunt Palatino vicina robora Batauorum Regis Angli soceri auxiliares cohortes, & turma, si paululum cunctabimur, rebellium copias, viresque firmabunt: crescent quotidie magis perduellibus vires; cum iniquitas fiat mora validior; Et quomodo tunc eos viribus auctiores vel in ipsis aggredi castris, vel acie poterimus superare? Ipsi nos tunc ultra laceſsent; nosque inconſulti nequicquam metus pudebit. Occupandus est hostis, antequam illi vires, animique crescant. Sed nihil me magis ad conſigendum cum hoste, potentijsque animat: quàm alacritas militum, & plena fiducia pectora non omen ex toto vanum futura victoria. Mortalium animi cum ex afflatu Numinis celeſtis effluerint; noxia sibi, ac felicia plerumque diuinant: indita sunt illis quadam Superum munere rerum præſagia. Vt dubitans, formidansque miles certamini committendus non est; ita ſidenter in pugnam alacer, & promptus, ardensque animi producendus. Nullus pedem extulit domo; qui non certaminis cuperet diem, & prælio cum hoste quam primum decernere non optaret. Sunt in conſpectu, nostrum impetum pauent: vallo terrore à Numine perfidia vindice acti se continent. Quæ nostrorum armorum dignitas erit, aut quæ bellica exiſtimatio virtutis? si hostem tota Germania venati, inſequutique, illum postea naſti turpiter fugimus, certamenque formidamus? Ad quid tanta copiarum tantis impensis congeſta moles, tot coactæ equitum turma, & peditum conſcriptæ cohortes, ut in agros forſan effuſa inanem sui ſpeciem, decoremque pinnarum conis, aureiſque thoracibus fulgidam aciem explicatam populis ostentarent? an non magis, ut rebelles & armorum fulgore terrerent, & conſertis manibus forſiter oppugnarent? Exultabit hostis insolentius in campis, audacior prouincias excurret, peruiacior Caſarea arma contemnet: si ab ipſius aspectu per bybernorum cauſam refugiemus. Aliorum ferociam ſtatiuorum quies emolliet; alios delicia, luſtraque eneruabunt; alij in propria domicilia, ac rura dilapſi, ſacramentum, militiamque deſtituent. Non verum appetet tempus; cum maiorem militum numerum bybernorum otium, quàm quodlibet aduerſum prælium abſumet. Eundem igitur audacter in hostem puto, dum integræ sunt copia, dum in unum conglobatæ potentiùs pauentem urgere, ac cedere poſſunt: ipſumque vallum nostrorum impetu militum perrumpendum; ut & perfidia pœnas à rebellibus exigamus, & perduellem prouinciam ab impiorum dominio Caſari vindicemus.

Bucquoius verò ex Belgica forſitan diſciplina, cunctanteque Hispanorum ingenio, in quorum caſtris iam diu meruerat; copias dimittendas in hyberna, in arces, ac oppida hostibus erepta cenſebat; non ſolum ad ea

tuen-

tenenda, sed etiam ad maiores suorum armorum progressus; si qua sibi circumspectantibus utiliora aliquem laedendi hostis propitior fortuna aditum aperiret.

Bucquoj
ex aduer-
so Oratio.

Animosum Tillij, feroxque consilium amplectendum censerem; si gregarij quoque militibus idem vigor animorum, parque mentium constantia, aut minus virium hostibus foret; vel si in plano extra munimenta acie composita, nostrum impetum expectarent: Sed quis tyronum virtuti, audaciaeque fidat, ut fulminantibus utrinque tormentis, totasque cohortes saepe lacerantibus; vel hoste ordinibus confertis, urgente, ad insolitum atque horribile rei cruenta spectaculum subito terrore animis alitè concepto, non deserant aciem, pugnamque formident? Nos scimus quàm pauidum, fugaxque agrestium genus hominum sit; qui raptim per rura tympanorum sono collecti sacramento militari auctorantur: quibus fere totus constat exercitus: antequam leuibus praelijs sanguine se hostili cruentet. Sunt prius velitationibus animandi; donec militare ingenium induant, & paulatim iustis dimicationibus assuescant. Sed veteranorum virtuti pares interriti misceant praelia, hostemque sustineant; quomodo illum intra ipsa munimenta, prominentibus propugnaculis subeuntium latera obliquo ictu ferientibus, contra tormenta in aggerum fronte librata sine manifesta militum pernicie, atque omnium laceratione copiarum poterimus aggredi? Quomodo in arduum eniti, vallumque superare? Contis, hastis, supernè hostis reptantes ineffens, impactis impune vulneribus per munimentorum prona deuoluet: tectus ipse appropinquantes vallo cohortes excussa sulphureorum missilium tempestate, concidet. Cum prauallido hoste erit; cum loci iniquitate pugnandum; in difficili, arduoque munimentorum ascensu plus militum amittemus; quàm si iusto praelio cum hostibus certaremus. Verum deiectis propugnatoribus, in castra milites audaci nisu transiliant; nostri, ipso impetu, necessario solutis ordinibus, in stipata hostium agmina intra munimenta disposita temerè irruentes opperientia subito incident; manipulatim, palatque cum integris, cōsertisque agminibus decertare cogemur, vecordis, stolidaeque audaciae penas daturi. Consilia calida, atque audacia prima specie lata sunt: sed tractatu dura, euentuque tristia. Animus vereri qui scit, scit tuto quoque aggredi. Palatinus usurpata sedens in regia tã prope Casareis strepantibus armis, instructus, paratusque ex tormentorum fragore, & fremitu ferentium manus, expeditis subito ciuium, militumque centurijs, cum numerofo praesidio se se ex vrbe proripiens, pugnantibus subsidio suis accurret: nostra vulneribus terga pulsabit, dum à fronte cum eius acie certabimus. Nos tunc ancipiti discrimine deprehenso cum duplici hoste decernere compellemur: quod difficilissimum, periculosumque certaminis genus est, & quod medios fere semper attriuit. Præterquam quod ad incertos belli euentus, quocunque res cadant, illi habent à tergo in amicam urbem vicinum, tutumque receptum, in quam etiam ex acie euerfa compulsi non solam se egregiè tueri, sed etiam nobis grauiam damnam ex tuto inferre possunt. Nobis verò ex infelici praelij casu, quem in hostium capita deus auertat, nullum est in hostili terra perfugium, nulla arx, in quam ex amisso nos praelio, cladeque recipiamus, omnia circum late hoste tenent. Celeres cita sequi-

*sequitur penitentia: sed ea sera, atque inutilis. Hostis Veteranis, ac peritis du-
cibus regitur: nos longè præstant militum numero: habent in quocunque discri-
mine ad manus vicina, certa que subsidia. Nihil tuto in hoste despicitur: quæ
sicuti timendus non est; ita non temerè contemnendus. Quare copias in hyberna
arbitror deducendas, donec aliqua melior, opportuniorque conficiendi hostis na-
scatur occasio.*

His rationibus comes à militari disciplina petitis ceteros duces à su-
beunda vniuersi certaminis alex sententia conabatur abducere. Dum di-
ditur in diuersa consilia conuentus, contrariisque duces pugnant senten-
tias: à Fratре Dominico Aragonio è Carmelitana Excalceatorum religio-
sa familia; impellente sanè propitio Numine, acrius animantur ad pug-
nam. Bauarus itaque ruptis omnibus moris, Diuinam sibi pugnantem
opem, Superoque adfuturos pia mente confidens, abscisè, abruptè que
respondit; *Dimicemus, in Nomine Domini: & ex templo iussit Tillium co-
pias in aciem ad prælium dirigere; & suis quosque locis bellatorum or-
dines explicare. Insuper ad poscendum Diuæ Virginis fauorem, edixit,
vt illius nomen cæleste symbolum toto eo die per agmen iret tessera mili-
taris: Alacrior miles processit ad pugnam, quod hostis malè sano consilio
extra munimenta in aciem pugnaturus exierat: rationesque Bucquoi re-
pentinus eius è castris excessus prorsus conuulserat.*

*Bauari è
Fratre
Carmeli-
tano ad
præliū at-
tenduntur.*

*A Bauaro
pugna de-
cernitur.*

Tillius hoste ad certamen parato extra munimenta conspecto; iussit
mille Naulochorum equitum alam, cum duabus peditum legionibus
eorum stipantibus latera, in nouem millium Pannoniorum equitum ag-
men, quod in fronte hostilis exercitus stabat, signa inferre. Illi tanta vir-
tute, validoque impetu in Pannonios innexere se se; vt ne minacem qui-
dem inuadentium aspectum sustinere; ne dum ferientium vulnera pati,
quamuis longè numero superiores potuerint; quin laxatis habenis, effu-
sa fuga, vtroque exercitu Pannoniorum ignauiam, inertiamque mirante,
ex acie deuolarint.

*Naulocho-
equites pu-
gna inibi
faciunt.*

At comes Turrianus iunior Henrici filius vehementissima in Cæsa-
reum equitatum facta impressione, pluribus interfectis hostem propulit
loco procul dubio fusurus; nisi Bauarus ordines intercurrens, animad-
uerso suorum discrimine, in vrgentes hostes procellam equitum protinus
immisisset. Bauari opportuno subsidio restituta pugna, factoque suis ani-
mo, in Bohemos validius illato pede, leui, facilique Marte egit in fugam.
Addidit percussis terrorem Princeps Lietenstainus rei tormentariæ præ-
fectus: tria siquidem maioris formæ muralia tormenta in media nobilium
equitum turma locauerat; prouectusque in medias acies, diducto
repentè ex condicto equitum agmine, in Marcomanorum legiones ex
aduerso stipatis ordinibus stantes ea iussit libratores explodere; qua fu-
riosa pilarum iaculatione hostium ordinibus laceratis, paucos supersti-
tes à tanta missilium tempestate reliquit. Nec feliciter cum Honlachi co-
mite actum est; qui in altero cornu Catholicorum impetum frenare, cum

*Marco-
mani tor-
mentorum
ihibus la-
cerantur.*

ma-

magno armatorum numero conabatur. Inductæ siquidem ab eo in aciem
 cohortes parumper Cæsareis oblectatæ; nec dedecoris metu, aut pudore,
 vel ducis reuerentia detentę abiectis turpiter armis, quo expeditior esset
 fuga, terga dederunt. Nullibi igitur Bohemus iam Cæsareo par, loco pro-
 pulsus, actusque in fugam toto campo stragis suæ miseranda insignia di-
 sperfit. Neapolitanæ legiones, quæ inter triarios in subsidijs integræ steterant; nec fundendo hosti suam operam collocarant; iam tota hostili acie
 proculcata; ne solæ, ceteris strenuè præliatis, cessasse segniter viderentur;
 vt gloriam aliquam fortibus ausis, & ipse decerperent, cum nihil iam
 amplius esset, in quo suam virtutem Imperatori probarent; tanta violenti-
 tiâ hostilium castrorum munimenta aggressæ sunt; vt nihil directis in
 fronte, & à latere tormentis; nec missilium effusa grandine deterritæ, su-
 perato vallo, & propugnatoribus trucidatis, intra munimenta transcen-
 derint; conuersisque repente in terga fugientium tormentis, eorum hostes
 ipsorum telis, machinisque confoderint. Iamque plena victoria ad Cæsa-
 reos inclinabat; præcipuè cum Pannonicus equitatus in agrestium ag-
 men; quod nec dum victorum vulnera senserat; ex fuga incumbens; ipso
 trepidationis impetu fluctuans turbatis, disiectisque ordinibus dissipaf-
 set: nec duces precibus, aut minis retinere fugientes, aut restituere pu-
 gnam, semel omnium occupatis terrore animis, possent; captaque essent
 hostium castra, nec aliquid super esset, in quo non superior omnino Bohe-
 mo Cæsareus videretur. Aliquot tamen cohortes incolumes in Stellæ viri-
 darium prælio vicinum à suorum clade profugerant; in quas defauit ira
 victoris nullo precarium spiritum obtinente; præter Principem Anhalti-
 num; Vinmarensemque ducem, & Comitem Turrianum, & aliquot pro-
 ceros, quos omnes Bauarus ad victoriæ decus, gloriamque triumphii
 captiuos egit.

Ad noctem vsque Cæsareus equitatus ex fuga palantium tergis inhæ-
 sit; quorum ingens multitudo dum hostile vitat ferrum, in turpiorem
 morte in incurrit. Etenim cum se in Moldam amnem præcipites dedif-
 sent; vt nando aduersum litus appellerent; aquarum vorticibus hausti pe-
 rierunt. Cæsa eo certamine nouem hostium millia dicuntur; alij sex tan-
 tum affirmant. Sed vt cunque res se habeat: ingens sanè prælium, cruen-
 tumque fuit, & inter pauca memorabile, & pugnantium numero, & ma-
 gnitudine cladis. Siquidem Bohemus exercitus adeò concisus est: vt to-
 tus omninò defluerit. Et quanquam duces ad fugientes identidem ma-
 gnis vocibus inclamarent: vt se se ad Prandaifum ad signa reciperent;
 pauci admodum tamen, nullusque ductor, aut centurio eò confluerint.
 Sed ferè omnes alij aliò dilapsi fuga salutis suæ consuluerint.

Totus bellicus Bohemorum apparatus, omnes farcinæ & impedimen-
 ta præda duci Bauaro victori cessit: & quod omnium rerum charissimum
 fuit, omnes authenticæ Principis Anhaltini tabulæ interceptæ sunt: ex
 quibus cognosci licuit, quandiu hæc super re de Palatino Bohemiæ rege-
 crean.

creando, de coniuratione in regem Ferdinandum ineunda, inter Palatinum, Germanosque Principes, & alios conscios actum fuerit.

Palatinus ex boatu, fragoreque tormentorum ratus, quod erat, copias conflagrare, contracta subito peditum legione; & aliquot equitum turmis, totaque vrbe Praga ad arma concitata, ex regia armatus prosiluit: pugnae interfuturus, laturusque pro sua gloria pugnantibus auxilium. Sed ex vrbe egredienti occurrit Anhalti Princeps estuans, sudoreque perfusus, Regique feralis nuntius, inquit salutis tuae prospice, o Rex; penes Caesares victoria est: nostrae copiae foeda strage consumptae: in illas ad fatietatem grassatur Bauarus: res nostrae perditae, conclamatque sunt. Palatinus hoc tristissimo nuntio percussus conuerso repente equo, redijt in regiam: indeque nulla mora, cum liberis, & vxore in urbem veterem festinauit; utpotè praeterfluentis amnis obiectu ab hostium impressione tutiorem: atque hinc inisso ad Bauarum nuntio, viginti quattuor horarum inducias suppliciter postulauit.

Libet hic cumbona lectoris venia aliquantulum à suscepto instituto desistere; & quaedam notatu digna cognoscere, quae in hoc ingenti certamine acciderunt; ne ea ex sempiterna hominum memoria vlla iniuria obliuionis expungat: Primo in eodem loco initum praelium est; in quo non multis ante annis Hussitarum exercitus cum ipso duce Procopio Raso interneccione deletus est; & in quo ipsi Palatino latissimis vocibus veluti suo regi ab vniuerso populo acclamatum est: ut vbi primos regios honores acceperat, ibi suae ruinae, cladisque principia sentiret; quae ex illa infelici pugna tota defluxit. Insuper magno caelestium arcanorum sacramento, praelium in eum Dominicum incidit diem; quo à Catholicis myltis inter operandum canitur illud Euangelicum nostri Saluatoris effatum, *Reddite, quae sunt Caesaris, Caesari, & quae sunt Dei, Deo*. Cui paucis diebus ab hac victoria prorsus Diuino imperio obtemperatum est; redeuntibus in Caesaris fidem, ditionemque prouincijs, quas illi rebellium perfidia eripuerat. Non temerè etenim aguntur, volunturque humana negotia; sed aeterna constitutione, nexuque causarum latentium suum ordinem immutabili lege percurrunt. Addi potest etiam die omnium caelitem octauae uenerationi sacro pugnatum esse; quorum simulacra, sacraque busta ex Caluinianae placitis impietatis, ex omnibus locis Palatinus abstulerat; ut tot suarum iniuriarum fuisse Superi vindices viderentur, arcano totam hereticorum aciem, & panico terrore quatiendo. Nam & illis visa suis sub pedibus luctantium ventorum impetu concussa tremere tellus: & Pannonicis, & Bohemicis ordinibus tantum iniocere timorem; ut Catholicorum armis cruentum fulgurantibus subito terrore percussi praecipiti se fugae mandarint; & tam insignem, incruentamque victoriam Caesareis foede, turpiterque reliquerint, cum non amplius ex ijs ducenti ea pugna ceciderint, & totidem fuerint vulnerati.

Capta militaria signa ferè omnia adhuc è tholo pendentia Romae in sacra

*Palatinus
ex vrbe e-
greditur
suis auxi-
lia laturus.*

*Quaedam
obserua-
tione di-
gua.*

*Signa ca-
pta Romae
videntur.*

cra Deiparæ Virginis æde ad Thermas Herculeas conspiciuntur ; cum
 impijs emblematum titulis , qui insanum hæreticorum furorem in Ca-
 tholicos abundè testantur. Sed ad rerum contextum redeamus. Palatinus
 octo horarū à Bauaro Duce impetratis inducijs, in vrbe veteri habito suo-
 rum consilio, inclinâtibus in diuersa sententijs, in^o Quados proficisci decre-
 uit; vt reparatis viribus, refectisque copijs, iterum ad repetendum regnum
 armatus, validiorque rediret. Huic timido Regis consilio Bohemi directo-
 res efficacibus rationibus obstitere. Pragâ adhuc in ipsius fide persistere, plu-
 rimos milites incolumes supcesse; quibus non solum se tueri, sed etiam laceffere
 Casareos posset. Immo si mens in aduersis casibus sibi constaret; potuisse eum se-
 quenti à pralio nocte victores inuadere; quibus ex recenti victoria incautijs, ac
 securijs agentibus remissa vigilum diligentia, victoriam erepturum fuisse, si in se-
 curos à metu inopinato impetu irruisset. Quod in eadem vrbe Sigi mundo Impe-
 rante, quondam acciderat. Ingentem commeatuum, & tormentarij pulueris, rerū-
 que bellicarum modū in vrbe esse; quibus ipso discedente, Casareos potituros esse.
 Ius illum iurandum subiret, quo, se quando inauguratus est rex; Bohemis obstrin-
 xit; se fortunas omnes pro Bobemia regno, ipsumque spiritum profusurum.

Slesam.

*Bohemi
obstunt
varijs ra-
tionibus;
Regis de-
creto.*

*Palatini
fuga.*

*Diſe-
viū in Pa-
latinum.*

Nihil tamen illum obiectæ rationes, precesque mouere: quin tertia
 noctis vigilia cum vxore, ac liberis citatis equis Vratislauriam propera-
 ret. Et adeo celeri fuga cucurrit: vt è sinistro crure solutam Gara:ieram,
 equestre insigne, ac decus, quo Rex Anglus suos cariores proceres do-
 nat; in terram defluentem vel non aduerterit, vel non curarit; tantum ad
 cursum intendendum sollicitus; cum hostilem equitatum sua iam, iam
 terga prementem sibi videre videretur. Quod equestre munus postea equi-
 tes Naulochi fugientem à prima luce ad multam diem sequuti inuentum
 Duci Bauaro detulerunt. Sed adeo veloci cursu Palatinus festinauit; vt il-
 lum Naulochi assequi non potuerint. Non in facetum dicitur in Palati-
 num iocatus aliquis in publico affixit huius ferè sententiæ. Si quis regem,
 quem paucos ante dies ex quodam infortunio hunc fuga dilapsium, amif-
 sumque ætate florenti, colore subrufo, aliquantulum petum, mediocri
 corporis statura, prima lanugine ex malis erumpente, ingenio non pessim-
 um, sed instigantibus alijs, regnum affectantem, nomine Federicum inue-
 nisset; ad eius domicilia quæso reduceret, exhiberetque suis; præmium
 ingens inuentori futurum. Ex cuius scommatis occasione alij quoque San-
 niones Palatinum salibus vellicare aggressi sunt; & plurimæ in illum di-
 cacitates alicuius, vt à Germanis ingenijs excogitata, acuminis, typis im-
 pressæ vulgaræ sunt. Misera eorum conditio, quos è sublimi rerum fastigio
 fortuna deiecit; quibus præter honorum, diuitiarumque iacturam, etiam
 ab ignobili, procacique vulgo illuditur.

*Gratia
Deo aſſa
pro victo-
ria.*

Huius insignis victoriæ nuntias laureatas literas per citatos tabella-
 rios ad summum sacrorum Antistitem Romam, ad Imperatorem Vien-
 nâ, aliosque Catholicos Reges, & Principes Bauarus misit: à quibus Ma-
 gno Deo victoriæ auctori accensis facibus, solemnique pompa supplica-
 tum

tum est; ætæque ingentes omnibus eximie pietatis significationibus gratiæ. Deinde festis ignibus, tormentorum tonitruis, hilarique fragore lætitia Catholicorum efferbuit. Sicuti ex infelici pugnae successu pari metu hæretici consternati animis conciderunt.

Postero à pugna die Bauarus paucis diebus victrices copias admouit: cui aduentanti ciuium optimates obuiam procedunt vrbis clauis dedicationis notam aureo in disco gestantes, afferentesque victori, ijs tamen legibus; vt ciuibus omnibus parceretur, religionis cuiusque liber esset vsus, ne antiqua priuilegia abrogarentur; ne milites in ciuium ædibus alerentur. Excepit eos Imperatoris nomine per humaniter Bauarus. Cæterum quoad dedicationis condiciones non esse suæ potestatis obsequi ciuibus; idque Cæsaris interesse respondit. Suburbia ciuitatis ingressus ad Patrum Capuccinorum cœnobium ex equo defiliit; vbi ab illis religiosi viris, & Catholicis omnibus summa cum lætitia, manantibus ex omnium oculis præ gaudio lachrymis, exceptus est: atque in templo hymnum *Te Deum Laudamus* in maximis gratulationibus solitum cani, Patres illi hilari cantu modulati sunt.

Bauarus actis quàm religiosissimè ex insita pietate, pro tanta victoria Deo gratijs, splendidissimo equitum comitatu subiit regiam: positoque in tribus vrbis partibus ad comprimendos, si qui orirentur, tumultus, firmo præsidio, ciuibus arma ad sui securitatem ademit. Quibus & si iuxta Lutheri dogmata, vt conciones audirent, permisit; ritus tamen omnes Caluini exerceri prohibuit. Iussit præterea regium diadema, cæteraque regie dignitatis insignia in arcem inferri; quæ à Principe Liechtenstaino, & comite Bucquoio accepta in eodem loco: à quo ablata fuerant, reposita sunt. Inde ad omnes Bohemiar vrbes conquistores legauit: qui suaderent, vt in Imperatoris ditionem, fidemque redirent: ne armorum violentiam, bellique mala stolidè contumaces experiri cogerentur. Plures suctum, iugum quamuis rigida ceruice, iterum subierunt; ob perduellionis tamen scelus pecunia multatæ, coactæque imperiale præsidium accipere.

Rebus Bohemicis ita compositis, iussit Maradium cum muralibus tormentis, validoque militum agmine ad obsidendam urbem Taborium proficisci, vt illius fracta, domitaque pertinacia omnia rebellionis vestigia deleret. Præfecto Bohemiar Principe Liechtenstaino, & Bauraræ gentis imperio Tullio suo legato tradito, sub Nouembris finem cum duorum milium peditum comitatu, & mille ducentorum equitum præsidio Palatini opima spolia secum vehens bellica plenissimus gloria in Vindeliciam regressus est. Venienti nobiles populares suo domino, magnoque duci obuiam officij causa progressi triumphantem Monachium suæ ditionis regiam ineuntem deducunt; illum populo lætissimis acclamationibus salutate, tanto omnium ordinum, totiusque incolarum regionis concursu, vt præ frequentissima turba iniuicem eliderentur. Omnes certatim in illum

Praga deditur Bauaro.

Cuius ingressus in urbem describitur.

Arma ciuibus ademit.

Vrbes inter plures Imperatori subdant.

Maradium ad Taborum infidelium missus.

Bauarus suis triumphans receptus.

lum summâs laudes ingerebant. Ad Deiparæ Virginis delubrum ex equo descendit; solutisque pro felici reditu votis, effuso in preces Fraisini Antites felicia, faustaque omnia à Deo precatus est. Inde in suum prætorium intrantem Vxor, & Frater impotenti gaudio lachrymantes amplexi tenerrimè sunt.

*Spinula
an: mofsi-
301.*

*Oppen-
baim.*

Mofella.

Spinula interim suum perpetuum victoriarum cursum tenens eductis in aciem copijs, potestatem pugnandi hostibus fecit: verum illi ducis virtutem, & militum veriti, detreætata pugna, Vormatia profecti de inuadenda * Bancona consilia agitare videbantur; sed Spinula eorum conatibus obsistente, retro in priora statiuâ redierunt. Ille verò alias arces, ac oppida, agrumque omnè vsque ad * Obrincum annum in eorum oculis, aspectuque subegit. De obsidenda quoque Caiferlatemo arce cogitauit; sed continuè imbribus, rigoreque hyemis prohibitus milites in hyberna deduxit: misso prius cum pecunia Itemburgi comite ad pedites, & equites conducendos; vt instructior vernas expeditiones, paratiorque susciperet. Quod etiam nec segniùs actum à Protestantibus est; contractasque copias per omnem circa regionem partiti sunt.

Spinula à vicinis dynastis ad alendum militem com meatum, & pecuniarum subsidia recepit; cui etiam ab Archiduce Alberto magnum auri, argenti que pondus à Belgio transmissum est. Quibus rebus affatim potuit militum indigentia consulere.

*Bohemis
salutaria
consilia.*

*Marcoma
ni in re.
bellione
perfitunt.*

Nec tamen hyemis fauitia intra statiuâ milites ita continuit; quin sepius incurfibus, & velitationibus se inuicem prouocarent. Bohemi proceres cum suas spes omnes in irritum recidisse, secundaque Imperatoris fortuna sua destinata discussa vidissent; ne pertinaciori contumacia res suas omninò perditas vellent; cum Marcomanis icùm fœdus abrum-punt; illisque suadent; vt positis armis, saniori consilio se Cæsaris clementia, fideique permitterent. Verum illi perduellionis scelere amentes spretis sociorum salutaria suadentium consilijs, in Inferiorem Austriam hostiliter inuecti, quam maximis incolas cladibus, & damnis affligunt.

*Saxonis,
& Ieregentorfi
Marchio
Saxonis res
Gilia.*

Saxo domita Budisina, reliquos Luititios in Cæsaris potestatem redire cogebat: sed Ieregentorfi Marchio Saxonis conatus vehementer sui obtentu exercitus præpediebat. Qui etiam iuxta Saxonum castra copijs in aciem instructis, hostem inuasurus videbatur: verum cum ab eo muralium tormentorum icibus quateretur; quattuor in hostem tantum è tormentis pilis excussis, ab illo aggrediendò abstinuit. Nocte sequenti Saxo in Budisina reduxit exercitum: quem sequutus Marchio propè eandem urbem post montis dorsum in via, qua itur Gorlizium, metatus est castra. Qua Saxo indignatus audacia vniuersas copias ex vrbe cum hoste pugnaturus eduxit. Sed Marchio ne suæ temeritatis penas luere cogere-tur, non expectatò Saxonis impetu, in tutiora ab hoste loca secessit.

Palatinus cum comite Anhaltino in Vratislauiam se ex fuga receperat;

rat; vt contractis vndique auxilijs in arma validior, ac animosior insurgeret; missisque ad principes socios acceptæ cladis, fusiſque Bohemi exercitus nuntijs, subsidia ad reparandum bellum enixissimè deposcebat. Dacus etiam datis plenis promissionibus literis, Pannonios, Marcomanos, Quados in Palatini fide continere, suadereque, vt percusso fœderi starent; vehementissimè laborauit; se magnis copijs propediem ad ferendas suppetias affuturum, ne Palatini afflictis rebus deesset.

*Palatino
auxilia
quarit.*

Quadorum ordines in Vratislavia coierant consulturi, quid sibi esset in tot aduersis casibus, armorumque victricium minis agendum. Ad quos Saxo Imperatoris mandati misit exemplum, vt ex eo cognoscerent; quid foret in eos à Ferdinando consultum; scirentque proculdubio ferro, ac flamma in eos scuitum iri, nisi amicè, ac spontè se Imperatori submitterent. Tam acri obnuntiatione perterriti plurimi proceres nutare animis, in tam ancipiti discrimine, dubij hæere, meditari imminentium malorum remedia. Quo cognito suorum terrore Palatinus, ne à se ad Imperatorem deficerent, iniecta pacti fœderis religione, spem omnibus fecit se breui ab amicis, fœderatisque Principibus huiusmodi habiturum militum auxilia, vt non solùm ab ijs hostilia procul arcere, distineretque alibi arma; sed etiam vltro bellum Cæsareis possit inferre. Saxonem etiam missa Stoenlochi comitis legatione, omni studio demereri, vel saltem obtinere, ne Quados inuaderet, conatus est. Cui Saxo abruptè respondit; sibi nunquam cum eo vllam intercessuram amicitiam, immo persequuturum veluti hostem bello; nisi à perduellionis scelere respiscens, veniam supplex posceret superioris errati: quo actò, se ipsius causam apud Cæsarem tuendam suscepturum; auersisque ab eo Imperialibus armis, effecturum, vt non modo restitueretur in gratiam, sed etiam pristinae fortunæ splendorem acciperet. Nec intra verba tantum Saxonis minæ, obnuntiationesque tonuerunt. Sed domitis omnibus Luitiis, Gorlizium quoque, quod aliquantulum audaciùs repugnarat, leui Marte subegit.

*Quadorum
conuentus.*

*A Saxo
ne perter-
riti.*

*A Pala-
tino sui
confirmã-
tur in se-
de.*

*Saxo Pa-
latino de-
ditionem
suadet.*

Marcomani cum sociorum res labi, conceptasque animis spes in dies magis euerti conspicerent; ne pergerent infano consilio grauioribus se malis inuoluere, & contra se vertere præpotentia Cæsaris arma: coactò Brunæ optimatum conuentu, decernunt, ne quicquam contra sentientibus refractarijs, tumultus, & turbas amantibus, ornatissima legatione pacandam esse Cæsaris iram, veniamque rebellionis suppliciter postulandam. Quando comitis Turriani subito ex Pannonicis oris aduentu, suasiſque damnatis pacis consilijs, validiùs in Cæsarem bellum instaurant. Comes vero Bucquoinis Vindelicis copijs ad sedandos tumultus, coercendosque turbidos in Bohemiam relictis, ipse cum reliquo exercitu Marcomanos aggreditur: primoque belli impetu capta Iгла, & Topizio finitimis vrbibus, Znaimo etiam munito oppido eodem cursu potitus est; præſidiarijs militibus contra Cæsareum exercitum à recenti victoria fe-

*Marcoma-
norum con-
uentus de
se deden-
do Cæsa-
ri.*

*Marcoma-
ni Turria-
ni aditum
dissolui-
tur, bellum
instaurat.*

*Bucquo-
inis varias
urbes in
deditionem
accipit.*

D

roccm

rorem non ausis repugnare. Bruna quoque ipso aduentantium copia-
rum territa fremitu; quibusdam legibus Bucquoio se deditit. Olmi-
zium Brunæ sequutum exemplum spontè in potestatem Cæsaris venit.
Vrbs verò Grazinstainum valido præsidio, & egregijs munimentis ob-
septa ferocior se primo defensione videbatur, Bucquoique felices profe-
ctus moratura; sed cum illi æquissimæ deditiois leges præscriberen-
tur; quibus stipendio militum cauebatur, auctore chiliarcho Speto,
præsidij Duce in fidem Cæsaris, ditionemque concessit; solutis in mili-
tum stipendium duodecim florenorum millibus. Reziū etiam, aliasque
arcēs, quas eiusdem legionis milites tuebantur; idem Chiliarchus Im-
peratori restituit: deditque cum suis cohortibus Cæsari nomen, sub il-
lius signis in posterum meriturus.

*Marcoma-
norum le-
gatio ad
Cæsarem.*

Marcomani tot cladibus alijs ex alijs attriti cum extremam perniciem
sibi iam imminuentem viderent; si diutiùs peruiacibus obstinatisque
animis in rebellionē persisterent; nulla interiecta mora, electi iam le-
gati Viennam ad Cæsarem iussi sunt proficisci: qui illius genibus aduo-
luti præteriti criminis veniam supplices poposcerunt; reiecta in paucos
audaciores culpa, iniuriam eorum licentiam, potentiamque causati;
qui proninciæ regimine, nullo deferente, vsurpato, tantorum malo-
rum causas præbuisent. Audita comiter ab Imperatore legatio est:
sed ea grauitate, vt & suæ clementiæ spem iniiceret, & sceleris pœnæ
timorem incuteret. Velle se quidem innoxie turbæ, infontique populo
parcere; sed de perduellionis reis, qui alios insana perfidia in idem sce-
lus, culpamque traxissent, se quæstionem habiturum, quæsiturumque di-
ligenter de ijs; qui tam pertinacia in Austriacam domum, patriamque
odia professi fuissent; vt ipsorum sanguine, ac supplicio posteris præbere-
tur exemplum, & pax perpetua sanciretur. Nihil tamen sine clementia fo-
re, paternumque amorem etiam in ipsa pœnarum inflictione sensuros.
Negotium de rebellionis authoribus cognoscendi Cardinali Dietrehtai-
no datum: cui eiusdem prouinciæ præfectura iterum cessit.

*Officium
Galliarum
legati.*

Interea Engolismæ Dux Galliarum Regis legatus omne studium, cu-
ramque intendebat; vt sequester pacis Imperatorem cum Daco aliquo
fœdere conciliaret. Sed oleum, & operam luit: nam adeo Daci feritas
lenita non est: vt etiam in Cæsaris contumeliam diademate, ornamentif-
que regijs Polonio in Superiorem Pannoniam translatis, e suæ factionis
proceribus Pannoniæ Rex dici se suerit.

1621

Tota igitur tumultuante Germania, seque ipsam varijs bellorum in-
cursibus lacerante, annus vigesimus supra sexcentesimum, & millesimum
nostræ salutis effluxit. Sequenti anno ineunte, omnibus Marcomanis iam
iniecto Cæsaris iugo, cum nihil iam esset, quod ibi demandum arma Au-
striaca moraretur; Bucquoius ad Pannoniæ fines in hyberna traduxit exer-
citus; vt primo quoque tempore expeditior illam etiam prouinciam ar-
mis facere Cæsaris imperata compelleret: captoque Zuadifio oppido,

*Bucquo-
ius in Pã-
noniam
ducit e-
xercitum.*

ope-

opere, praesidioque munito, Marcomanos ab eo latere praestitit à Pannoniorum incurfibus omninò securos.

Comes Colaktus alibi quorundam eiusdem gentis procerum auxilij, ^{Colaktus eandem inuadit.} qui non mutauerant fidem; & Tampierij copijs validus Pannonios habebat infestos: Budianique perduellium facile Principis ditionem ingressus, fuso numeroso Pannoniorum agmine, qui populanti Colakto se ausi fuerant obijcere; omnem agrum ferro, flammaque corrupuit, tentato quoque ex itinere Guinzio. Sed inde trecentis suorum amissis, digrediens in aliud hostium agmen incidens, commissa strenuè pugna, duobusque eorum millibus trucidatis, cæteros coniecit in fugam; quamuis ea cruenta victoria fuerit. Nec idcirco Pannonij ijs territi cladibus quieuerunt; sed in Aultriam hostili procurfù quosdam proceres suis rusticantes in pagis captiuos abegerunt: & Hispano quæstore militum stipendia in Bucquoi castra deferente intercepto, fugato praesidio, quod illum custodiæ causa sequebatur, captisque tribus militaribus signis, & quadraginta aureorum millibus ereptis præda diuite onutti in sua domicilia redierunt. Quæ Pannoniorum irritatus insolentia Cæsar illis obnuntiari iubet, nisi positis armis sibi suo regi, ac domino parerent; se totum in eos belli impetum cõuersurum: expetiturumque armis à rebellibus pœnas, quas à Bohemis exegerat.

Cum iam exacti essent in monitorijs literis ad Palatinum, eiusque affectas praestituti dies, imperialis eos proscriptionis reos publico iudicio fecit. Hi erant Elector Palatinus, Christianus Anhalti, Ioannes Georgius Ierementorfi, & Georgius Federicus Hoenlochi comites: quorum bona, ditiones, hæreditarias prouincias addixit in publicum. Palatino insuper septemuiratus dignitate abrogata. Deinde ad res componendas duo habiti Catholicorum procerum Augustæ, & Protestantium Alisi conuentus. In quibus cum mutuis literis, & nantijs de misero Germaniæ statu, suisque rebus egissent; tandem omnium sententia explicatum est: vt principes, & Respublicæ fœderatæ abiectis cum rerum priuatarum ratione, belli cogitationibus, syncerè, & candidè se Cæsari conciliarent: renuntiatoque socijs inito fœdere, Palatinum, eiusque sectatores, & publicos Cæsaris hostes nulla ope inuarent. Quod decretum Mocuntiaci coram illo Electore ab vtraque partium iuratū est: præsentè pro Imperatore Marchione Spinula; & Landgrauio Ludouicò è Dormstato, & pro fœderatis Ioachimo Ernelto Brãdeburgo, Dynastaque Vitembergo, qui omnes per legatos à Cæsare, vt in illis fancita conuentibus rata faceret, postularunt. Excepti cum honore legati, atque omnibus ex voto peractis, munificè donati inde dimissi sunt.

Actus etiam Segemberge conuentus ab hostibus est. Interfuere Angliæ, Suetiæ, Daniæ Regum legati, Electores Palatinus, & Brandenburgus, Duces Bransuicensis, & Luneburgi, Holltains, & Mechelburgi, Pomeraniæ, & Baltici conquisitores, & internuntij. Hi principes omnes in hæc pariter conuenerunt; vt communibus impensis, conferentibus pro cuiusque fortunis pecunias, contracto exercitu, Spinulam è tota Germania decuterent. Hu-

D. 3. ius

Dania ius expeditionis imperator dictus Rex Daniæ: qui Christianū Ducem fra-
Rex bello trem Ducis Branſuicenfis ꝛ Pheugari antiftitem cognomento, quod illius
ceſſiatur. epifcopatus prouentibus fruëretur, ſuum legatum iuffit. Rex ſubito ad cō-
Halber. ducēdos milites datis pluribus Ducibus diplomatibus, totus bellicis appa-
ſad. ratibus ſtudit. Quare cum ex his hoſtium conatibus nouum in Cæſarem
 bellum glifcere videretur; vt orienti materiam flammæ ſubduceret Impe-
 rator, Electorque Mocuntiaci omni ſtudio curarunt; vt Brunſuicenfem
 Ducem ab ea hoſtium ſocietate auellerent: ſed fruſtra, Nihilo ſiquidem
 ſecius ſe ad bellum totis viribus inſtruebat.

Spinula Quare Spinula dubius ne in ſe ea belli procella pararetur; nouis copijs
ſuas co- è Belgio, Lotharingia, Luititijs acceptis, contra hoſtium conatus, & impe-
pijs an- tus ſuum firmavit exercitum; quo fœderatis par eſſet copiarum numero,
get. eorumque vim æquis viribus propulſaret: Sed cum induciarum inter Hi-
In Belgij ſpaniarum Regem, & Batauos iam tempus efflueret; in Belgium ad ſoli-
reuoca- tum ſupremi copiarum Ducis munus obeundum ab Archiduce Alberto
tur. renocatus eſt: Qui Gonzali Cordubeni exercitu tradito Bruxellas pro-
 fectus eſt. Venientem omnibus effuſi amoris, & beneuolentiæ ſignificatio-
 nibus Archidux ornatiffimo procerum ſtipatus equitum agmine excepit.

Daci fal- Dacus varijs ſerendis impedimentis, in feriendo cum Cæſare pacis ſe-
lax ſimu- dere trahebat moras; quamuis ab eius legatis in ſpeciem hac de re ſedulò
latio. cum conquiſitoribus imperialibus ageretur; iniqua conſulto petentibus,
 quæ certò ſcirent Cæſarem nullatenus conſeſſurum; quo commodiùs clā
 impetrata Bizantijs à Turcarum Rege accerſeret auxilia. Scytarum etiam
 Regem ſpe prædæ ſollicitauit ad bellum; ſe illi in omnibus belli euentibus
 quidquid fortuna ferret, ſubſidio futurum pollicitus. Quibus dolis, & ludi-
 ficationibus inſidias molientis Daci retextis, Cæſar in belli curâ verſus vl-
 ciſci omninò illius perfidiam, inſolētiamque conſtituit. Duo ſubito pedi-
 tum millia maioribus manuarijs tormentis armata Georgio Setcho inter
 primos regni proceres opibus, ac potentia clariffimo auxilio tranſmiſit:
 qui quondam rebellis, ſed in gratiam Cæſaris reſtitutus cum valida ſuo-
 rum manu Daciam aſſiduis excuſſionibus trepidatione, ac tumultu com-
 plebat; initaque ſæpius cum hoſtibus pugna, plerumque victor abibat. Im-
 mo ſemel accidit; vt uſo magno Dacorum numero, duos Gabrielis Bethle-
 ni legatos ad Turcarum regem miſſos captiuos fecerit; eosque in cuſtodia
 ſeruandos Colmariam abduci iuſſerit. Qui ſi maioribus copijs firmior rem
 geſſiſſet, Daciam forſitan pluribus illatis cladibus, euertiſſet.

Bucquo- Bucquoius Imperatoris iuſſu, exercitum nouis militum ſupplemen-
ius iterū tis auctum in Pannoniam mouit; vt rebellis prouinciæ contumaci cerui-
Pannoniā ce ab Auſtriaco iugo identidem reſilientis frangeret audaciam. Cuius
inuadit. repentino aduentu territum Poſonium, ne inſenſi hoſtis iuſtæ iræ furorem
 magis irritaret; agebat apud Cæſarem de dedendo ſe ſe, bellumque per le-
 gatos deprecari conabatur. Sed Bucquoius nihilominus urbem arcta
 obſidione præſepſit. Verum Palatini, aliorumque Pannoniæ proce-
 rum interiectu, facta deditioe, Germanorum præſidium accepit.

Arcis

Arcis verò propugnatores nisi tradita sibi ingenti pecuniarum summa, arcem se dedere recusarunt . Bucquoius foedæ pactionis dedecus auerſatus, ne pretio nundinari arces, non aperto Marte expugnare videretur ; septem dierum spatium , quo sibi consulere, defensoribus præſcripſit . Verum illi necdum præſtituto tempore elapſo, purpureum vexillum certaminis inſigne in arcis fastigio ſuſtollunt . Quare Bucquoius iuſſit muros tormentorum miſſilium iaculatione ſubueri : deiecta que munimentorum parte, cum Cæſarei daturi in mœnia impetum viderentur ; orta repente inter præſidiarios, vt potè diuerſæ gentis, rixa, ſe dedunt ijs legibus, vt armatis cum ſuis ſarcinis ex arce proficiſci liceret . Poſonij arx Cæſaris cedit. vbi relicto trium cohortium Germanorum præſidio, cum toto exercitu, ad duo, qui & viginti armatorum millium ſummam exceſſerat : Caſtrum Nouum verſus iter intendit .

Poſonij deditio effecit, vt Altemburgum, Edemburgum, Tirna in ius Cæſaris, poteſtatemque venirent . Et quia vrbs Sitenaum idem facere abnuuit, admotis tormentis à Bucquoio concuſſa, obſeſſa que eſt : data que ſpatioſa mœnium ruina, Cæſarei etſi acta teſtudine ne propugnantium ſuperne inceſſentium vulneribus peteretur: per ſtrata mœnia enixi in vrbeſm irruere tentarent ; cum foeda tamen ſtrage propulſi in caſtra redierunt, domituri fame, in quos vis aperta parum proceſſura videbatur. Nihilominus defenſores cum nequaquam tantæ hoſtis poteſtiæ ſe pares diutiùs futuros animaduertent, veriti vrbeſm excidium, ſi obſtinatiùs Bucquoio viribus pergerent repugnare ; Cæſari dicunt ſacramentum, recuſato tamen Germanorum præſidio . Varia ciuitates in ſidem receptæ.

Inde propè Caſtrum nouum ad octo paſſuum millia promouit exercitum: ea ſpe ductus ſe poſſe citra ſuorum ſanguinem, ac vulnera, ob quoddam inter militum Duces concitatum diſſidium ea munitiſſima arce potiri . Sed in illam cum multis regni nobilibus viris comite Turſo, & mox etiam comite Turriano cum chiliarcho Landano, & numeroſo armatorum agmine ingreſſis, omni ſpe proſuſ militari iurgio potiendæ arcis abſciſſa ; illam obſidione ad deditiorem compellere decreuit . Arcem duo millia ſtrenuorum militum tuebantur: quibus Pannonius Palatinus datis literiſ, ſuaſit ; vt Imperatori traderent arcem. Sed ei à præſidiarijs reſponſum eſt ; ſe illam ad rerum extrema, vltimoſque ſpiritus defenſuros potius ; quam in Germanorum poteſtatem venire . Bucquoius Caſtrum ad nouum ſubit.

Bucquoius itaque tribus tumulis erectis, in quibus poſita tormenta ingentium globorum pondera in arcem iacularentur: ſumptis ſecum Maximiliano Liechtenſtainero, & Rodulpho Tiſembachio cum aliquot cohortibus, & quadraginta equitum turma cuſtodie cauſa ſtipatus ad ſpeculanda arcis munimenta, ingeniumque loci explorandum ita propè Caſtri mœnia ſucceſſit ; vt in comparatas ab obſeſſis inſidias imprudens incidit ; quas ponè quædam arbuſta hoſtis inſtruxerat, à quo in Cæſareo nihil tale opinantes repentino factò impetu, duodeuiginti ceſiſ, ægerrimè ipſe Bucquoius periculum.

Bucquoius cum reliquis se ex illo discrimine explicuerit . Verum enim verò acceptis Vienna maioribus tormentis , & trium mensium militum stipendio , arctius excitatis altioribus munimentis , quibus se ab hostium ictibus tegetet ; Castrum intentiori cura obsidere capit ; & ex editiori loco tormentorum pulsibus hostilia munimenta demoliri . Nec segnibus ab hostibus ex tormentis excussa tela torquebantur in castra . Et quamuis illis maiora damna Bucquoius inferret ; cum ex eminentiori loco totum castrum sub aspectu haberet ; illi tamen crebris , & quotidianis eruptionibus castra carpendo , Cæsareos fatigabant . Pannonij rebelles alibi quacunq; prædatorijs agminibus procurfabant ; captisque ad ripas Danubij sex onerarijs nauibus commeatibus plenis , in Castra Cæsarea conuehendis , Bucquoius ex Castri Noui iugulo depellere nitebantur .

Dacus ad
Castrum
Nonum
obsidione
soluendum
properat .

Ad hoc etiam Dacus dynasta quam maxima potuit celeritate congesto non spernendo suorum popularium exercitu , aliquot leuibus prælijs Setcho sæpius fuso , adactis iure iurando urbibus fodinarum , ad Castrum Nonum recta contendit , vt vel illud solueret obsidione , vel subsidio leuaret . Idcirco Bucquoius acrius obsessos vrgeret institit : ingentemque arborum vim iussit abscindi : quibus fossis oppletis , inuadentibus suis facilem in pomærium sterneret viam . Aggeres insuper propius fossæ marginem producendos curauit ; quo magis è propinquo hostes missilibus vulneraret . Mox secum ductis aliquot illustribus viris , cum equitum ala , iussu ad præsidium subsequi cætero equitatu , infelici , inauspicatoque consilio , ad exploranda iterum hostium munimenta processit . Non latuit hostem Bucquoi aduentus : paucos equites ad velitandum emisit ex arce , iussos paulatim cedendo propius muros Cæsareos trahere . Bucquoius Pannonici equitatus contemptor , & osor in egressos incautiùs inuehitur . Illi sicuti conuenerant , simulato metu , sensim se ad muros aduersa semper fronte recipiunt . Instat percussis Bucquoius : nimioque ardore in cedentes propè urbem prouehitur ; ex qua ingens equitum agmen erumpens , undique Bucquoiu circumsunditur : mediumque clausum impetunt acriter vniuersi : qui & suæ dignitatis , & Imperatorij muneris memor , vt erat firmo , robustoque corpore , stricto ense , & sclopulorum displensione temerè propius illatos audaciores quosque prosternit : & quamquam suffossio vulneribus equo , in consertos hostes pugnare cogeretur ; sæpius tamen summouit vrgentes . Sed denique vnius virtutem multitudine obruentes , sexdecim ictus vulneribus cadit : magna eius equitatus ductoris infamia , qui sicuti iussus erat , non festinauit in tempore Bucquoiu ferre subsidium .

Bucquoi
damna a
animosè
tati .

Bucquoius
ab hosti-
bus inter-
ficiat .

Bucquoi
damna .

Alius modi fuit Caroli Longeuallis comitis Bucquoi exitus inter nostræ ætatis duces gloriosissimi nominis , & spectatissimæ virtutis ; vt in Belgicis , & Germanicis bellis præclaris gestis , ac fortissimis ausis probe docuerat : meliori certè fato dignus , quòd pro Catholicis partibus strenuè semper , & infatigabili virtute certaret ; Neque hæc illi casus acerbitas

con-

contigisset; si suo more cautius contra hostium insidias egisset: sed perpetuus Pannonici equitatus cōtemptus in illam paucorum equitum turmam rapuit; ex quo postea ipsius ruina manavit. Verum omnino est illud prudentis effatum, sapientum errata esse graviora, quo rariora. Sapiens enim mens cum à sua insita illa sapientia recedit: in turpiores labe impingit. Corpori in castra sublato totus exercitus effuso comploratum illachrymatus est; quo hostis, quamvis totis viribus niteretur, potiri non potuit: confluentibus undique è Casareis castris cohortibus, & equitum turmis ad carissimi Ducis cadaver ab hostium manibus eruendum: ratis turpè Superis fortissimi Ducis, cuius spiritus liber euolat ad sidera, corpus fieri ab hoste captivum. Inde Viennam translato solemniter, militarique pompa Cæsar cum civibus vniuersis mœrissimus dedit inferias: pullatæque vibanz legiones bellatori fortissimo parentarunt.

Militum
fletus in
Castris.

Cæsareus exercitus de sui amantissimi Ducis iactura maximo dolore attonitus, fractusque animo discessum circumspexit; & fugam: cui etiam si militari suffragio in copiarum imperium Maximilianus Liechtensteinus, & Rodolphus Tiesembachius suffecti fuissent; acerbissimum tamen Bucquoi casus, ita omnium pectora, animosque perculerat: ut illa fuerit militaris alacritas, promptitudoque pectorum in rebus bellicis obtundis omnino cum ipso Duce periisse videretur. Quare illo primo obsidionis feruore languente, urgente etiam supra cetera commeatuum caritate, duces illam oppugnationem in opportunius tempus rejicere decreuerunt. Et quia ob assiduos imbres, madida, fluentisque tellus lutulentum maxime fecerat iter; nec, sub immani tormentorum pondere subsidente humo, ea secum abducere, nisi ægerrime possent; nouem maioris molis flammariarum violentia dirumpunt: deinde cuiusdam aditus trecentorum pedum statione occupatis angustijs, iussa cohorte ibi in custodia consistere: donec omnia impedimenta ducerentur in tutum; quarta noctis vigilia collectis vasibus, soluta obsidione, silenti agmine inde profecti sunt.

Cæsarem
Castrum
Novum
obsidione
soluunt
perterriti.
Bucquoi
casu.

Non latuit hostes Imperialium discessus: patefactis repente portis in abeuntes erumpunt: sed ea militum statio hostium impetum strenuè remoratur; tueturque summa virtute locum. Dux cum suis fere omnibus in eodem vestigio cæsi; qui tam diu tutati sunt aditum; distinueruntque fortiter pugnando Pannonios; donec impedimenta omnia salva sisterentur in tuto. Castro Novo obsidione leuato, paulò post Imperialium discessum, Datus cum ingenti exercitu superuenit: adscitoque socio comite Turriano, usque ad Tinnæ, Posonijque suburbia cuncta populatioribus, flammæ, ferroque excindebat.

Feliciores Colalti bellici conatus exitus habuerunt: qui Budani Pannonij rebellis terris usque quaque direptis; Guinzium, quamvis semel ab eo repulsus, aggressus tamè illud iterum cum Edemburgo ad deditorem coegit. Viginti florentorum milia, cum aliquot vni dotijs civibus

Colaltus
Guinzium
cum Edē-
burgo in
deditorem
accipit.

Alia quoque oppida expugnata. multa nomine imperavit. Plura etiam castella eodem belli impetu expugnavit: omnem agrum usque ad Canisæ mœnia victor emensus.

Sed in Bohemiam, unde discessimus, redeamus: ubi post acie fufum, exactumque Regno Palatino bellica, & tragica spectacula Cæsarei Ducis, Conquistitoresque præbuerunt. Necdum ab eo ad Pragam certamine tota domita Bohemia, Cæsaris parebat imperio: plura oppida etiam in Palatini fide remanserant: integro quoque Mansfeldij exercitu, qui ei prælio non interfuerat; & cum Liechtenstaino de pace agere, deditioisque spem facere simulabat. Verum non solum illa oppida præsidij, & comæatibus pro Palatino muniuit; sed etiam Slanchenaultum qua obsidionis malis, qua factis crebris impressionibus expugnauit; Topenamque arcem actis cuniculis, pyrio puluere impletis sueto militari machinamento, ignium impetu erutam solo excussit in aerem.

Bohemici belli reliquia.

Liechtenstainus Egram Vrbem obsidet, & statim periturus.

Pilsenam quoque obsidio cingit.

Ex his hostilibus alienum maximè ab ineundo cum Cæsare fœdere eius animum conijcientes Cæsarei Duces, præcipuè cum infesto exercitu usque ad Pragæ mœnia procurrèret; nouis additis cohortibus aucto illius vrbis præsidio, Liechtenstainus, & Tillius cum Duce Saxone iunctas copias Egræ vrbis applicuere: quæ ne vno quidem expectato tormenti ictu, subito consternata metu Cæsareis cessit; accepto intra mœnia Germanico præsidio. Slanchenaultum insuper, Mansfeldianis expulsis, adeptus in Pilsenæ conspectum copias dedit: ex qua vrbe paulò ante Mansfeldius abscesserat; ductoque circumuallo minabatur obsidium; quod obvalidum præsidium, vrbisque munimenta difficilè, ac diuturnum fore videbatur; nisi eam Ducum auri cupiditas prodidisset. Oblato enim à Tillio ingenti auri pondere præsidij ducibus si oppidum amicè, pacatèque redderent; Launingenus chiliarchus aures dedit licitanti. Valentiùs siquidem arces auro persapè, quàm ferro expugnantur. Iam deditiois leges scribebantur; cum alij Duces perfidiam capitis detestati per certum, citatumque nuntium Mansfeldium edocent, quo res loco esset; quæque inter Tillium, & Launingenum arcanis colloquijs agerentur. Ille rei iniquitate commotus illicò ad milites scripsit; se intra decem dies cum ijs viribus affuturum, quæ ad depellendum hostem ex vrbis ceruice sufficerent. Sed præterito promisso die, cum nullus omninò Mansfeldius appareret; maiori præsidiariorum numero in partes Cæsaris inclinante, accepta à Tillio conuenta pecunia; vrbem Cæsari Duces, & milites dediderunt. Tribus militum cohortibus Franchi chiliarchi, quæ turpi fœderi assentiri, seque infami pretio polluere noluerunt; permissum vt cum funibus accensis, explicatis de more militari vexillis, cum suis impedimentis ex vrbe discederent, quæ usque ad Vangionum confinia à Tillij præsidio deductæ sunt. Vrbis Præfectus à Mansfeldio actus perduellionis reus, perfidiaque damnatus capite plexus est. Ad custodiam deditæ vrbis, quia magni ad cætera momenti futura erat; firmum præsidium constitutum est.

Vrbis auri oblatione ad deditio nem allucit Tillius.

Accepta Pilsena, ad Elemburgenum, & opere, & situ munitissimum subi.

subigendum exercitum duxit. Agebant in ea urbe plerique Bohemi proceres; qui præteritæ rebellionis conscij, & participes fuerant. Hi ne Tillij, atque adeo Cæsaris potestati traderentur: dissipato falso in militum vulgus rumore, Mansfeldium propediem cum decem armatorum millibus affiturum, cæteros perpulerunt; ut se ad urbem tuendam contra Cæsareos expedirent. Tillius idcirco urbem obsidione cinxit, constructisque aggeribus, & loricis, mœnia diruere tormentis aggreditur; ac suppetias, quæ obsessis cum commeatibus ferebantur: cædit, fugatque. Urbs plures dies tormentorum icta fulminibus proficissis mœnibus, Cæsareis aditum aperiebat. Sed obsessi non minori virtute, quam labore noctu tormentorum pulsibus diruta reficiebant: obstructisque trabibus, ac aggesta telure, egregiè se contra Imperialium impetum tuebantur.

Tillius ut se citò eo obsidionis negotio explicaret; terreretque urbem maiori numero tormentorum; alias æneas balistas è Pilsena adduci iussit in castra; quibus crebriori, ardentiorique verberatione urbis mœnia pulsaret. Iamque non solum nudare muris urbem, sed etiam tecta diruere, omnia pauore miscere pergebat infensior. Quo Tillij ardore territum præsidium, cum promissi auxilij spes prorsus excideret; nec diutiùs contra Cæsareos retineri ciuitas posset; misso ad Tillium caduceatore, cum eo de deditiois legibus paciscuntur: quæ huiusmodi victis à victoribus latæ sunt. Liberi ex oppido explicatis vexillis, cum impedimentis abirent; & Mansfeldij suppellestem, quæ inibi seruabatur, auherent; se iureiurando astringerent; se ad tres menses nec contra Cæsarem, nec Saxonem, & Bauarum bellaturos; & qui merere in Cæsareis castris in animum inducerent; duorum mensium præmatura stipendia acciperent. Iniecta deinde duodeuiginti nobilibus viris rebellibus vincula, abductique Pragam; vbi ad supplicium rebelles quoque cæteri seruabantur. In capta urbe ad præsidium legio peditum collocata; & à ciuibus ingens pecunia in pœnam rebellionis exacta.

Thaborij interim à Maradio continuabatur obsidio. Chiliarchus Franus præsidio præerat impiger bellator, & strenuus: in urbem etiam, ut in munitissimam arcem plures rebelles proceres suæ salutis causa confugerant. Tentauit Maradius Tillij exemplo deditioem cum defensoribus magna mercede nundinari, liberum etiam discessum rebellibus concedendo; sed obsessi virtute se ab hoste tueri, quam ad turpem deditioem impelli auro maluerunt. Itaque Maradius cum parum ex voto pecuniæ oblatio processisset; arctiori, vehementiorique obsidione urbem affligere institit: eruptionisque mox ab hoste faciendæ præmonitus sic in insidijs collocat suos, atque ita disponit; ut validè hostium irruentium compresso impetu, nemine suorum amisso, ciuium octoginta ceciderit; inter quos aliquos nobiliores. Ad mensem Octobrem vsque ea obsidio tenuit: qua durante, multa scitu digna acciderunt: quæ ut suis quæque temporibus reddam, alibi narraturus omitto.

Cruen-

Ad Elemboncum ducitur exercitus.

Tillius lasas obsessis suppetias condat.

Obsessis deditioem paciscuntur.

Maradius Thaborij deditioem tentat pecunia.

Cruentissimum prius tragici euentus spectaculum in Praga foro constitutum exponam: quod præter continuatam rerum narrandarum seriem; etiam mortalibus documento erit ijs esse parendum, submittendaque ceruices, quibus in Mortales imperium Numen caeleste tradiderit. Aliquot ante dies plures Bohemi ciues, & proceres cum aliquot ex directorum numero, qui furenti rebellionem, Rempublicam gesserant; coniecti in vincula fuerant; habitaque de vniuersis diligenti quaestione, omnes capite damnati sunt. Quamuis noxiorum ingens numerus foret; nouem tamen, & viginti duntaxat perduellionis sceleris dedere poenas: quorum vnus antequam ad supplicium traheretur; vt fatum maturius præciperet; ex editæ turris, in qua ad custodiam tenebatur, fenestra exiliens è licitorum manibus se in caput præcipitem dedit: cuius nihilominus cadauer exanime à carnifice in ferali damnatorum loco in quattuor frustra concisum in totidem vrbs celebrioribus compitis ad dirum spectaculum appensum est. Quoniam hoc supplicium de maiestatis damnatis sumptum inter pauca memorabile est; paulò fusiùs illud exequar; vt Mortales cognoscant nunquam impunè à seditiosis in suos principes conspirari: implacabileque esse Regum iras, quæ nisi noxiorum cæde pacantur.

Nouem, & viginti Bohemi in Praga foro perduellionis damnantur.

Rebelliū supplicium.

Rebelliū imprudētia.

Post insignem illam victoriam, quam de fuso ad Pragam Palatino Cæsarei reuexerunt; dedita vrbe plurimi proceres perduelles præcautis poenis, quas de se forsitan sumpturus erat Imperator: alij aliò profugerant; vt salutem suam ab ira Cæsaris tuerentur: multi verò eorum minus graue suum facinus rati; aut nihil veriti, vt in regno armorum vi domito, ac subactò optinatum lansena, peccerumque sanguinis profusione incolarum Cæsar animos asperaret; aut ciuiam Austriacum asperantium ingum importunis fontium supplicijs sibi constaret inuidiam, odiaque concitaret: perfliterant Praga à metu rebellionis poenæ securi. Eoque magis nullam suis capitibus imminens suppliciorum periculum metuebant; quod in Austria, quæ ipsa quoque ab Imperatore descernerat; nihil esset in rebelles acerbius consultum. Princeps tamen Licstenstainus ex inopinato plurimos comprehensos trahi insit in vincula; quibus etiam comes

Comes Andreas Stichius trahitur ad vincula.

Andreas Stichius additus est; quem per Saxoniam fugientem Elector interceptum ad Bohemiarum fines Cæsareis licitoribus tradiderat.

Perduelles damnantur.

Omnium cognitæ à quaestoribus causa, quaestioneque singulorum ad Cæsarem misse; vt in noxiorum capita ex iure decerneret. Qui in illorum nonem, & viginti sententiam capitis tulit; legeque in eos agi à licitore mandauit. Reliquam reorum turbam alijs poenis plectendam coerceri iussit in vinculis: donec de infligenda pro cuiusque noxa, poena statueret. Damnati partim in veteri vrbe, partim in noua habebantur in custodia. Verum omnes simul in arcem die saturni ducti ante Principem sublimi in folio sedentem sistuntur; accusanturque à Conquistoribus Cæsaris maiestatis: rogaturque Princeps; vt in eos perditos ex legum præscripto animaduertat. Die dominico cum ducentorum equitum, & valida pedum

tuum

tum agminis custodia iterum in urbem veterem aucti : atque in illius prætorij ingenti aula collocati sunt ; facta consanguineis illos alloquendi, vltimumque vale dicendi singulis potestate ; ita tamen vt quàm diligentissimè seruariarentur . Alij quingenti equites præter solitum præsidium rursi in ambabus urbibus veteri , & noua sedulam agere stationem ad compescendas populi seditiones , si quæ in tanto ciuium luctu orirentur . Erecto amplo ferali pegmate , & pullis aulæis amictu , omnes alij , atque alij securi percussu sunt . Durante supplicio, perpetuus tubarum clangor increpuit ; ne morientibus vltimæ voces à circumstantibus audirentur . Vni eorum iam genibus flexis ferientis ictum carnificis expectanti vita data est . Sequenti à supplicio die aliquot caudidici virgis cæsi , traductique per urbem reuinctis post terga manibus à carnifice . Burgi Magistri curator , lingua ferreo clauo furcis affixa per horam in eo horribili cruciatu hæsit immobilis : perpetuo postea carceris squalore macerandus ; nisi sequenti die cum inflata lingua detumescere non posset ; nimio dolore extabuisset . Per hos dies Haspurgi in medio foro toto spectante populo Federico Tieffembachio purpurato Marcomano scissæ ceruices . Omnes damnatorum prouentus in fiscum relati ; bonaque omnium publicata præcipuè eorum qui se, paratis penis fuga subtraxerant ; quorum nomina, familiarumque suarum patibulis affixa legentibus patuerunt. Ijs perpetuè aqua, & igni interdictum est . Inter quos præcipuus fuit comes Henricus Turrianus .

Turrianus præscribitur.

Hæ terribiles exactæ à perduellibus penè populis latè fecere terrorem ; ne in reliquis etiam prouincijs à rebellibus Cæsar paria supplicia desumeret : præsertim Marcomanis ; quò se Praga conquistores Cæsarum contulerunt . Sed in cæteros reos mitius, clementiusque actum est ; nullique eorum sceleris poenas abscisso capite pependerunt .

Marcomanus præscribitur.

Pergebat pro Palatino in Quadis bellare Ieregentorfi comes . (Pragensi victoria siquidem Cæsar profugarat magis, quàm confecerat bellum : nec dum etiam præteritæ siluerant murmura tempestatis) Qui deditiōnem simulans, si ab illius prouinciæ ordinibus suis militibus stipendia darentur ; vt expeditis suis cum exercitu nominibus, eos exauthoratos dimitteret . Non solum accepta in militum stipendia, pecunia, non soluit exercitum : sed etiam sequere in incolas , mai oribusque eos damnis cepit affligere : atque occupata vrbe Glazio, cum omnibus copijs Nisse succcessit : quæ etsi inuadenti hosti obsistere maxime cuperet : cum tamen illius impetum diu se non laturam videret ; hosti portas aperuit, admissura , quem summouere, nisi cum pernicie , non poterat .

Ieregentorfi Comes deditiōnem simulat & eiusque gesta .

Cognitis postea Comes Quadoru , & Ducis Saxonis appararibus tamquam sibi imminentibus , cum suis tantum viribus occupata oppida contra hostilem potentiam se posse retinere desperaret ; tribus militum milibus Glazij vti loco munito, ac opportuno cum tredecim muralibus tormentis præsidio relictis, direptoque Nisse episcopatu , & ab illis Canoni-

cis .

cis, & pagis ingenti expressa pecunia, Pannoniam versus recepit exercitum: vulgatis prius libellis, quibus ad res novas molindas Quadorum animos incitabat, procerum Bohemorum exemplo, in quos deditos barbarè Cæsar carnificum manibus desæuierat. Qua Ierгентorfi iniquitate Saxo Elector suam dignitatem lædi arbitratus; cum illi Prouinciæ ipse Cæsaris nomine rebellionis culpam, pœnamque remisisset: Quados publicatis typis impressis edictis, in Cæsaris fide sui legitimi Principis retinere curauit. *Non debere eos literis commoueri, quas contumax transfuga propria hostis patria contra Cæsarem publicauit. Non esse ijs verendum; ne non suis promissis fides statuta esset.* Electoris dicta, datamque Quadis fidem Cæsar suis literis confirmauit: addito insuper rebellium Bohemorum supplicia ijs non debere afferre terrorem: cum noxia capita rebellionis tantum, præteritarumque cladum authores parricidij pœnas luerint: in reliquos nihil acerbius fuisse consultum.

*Saxoni
Electoris
edicta ci-
tra Iere-
gitorfum.*

*Marchio
in Marco
manos in-
greditur*

Videbatur Marchio in Pannoniam cum suo exercitu profecturus; sed mutato repente consilio, in Marcomanos, Pannoniorum aliquot equitum turmis acceptis, firmior ingreditur. In ipso Marcomanorum aditu, quamquam agrestium populationibus solitudinem fecerat, & fugam: Neapolitanæ tamen cohortes, Duce castrorum Magistro Spinello, illum strenuè propè Tropaum aggressæ illata clade fufum ab ijs stationibus depulerunt. Mox in chiliarchum Valschierenchenum incidens, conferta sæpius cum illo pugna, dissipato prorsus rebellium equitatu, copiisque concisis, aufugit.

*Mansfeld-
dus se se
ad Vangio-
nes Sape-
vires mu-
niat*

Comes Mansfeldius cum suo agmine addita peditum legione, & aliquot equitum turmis auctior in Vangiones superiores ad fines Bohemiæ recesserat, ibique in edito, fortique situ castra munierat. Tillius, qui nunquam ab hostium vestigijs abstiterat; cum cognouisset Mansfeldium ibi castra posuisse; iussit Anholtum purpuratum cum equitum ala, & peditum manipulis, quandam hosti aduersam stationem occupare; qui strenuè iussa perficiens in aduerso hostibus colle suarum cohortium statuit signa.

*Mansfel-
dij timor.*

Cuius aduentu veritus Mansfeldius ne Cæsarei ibi castrametati se in suis munimentis aggredierentur: vel intercipiendis comæatibus obsiderent; retrò aliquantum sua castra reduxit. Verum cum ab exploratoribus cognouisset tres tantum equitum turmas, peditumque centuriam in ea statione morari, densæ caliginis beneficio tectus, Cæsarea clanculû subijt munimenta; improvisoque attonitos impetu adortus cum magna eorum cæde ab ea statione deiecit; captoque tantum vno turbali vexillo, sua vetera castra repetijt. Paulò post cum exercitu Tillius aduenit, atque in colle aduersus hostium castra tetendit; Hercinia Sylua ipsius terga muniente.

*Mansfel-
dij ausus.*

A summo mane in vesperam illi duo exercitus intra munimenta in aciem instructi steterunt. Vtrinque certaturæ in valle bina castra interiacente, eruperunt equitum turmæ; & dum strenuè socijs spectantibus ve-

litan-

litantur, alijs, atque alijs suis accurrentibus auxilio, lenis primo pugna iusti mox prælij propè speciem habuit. Ex Mansfeldianis mille, ex Cæsareis centum duntaxat ceciderunt.

*Inter
resque
exercitus
pugna ve-
litaris.*

Vangionibus superioribus præerat pro suo quondam principe Albertus Solmæ comes; qui metuens, ne in illam regionem totus belli impetus verteretur: vt præfens exitium arceret; cum Tillio per internuntios egit: vt hostilibus abstineret; cum eo se de pacis legibus conuenturum. Pactis igitur aliquot dierum inducijs, data mutuo publica fide, coeunt vtriusque partis conquistores: sed diu inanibus disputationibus altercatis, cum nihil explicaretur, ruptis inducijs, ruitur ab vtrisque in arma; populanturque mutuis direptionibus agros. Mansfeldius in commeatum, sulphurei pulueris, & rerum bellicarum vehicula; quæ à Vindelicia in castra Cæsarea vehebantur, incurrit; pulso, cæsoque præsidio, in sua statina illos commeatus abduxit. Quarum iactura rerum ita Imperialium animos efferauit; vt hostilem agrum incendijs; ac populationibus diriperint. Kalendis Augusti maioribus quàm pro leui prælio viribus vtrinque concurrunt. In solis occasum pertinacissimè ea pugna durauit; parique ferè vtrinque clade noctis interuenientibus tenebris, discesserunt.

*Nox pu-
gnam di-
rimit.*

Erat pugnae spectator ipse Mansfeldius medius inter Duces Vinmarensem, & Solmæ; tantumque non tonantibus vtrinque tormentis, ferreo globo discerptus est; certè pilæ præteruolantis impetu afflatus, & puluere, quem humi allisa excitauit, aspersus expauit. Erat omninò Mansfeldius equitum numero, & virtute Tillio par: sed hic peditum multitudine multò præstabat; quam ei adimere Mansfeldius hoc inuento tentauit; vel saltem ita minuere; vt hac quoque virium parte Imperiales æquaret. Ad Bambergæ Antistitem, & Canonicos minaces literas dedit; se omnes illorum agros, pagos, villas ferro, ac flamma populaturum: nisi ex Tillij castris suos milites reuocarent. Tam abscissa, feraque Mansfeldij intentantis excidium obnuntiatione pauidi illi dynastæ Herbipolis antistitem, qui vtriusque episcopatus sacris præerat de Mansfeldij minis admonent, vt venturis malis occurreret. Ille subito sex è prima nobilitate viris ad Mansfeldium legatis bellum à suis regionibus summouere contendit: agitque summis precibus; vt à suorum populatione agrorum milites contineat; nec sinat in innoxios agrestes, & incolas militum licentiam grassari. Simul per celeres tabellarios Cæsarem, Ducemque Bauarum de Mansfeldij acribus minis edocuit: & ne se hostis imparatum opprimeret, habitis sedulò popularium delectibus imperauit; vt armati in omnes Mansfeldij conatus intenti diligenti cura excubarent: vt quacunquè ille in suos fines irrueret, se se celeriter obijcerent.

*Mansfel-
dij mina
ad Bam-
berga An-
tistitem,
& Cano-
nicos mis-
sa.*

*In Mans-
feldianis
arma pa-
tantur.*

Bauarus verò cum Mansfeldium in dies magis viribus, atque animo validiorem vicinæ Vindeliciæ imminentem videret: in vrbe Strubinga ad Danubij ripas Vangionibus finitimo propugnaculo sex, & viginti militum milliium exercitu conflatò, finibusque illis incolarum præsidio firmatis,

cum

Bauarus Tillio se adiungit, contra Mansfeldium.
 cum suis copijs, & aliquot peditum cohortibus, quas nuper ab Herbipolis Antistite acceperat; ingressus in Vangiones se Tillio adiunxit; castraque Mansfeldij vndique binis copijs ita seferunt; vt ille veluti quadam indagine sera clausa teneretur: & per tres dies omnibus commeatibus interclusus rerum omnium inopiam, famemque pateretur. Pereundumque illi procul dubio erat inedia nisi dux caliditatis eximie militari astu se illis vltimis difficultatibus expedisset. Pacem supplex à Bauaro petit accepturus quascunque ferret leges: pollicitus vltro se à Vangionibus cum suo exercitu discessurum. Bauarus primo hæsit dubius de fluxa Mansfeldij fide, repulitque hostis aliquandiu preces: mox satius ratus non esse veteranorum militum desperatione irritandam virtutem; quæ etiam ignavis animos facit; nec peritissimi ducis efferata ira cum compulsis ad vltima dimicandum. Nam etiam si victoriam in manibus se sciret habiturum; si suo hærens loco in hostium obsidione persisteret: illam tamen cruentissimam fore, staturamque plurimo cogitabat; si cum hoste desperatissimo decertaret. Mansfeldio pax data ijs legibus est; vt totis Vangionibus cum suis copijs profus excederet, neque vnquam contra Imperatorem, aut contra se pro Palatino bellaret. Impensius, quam poscebatur se omnia à Bauaro proposita per sanctè se seruaturum iurauit. Sed vbi ex illo vitæ omniumque copiarum discrimine euasit; violata, quam dederat fide, & suæ promissionis oblitus; ita citato agmine in inferiores Vangiones festinauit, vt quartis castris ad destinata loca peruenerit: relictis in itinere duobus fere peditum millibus, qui aliqua tentati egritudine tam celeriter properantem sequi non poterant.

Mansfeldius impetrat pacem.

Mansfeldius violat fidem.

Bauarus Vangiones superiores, recipit.

Bauarus suam peragat facilitatem.

Bauarus Mansfeldij perfidia grauer, vt par erat, offensus; quod sibi ita impiè, ac nequiter illulisset; irato animo huius fraudis versabat vltionem. Interim omnes Vangiones superiores pro Imperatore recepit: illique veluti Cæsaris couquisitori dixere indigenæ sacramentum. Deinde iussit in maiori Ambergæ templo ritu Catholico procurato hymnum *Te Deum Laudamus*, musicis numeris decantari, sacraque fieri a Catholicis myltis; quæ octoginta circiter annos in eo delubro peracta non fuerant.

Videbatur Bauarus nullius consilij, vel antiqui moris hominis notam apud principes contraxisse; parumque prudentis Ducis sugillatione posse præstringi: quod hostem armatum, tum maxime bellum renouantem iam dispositis clausum plagis; quem citra suorum vulnera debellare potuisset, è suis manibus nimium credulus elabi permiserit: maximo eorum principum malo, quorum ille prouincias bello vastaret. Purgauit se Bauarus apud Antistitem Mocuntiaci, attexendo causas, quibus permotus Mansfeldium ex illis angustijs abire passus sit. Quod si ille fraudibus plenus, & dolis datam fidem fefellit; non esse sibi culpæ, vitioque dandum; cum vt Mansfeldij perfidiam vlcisceretur, iusserit Tillium cum maiori exercitus parte sequi fugientem; penasque ab illo fidei violatæ reposcere. *Angi se vehementer; quod quamquam Tillius magnis itineribus festinasset;*

hostem tamen longo intervallo celeriter præcuntem assequi non potuerit . Perquam gratæ Electori allatæ à Bauaro causæ acciderunt ; quibus Mansfeldium vndique copijs Imperialibus septum non perseuerauerit debellare ; & quam maximas illi gratias egit ; quod suarum copiarum obiectu illas regiones contra hostium insolentiam, sæuitiamque texisset .

Per eos dies Anglorum Regis legatus Viennam ad Cæsarem venit ; qui illi Regis sui nomine supplicaret ; vt Palatino suo genero parceret ; culpamque præteritam condonaret ; cuius opera, ac consilia non solum ipse damnarit ; sed etiam nullis illum alienum regnum vsurpantem auxilijs iuuerit ; quæ ab Anglia illi valida transmittere potuisset . Petebat insuper vt in totis Vangionibus hostilia vtrinque cessarent ; induciæque fierent vsque ad conuentum ab ipsius maiestate Ratisponæ indictum duraturæ ; in quo postea Palatini rebus cum Imperatore compositis, pax perpetua sanciretur : fidemque obligauit suam Mansfeldij, Ieregendorfique copias ex omnibus Imperij finibus excessuras : reddito prius Cæsari Taborio ; & Glazio, alijsque arcibus, quæ in illis prouincijs Palatini nomine tenerentur . Huius Anglicæ legationis per certos nuntios Belgij Gubernatricem Bauarumque Ducem, qui aduersa Mansfeldio in Vangionibus superioribus castra habebat ; Cæsar admonuit . Sed Mansfeldij repentinus in Vangiones inferiores ingressus omnem induciarum spem profusus , ac pacis abruptit . Imperatore fremente ; quod dum clementiam poscerent, hostilia molirentur . Vocatum itaque ad se Anglum legatum, nullo de rebus, quas pro Palatino acturus venerat in regiam, dato responso, dimisit : addens prius ab hostilibus abstinendum, quàm de inducijs pasciscendis ageretur .

Mox adiit Cæsarem vir quidam nobilis à Principe Anhaltino missus : suppliciter admodum petens, vt suum dominum pœna proscriptionis Imperialis absolueret : eiusque filio concederet libertatem : illum in fidem, potestatemque Cæsaris concessurum : si eius maiestatis clementia principem sui voti damnaret . Omnia ad ipsius voluntatem Anhaltino concessa .

Cæsareus exercitus in Pannonia sui fortissimi Ducis interitu conciderat animis, solitumque illius robur, & alacritas elanguerat . Quod Dacum dynastam erexit, vt vsque Posonium, & Timnam infestus excurreret : spe ductus illas vrbes, se aut repentina impressione capturum, aut illato terrore ; in deditioem, fidemque recepturum . Vtroque nequicquam tentato, orbas, suo duce copias, merentesque adoriri decreuit : sed nouis militum supplementis aucti ; firmatque Cæsarei, ita Dacum inuadentem exceperunt ; vt illum data latè militum strage, repulerint . Colaltus alibi Budiani ditionem populatione agrorum, & villarum vastatione ruebat . Qua Imperialium diritate indignatus Budianus : vt Cæsari suas reponeret clades, coacta ingenti Pannoniorum, Turcarumque manu, imperij subiecta crudeliter prædabatur, omnia ferro, igneque demoliens . Præcipuè in oppidum Chermanntainum ipsius sæuitia deferbuit : quod & si bis subeuntium hostium impetum fortiter tulit ; tertio tamen renouantibus acibus

Anglorum
Regis Lega-
tatio ad
Cæsarem .

Cæsaris
responso
ad Lega-
tos .

Dacum
Cæsareus
inuadit
& repel-
litur .

Colaltus
Budiani
ditionem
vastat .

Budiani impressionem Budianis cessit, non virtute, sed numero hostium oppressum. Direptum à victoribus crudeliter est in præsidium, & ciues promiscua cæde baccharis: simulque desertum, auecta tantum præda contentis.

Bunzam Inde iam audacior, ferociorque præsentis prosperitate successus Bunzam urbem inuasit: sed multorum vulneribus, ac cæde suorum propulsus à mœnibus est. Edemburgum tamen expugnauit: quod nullum præsidium, sed ciues tantummodo tuebantur: quorum pluribus in ipso irruptionis feruore trucidatis, multos captiuos abduxit: qui postea ingenti soluta pecunia ab hostium se manibus redemerunt.

Pannonij Aliud Pannoniorum agmen in Marcomanos prædabundum ingressum in quindecim equitum Valstaini turmas, & Annibalem Donæ dominum, Quadorum copias ducentem iniquior fortuna impexit: vt frangeret. Nam tribus emissis militaribus signis, septingentisque cæsis, lacerum agmen se se ex Cæsarianorum gladijs explicuit: intentaque in Pannoniam fuga præsentem se pernicie liberauit. (Donæ dominus post captum in Quadis Ierendorfum Marchionis huius nominis sedem, se cum Valstaino coniunxerat). Marchio verò expugnatis oppidis suorum præsidio munitis, se ad Dacum cum suo agmine contulerat: sub cuius auspicijs bellum gerens Leiquicum, Helfentainumque castellū subegit: dimisso cum telis, & sarcinis incolūmi præsidio.

Cæsareum Vt hunc perpetuum hostium victoriarum cursum Dux Cæsareus moraretur: quattuor millium expedita bellatorum manu properauit; vt Leiquicum ab hostium potestate vindicaret. Sed Dacus cognita Cæsarei Ducis expeditione cum lectissimis equitum turmis, & peditum manipulis subsidio suis accurrit: confertoque cum hoste certamine, in quo equali vtrinque numero milites ceciderunt; coegit Cæsareos, re infecta in sua castra redire. Inde valida militum subsidia ijs Ducibus missa: qui rem aduersus Budianum gerebant; cuius aliquot cohortibus in pago propè Edemburgum ex itinere oppressis, receptisque præter cæteram prædam, captiuis, aliud Pannoniorum agmen forte obuiam factum deleuerunt; qui vt gladiatorum mucrones effugerent, quo natatu vitam seruarent: Danubij saltu se librarunt in vndas; sed fluctibus hausti mutato mortis genere perierunt.

Aiducorum Dacus vt in hac quoque parte Cæsareos maioribus viribus distineret; aleretque belli incendium; Budiano Aiducorum supplementa submisit: sed hi mutata repente fide, se Imperialibus signis adiungunt. Quorum perfidia percussus Budianus, fracta tandem tot cladibus contumacia, ad pangendam cum Cæsare pacem animum cæpit inducere. Sic sæpius vtrinque variante fortuna, mutuis se cladibus accidentibus, infelices populi militum obnoxij licentiæ rerum carissimarum iacturam afflictissimis animis patiebantur.

Dux Anglus Veerius Mansfeldij accessione copiarum firmior, aliquod pro Palatino suo regis focero asserendo ratus belli facinus audendum, ne tam robusti exercitus vires turpiter cessando, senescerent: ad oppugnandum

dum Cholereftainum magni ad bellum commodi processit. Sed cum illud strenuum, animosumque præsidium tueretur; & Bauari Hispanis admixtis, nulla interiecta mora obsessis subsidio venirent; atque intra muralis tormenti iactum propè hostium castra confedissent; Veerius sua spe frustratus suas copias ad Monhaimum in statiuam reduxit.

*Veerius
Dux An-
glus Chob-
leffainis
obsidet.*

E contra Cæsareus exercitus post partum Itarchemburgum, & Caiferlatemum, aliaque minoris momenti oppida, ad Franchentaliam munitissimam urbem, nouis propugnaculis astructis fere inexpugnabilem castra posuit; Cordubensique Duce, qui Belgicis gentibus imperabat, vallo, erectisque aggeribus vndique cinxit; omnium diligenti rerum apparatu ad oppugnandas vrbes pertinentium instructus. Tormentis muros vehementer quatere per aliquot dies sedulus institit; artificiosis etiam ignibus ad terrendos, premendosque quacumque ratione ciues, inflammandaque tecta in urbem contortis. Verum cum in dies magis difficilis expugnatio appareret; obsidione soluta, inde suas copias abduxit. Tullius vero per tubicinem caduceatorem, Magistratui, præfectoque vrbs Edelbergæ mandata Imperatoris exposuit: *se ab eo iussum esse omni belli clade illam urbem ad deditionem compellere, nisi spontè Austriacum iugum acciperent: porro dederent sese, antequam amænissimi tractus excidium summo cum dolore conspicerent: nec sinerent à duobus exercitibus suos agros, pagosque vastari: se illis Cæsaris gratiam, clementiamque polliceri; nisi armorum vim, bellique incommoda mallent, quam lenitatem sui principis experiri.* Huic tubicini ab vrbs præfecto responsum est. *Hæc esse à Duce Veerio petenda, qui totis Vangionibus summa cum potestate præerat: cui etiam illius vrbs cura demandata erat. Cæterum se urbem vsque ad ultimos spiritus, guttamque sanguinis defensurum. Quod si quis urbem aggredi auderet, fortunaque suæ in illius oppugnatione periculum facere: cito sensurum non minoris esse virtutis Edelbergæ, quam nuper fuerat Franchentalia præsidium.*

*Cæsares
Franchen-
talia op-
pugnant.*

*Impra-
toris ma-
data à
Tullio ex-
posita.*

Mansfeldius Spiræ Antistiti promiserat; se illius Dioecesim à suorum militum populationibus, & incurfibus seruaturum. Sed orto inter Tullium, & Cordubensem de militari imperio iurgio, cum illos nequaquam in sua damna amplius consensuros speraret; violata fide in Spirenses Dioecesim suis militibus immixtis, totum illum agrum, rapinis, incendijs, & cædibus deuastauit; captaque vrbe Brusellio, ab illis ciuibus ingentem pecuniæ modum expressit. Puduuit Cæsareos Duces ob sua priuata diffidia in suis oculis Mansfeldium impunè grassari; & socios prædam hostibus turpiter deseruisse. Quare positis simultatibus, coniunctisque copijs, Mansfeldij audaciam, impotentiamque vltum ire festinant. Ille mirabili bellicæ artis experimento retro cedens, traiecto ad Monhaimum Rheno, Cæsareos Duces elusit; cum ipse interiecto inter se, hostesque flumine, aduerso litore gradiens, nullo obsistente, can-

*Mansfeldij mili-
tes Spire-
nses Dioe-
cesim de-
uastant.*

E dem

*Eodem
Deitelsaimi
Casari
se dedit.*

dem Diœcesim inuadit ; & sex muralibus tormentis Deitelsaimi cœpit munimenta pulsare . Cuius exiguum , tenueque præsidium ne diutiùs temerè repugnando , hostis iram , sæuitiamque irritaret ; patefactis portis , Mansfeldium in castrum accepit . Ex hoc loco ingens , diuesque præda ab hoste auecta est : qui viteriùs excurrrens Lautemburgo quoque potitus est .

*Cæsarei
annu Mas
feldij co
pijs cer
tant .*

Cæsarei Duces vaserrimi Ducis astu decepti ipsi quoque octo bellatorum millibus , & quattuor muralibus tormentis Rheno transmissis , Deitelsaimum recuperare conantur . Cuius consilij Mansfeldius admonitus subito viæ se dat ; vt illud castrum ab hostium assaultibus tueretur ; natusque Cæsareos illico leuia certamina ciet , quæ ob vtriusque gentis virtutem , pertinaciamque cruentiora quàm pro velitationibus sæuerunt : nec prius receptui cari cœptum est ; quàm par vtrinque pugnantium numerus caderetur . Verum cum Mansfeldius vidisset in edito , munitoque loco sua castra Duces Cæsareos posuisse ; nec inde nisi cum manifesta suorum strage posse depelli ; sublatis signis , reflexoque vallo , redijt in statua . Die sequenti desertum à socijs Deitelsaimi præsidium Imperialibus cessit : à quibus propter loci opportunitatem ibi ad custodiam fuit valida militum statio constituta :

*Deitel
saimi præ
sidium eis
dedit .*

*Irritus
Hispani
Ducis co
natus .*

Iisdem fere diebus Dux Hispanus cum valida militum manu Vasellio profectus , ducente per noctis tenebras agmen ciue ; conatus est Rainfeldium Cattorum Landgrauij ditionis repentino impetu occupare , captisque exterioribus munimentis præsidium per tubicinem ad deditioem inuitat . Responsum Hispano muralium tormentorum fulminum sibilis , quæ è muris ita frequenti iaculatione in tenerè prouectos à præfidiarijs militibus torquebantur ; præter perpetuos ignium , incendiorumque iactus , vt Hispanus sicuti stolidè maius suis viribus facinus aggressus erat ; ita abire turpi cum malè entatæ rei dedecore cogere . De qua Hispani audacia , insolentiaque Landgrauius grauius cum Duce Cordubensi conquestus est : qui in Hispanum tota culpa reiecta , quod se inscio , ac inconsulto oppidum illud inuaserit ; respondit temeritatis illum daturum pœnas : proinde poneret iras , nec vnus militis audacia publicæ pacis fœdera rumperet .

*Taberij
à Mara
dio oppu
gnatur .*

Interim Maradius in Bohemia Thaborium urbem arctissima obsidione omnibus machinis perurgebat : & si eminus tantum tormentorum missilibus certaretur : quorum frequentibus iactibus oblecti , obfessoresque se inuicem lacerabant . Præsidium crebris eruptionibus Imperialium castra carpebat , cogebatque perpetuo in armis stare iniques hostis . Et quamquam Mansfeldium , à quo subsidia militum , commeatuumque expectabat : à Vangionibus superioribus abiisse cognouisset ; nec alicuius auxilij spes vlla superesset , nullam tamen deditioem spem Maradio faciebat . Quare ille acto cuniculo , & tormentarij pulueris

ueris cadis oppleto : iussit moenia perpetuis tormentorum ictibus verberari ; vt dirutis muuimentis, deiectisque propugnaculis , vndique in urbem vniuersus exercitus impetum daret. Cum assidua verberatione tormenta ruinas latè fecissent : iniecta in cuniculum flamma , retro in Cæsareos magna eorum cæde , strageque erumpens speratum frustra uentum ; nec moenia subruit, sed vicinos exussit : per disiecti tamen muri maceriam copias niti ; per admotasque moenibus scalas iussit ascendere. Sed quamuis summa alacritate , atque egregia vbique virtute pugnant , instarentque vndique hosti , nihilominus cum multorum cæde, ac vulneribus à propugnatoribus è ruinis strenuè deturbantur. Cognitis postea vrbis angustijs , & rerum inopia , qua ciues iuxta , ac milites premebantur : per interceptas in Vangionibus Superioribus literas ad Mansfeldium datas ; quibus illum de rerum suarum misero statu disferre docebant ; obtestabanturque se urbem ad tertium vsque idus Nouembris à Cæsareis fortiter, vt nauos milites deceret, defensuros ; cæterum si vltra eum diem differret auxilium ; se citra sacramenti militaris violati culpam deditioem esse facturos.

*Os, & feruor
virtus.*

*Præsidium
deditioem
pauiscentur*

Maradius idcirco, vt militum sanguini parceretur ; incruentaque quàm maximè posset , esset victoria , omni deinceps impressione abstinuit. Præscripto in literis die transacto , de deditioem milites interpellauit ; illi desperato profus omni subsidio, hosti inuitanti faciles aures præbuerunt. Eæ pactæ deditioem leges ; quales forti, strenuoque præsidio dari fas erat. Dimissi omnes incolumes cum ijs honoribus ; qui solent spontè deditis virtute bellica claris haberi . Iussi sunt ciues duorum mensium stipendia propugnatoribus soluere : & quia fuerant omni fœdere deditioem exclusi ; Maradius voluit vrbis direptionem ingenti pecuniæ summa redimerent. Patritij omnes perduellionis rei iussi diligenti custodia seruari ; donec de illorum supplicijs decerneret Imperator.

*Halbeo-
statis An-
monebur-
gum ten-
tat.*

Dux Christianus Brunsvicensis Halberstati , antiquis Pheugari antistes cognomento , quod illius episcopatus pronentibus frueretur : conscripto exercitu , eorum principum nomine , qui contra Cæsarem nouum fœdus inierant ; è sui fratris ditione, in qua conduxerat milites, perexit ad Rhenum ; omni eos licentia, quacunque transirent , in miseros incolas insolefcere , grassarique passus. Ingressus in loca Mocuntiaci Antistiti subiecta, omnia subditis facibus vrere, ferro excindere, vastareque barbarè cepit : atque vrbis Amoneburgi in modicè accliuu colle surgentis conspectu cum vniuerso exercitu constitit. Arx in nuda, salebrosaque cautè erat extracta. Hic à quodam milite locorum perito monitus posse per quoddam foramen propter propendentium Saxorum asperitatem, præruptæque cantis præcipites deiectus ascensu difficiles à custodibus neglectum in arcem euadi. Iussit eodem indice , ac duce electos milites manu promptissimos silenti agmine nocte concubia , & illuni ad illud

*Halber-
stad mi-
litaris
astus.*

foramen adreperè. Ipse, verò vt ab illius rei sensu maximè ciues auerteret; per amici colloquij speciem eos ex vrbe euocat; & mrtibus, blandisque verbis statiuà in suburbijis suo militi flagitat; se non agro, non incolis, non rebus alicuius noxium fore pollicitus. Et tandiù comi afatu distinet ciues; donec sui in arcem ingressus minoris displosione tormenti signum milites darent. Audito insidiarum symbolo, dimissis, cum quibus agebat, ciuibus, applicitis subito scalis, suos iussit muros inuadere. Ciues vndique ad tuenda mœnia, pellendosque hostes celeriter aduolant: verum illi, qui in arcem euaserant, cæsis custodibus, densato agmine in urbem demisso, referata porta socios admittunt. Ciues ancipiti malo circumnenti, attonitique cæduntur. Ab vniuerso exercitu ad prædas agendas tota vrbe discurritur. Inde miseram urbem fœdè, ac crudeliter populatus in Landgrauij* Duderstadæ, qui constanti semper fide à Cæsare steterat, regionem in hyberna præda grauem deduxit exercitum. Nec huius supplices voces Halberstatum flectere potuerunt; quin diuturnis suorum militum statiuis totam eius ditionem com meatibus exhauriret.

*Vrbs fœ-
dè diripi-
tur.*

*Dorm-
stad.*

*Anholti
comes cæ-
tera Hal-
berstatum
à Tillio
mittitur.*

Contra tam infensum hostem, qui superba appellatione, iactantiaque militari presbiterorum hostis vocari gaudebat: Anholti comes à Tillio cum firmissimo bellatorum robore missus est; cui Herbipolis Antistitis auxilijs adiectis, totum agmen iusti propè exercitus speciem faciebat. His viribus validus Amoneburgum contra hostem processit. Qui magno animo educto ex hybernis exercitu, Comiti quasi acie pugnaturus occurrit. Non ausus est tamen illum quamuis numero superior inuadere, sed ad meridiem vsque explicata in pugnam acie, moratus iterum Amoneburgum regreditur. Sequenti die comes quandam hostium stationem subiens hostes inde deiecit.

*Vtrinque
pari vir-
tute pu-
gnatur.*

Halberstatus vt acceptum incommodum virtute sarciret; Amoneburgo cum suis copijs egressus, nactusque in quodam saltu Cæsareos confert manus. Pugnatum diu vtrinque pari virtute est. Halberstatus minoris tormenti sulphuræa icu glandis eius equo cadente, multa cum cæde repellitur: qui ne maiora damna, atque incommoda pateretur: imposito Amoneburgo præsidio, incensis, disiectisque munimentis, inde recessit. Anholti comes post hostem profectum, vrbs præsidio, vt se dederet imperauit. Ab illo responsum ferociter est; se non esse ita exigui, fractique animi, vt ad hostis minas intentantis obsidium suæ fidei commissam urbem illi turpiter cedat: proinde arma expediret, pugnaretque strenuè; se sibi, ac ciuibus non defuturum. Comes itaque urbem defosso vallo, ductisque loricis, obsidione circumdat: quod vbi præsidium non amplius verborum ferocia, sed feridè armis certandum vidit: posita pertinacia, paucis diebus legibus deditionis acceptis, urbem Comiti tradidit.

*Comes
Amone-
burgum re-
cuperat.*

Anno exeunte prædicantes hæretici à Principe Liechtenstaino tota

Bohe-

Bohemia in exilium exacti ; quod publicis concionibus populos contra Cæsarem concitassent ; docuissentque maligna quædam precum murmurâ, quæ conuitia , & contumelias contra Domum Austriacam continerent : Palatinique regis inaugurationi interfuissent ; suasissentque populis omnia fuisse ex Christianæ pietatis, veræque religionis ritu, ac lege peracta : ac Imperatoriæ Maiestatis dictis, factis miscendo contemptum , Cæsaris potestatem ludibrio habuissent . Ex quo postea omnes præteritæ prouinciarum calamitates , regnorumque clades emanarint . Octo dierum terminus , quo toto Bohemiæ regno facefferent , damnatis indictus .

Prædicatores hæretici in exilium mittuntur .

Dacus interea hostilia in Cæsarem arma circumferens Marcomanos, rapinis, & incursionibus affligebat ; quamquam sedulo cum ipso de pace Nifclasburgi per vtriusque partis internuntios ageretur : quam etfi Turfi comitis interitus interuentus aliquot distulit dies ; anno tamen ineunte ijs legibus conuenere Feciales ; vt Pannonijs rebellionis culpa omninò condonaretur : & Dacus dynasta titulo cederet regio ; ac intra duodeuiginti dies, sceptrum, diademata, cæteraque Pannonici regni insignia cum omnibus arcibus, quas in illo regno teneret, Cæsari restitueret . Pro quibus rebus vicissim Imperij principis titulum ipse reciperet ; & in vrbe Cassouia, quandiu viueret, dominaretur ; præter non mediocrem pecuniæ summam, quæ ei bellicæ impensæ nomine solueretur . De rebus religionis in alium vniuersalem omnium illius regni ordinum conuentum actio reiecta .

1622

Pax cum Daco initur à Cæsare .

Quadi post Ieregendorfi Marchionis abscessum oblatis amplis stipendijs eius milites authorare tentarunt ; vt se diuturnis statorum incommodis, ac malis eximerent ; sed adeo ingens auri pondus ob præterita stipendia illis à Marchione debita deponcebant ; vt Quadi indignati militum insolentia eos armis omnino è prouincia pellendos putarint . Quare idibus Ianuarij nihil hyemis inclementia, nec ruentium cælo niuium altitudinis remorante, Quadi, & Saxones, qui in id ipsum venerant auxilio triginta peditum cohortibus admixtis equitum turmis, & quattuor muralibus tormentis Tropauo profecti sex electorum militum manipulos ad Vergstatum præmittunt ; qui hora antequam dilucesceret capta porta, suburbij, substituere tamdiu ; donec totum sociorum agmen adesset ; quibus præsentibus, Duces à præsidij præfecto ibi cum duabus peditum cohortibus stationem habente ; vt urbem extemplo dedat, exposcunt ; Quibus ille, se velle suæ fidei creditam vsque ad extrema tueri . Idcirco Saxones, & Quadi iam suburbio potiti urbem quattuor muralibus tormentis non intermissa verberatione concutiunt . Præsidium vbi ad rem gerendam ferio ventum est ; territum, demisso, fractoque animo, urbem dedit ; ea à victoribus lata conditione, vt incolume, sed exarmatum abiret ; inuersaque insuper vexilla, in quibus erant Palatini regis stemmata, gentilitiæque insignia depicta, humili raptaret ; adactumque iureiurando

Quadi in milites in festi consurgunt .

Vergstatum deditur Quadiis

do, ne ad sex menses contra Cæsarem, & Saxoniarum, Vindeliciarumque Duces militaret. Aliarum deinceps, atque aliarum eiusdem exercitus cohortes vicarum ipsdem omninò legibus acceptis, eandem tulere fortunam.

Quo subito, inopinatoque felicitatis rerum euentu territus Ortembergi comes sex peditum cohortium, & equitum turmarum præfectus ante hostium aduentum, ad rerum humanarum ludibrium, trahens inuersa humo Palatini signa suas cohortes ad propria domicilia dimisit. Cuius exemplum alij chiliarchi deinde sequuti, ipsi etiam suo exauthorato milite, discesserunt. Ita quinque duntaxat diebus quadraginta cohortes dissipatae huc, illuc pro ut illas voluntas egit, dilapsae sunt: Omnibus Quadis, vno excepto Glazio, sub imperio Cæsaris quiescentibus.

Mansfeldius Spiræ episcopatu foedè direpto, exactaque ex urbibus Landauo, & Vuarburgi ingenti pecunia, mouit in Tribocum, * Hageniamque aduolans, quae incondita rusticorum manu tenebatur: malè defensam urbem primo impetu cepit. Nec Senatuum sua liberalitas iuuuit, nec oblata non mediocri pecuniarum summa, Ducis, militumque avaritiam explere potuit. Namque ab opulentioribus ciuibus magnum auri pondus extorsit, atque eiusdem sectae, & superstitionis hominibus seruatis immunibus, Catholicorum domicilia diripienda militi dedit; quosdam etiam militum hospitij damnauit; expulsisque aliquot Catholicis mystis, alios militum licentiae, arbitrioque permisit. Constituto in urbe praesidio, ad * Tabernam prouinciae caput obsidendam contendit. Paucos dies tenuit illud obsidium. Urbs siquidem à Salmæ comite ita strenuè propugnata est: ut inde multa cum suorum caede Mansfeldius, desperata expugnatione, discesserit. Vastataque latè prouincia Magdeburgum Spirensis episcopatus urbem obsidione circumdedit.

Quod ubi Tillius accepit, quamque grauiam damna Imperialibus prouincijs saeuus hostis intulerit. Magdeburgum versus contento exercitu properauit. Praesidium aduentantis Tillij, vicinique validissimi auxilij rumore animatum in hostium propugnaculum erupit, deiectaue inde militum statione, duo muralia tormenta, signumque militare in urbem auexit. Tillij postea aduentus Mansfeldium ab ea oppugnatione decussit; multis hostium interfectis, in quibus Ardeci comes castrorum praefectus interijt. Inde Tillius ad recipiendum Vezbergum processit: cuius praesidium ubi per decem dies ad orientium impetum propulsauit; vltimi tandem excidij metu compulsus victori cessit. Vinscum quoque nullo negotio adeptus est, quod ad obtinendam Niceris amnis nauigationis imperium firmo praesidio muniuit.

Mansfeldius in omnem laedendi hostis occasionem excubans cum aliquot primoribus urbis Caeserlateni clam structis insidijs, octingentos milites illuc praemisit; ut à coniuratis noctu in urbem reciperetur: sed ab Imperiali praesidio detectis prius hora condita, insidijs, milites Mansfeldiani, quamuis suburbij potiti, sua spe depulsi retro, vnde venerant, abie-

Exercitus
Palatini
defluxus.

Alatio.
Hagen-
nau.

Mansfel-
dius Ha-
geniam
occupas.

Taber-
na.

Magde-
burgum
obsidet.

Ab oppu-
gnatione
Mansfel-
dius de-
cussitur.

abierunt. Habita diligenti de proditoribus quaestione, in reos parricidij deprehensos suspensij supplicio animaduersum est.

At non irrita fuerunt in Hispanum praesidium insidiae à ^{Lippad.} *Lipsteadium ciuibus comparatae. Hi etenim cum Hispanam superbiam, acerbumque ^{Lippastadi Ciuem in Hispania} imperium ulterius ferre non possent; vocatum clanculum Halberstatum in urbem accipiunt; qui occupatis subito viarum compitis, Hispanos, ^{num insidias struunt.} qui tumido fastu à se ciuium animos alienarant, eiectione ex urbe: atque inde cum duodecim muralibus tormentis ad Soestum expugnandum festinat; quo breui certamine in deditioem accepto; continuo felicium rerum euentu elatus maiora in dies animo destinans Padeborne urbi successit: cui cum petita amice in urbem ingressum Canonici denegassent: in eorum contemptum vicinis agris ferro, igneque corruptis, cuncta illius Diocesis loca praedatus ipsi urbi iterum copias applicuit; ^{Halberstatum in urbem uocant.} quae parum contra hostis potentiam munita: neque propugnatoribus firma momento ferè capta est. Iudeorum aedes diripiendas militi concessit: imperataque ciuibus, & clero ingenti pecuniae summa, in maius templum ingressus sacrarium expilauit. ^{Halberstatis praegrassus.} ^{Templi Maioris sacrarium expilat.}

Inter pretiosas rerum sacrarum exuias fuit aureum Diui Liberij illius urbis tutelaris simulacrum octoginta auri pondo. Hoc arte amplexus, impio sanè cauillo iocatus in Diuum; se maximas illi gratias agere, inquit, quod se tam diu expectasset, venissetque libens vitro in suam potestatem.

Halberstato illam prouinciam crudeliter, impièque vastante, Moutuniaci Antistes suis timens rebus habitis subito suorum popularium delectibus, tria peditum millia, sexcentosque equites contraxit; ^{Anholt Comes contra Halberstatum procedit.} Anholtique comitem cum Bauaricis copijs acciuit (erat enim Ducis Bauari frater) ut ab Halberstati impijs, ac insolentibus armis suam prouinciam tueretur: Qui auxilio festinans iunctis cum Antistitis agmine copijs, contra hostem pugnaturus, si fieret preliandi potestas, animosè processit. Inter eundem allatum est chiliarchi Strumbi equitum turmas citato agmine properare; ut Bauaros in fronte gradietes inuaderent. Venienti hosti equites Liburnos obiecit; qui hostes in quodam pago curantes corpora, & nihil minus, quam Bauarorum aduentum metuentes adeptis, plus centum trucidatis, reliquos in fugam egerunt.

His ferè diebus Iuliaci seruebat obsidio, Berge comes erectis loriceis, ac circumductis aggeribus, & vallo eam urbem ita praesepserat: ut non solum omnibus commeatibus intercluderet, sed etiam exitu, adituque prohiberet: nec vlla salutis spes foret obsessis, nisi posita pertinacia, victori se dederent. Mala ciuium Spinulae cumulauit aduentus; nam ubi venit in castra, obsidionis ordinem, rationemque rimatus iussit tormenta ita edito in loco librari; ut ictibus urbs tota pateret, ciuesque sine praesenti pernicie pro menibus stare non possent. Spinula inde profecto, Comes per turbicinem praefectum Pitum æquissimis legibus deditioem oblati, cona-

tus est ad urbem tradendam allicere . Verum Pitus officioſis verbis in omnem urbanitatem compositis respondit ; hoc ab Orangio Principe quæri oportere , à quo ipſe urbem tuendam recepiſſet . Quo reſponſo comes indignatus urbem crebriori, vehementiorique inſtitit verberatione concutere . Præfectus cum , & fidem ſervare Principi velle ; nec tantis circumventus malis hoſtium potentia iam poſſet obſiſtere ; nuntium quamvis omnes aditus clauſi diligentiffimè cuſtodirentur, de ſuarum miſero rerum ſtatu ad Principem Mauritium emiſit ; nec expectato nuntij reditu, nec Principis decreto , iterum inuitatus à comite , vt dederet urbem, cum eo convenit, vt exeunte Menſe Januario, niſi ad ſoluendam obſidio urbem, vel inferendum ſubſidium validæ copia à Principe mitterentur ; explicatis vexillis cum ſarcinis exiret armatus ex urbe cum ſuo præſidio; ſuccedentibus in urbem Hiſpanis. Nihil grauius actum cum ciuibus eſt ; quàm vt fidei Naiburgi duci ſeruandæ ſacramento adigerentur . Pitus verò à Principe Mauritio in vincula coniectus eſt ; quod illud munitiffimum oppidum non expectato nuntij reditu, ſicuti promiſerat , hoſtibus tradidiſſet .

Verbi Comiti ſe dedit.

Non ita proſtrata , afflictaque Pragenſi prælio res Palatini iacebant, quin , & Mansfeldij , & Halberſtati validis auxilijs , & noui acceſſione exercitus , quem Principum ſederatorum impenſis Marchio Durlachius coegerat, viuidiores in Vangionibus inferioribus , fortioresque reſurgerent . Idcirco Palatinus iam animo erectior propitiorem fortunam , ſatiata iam Numinum ira, rebus ſuis futuram ſperans, vt maius ipſius præſentia ſuis armis adderet robur ; viresque regius aſpectus augeret ; in eodem Vangiones ſe conferre decreuit ; atque ita nemini notus tribus tantum itineris ſocijs Galliam citatis equis emenſus, monitis prius ſui conſilij amicis dynaſtis, nouiſque ab illis petitis auxilijs, peruenit in Vangiones . Quo tempore Mansfeldius, præmiſſo ad Magdemburgum cum parte copiarum comite Liechtenſtano, ipſe cum reliquo exercitu ſubſequutus eſt . Nec mora deſoſſo vallo, vineæ, pluteique agi cepti , excitarique aggeres ad libranda tormenta, atque omnia ad obſidionem parari . Plures dies præſidium urbem fortiſſimè propugnauit ; ſed tandem rerum omnium difficultate, hoſtiumque potentia victum pridic idus Aprilis dedit urbem . Mansfeldius poſtea, vt non armis ſolum, ſed etiam inſidijs, & fraudibus pugnaret in Cæſarem ; ſimulat ſe in illius gratiam redire percupere ; atque de hoc ſuo conſilio Rolingeni dynaſtam literis docet, enixèque ab illo poſcit, vt *ſe in urbe Hagenoia conueniat de hæc re difficili præſentem ſecum acturum ; pollicitus ſe quedam maximi momenti arcana Cæſari Bru-xellenſique Infanti retexturum* . Hæc erat Mansfeldij votorum ſumma : primum vt imperiali proſcriptione ſe Cæſar abſolueret , vt rex Catholicus annuam ſibi , potteriſque ſuis penſionem præberet ; quam ſui quondam maiores, nuperque pater habuiſſent ; ipſius mereri ſtipendia liceret ; atque urbis Hagenoia dominium ſibi traderet Imperator ; & ſe titulo Sacri

Palatinus in Vangiones contendit.

Mansfeldius Magdemburgum obſidet.

Mansfeldius Magdemburgum, in dedicatione accipit. Mansfeldij fraudes.

Roma-

Romani Imperij principis insigniret. Rolingenus sepius super his rebus ad Tillium, & Cordubensem vltro, citroque commeauit: factumque est sedula agentium cura; vt omnibus, præter quædam pauca, illi concessis, pacis sedus cum Imperatore feriret. Sed Mansfeldius, qui dedita opera fraudolentus diem trahebat; donec viciniora Durlachij streperent arma; Palatinusque Hagenoiam perueniret; Rolingeno sui negotij summam absoluit. *Sibi etiam quoddam iter superesse faciendum, in quo plures mestos, alios letos esset redditurus: quo confecto, se libenter omnes honestas pacis leges à Cesare accepturum.*

Rolingeno apud Mansfeldium adhuc agente, ecce tibi Palatinus, & tres eius comites equis meritorijs aduecti: cuius subito aduentu territus Rolingenus suæ salutis metuens de ineunda fuga cogitabat. Sed scitissimo conuiuio à Palatino exceptus est; *monitusque integrum illi esse pro ipsius voluntate discedere; illius operam non esse amplius opus; se etiamnum Mansfeldij ope indigere; qua præstita, permissurum, vt ille cuiicumque Principi, prout liberet, suum præberet obsequium.* Rolingenus itaque Mansfeldij artibus, dolisque deceptus ad Tillium reuertitur; vicina Heydelbergæ oppida subigentem, vt sensim illam urbem, in quam suas omnes curas intenderat; vtpote Vangionum caput arctiori in dies obsidione sepiret.

Post Palatini in urbem Hagenoiam ingressum; Mansfeldius, quo cum Durlachij copijs sua arma sociaret; ex vrbe eduxit exercitum. Quo Tillius cognito, vt hostium consilia sui interiectu exercitus impediret; ad opportunum locum sua castra promouit propè Vingelsainum. Hi duo strenui, vetera nique duces cum suis copijs vbi in mutuum conspectum venerunt; nulla mora, vt erant vtrique pugnae cupidi vniuersa acie configunt; in qua nec suis principibus duces, nec ducum virtuti milites defuerunt. *Mansfeldius & Tillius acie configunt.* Dimicatum est diu variante fortuna; sed Tillius tandem quamuis Obentrauti equitatus Cesareorū valida impressione pulsus loco cessisset; susus tamen cum non mediocri suorum strage Vinsenum se ex fuga recepit: hosti quatuor muralibus tormentis, ac pluribus militaribus signis prædæ relictis. *Mansfeldius videret se se Durlachio iungit.* Qua victoria Mansfeldius nullo amplius iter interfepiente, se Durlachio coniunxit; qui tanto contemptui Tillium habere ceperunt; quod magni nominis ducem Mansfeldianæ copiae propulsum fugarint; vt per otium dux Cordubensis, quem à clade Tillius in suum subsidium acciuerat; hostibus inscijs, vel non curantibus, se cum illo sociarit: Et tamen nemo certiùs opprimitur, quàm qui nihil timet. Victoriæ sanè corruptit, vel planè hostibus eripuit inconsulta eorum exercituum, copiarumque seiunctio: Mansfeldio cum exercitus flore ad obsidendum Lauemburgum discedente: Durlachio verò cum octo peditum legionibus, & octo, & viginti equitum turmis, decemque muralibus tormentis cum ingenti commeatum apparatu ad Vinsenum eunte; vt ibi Tillium aut obsideret; aut oppugnaret.

Tertio nonas Maias Durlachius in latissimis campis suas copias explicuit

Durlachianus Vinifenum obfider.

cuit propè fyluam à planitie in cliuum modicè surgentem . Letus hoc hoftium copiarum diuortio Tillius quippe coniunctis haud parem fe fentens, diuifis verò fe facile fuperiorem futurum putans, collis faftigio, & adiacentibus faltibus occupatis, editioris loci opportunitate maximè fretus, præteritæ labem cladis ex hoftis temeritate fperabat fe facile deturum .

Cum Tillius pugnat.

Excubuerunt infomnes diligentibus peruigilijs, & cuftodijs hi duo exercitus ferè numero pares . Sequentis diei aurora fulgente, Tilliani minoribus, maioribusque tormentis castra hoftium cum magna eorum ftrage quaterè inftituunt ; nullis ferè inani icftu cadentibus telis ; quippe ex fuperiori loco librata tormenta certiori icftu deftinata feriebant . Difplobantur in Cefareos viciffim ab hoftibus æneæ baliftæ ; fed casso plerumque vulnere ; cum ab imo, depressoque loco in fublime pilæ ferreæ torquerentur . Post euibrata inuicem miffilia, ex vtrifque castris quafi ex composito ad velitandum equitatus erupit : qui adeo vehementi impetu in fe inuicem inuectus eft ; vt promptiffimi quique ea imprefione perierint . Equitibus pedites fuam non inuidere virtutem, qui ne equitatu dimicante, ipfi inertes, ac defides ceflare viderentur ; ex castris in hoftes ftipatis ordinibus egrediuntur . Illi intra munimenta ex cathenatis, connexisque fimul vehiculis copijs circumducta inftuctis in pugnam ordinibus ftabant : fremente interim vtrinque tormentorum procella . Qua fubfidente cum Tillius ex quibusdam vehibus impedimentis, reique tormentariæ apparatus onuftis * Alifum verfus ab hoftè præmiſſis, Marchionem de receptu magis, quàm de pugna cogitare non fallaci coniectura cognouiffet ; militem per fe audidum pugne, vt præteritum dedecus elueret, aniffamque fuæ virtutis exiftimationem recuperaret : vocibus militaris fiducia plenis inflâmavit ad præliû, fimulq; vt hoftibus strenue gradû inferrent imperavit ; tantoque impetu, acerrimo duce ordines obequitante, curanteque omnia, in hoftem incurrit, vt extra illud vehiculorum feptum in apertos campos ad certamen expulerit ; & quo bellicæ virtuti adderet

Hasiprma.

Tillius Durlachianum agreditur.

artem, Cordubensem ducem cum valido agmine in infidijs, qua fe mons fubducere incipit, opportunè collocauit, vt commiffa cum hoſte pugna, ex infidijs exiliens, in hoſtilis aciei latera improuifus inuectus percuffis terrorem adderet . Nec illum fua fefellit opinio . Nam vbi paulatim referendo gradum fimulato pauore, Tillius hoſtem procul à munimentis abduxit : vt & illi in caſtra reditum interciperet, & obnoxium magis Cordubenti faceret ad inuadendum : repetit ex templo impetu hoſtem vndique vrget acerrimè repugnantem ; incumbentesque Cefareos fortiter repellentem . Pendebat anceps alea pugne : cum feruente prælio è lateribus Cordubensis emergens, magno tubarum, tympanorumque fonitu : vt illo etiam inani ſtrepitu hoſtem terreret : in Durlachianæ aciei latera in impetum facit : premitque hoſtes improuiſo attonitos malo, cum hinc à fronte Tillius inſtaret ; illinc Cordubensis latera foderet, nec receptus

in ca-

in castra pateret; intercluso reditu, captisque à Cordubensi munimentis. Quare urgentibus validissimè Cæsareis hostilis equitatus primum loco Equitatus hostilis fuga. pulsus, deinde in apertam fugam coniectus est; nudari equitum præsidio pedites magna à circumfusis Cæsareis cede sternuntur. Non exiguam Imperialium stragem tormenta dabant; quæ è duabus medijs legionibus assiduam missilium tempestatem iaculabantur. Quo incommodo iratæ Neapolitanæ cohortes, ut eam pestem à suis auerterent; in illas legiones signis illatis, nihil terrente pilarum grandine, quæ in irruentes ab illis legionibus fundebantur; momento dissipant, captaque tormenta in eos ipsos authores conuersa displodunt. Quæ res extremam attulit Durlachio perniciem; plenamque victoriam Tillio dedit. Cædes Noctis interuentu cessauit, cuius se se intendentibus tenebris, ac tegentibus fugam pluri se præsentis vitæ discrimine exemerunt: sicuti ipsum Durlachium cum magna equitatus parte fugientem ab ira victoris obscuritas noctis occuluit.

Victor omnibus muralibus tormentis, & Sarcinis, totoque rei tormentaria apparatu præter viginti aureorum millia signati argenti, & magnam, victorum præda. argenteorum toreumatum vim potitus est. Capti complures ordinum ductores, & nobiles viri. Insignem fecere victoriam interitus ducis Magni, è dncum Virtinguorum familia; & Christiani è comitibus Palatinis Birchenfeldiæ gentis; quorum cadauera magno pretio redempta in eorum ditiones translata honorifice condita sunt: Plurimam militaria signa, turmaliaque vexilla capta cum lætissimo victoriæ nuntio Viennam ad Cæsarem missa sunt. Durlachianæ cladis initium, subito pyri pulueris orta incendia fecisse dicuntur. Cum enim vndique ignea tormentis emissa tela volitarent; accidit ut missile in incertum contortum in sulphurei pulueris cados incidens subitum concepto igne excitarit incendium: quo Durlachiana cladis initium. Marchionis turbata acies nutare, fluctuareque ceperit. Sic exiguo temporis interuallo Tillius acceptam cladem maiori hostibus illata strage, sarciniuit: tristisque nuntij Cæsarei agminis fusi Viennam allati mærorem lætissimus fugati mox, concisique Durlachij exercitus rumor eadem ferè hora discussit.

IOSEPHI RICCI BRIXIANI

Clerici Regularis Congregationis Somaſchæ
DE BELLIS GERMANICIS
Liber Secundus Epitome.



MANSFELDIVS Lademburgum expugnat, Ad Hagenoiam Caſareos fugat. Halberſtatus acie funditur à Tillio. Mansfeldius, & Halberſtatus exauthorantur à Palatino. Imperatrix Pannoniæ Regina inauguratur. Caſarei duces plura oppida Palatino eripiunt. Mansfeldius, & Alberſtatus ad Batauorum ſtipendia tranſeunt. Cum Anholti comite, & Cordubeniſi praeliantur. Vangiones in fidem Caſaris, dittonemque concedunt. Edelberga Palatini regia; & Manbemiun à Tillio: arx Biretum Presbiteri a Neoburgi Duce capitur. Ratiſpone à Caſare procerum conuentus habetur. Dux Bauarus in ſeptemuiros Electores adſciſcitur. Franchentalia apud Bruxellenſem Infantem Belgij Gubernatricem deponitur. Halberſtatus à Caſareis funditur. Lippaſtadium Tillianis deditur: Mansfeldius copijs exutus profugit in Batauos, qui cum Halberſtato Gallicis, atque Anglicis copijs iterum Germania imminent. Nouum contra Caſarem à Turriano comite in Pannonia bellum cõcitatur. Auxiliares Daci, & Turcarum turma ab Eſtraſio Pannonio varia cade ſternuntur. Danus Rex bellat in Caſarem. Varia cum eo pugna. Ferdinandus Rex Pannoniæ renuntiat. Mansfeldius à Vaſtano praelio vincitur: Multiplices Imperialium in Quadis proſectus, qui omnes ad fidem Caſaris redeunt. Austria agreſtium conſternatio, ſautia, pugna, victoria, fuga, deſtructio. Rex Danus à Tillio fugatur. Dacus compoſitum cum Caſare ſedus abruptit, in Pannoniam excurrit, Ceditur à Vaſtano. Caſarei cum Mansfeldianis variante fortuna praeliantur. Mansfeldius, & Halberſtatus fato concedunt. Vinmarenſis Quados, & Marcomanos affigit. Vaſtani contra Vinmarenſes proſectus. Danici belli ſucceſſus pralia, Imperialium victoria. Voſſempytum, & Crempena à Tillio expugnantur Straleſunda ab Arnahimo fruſtra oppugnatur: Pax Lubeci cum Dano Rege conuenit:

Ita



ITa arma Cæsarea cum rebellium protestantium viribus alternis casibus luctabantur; mutuisque se vtræque partes vulneribus conficiebant; feliciori aliquantò Imperialium fortuna: quamvis triplex hostis Mansfeldius, Halberstadius, Durlachius ex Bohemici regni prostrato cadauere pullulassent. Qui singuli seorsim seiunctis copijs, ad destinendos, affligendosque Cæsareos validi Palatinum fortiter asserebant; felicius bellaturi, si famiori consilio sociatis viribus, rem gessissent. Sed mentem Superi abstulerunt; qui, quorum fortunam mutare constituunt, consilia corrumpunt: hebetanturque mortalium sensus manum rebus iniicientibus fatis. Dum enim diuisæ eorum manus tota Germania bellum multiplicant; infirmatis, ac fractis ipsa separatione viribus, se magis obnoxios iniuriæ facillioresque vinci simul conglobatis Cæsareis præbuerunt. Quod ipsis maxime perniciosum fuisse exactis, è tota Germania, dissipatisque eorum copijs, paulò post euentus edocuit.

Mansfeldius rupta fide, doloque astu ex manibus Bauari Ducis elapsus Lademburgum octo armatorum millibus obsidionis angustijs arctabat; præsentem quoque ipso Rheno Palatino; aduectisque Manhemio maioribus muralibus tormentis, continuis pilarum ictibus mœnia tundeat: quandoquidem præsidium ad tympanitam deditorem suadentem Mansfeldio se dedere recusarat. Paucis diebus furente verberatione murorum pars magna prociderat; facilemque obsidentibus ad inuadendum præbebat ascensum. Sed Mansfeldius insidijs, & fraudibus grassari solitus, dolo citra suorum sanguinem, quam aperto Marte, vrbe potiri maluit. Dum enim cum vrbe præfecto ad colloquium euocato simulanter agit de legibus deditonem; iusserat suos, quæ iacentes mœnium ruinæ in urbem aditum dabant; in pomœrium eniti: vbi cum nullas ad intersepium ingressum, sarcinæque diruta, munitiones obstruxisset Præfectus; neque debitas armatorum custodias, vigilesque opposuisset; distinate illum dedita opera in faciendò sedere Mansfeldio, nullo præsidio repugnante, vrbs capta est; non sine infami parum synceræ fidei, ignauiæque Præfecti nota; quòd in eius vrbe propugnatione multa contra militarem disciplinam grauitè deliquisset. Præsidium ad Palatini stipendia transire compulsum est sub imperio Mansfeldij: Qui ingenti præda, & comæatum copia ex oppido exhausta, mœnia demolitus, arcem cuniculorum flammis ab imo subrutam euertit.

Dum hæc à Mansfeldio agerentur; Archidux Leopoldus validum beliatorum agmen in Hagenoræ obsidione locauerat: excitataque extra urbem ad hostem procul arcèdum munimenta adeptus propius urbem castra promouerat. De quo amicæ vrbe discrimine Mansfeldius admonitus Lademburgo protinus eò mota signa conuertit. Leopoldus hostis aduentantis

Mansfeldius Lademburgum oppugnat.

Lademburgum insidijs excipitur.

Archidux Henricus genosiam absidet.

tantis accepto nuntio, mille equites Liburnos ad claudendas cuiusdam loci angustias, ut ibi hostem morarentur, præciperentque aditum, expediuit: quos Obentrauti equitatus aggressus facili Marte statione deiectos, fugauit. Illi in castra ex fuga regressi, maiora vero de hostium numero referendo, tantum suis iniocere terrorem; ut trepidè collectis raptim vasis, non expectato hostis aduentu, soluta obsidione, incensisque munimentis inde diffugerint. Sed adeo laxatis ordinibus palante, festinatoque agmine, ut plurima comæatibus onusta vehicula, atque aliquot tormenta hosti reliquerint: qui cognita Imperialium fuga, suum equitatum ad carpendum eorum extremum agmen emisit; intercepti, peremptique plures tardè socios insequuti fugientes; quos hosti miseræ iniquitas sortis obiecit. Nec illata Cæsareis clade contentus Mansfeldius quoddam validum munimentum in Rheni litore extructum adortus exiguo, leuique certamine ab ea statione pepulit Imperiales. Nec ullus fuit nauigiorum usus, quæ ad incertos belli euentus, dubiosque casus excipiendi militi, traiciendoque flumini ad litus Cæsarei subdlexerant: nam his quoque interceptis, aut cadendum sub hoste fuit, aut in eius potestatem veniendum.

Ab obsidione diffudit.

Alstia.

Imperialium terror.

Indè Argentoratum promouit exercitum; ut ponte amne traiecto, reliquos Triboces infesta procurfatione diriperet. Sed pontem Austriaci paulò ante dissecerant. Comæatibus tamen abundè ab Argentoratensi Senatu copiæ recreatæ, refectæque fuerunt. Hic Imperialium terror effecit; ut plura præsidia, quæ in locis parum contra vim hostium munitis stationes agebant; desertis custodijs se Doeltaimum, Zabernum, Molzaimumque receperint: nulla militarium ornamentorum, rerumque suarum habita cura. Sex etiam equitum turmæ, absente Legato, & Chiltarcho, Palatino nomen, Cæsare eiurato, dederunt.

Dormstad. Monheim.

Mansfeldius ad Duderstadam.

Archidux Leopoldus post trepidum ad Hagenoiam discessum, retrò Cæsareis labentibus rebus, Franbergi noua militum agmina conscribat; ut reparatis viribus, hosti in dies magis militum numerum augenti validior obstaret. Qui iunctis cum Durlachij cohortibus, quæ cladi superfuerant, copijs, viginti millium bellatorum exercitum recensabat; à Ludouico Duderstada Landgrauio amicum per ipsius ditionem transitum postulauit; quo per humaniter concessio, superato ad Manhemium Rheno; nocte vna silenti agmine ita occultè, ac celeriter properauit; ut summo mane Duderstadam peruenerit; attonitumque improuiso hostium aduentu Landgrauium, petito in urbem ingressu, insuper terruit. Retusante illo omnes copias admittere; timentequè ne vim portis afferrent; missis vtrò, citròque nuntijs, eò deducta res est; ut Palatinus duntaxat, Mansfeldius, & Vinmariensis, cum mille equitum in urbem reciperentur; præterea nemini ullus pateret ingressus. Reliquæ copię in circumiectos pagos, & villas in statiuâ abierunt: magno incolarum sanè detrimento; quorum tenues fortunæ, vxores, liberi, vitaque ipsa effreni militum licentiæ, arbitrioque permittebantur. Palatinus, iussis sibi tradi clauibus

vrbis,

vr̄bis, omnes illi principi prouentus eripuit : quod semper Cæsari fauens nunquam dynastarum Protestantium conspirationi assentiri voluisset. Captiuus præterea cum secundo genito filio Manhemium missus in vincula. Duderstadt Landgrauus castris. Qua calamitate socij, amicique Principis Tillius audita, nulla ratione cunctanduni, illumque in hostium arbitrio, potestateque deserendum ratus; nouis militum supplementis, quæ à Bohemia, Vindelicia nuper aduenierant, exercitu firmato, Landgrauij auxilio festinat. Nec Palatinus Tillij aduentum præstolari sustinuit; sed Duderstada discedens, abducto præsidio, cum vniuerso exercitu Manhemium redijt; sed non ita cito gradu, quin postremum agmen à Tillio, cæsis duobus peditum millibus, funderetur: cogereturque Palatinus in vicinum saltum recedere; ibique excitatis raptim ex cæsis arboribus munimentis, exercitum continere. Capti sunt ea tumultuaria pugna quidam comes Palatinus, alter Mansfeldius, & Chiliarchus Goltstainus; qui diligenti custodia captiuus * Banconam abducti fuerunt. Tillius Palatinus periquitur. & oppugnat. Oppenheim. Ex Tillianis duo tantum copiarum duces, & triginta milites perierunt. Secundum pugnam exactis ex omnibus locis hostium præsidijs, Tillius Vinfenum reduxit exercitum.

Halberstadius verò cum Anholti, & Bergæ Comitibus obiectu, qui capto Iulijaco suas copias cum Anholto sociarat; à vastanda Coloniensi diocæsi, vt maximè optabat, arceretur, * Padeborna discedens, * Monasterij episcopatum violentus inuasit. Palatibus. M. M. per. Sed cognito postea Palatini in suas prouincias aduentu; extorta ex illa diocæsi ingenti pecunia, Vangiones versus iter ingreditur. Sequuti sunt quidem magnis itineribus abeuntem Anholti, Bergæque comites; adepturi proculdubio, nisi trajecto flumine, ruptoque ponte, sui insequendi potestatem hostibus ademisset. Quare illi ad recipienda oppida, quæ hostium præsidijs tenebantur, regressi vr̄bi Soestæ copias circumdant; prolatisque tormentis, mœnia à media nocte ad quartam diei horam furiali pilarum tonsione diuerberant. Sed cum præsidium dedendi sui sustulisset insigne; intermissa tormentorum procella, latis, quas ferre libuit victori, legibus deditiois; Hispanarum cohortium præsidium deditæ vr̄bi impositum est. Mox etiam alia oppida in ditionem Cæsaris redierunt. Nihil amplius in ea prouincia recipiendum supererat: quam ciuitas Lippzadum, quæ valido Batauorum præsidio tenebatur. Inde ad insequendum hostem comites tetenderunt.

Halberstadius ingenti liberatus metu, ne se duces Cæsarei assequerentur; Mœnum versus proficiscitur, in Vangiones ingressurus. Quacunque transibat edidit militaris insolentiæ, & barbaræ feritatis exempla; in agris præcipuè alicui Ecclesiasticæ potestati subiectis. Anholti comes Halberstati vestigijs pergebat insultere; vt suorū armorum vicinitas illum à vexandis ecclesiasticis abterreret; quo etiam factum est; vt quadraginta aureorum milia Abbati Fuidano ab ipso imperata non posset exigere. Sed Mœnum flumen versus incedens multa Comitatus Chinigstaini, Mocuntæque diocæsis capta, direptaque oppida subditis flammis incendit. Ad

Obe-

Hof. Oberurfelum cum vniuerso exercitu substitit; inde ad expugnandum castrum, arcemque *Hoechstam Mœni Littori adiacentem chiliarchum Kniphausenium misit: Qui ad deditiōem frustra inuitato per tympanistam præsidio, præfecto temerè ferociente; Halberstatis maiores copias cum muralibus tormentis expediri iussit: quas procul venientes præfidiarij milites intuiti; veriti ne tantæ copiarum mole sustinendæ suæ vires haud satis validæ forent; conscensis in hoc ipsum subductis Littori nauigijs, intutum, deserto oppido, diffugerunt. Ingressa in castrum hostilis acies ea omnia scelera, & horrenda militaris violentiæ piacula perpetravit; quæ à perditissimis nebulonibus, profligatissimisque Sicarijs committi solent. Mox ipse Halberstatis triumphantis more oppidum iniit: iussitque subito flumen ponte consterni; vt traiecto in vltiorem ripam exercitu, ad Manhemium se cum Palatino coniungeret.

Hof. Cæsarei duces, hoste adhuc *Hoechstæ morante, Alsfemburgi copias omnes instruxerant; suppletisq; legionibus ijs militum cohortibus, quas Herbipolis Antistes, & Princeps Holstainus subsidio miserant, hostem iam numero pares persequi statuunt. Toto igitur exercitu, qui quinque, & viginti supra centum equitum turmis, & centum, & viginti pedum cohortibus constabat; ex vrbe educto, duode viginti præterea muralia tormenta ponè trahentes hostem pleno gradu persequuntur; vel vt illum adepti oppugnent; vel agminis interiectu prohibeant; quò minùs cum Palatino sua arma coniungat. Recepto ex itinere Ridelaimo pergunt ad hostem, qui intra munimenta se prope Hoechstam, quatuor, & viginti bellatorum millibus validum continebat.

Prælium inter Cæsares, & Halberstatis. Tillius sexto idus Iunij in hostis conspectum se dedit; partitusque in tria ingentia agmina copias, in dextro cornu Anholti comitem curare iussit; læuo Cordubensem præfecit; ipse medio agmini præerat. Vbi Imperialium intructam ad pugnam aciem contra se stipatis ordinibus progredientem Halberstatis aspexit, nihil territus hostium certo pugnandi decreto, copias ex vallo eductas, æquali ordine disposuit. Ducem Vinmariensem Cordubensi, Strumbi comitem Anholto obiecit: ipse mediæ aciei ductor pugnandi cum Tillio munus desumpsit. Vbi ab vtroque exercitu ad teli iactum propè ventum est; iussit Tillius in confertos hostium ordines tormenta displodi; Anholtique comitem primum auspicari certamen. Vtrumque tanto ardore actum est; & ita vehementi impetu in hostem procursum; vt Strumbi cornu impulsus ceperit fluctuare; mox in fugam effundi; eo ferè momento, quo ducem Vinmariensem Cordubensis auerterat. Halberstatis, cum neque restituere prælium, nec suorum sistere fugam posset; vtroque cornu iam Imperialium impetu proculcato; veritus ne victor vbiq; hostis in se tota copiarum mole à suorum cede regressus incumberet; subito à acie conuersa trepidus fugam consciiuit pontem versus quo prope Hoechstam iunxerat flumen; quò pariter ab amissa pugna, ceteri quoque confluxerant; qui cum nec irruentis multitudinis pati

pati pondus ; nec capere inuicem se se elidentium turbam possent ; alios
vrgentium à tergo impetu pulsos in flumen hausere vndæ ; alij natatu
euaufuri , cum se coniecissent in aquas ; fluctibus obruti extincti sunt ; in-
ter quos Strumbi nepos aquis præfocatus interiit . Ita breui hostiles co-
piæ numero , ferocia , & robore formidandæ facili pugna concisæ , pro-
tritæque sunt .

Tanta fuit fusi exercitus consternatio , terrorque hostilium armorum ;
vt hac , atque illac tela proiecerint ; quò expeditiorem fugam capesse-
rent ; quæ deinde collecta armandis pluribus militum millibus suffece-
runt : Plus duo hostium millia ea pugna cæsa ; quingenti vndis absorpti ,
totidem capti , plurimi à Liburno equitatu confecti ; quos toto eo , po-
steroque die more canum per sylvas palantes venatus trucidabat . Ex Cæ-
fareis centum dunitaxat desiderati sunt ; sed plurimos hausèrunt flam-
mæ in tormentario puluere ibi consultò ab hoste relicto conceptæ ;
quos violentissimus ignium impetus sædo admodum spectaculo excussit
in aerem .

Parta ingens præda , ditissimaque spolia ; quæ rapacissimus hostis ex di-
reptis plurimis Germaniæ locis auexerat ; præter tria muralia tormenta ,
quæ sola omnino trahebat ; & militaria signa , turmaliaque vexilla . Halber-
stætus cum fusi exercitus reliquijs Manhemium , vbi Palatinus , & Mansfel-
dius erant , ex fuga se contulit . Qui , vt acceptam cladem vt cumque hosti
reponerent ; consternationemque militum , quam ob non mensa stipendia
futuram timebant ; aliquo negotio discuterent ; in Triboces iterum copias
immittunt ; atque oppida , pagos , villas militi diripiendas concedunt . Nec
miseris incolis ingentes pecuniarum pensiones aliquid profuerunt ; vt du-
cum , militumque auaritiam explerent : & se à sæuissima barbarie redime-
rent ; in infelices siquidem nihilo secius pro libidine insaniebant . Vastatis
circum agris , & oppidis ; Tabernam iterum metatis castris , corona cir-
cundant : Quam etsi totis enixi viribus , nullam operam ; laborem-
que prætermitterent , vt expugnarent ; tanta virtute tamen defensa à
præsidarijs militibus est ; vt post multos obsidionis dies , re malè tentata ,
pudore suffusi in Vangiones copias abduxerint .

Rex Angliæ conciliandi cum Cæsare Genèri rursus negotium suscepe-
rat ; atque idcirco Cæsar ad eum regem Svarzemburgi comitem legarat ;
qui rem in Anglica regia eò deduxerat ; vt parum ab ineundo pacis federe
procul abesset ; profectusque ab Anglia idem cum Belgij Gubernatrice
egerat . Cuius rei cum Rex Socer Palatinum admouisset ; ne diutius
apud Tabernam sedendo , affligendoque Triboces Austriacæ domus auitâ
provincia , Cæsarem irritaret ; atque idcirco spem profus futuræ pacis
abseinderet ; cum eius res vbi cumque malè cederent ; nec vllæ ad alen-
dum bellum pecuniæ suppetere ; quæ rerum gerendarum nerui procul
dubio sunt : decreuit Mansfeldij copias , ac Halberstati dimittere ; arci-
bus , & oppidis , quæ sibi parebant Veerij summi Anglicarum cohortium

F præfecti

Halber-
stadi exer-
citus cla-
des.

Alla-
ab Hosti-
bus diri-
pitur.

Tabernæ
frustra
expugna-
tur.

Rex An-
glus de
pace agit.

Mansfel-
dius , &
Halber-
stæti
Palarino
exautho-
ratur.

*Duder-
stada
Landgra-
uius liber
dimitti-
tur.*

præfidi fidei, tutelaque commissis; concessa Duderstada Landgrauio, natoque eius libertate, inreintrando prius allicitis, ne acceptam iniuriam viciscerentur; sed pacis sequestres cum Cæsare agerent; vt data criminis venia, ipsam in gratiam reciperet; à Vangionibus iterum in Batauos profectus est.

*Mansfeld-
dius, &
Halber-
stadis ad
Cæsaris
stipendia
transire
desiderat.*

Tillius post partam ad Hoechstam victoriam, diuiso trifariam exercitu, duas partes Anholti comiti, Cordubensique tribuit: tertiam ipse duccendam suscepit, & vt vnde cumque urbem Edelbergam vrgeret; omnia circum oppida, pulsus Palatini præsidij, in Cæsaris potestatem redegit. Tillio Cæsarea arma, bellumque circumferenti Mansfeldij, ac Halberstati literæ redditæ fuerunt; quibus suum militare obsequium Cæsari offerebant; dummodo vel præterita stipendia sibi à Palatino debita penderentur; vel imperiali proscriptione se Cæsar absolueret: se sine agmina ex Imperij finibus abducturos, vel ad stipendia Cæsaris transituros; cum militari sacramento solitis Palatinus missionem dedisset. Integrum sibi esse sub quolibet Principe, ac rege mereri. Verum Tillius fallacibus ducibus dolis, ac fraudibus incantens circumuenire solitis nihil omnino fidens Anholti eorum cum summo bellatorum robore ad pellendos totis Tribocibus hostes emisit.

*Cæsar in
Panno-
niam pro-
fectus.*

Interim Cæsar, vt res fluctuantes in Pannonia sedaret, conuentum Edenburgi habendum indixit, ad quem Vienna cum Imperatrice, & ornatissimo Procerum comitatu, quinque armatorum millibus stipantibus iuxta, profectus est. Exceperunt venientem Pannonij dynastæ, omnesque ordines ea apparatus magnificentia, solemni que pompa; quæ supremi Christiani orbis principis maiestatem deceret. Res omnes ex voto in conuentu compositæ; atque in eundem habitum constitutæ, in quo ante bellorum tumultus quieuerant. Stanislaus Turfus Pannoniæ Palatinus omnium suffragijs dictus est. Et vt aliquo insigni opere conuentum absoluerent Pannonij proceres: omnium consensu decernunt Imperatricem suam reginam Pannonico diademate coronare. Inaugurata est Sexto Kalendas augustissimo triumpho; & effusæ lætitiæ significationibus, eisdem populo acclamante, Regina, viuit. Quibus omnibus ex sententia in Pannonia actis, Cæsar cum vxore Viennam lætissimi redierunt.

*Impera-
trix Pan-
noniæ re-
gina inau-
guratur.*

*Clingem-
burgum
Lichten-
stein de-
ditur.*

In Quadis adhuc superiorum bellorum incendiij aliquæ scintillæ supererant extinguendæ. Glazium, & Clingenburgum Palatini præsidij tenebantur; quæ assiduis excursionibus vicinos pagos, villasque vexabant. Quare, vt illam molestissimam perniciem à provincia depelleret; Princeps Liechtensteinus, coactis vndique copijs, Clingenburgum mouit; cuius præsidium vbi urbem vallo circumdari, vineas agi, librarique tormenta cõspexit; parumper ad tollendum pudorem oppido propugnato; se dedit in eas leges, vt cum Sarcinis, & armis ex vrbe Glazium abire liceret. Ad cuius vrbis obsidium translato exercitu, Princeps ea omnia sollicitè expulit; quæ ad obsidendam, expugnandamque urbem ex militari disciplina condu-

conducunt. Hæc in ea oppugnatione Cesarei usque ad mensem Octobrem præfidiarijs immixta virtute moenia tueantibus. Quo tempore edibus omnibus egregiæ fortitudinis, & bellicæ constantiæ exemplis, cum nulla subsidij spes affulgeret; ea conditione obsessi urbem Cesari tradiderunt; ut detractis ex hastis Palatini insignibus, ad sex menses nulla arma contra Cæsarem ferrent; traditoque fidei seruandæ obfide comite Turriano inuene, donec exauthoratæ copiz hæc, atque illac dilaberentur; totis Quadis

*Quadr
ad fidem
Cæsaris
reducunt.*

Mansfeldius, ac Halberstadius à Palatino dimissi cum hostes duces in dies magis viribus augeti; Durlachianique agminis reliquias defluxisse vidissent; veriti ne aut à Cæsareis opprimerentur; aut ob stipendiorum defectum, pecuniæque inopiam sui se milites destituerent; ad solitas artes, dolosque comortis Mansfeldius à Tribocibus Vangionibusque suas copias abductas in Metz episcopatum transtulit: inde Sedanum in Galliam duxit. Vbi quò benè ab ijs ciuibus haberetur; rumorem dididit, se cum illis copijs ad faciendâ Galli Regis stipendia proficisci & vt maiorem dictis fidem astrueret; certosque faceret eius rei, aliquot maiora tormenta sue fidei pignora tradidit. Quare & comineatus, & omnium rerum copiam ciuis eius agminibus suffecerunt. Verum hi duo duces per arcanos internuntios cum Batauis agebant; vt ab ijs conducerentur; cum externis auxilijs egerent, quo firmioribus, ac validioribus viribus Marchionem Spinulam Bergizomi vrbs iugulo imminentem decuterent. Acceptis itaque à Batauis diplomatis, quibus illis stipendia decernebantur: paucis diebus Mansfeldius cum sodali Sedani moratus magistratui vrbs significauit; se iussum à Rege in castra ad Rupellam festinare; atque ita nouo actu acceptis comineatibus, & tormentis, concessit in Belgium: illum tamen abeuntem Cordubensis, Anholtique conies magnis itineribus sequebantur: iussi ab Infante Gubernatrice iter hostibus interciperere: ne cum Principe Mauritio sua arma coniungerent; non inani timore ducta, ne à Batauis tam potentium accessione copiarum validioribus à Bergizomi obsidione Spinula pelleretur; aut ad auertenda aliò Hispana arma, aliquam maioris incommodi expeditionem susciperent.

Mansfeldius, & Halberstadius in Galliam & Belgium abeunt.

Bergizom.

Cordubensis hostes insequitur.

Cæsareus exercitus tam celeriter properauit; vt ad Ambauritorum nunc Brabantiz fines hostem assequutus in eius conspectu castra posuerit. Mansfeldius, intercluso sibi ad Batauos aditu, missio ad Cordubensem tubicme, postulauit; vt sibi liceret impune transire; innoxium, ac sine maleficio suum iter per Catholici Regis prouincias futurum. Negauit animosè transitum Cordubensis; addens illi esse omnino ferro, virtuteque militum aditum aperendum, moliendumque iter in Batauos, nulla alia ratione, quam pugna. Mansfeldius cum ancipiti discrimine premeretur; nec vllus euadendi patefceret exitus; vocato ad concionem exercitu.

Mansfeldij ad milites oratio.

Videstis, inquit, Commilitones, in quo rerum nostrarum articulo fortuna de-

F 2 *prehen-*

prehenderit 'Obfessos hostis omnes aditus tenet. Hostilibus copijs undique claudimur iuxta periculoſo, seu pergitimus, seu redimus; cum quacumque ſit in aliquod in commodum incurrendum. Receptus omnino periculorum pleniffimus eſt; cum per hoſticum ſint copia ducende; ubi commeatibus omnibus ab infeſtis circum incolis intercluſis, fame procul dubio pereundum eſt: regreſſus in Galliam pendendus; qua promiſſi obſequij ſimulatione decepta dolo egregie ultura eſt. Hoſtiles acies toto Rheni litore prætenduntur & nos traiectu ferro prohibitura, & eniti in aduerſum litus contra haſtarum cuspides ſine militum ſæda ſtrage non poſſumus: nos in undas præcipites reclinabunt. Vna ſaluti ſuper eſt via, ſi inuicta virtute, generoſoque auſu per hoſtilia agmina nobis tranſitum ferro pandamus: In rebus aſperis, ac tenui ſpe audaciſſima quæque conſilia tutiſſima ſunt: cum neceſſitas urget, efferat etiam ignauiam deſperatio. Decorum forti militi eſt ſtrenue pugnando potius mortem oppetere, quàm turpiter ceſſando, aut conſici fame, aut captiuum in hoſtium poteſtatem venire. Effugit mortem quiſquis eam contempſerit; timidiſſimum quemque ea conſequitur. Audacia murum, aneum peſtoribus obtendit. Audendum modò, & per conſertos hoſtium ordines perrumpendum. Fortibus auſis fortuna propitior aſpirat; quam pudebit ſtrenuos viros iniquè in vitæ diſcrimen dediſſe. Ad iter ſimul & prælium corpora, animoſque parate. Hoſtes forſitan panitebit anguſtijs clauſam irritaſſe virtutem.

Incaluere milites animis perorante Mansfeldio; magnoque aſſenſu auditus eſt; cum undique neceſſitas premeret: maximum ad difficiſſima quæquæ audenda incitamentum. Mansfeldius itaque præſenti fiducia, alacritateque vtendum millitum ratus, denſatis ordinibus, rectà ducit in hoſtem. Exceperere valenter incumbentem Hispanæ cohortes. Prælium editur crudele, cruentum, quale inter acerrimos hoſtes ex deſperatione, odioque pugnantes fieri ſolet. Cordubeniſis aliquot muralia tormenta in quodam loco edito collocarat; quibus ſedè Mansfeldiana agmina lancinabat. Sed nihilominus conciſæ fuſſent Hispanæ legiones (tanto ardore Mansfeldiani, ex deſperatione certabant) niſi Iſenburgi, Emdeniquæ comites ſuis cohortibus in aciem inductis, Hispanos imminentis cladis diſcrimine exemiſſent. Nec deſuit Halberſtatus Mansfeldio: nam integras adhuc ſuorum equitum alas, & peditum manipulos nouo hoſti irruenti obiecit: & tamdiu eius impetum ſuſtinuit; donec Mansfeldius, diſiectis Hispanorum ordinibus, ex pugna cum ſuis copijs euasi incolumis; cum nihil aliud haberet in votis; quàm illo ſe ſe prælij periculo explicare, cæptoque itineri inſistere, non vniuerſa acie cum hoſte pugnare. Abeuntem ſequutus eſt etiam Halberſtatus; qui ſe vtcumque ab hoſtium manibus expedierat; ſed non adeo impunè, quin ſuorum militum plures amiſerit. Mansfeldius inter eundem aliquot Cordubeniſis impedimenta rapuerat. Cuius rei puduit generoſum Hispanicum, ſi prælio victo ſimilis hoſtis excedens, quaſi partæ victoriæ trophæa, ſua ſecum abduceret impedimenta. Quocirca raptim reſtitutum equitatum

iuſit

Prælium
inter Ca-
ſareos, &
Mansfel-
dium.

institit progredientem Mansfeldium festinato agmine persequi; quem assequuti, conferta iterum pugna, receptam maiorem impedimentorum partem, aliquotque etiam eius vehicula com meatibus onusta cum ipsius Mansfeldij curru onantes reduxerunt in castra.

*Hispani
iterum cum
bossep-
gnant-*

Vtrinque pari virtute, sed magna vtriusque partis cede pugnatum est. Ex Mansfeldij copijs proceres nobilissimi ceciderunt. Dux Vinmariensis, Comes Turrianus, Rhēni comes, & Strumbi comes cum alijs proceribus capti. Ex Cordubensis exercitu perijt Franciscus Gueuara, cum alijs cohortium ducibus. Ipsi Halberstato minoris tormenti glande brachium auulsum est; cuius acerbissimo vulneris dolore propē exanimatus est; quanquam diligenti adhibita cura conualuit; sed brachio multatus, & mancus. Non vltra Cordubensis Mansfeldium insequutus est magnis itineribus præeuntem, ob ingēs ea pugna acceptum incommodum; clademque suorum: sed ad Gubernatricem Infantem Bruxellas se contulit; cui captum Mansfeldij currum, & aliquot militaria signa præsumptæ argumenta victoriæ detulit.

Mansfeldius verò cum suarum paulò maiori dimidia parte copiarum Bredam primo, deinde in Batauorum castra tetendit; qui duce Mauritio subsidio obsessis Bergensibus properabant. Verum Spinula, cum difficilior in dies munitissimæ vrbis expugnatione videretur; auditis insuper aduentatium hostium ad suppetias ferendas validis apparatus; post aliquot mensium irritam oppugnationem, soluta obsidione, cum omnibus impedimentis, nulla suorum iactura prorsus indemnem exercitum reduxit in tutum.

Mansfeldius, & Halberstadus in Batauorū castra perueniunt.

Ciuitas * Pyri, quæ ad illum diem Palatini partes sequuta fuerat; deficit ad Cæsarem; in quam suus Antistes cum exigua militum manu, deinde Archidux Leopoldus cum lectissimis peditum cohortibus ingressus, exacto hostium præsidio, vrbem in fide Cæsaris confirmarunt. Hic Tillius Archiducem conuenit; vt coram cum eo de rebus bellicis consultaret: arcanisque colloquijs aliquot diebus absūptis, Tillius acceptis ab Archiduce octo peditum cohortibus, & totidem muralibus tormentis, Gemersaimo instructa acie successit. Vbi cum tormentorum iteratis ictibus munimenta diruisset; & præsidium vbi fortissimè repugnando suas partes impleisset; deditiois sublato vexillo fecit insigne. Quod dum de vrbis tradendæ legibus ageret; Tillij milites impatientes moræ, dirutis mœnibus scalis admotis, non aduertentibus impetum ciuibus, irruperunt in vrbem. Primos obnios quosque trucidant; reliqui proiectis armis precarium spiritum obtinent: nobiliores facti captiui. Vrbs * Vormatia exemplo Pyrorum ad fidem Cæsaris redijt; accepto trium cohortium imperialium præsidio.

Heiligenberg in fidem Cæsaris concedit.

.....

Vormatia

Iam omnes Vangiones, vna excepta Edelberga, Franchentalia, & Manhemio, in ditionem Cæsaris venerant. Aberant illius firmissima Mansfeldij, & Halberitati præsidia, nullus repugnabat hostis. Edelbergam igitur suorum votorum præcipuum Tillius obsidione subigere statuit. Ineunte

Tillius Edelbergam aggreditur.

Augusto ei vrbi quindecim armatorum millibus circumfufis , excitatis circum aggeribus, obfeptisque custodijs omnibus aditibus, ne qua subsidia Franchentalia, & Manhemio vrbi obfefta ferrentur; primo ipfo obfidiõis aditu, cepit munimentum, quod oppidani extra mœnia conftituerant, atque ad arcem quatiendam muralia tormenta altiori loco libranit; quorum iactibus non folum arcis munimēta dehifcentia; fed etiam vrbis refta conciffu ruebant. Ignez quoque bolides torquebantur in vrbem ad inflammandas ciuium ædes, vt quacumque belli, Martisque violentia ciues vrgeret.

Tormenta pariter contra duo propugnacula conftituit extra mœnia à ciuibus excitata in Cafaris, Bauarique Ducis contumeliam alterum voce Germanica vocatum *Truz*, *Chaizer* alterum *Truz Batern*, quod latinè fonat per Imperatoris, & Bauari dedecus, & ignominiam, & inuito repugnanteque Imperatore, ac Bauaro. Post aliquot dierum tormentorum concuffus, datis ad magistratum literis iuffa; vt *Cafaris imperium acciperent: nec vltima pati mallent, vltro extrema calamitatis discrimina subeundo.* Hæ literæ à Magiftratu ad præfidij præfectum miffæ. Quibus ille refpondit; *hoc à fuo domino quæri oportere; non à fe, aut à Magiftrato; qui fuam fidem facramento alienis obfequijs obftinxiſſet. Vt cerio ſummo duci, qui totis Angionibus Anglici regis iuffu præſidebat; hæc de reſcribendum eſſe.* Quo accepto reſponſo, Tillius præfecti ſaltem congreſſum popoſcit; qui ne fuam fidem mutantem, dubiamque faceret, colloquium refulauit. Quare Tillius maiori, quàm antea, ardore vrbis munimenta muralium tormentorum turbine pulſare cepit; cumque ſatis amplas in propugnaculo *Truz chaizer* ruinas tormenta feciſſent; iuffit ſuos milites in illud impetum dare; quos vbi cuſtodia ſubeuntes aliquandiu ſtrennè repuliſſent; irruenti vndiq; Bauaro, alijs, atque alijs per diſtuta ſuccedentibus, tandem deſertum propugnaculum victoribus reliquerunt. Nec mora: traductis eò tormentis ſuburbium piſarum tempeſtate concutiant. Tillius poſterõ die, cum milites inuadendæ vrbis cupidos cognouiſſet; tripartito mouit in vrbem; vt quaſdam primo extra mœnia erectas munitiones ex falcibus expugnaret. Dum hic magnis animis vtrique certatur; aliquot equitum turmæ *animæ dæſo quo latere mœnia* * Niceris amnis fluctibus alimuntur, infrequenti vrbem vigili cuſtodiri; traiecto, quæ vadum aperit, flumine, atque *ſitiochi* impetu porta diſiecta, in vrbem, non aduertentibus præſidiarijs, irumpunt. Cuius rei trepidi nuntij, vbi pugna feruebat, allatis, ſicut propugnantium animos, audaciamque fregere; ita inuadentes alacriores, promptioresque fecerunt. Quare his validiorem iterantibus impetum, illis verò remiſſis, ſegniùsque reſiſtentibus; vrbs quoque ex hac parte magna propugnantium cæde, capta eſt. Miſeri ciues, cum in ſola Tillij clementia ſpes vitæ ſuperſeſſet ad illum in vrbem cum vniuerſo exercitu ingredientem ſupplices in genua prouoluti confugiunt: paſſasque tendentes *maribus* orant, ne ſinat à furenti ſe milite trucidari. Ille, vt erat egregie mitis,

Waar.

*Capitulum
Edelber-
berge.*

tis, & placidus, feruerrimis penis cauit: ne ciuium aliquis violaretur; & qui salui à victorum ira esse vellent, vitta alba salutis Symbolo capita cingerent. Verum eorum fortunæ, opes, res omnes pro tot diuturnis militiæ laboribus militi Tillij munificentia, ac liberalitate cesserunt. Spolia, manubiæ omnis generis pretiosa suppellex opulentissimæ ciuitatis assatim pauperiem militum ditauerunt.

Præfectus, qui in arcem cum alijs cohortium ducibus, ex capta vrbe confugerat; pactus saluum cum socijs, & armis, atque impedimentis, liberumque dimitti, tradidit arcem; prius iure iurando astrictus ne amplius in Vangiones rediret: Francofordiam vsque deductus est. Varia, pretiosa, & regia planè supellex illorum principum in arce inuenta; omnes arcanorum tabulæ, illaque insignis, ac celebris toto orbe Palatini bibliotheca; quæ à Duce Bauaro ad summum Pontificem dono transmissa in Vaticana Romæ collocata est. Aliquot etiam templa Tillius ritu catholico procurauit; in quibus sacra more Romano peracta sunt.

Compositis Edelbergæ rebus ad Manhemium expugnandum traductæ sunt copie: præmissis prius architectis, & machinatoribus, qui locum castris eligerent. Peditatus in planitie speciem insulæ referente Niceris, & Rheni fluentis tellurem ab utroque latere castigantibus, tetendit: equitatus verò in loco Rainhauseno munimenta construxit. Vrbs penè tota circum eorundem fluminum vndis alluitur; cum hinc Rhenus, illinc Nicer placidis aquarum molibus fluant. Quæ verò continenti committitur; firmis adeo propugnaculis munita est, vt cuiuscumque hostis conatus, & impetus posset secunda ridere. Tillius illico iussit hæc loca distantia constratis pontibus iungi; quo incertis belli euentibus sibi mutuo subsidio esse possent; & quàm proximè urbem potuit, castra promouit; in quæ ciues emissa è balistis ignea tela assidua iaculatione torquebant. Tormentis deinde apto loco collineatis, vrbs tecta, mœniaque proscinduntur. Ciues, prædialijsque ad deterrendum hostem, suamque illi probandam virtutem, tripartito, tanto animorum vigore, viriumque robore in Bauaros eruperunt; vt ex munimentis in quadam palude nimio solis vapore siccata constructis cum multorum cede pepulerint; nulloque suorum amisso, in urbem à Bauarorum strage incolumes redierint: Erat propè urbem arx quædam antiqua nomine Echelbergum, in qua Ioannes XXIII. Pontifex tres annos honesta custodia habitus fuerat. Hæc non parum ad eam expugnationem momenti Tillio visa, si caperetur; tres militum cohortes cum tribus muralibus tormentis ad eam expugnandam misit: Qui, forti nequicquam nauata opera, propugnantium virtute repulsi sunt. Nec tamen incæpto turpiter abire, oppugnationemque territi deserere vulerunt: sed è castris maioribus viribus accersitis, ad Rheni litora munitis erectis, maiori impetu eam oppugnant. Verum Dux Veerius, cum illius arcis iacturam non tanti esse, nec damnum Palatini rebus alla-

*Antiquæ
que Ca-
saris do-
ditur.*

*Casaris
Manhe-
mum in-
vadunt.*

*Obferre
virtus.*

*Ioannes
XXIII.
Pontifex
in qua ar-
ce custo-
ditus.*

turam vidisset, præfidiarijs, & duobus minoribus tormentis in urbem clam nocte subductis, cuniculorum eam flammis evertit; Tillijque votum ekifit, qui sibi beneficium ex illius acquisitione promiserat. Admoniti postea Bauari à quodam hostium milite proditore facili illos urbem ratione capturos; si cœmeterium; quod ex hæreticorum ritibus extra mœnia iacebat, adepti essent; humiliori structura surgentibus ea parte muris; quod cœmeterium vrbi pro propugnaculo esset; pridie Kal. Octobris nihilpenſi habita missilium procella, quæ vndique è maioribus, minoribusque tormentis in subeuntes ingerebantur; in illud cœmeterium facto impetu profilierunt; subitarijsque ex buitorum ossibus, aggestaque tellure munimentis obiectis; illuc omnes exercitus vires, bellatorumque robora traxerunt; vt quæ facilior in urbem ingressus aperiri posse videretur; illac omni belli impetu aditum molirentur. Nec fossa quondam aquis restagnantibus plena Bauarorum impressionem moratura erat; cum sudo semper, serenoque cœlo, vapore solis æstiuo simili durante obsidione; fossæ humor penitus aruisset, & flumina Rhenus, & Nicer ita humili, breuè vado nullam ferè aquarum trahentia molem essent; vt pedibus transiri possent: quòd nunquam post hominum memoriam acciderat. Vt in sua damna propterea armasse se elementa, conspirasseque cum Austriacis incolæ quererentur; cum in aquarum obiectu, in quo præcipuum vrbs munimentum futurum sperabant; nullius ad hostem remorandum esset opis. Tres terræ tumulos, in quibus tormenta locarent, in sepulchreto illo Bauari excitarunt. Quibus perfectis, die Diuo Lucæ Sacro, candicante aurora, terribili missilium procella mœnia diuerberant. Erat ad manus etiam lignorum strues, materiesque plurima ad fossas æquandas; quò facilior, planiorque esset in mœnia impetus. Quo hostium consilio animaduerso, Veerius iussit prætiosa quæquæ ciuium in arcem inferri; ne si vrbe potiretur hostis, opulentissima illa præda ditesceret: & vt, quàm maximè posset, Bauaris in urbem aditum præpediret; aliquot ædes tormentorum locis aduersas subiectis facibus iussit incendi. Sed flamma, pertinaciùs flante Noto, non solum destinatas à Veerio domos exussit; sed etiam serpente latius incendio, totam urbem ferè momento corripuit; hausitque præter pauca lapideis fornicibus, & saxis extructa domicilia, quidquid obuium furentibus ignibus obijceretur: trepidis ciuibus non ad restinguendos ignes discurrentibus, sed de subtracta incendijs supellectili, rebusque suis in arcem inferendis sedulò satagentibus. Horrendum sanè visu, tetrumque spectaculum, ab hostibus eodem tempore foris vrgeri, & intus voracibus flammis absorbi; omnia in vrbs perniciem, exitiumque conspirare. Vigil quidam Bauarus in præaltæ quercus ad molendinum in sublime surgentis fastigio sedens perspicaci intuitu conspiciebat quidquid in ea consternatione à ciuibus ageretur; certiolemque fecit Tillium ciues turmatim ad

*Proditio-
ris mili-
tis admo-
nitio
-Bauaror-
um.*

*Cum Au-
striacis
-Elementa
conspirat.*

*Noxium
-Incendium.*

ad arcem confluere, & ex flagrante vrbe arcis ad effugium petere munimenta. Ille ratus urbem vacuum propugnatoribus fore, hora à medio die iussit tormenta cessare, opplerique parata materie fossas; deinde stipata agmina mœnia subire. Ciues, etsi igneas bolides, piceasque faces, omniumque missilium genera in inuadentes ingererent; seque frequentes armati pro mœnibus ostentarent; tamen tanto ardore Bauari sese immerunt in fossas; & ex fossis repente in mœnium ruinas confertis ordinibus salierunt; ut urbem contemptis vulneribus, deiectis ex pomœrio, compulsi que in arcem propugnatoribus, occuparint. Nulla fuit victoribus militarium laborum merces, nec cruentæ pugnae aliquod operæ pretium; cum res omnes, aut flamma vorassent, aut in arcem coniectæ fuissent.

*Bauari
urbem oc-
cupant.*

Tillius in omnibus vrbis compitis positis militum stationibus, libratique in quibusdam propugnaculis tormentis, ex edito loco arcis mœnia quatiebat: atque ex illis paucis ædibus, quæ, quod lateritiæ fuissent, ignes effugerant, minoribus tormentis iussit defensores incesse: qui nec ciuitatis excidio animis fracti; nec imminentis vltimi mali territi metu, quodam die in Bauaros eruperunt; ex quibus aliquot interemptis, decem captiuos traxerunt in arcem. Veerius tamen cum perpetui tormentorum pulsus arcis mœnia diruerent; videretque ingentem lignorum, fasciumque modum ab hoste parari ad fossæ profunditatem æquandam, quo planiori solo muros oppugnatores impeterent; desperaretque omne subsidium; omnia Austriacis circumquaque tenentibus, haberetque milites, quamquam alioqui fortes, ac strenuos, continuatis tamen vigilijs, & nunquam intermissis laboribus, fessos; cum sex hebdomadas perpetuò semper in suis stationibus præstitissent, & virorum, mulierumque, & paucorum multitudo ob loci angustias noctu, diuque iacerent subdicio, & ligna ad edulia coquenda, curandaque vulnera medicamenta deficerent; saniori consilio decreuit omnium fortunas, vitari que deditione feruare; quam insana temeritate se ad vltima vsque tuendo, omnium salutem in discrimen dare. Quocirca tertio Kal. Nouembris emissio ex arce cum centurione tympanista; Tillio significauit, se arcem traditurum, si honestæ deditionis leges, quales fortes bellatores decerent, præscriberentur. Has inuicem sequestribus fecialibus paciscuntur. Ut præsidium more militari iucendentium explicatis vexillis, funibus accensis, plumbeis glandibus ore inditis, cum suis impedimentis exiret. Veerius duo minora tormenta, quæ Falconettos vocant, cum re tormentaria necessaria, insuper triginta vini dolia, ducentos tritici modios, præter trium dierum commeatus, secum posset abducere: comitarenturque illum custodiæ causa Francofordiam vsque equites mille. Tillius nihil per quattuordecim dies hostile tentaret. Ciuibus suas fortunas, quæ erant in arce, liceret auhere, quocumque libitum foret. Prædicantibus permitteretur tamdiu in ciuitate morari, donec excedere voluissent. Quibus

*Veerius
ad dedi-
tionem in-
clinat.*

*Arx Ba-
uariae do-
ditur.*

legi-

Legibus vtrinq̄ iuratis, tertio nonas Nouembris præsidium, tradita arce, longo ordine egressum est.

Veerius ob ipsius bellicę virtutis præstantiam, insignemque fortitudinem à Tillio maximis amoris, & obseruantię significationibus exceptus est. Ingentem tritici, viniq̄ vim, & rei tormentarię magnum apparatus in hac munitissima arce Bauarus victor inuenit. Reparata deinde ruina, quas tormentorum pulsus effecerant. Tillius ciuibus suasit, ne patrium solum desererent; sed ad pristinam frequentiam, splendoremque reuocarent: egitque pro viribus; vt vrbs deformibus arcis, ædiumque ruinis squalida magnificentior ex busto resurgeret; præteritumque nitorem reparata reciperet.

*Arx pres
biteri Bi-
retum ob-
fidetur.*

Nailburgi Dux arcem Biretum presbiteri vsque à Iulio mense inserat obsideri; quod plurima, & maxima incommoda ab illius præsidio præter nauigantibus inferrentur: & identidem ad vtrumque litus lembis aduectum exscensione facta, vicina quęque loca diriperet. Erectis igitur in vtroque litore propugnaculis, collineatisque tormentis, arcem adeo incessante missilium tempestate quatibat; vt nullum tempus sarcienti ruinas propugnatoribus daret. Etsi noua semper auxiliatorum militum supplementa in Ducis castra venirent; non tamen poterant lintribus ad inuadendam arcem milites vehi: quod ob frequentissimos telorum, tormentorumque iactus manifestissimo vitę discrimini obijcerentur: nec alia expugnandę arcis, quàm diuturna obsidione, patebat via: hostibus commeatibus intercludendis, prohibendoque, ne subsidia secundo in arcem flumine vererentur. Ad exeuntem vsque annum obsidio tenuit. Quo tempore, vt arcis expugnationem maturaret, cum nouis copijs, & muralibus tormentis Henricus Bergę comes venit in castra; qui crebriori, acriorique globorum procella arcem quater adorfus eò rerum obfesos adegit; vt quàm prius nullam deditionem promiserant, de ea trepidi postmodum sedulo cogitarint: cum & oppugnatio maximè ferueret, nec vllius venturi subsidij nuntius afferretur. Quare septimo Kal. Ianuarij præsidarij arcem salutem pacti dederunt. Ingens rerum bellicarum, instrumentorumque apparatus, & aliquot muralia tormenta in ea reperia sunt. Propugnacula, loricęque omnes tormentorum quassata ictibus adhibitis operis restituta, nouaque adiecta munimenta sunt. Regis Catholici nomine arci firmissimum præsidium Bergę comes imposuit.

*Arx Duci
cedit.*

*Turcarum
legatio ad
Caesarem.*

Iam à Pannonio conuentu Viennam Cæsar redierat: Magni Turcarum Regis legatum ad publicum alloquium admisit; qui redditus sui principis de habenda sibi fide literis, & quattuor insignibus, & generosissimis equis, pretiosissimisque aulæ Imperatore donato, sui mandata Regis exposuit. Illum pacis sædus, quod sui maiores pepigissent, inuiolabile, sacrosanctumque seruaturum; pro cuius fidei pignore, insignique illi omnes literas attulisse; quas durantibus Germaniæ tumultibus, ad portam eius maiestatis hostes, rebellesque dedissent. Cæsar vicissim datis ditif-

simis

simis numeribus ad Turcarum Regem ferendis, legatum magnificentissime donatum Bizantium dimisit, cum suo intermuntio, qui eadem officia, atque obsequia Turcæ Regi perfolneret.

Cæsar Electorali conuentu Ratifponę mense Nouembri celebrando indicto, eò cum Imperatrice vxore Vienna præierat. Sub mensis finem solemni, magnificaque pompa urbem inierunt. Excepti sunt in Maiori templo ab Antistite quàm augustissimè trabeato: qui omnia illis felicia, faustaque à Deo precatus in Episcopatus solitum Cæsarum domicilium eos deduxit. Ad illum confesum Electores tantùm Ecclesiastici conuenerunt, 1623 reliqui suos legatos miserant.

Septimo idus Ianuarij ceptus agi conuentus. In quo splendido verborum apparatu iussit Cæsar Palatini piacula explicari. *Qui cum in Francofordia conuentu per suos conquistores se verum Bohemia Regem, & post creatum Imperatorem idem fassus esset, salutassetque, ac solitum sibi per eodem sacramentum dixisset: mox perfidè inanibus, vanisque titulis Bohemis rebellibus se ducem præberit, Austriam, Pannoniamque fouerit rebellantem, effeceritque ridendo prætextu, ut Inferioris Saxonie principes, ac libera ciuitates contra se caperent arma; ut se à Casaris victricibus armis tuerentur: nec studia, officiaque Principum aliquid profuisse; quò minùs in eodem perfidè scelere obstinatior persisteret. Conuenisse Nihilbauseni in Turingia dynastas Electores ad hoc, ut Palatini animam furore præcipitem, seque in Casarem insano impetu rapientem pacarent; extitisse etiam ardentia aliorum principum studia, precesque: ut illum ab eo pleno periculi consilio auerterent: sed omnia irrita, ac inania apud peruersum animum processisse. Immo dum hæc agerentur, grassantemque iam belli flammam comprimere studeretur: Mansfeldium ipsius copiarum Ducem Bohemiam, à qua paulò ante, calo vindice, cum Palatino fuerat exactus, armis recuperare tentasse. Sed de spe potiunda provincia deiectum in finitimos principes à Palatino immisissum, ut eorum provincias, ditionesque latronum more vastaret. Marchionem Durlachium, & Christianum Brunswicensem Ducem in tot provinciarum damna coniecit. Hoc Spirerensis episcopatus, Argentorati, Mucuntiaci, Alsatia, & Vestfalia ruinas abundè testari: & clades, quarum ipsi possent funesta, lugubrique recordatione meminisse. Iussit insuper Casar insignem edisseri contumeliam, qua Lutonicum Cattorum Landgrauium sibi fidissimum principem affecerat: officiaque obita per ipsius legatos Bizantij apud Turcarum Regem, ut auxilia contra Casarem elaudiretur: & sacrum Imperium, cuius ipse esset præcipuum membrum, Christiani orbis firmissimum propugnaculum, barbarorum armis affligeret. Quibus iniurijs provocatam, irritatamque Casareæ Maiestatis patientiam, ut perfidium tam contumacis principis coerceret: qui se toties perditionis scelere defædasset: pro sua suprema potestate, quam angustissimum Imperatoria dignitatis sustulim in Germania haberet: illum imperiali proserptione damnasse: ac ditibus, honoribus, prærogatis optimo iure multasse. Idcirco huic maxime oporset conuentum, in quo ut in tam turbulento seruum sta-*

Palatini
culpa, ac
crimina
narratur.

tu necessaria auxilia Germania suppeterent: velle se Electoralis septemviratus dignitate, quam quondam Comes Federicus habuisset: Maximilianum & in delicia Duce[m] ex eadem comitum Palatinorum gente insignire: vspotè qui magnis impendijs coactis exercitibus laborasset: vt, domitis perduellibus, Casarem Maiestatem tot vndique rebellantium armis petitam assereret.

Infsit deinde paucis eius victorias, & Tillij ipsius legati expeditiones, ac bellica gesta recenseri: deinde referri de modo tot bellorum incommodis statuendo, & de pace è tota Germania exulante iterum reuocanda. Implorauit postea auxilia, vt arces Turcis finitimas tueretur: cum ararium ob assidua, diuturna que tot bellorum impendia omninò esset exhaustum. Illos quoque consuluit: quid faciendum esset, si iam spirantibus inter Catholicum Regem, & Batauos inducijs, bellum iterum exarderet. Nam cum hi aliquot vrbes Imperiales in Rheni litore impositis præsidijs tenerent: clauso flumine, interceptaque nauigatione, toti Germaniæ maxima incommoda allaturi erant. Institit etiam, vt omnes offensæ inter Catholicos, & Augustanæ confessionis principes tollerentur: quod anno sexcentesimo decimo tertio supra millesimum in Imperiali conuentu magno animorum ardore actum erat. Deinde cum effrenis, ac impudens esset vbique iustitiæ contemptus: nihilque iam pensi Imperialia decreta, edictaque à Principibus haberentur: & regna necessario labent, nisi iustitiæ auxilio, & obseruantia fulciantur: antiquo vigori, venerationique reddendam. Postremò monetam in immensum adeò pretium excessisse, vt pecuniarum ingens modus subærarum cuderetur: populorum, principumque beneficio ad pristinum, æquumque pretium esse reuocandam.

*Electorum
responsio.* His Cæsaris relationibus cum maxima gratiarum actione vnanimi sensu ab Electoribus responsum est. *Illum paternè fecisse, quòd de Germania bono sollicitum populorum commodi de longinquo in eum conuentum cupiditas traxerit. Quantum verò ad petita spectaret; se pridie nonas Decembris maturè de omnibus consulturos.*

Secularium Electorum legati libellum Cæsari obtulerunt: quo petebant: vt antequam de quopiam decerneretur; suorum responsa principum expectaret: ipsis presentibus opus esse, vt omnia ex lege statuerentur. Quantum autem ad constituendam in Germania pacem attineret: ipsius Maiestatis verbis facta minimè respondere. Clausa ab eo in Bohemia Euangelicis templa, ritus omnes Protestantium sublato: vetitumque esse publicè ab ijs sacra fieri: quæ res omninò popularium animos asperabat: quos beneuolos indulgentia reddere debuisset. De hac iniuria Saxoniæ Ducem acerbissimè questum esse: qui tamen nibilo seciùs cum totius suæ ditionis viribus eius Maiestati subsidio celeriter accurrisset: cum Imperium vndique rebellantium premerent arma. Quare Bohemos concessa noxarum venia malè frui posse: quorum religionis causa conscientia tam atrociter torquerentur. Quæ omnia si clementer tolleret: redderetque patriæ exules: ipsos ob insigne, maximumque beneficium ætioribus adeò amoris

amoris nexibus ipsius Maiestatis obstrictum iri ; ut ad ipsius nutum vel ipsam vitam impendere , & ad omne obsequium prompti , paratique futuri essent. De Electoris autem dignitate in Ducem Bauarum transferenda ; non esse cur aliquid attexerent ; iam multorum sermones typis impressas tota Germania vulgari ; quibus Casarea Maiestas prastringebatur : quod Palatinum, indicta causa , nimis praepropera festinatione damnasset . Magnam praeterea Britanniae Regis habendam esse rationem : qui Palatinum sibi generum adsciuisset : aliorumque principum , qui Casarem cum Palatino clementius acturum putabant : qui graui quidem crimine deliquisset ; sed iuuenili, inconsultoque seruore in obliquum abreptus malè sano consilio se, fortunaesque suas tam infeliciter elisisset . Cuius culpaè abundè iam illum dedisse pœnas ; cum huc, illucque diffugiens alienis profugus erraret in regijs . Quòd si ipsius Maiestatis fixum sederet animo , pro suprema Imperiali auctoritate Electoris titulo Palatinum euertere : etiam, atque etiam videret ; ne in eius filios , & fratrem , aliosque , qui illum propinquiori consanguinitate contingerent , iniquo ageret iure . Omnes principes simul sociaturos arma , ut huiusmodi iniuriam ab innoxys , ac insontibus propulserent . Palatini postertis altiùs huius acceptæ contumeliæ memoriã eternum basuram : cuius , cum primum se daret occasio , ultionem protinus ausuros . Aduerteret insuper animum ad inconstantes bellorum euentus, fortunamque res humanas impotenter , varièque versantem ; quam si ob tot victorias hætenus secundam , propitiãque sensisset ; eadem postmodum reflante , diuersis omnino , iniquioribusque legibus conueniendum ijs , quæ nunc æquiores possent utrinque præscribi . Quibus omnibus incommodis facillè occurri posse , imminentiãque mala auerti : si non ita iræ indulgens, condonatis iniurijs, Palatinum iterum in gratiam reciperet ; qui se illi submittere paratus esset ; noxarumque veniam suppliciter postulare . Casarea Maiestatis clementiã relaturum acceptum : quidquid misero, ac profugo, munificè, ac liberaliter concessisset . Hac vna ratione tumultuantem pacari posse Germaniam, obstruique obloquentium ora ; qui eius Maiestati procaciter obtrectarent .

Huic libello à Casare pariter de scripto responsum est : Palatini errata nulla posse excusatione purgari ; cum ipse Casar , alijque principes , Electores præcipuè , vna Milauseni coacti , & datis literis , & missis legatis, illum ad pacem hortati fuissent : quod ab ipso non modò per summam iniuriam contemptum est ; sed etiam Imperatoriam Maiestatem in suis ipsius ditionibus bello laceffitam fuisse . Quæ omnia notissima, ijsque vulgata literis, quibus ad obeundum vadimonium illi dies dicebatur ; tanto temporis spatio , ut si respicere voluisset , damnareque superius erratum ; illi integrum fuisset , suas dignitates, ditionesque recipere . Quod autem ad Angliæ , Daniæque Regibus , alijsque Germaniæ principibus gratificandum attineret , in suis rebus Palatino reddendis : hoc se libenti animo concessurum , si posita contumacia , supplex culparum veniam postulasset : quod hætenus se auersari refractario prorsus animo significauit . Quòd verò Pragæ templa Euangelicis clausa , illisque fuerit publicis sacris interdictum ; mirari se, quomodo legati de hac re agere instituissem :
cum

Casaria
ad Electores
responso.

cum ipse iam pridem scriptis Electori Duci Saxonie literis, causam indicasset; cur Bohemos templorum editu, ac publico ipsorum superstitionis exercitio prohibuisset: cum illi perduellionis multa nomine sua privilegia amiserint; neque ab ijs ea esse repetenda; quæ Rodolphus Secundus gloriosa memoria rebus adhuc integris, concessisset. Rogabat insuper, ut Electorum numerum sufficiendo Bavario Duce suppleri sincerent; propter quod illi ad eum conventum vocati fuissent; ut ea omnia incommoda vitarentur, quæ ex unius Electoris defectu possent accidere. Quod se eorum omnium ratio haberetur; qui propinquitatis nomine ad illud decus aspirarent, nimiam rebus præsentibus iniectum iri moram, quæ omnino egenti subitis auxilijs imperio pernicioſa erat.

Hac super re inuicem fuerunt iterata responsa, totis viribus adnitentibus pro Palatino legatis. Tandem Cæsar in hanc sententiam contentionem absoluit. Sibi quidem tot principum commendationes maxime cordi esse; sed cum Palatinus insidias suo capiti comparauerit, seque Regnis, Imperio, fortunisque omnibus tentasset euertere: Germaniam cadibus, incendijs, rapinis, usque omnibus malis afflixerit, quæ nunquam post homines natos ab ulla immani barbarie tulisset. Se facere non posse, quin ad aliorum documentum contumaci, perduellique principi pro Romani Imperij dignitate multam dicat. Se tamen velle pœnam clementia lenire: ut omnibus innoſcat, se non Palatini ruinam, sed cupere pœnitentiam: & hoc unum maxime exoptare, ut errata præterita auersatus an bonam frugem, officiumque rediret. Quare se tot Principum pro Palatino intercedentium precibus flexum omnes illi provincias, fortunas, quas æqui vis Martis abstulerit: uno dempto Electoratus titulo, quam libentissime redditurum: modò ille, superba ceruice submissa, præteritorum scelerum veniam precaretur: coactisque copijs dimissis, omnibus fœderibus renuntiaret, quæ contra Cæsaream Maiestatem cum alijs principibus percussisset. Addidit insuper scituros Reges, & dynastas, qui Palatini salutem orabant, quæ illi facienda essent, ut iterum facta criminum venia, in gratiam reciperetur. Et quamquam Electoris dignitatem Palatino abrogaret: vtpote qui perduellionis reus illa se fecisset indignum: nolle tamen se quemquam iure suo, ac petitione deicere: sed Angliæ, & Daniæ Regum precibus motum decreuisse: ut Palatini filij, frater, alijque principes, qui Electoris dignitatem, ditionesque iure suo peterent: Francofordiæ, Noribergæ, Augusta, aut Ulmæ conveniant: ius suum bonum dicant, impleantque petitionem. Quod si ex æquo, & bono, liti contestatione convenire non possint: rindicijs solito iudicio, sacramentisque petant: habitisque de singulorum tabulis, & iuribus questionibus, ab Electoribus secundum eum lis detur; qui causam habuerit æquiorum, cui post Maximiliani Bavari Ducis fatum Electoris dignitas integra reseruetur: ad quam nisi hac lege Bavarns esset efferendus. Hac lata Cæsaris sententia quintus Kal. Martij præstitutus est dies, quo Elector Bavarus crearetur.

Conferendæ huius dignitatis ritus hic fuit. Ex suis domicilijs egressus est Imperator Imperiali cum trabea, paludamentoque venerabilis: præeuntibus post splendidam procerum, purpuratorumque frequentiam,

Ioan-

Ioannes Georgio Hoenſi comite conſiliario, & à ſecretis, deinde Voſſeci dynaſta, ponē quem Ladislaus Friſtembergi comes ſceptrum, pomumque manibus præferēbat. Sequebatur deinde hæreditarijs Imperij marſcallus è gente Pappenhaimia cum ingenti gladio. Mox procedebat Imperator; proximè Ecclēſiaſtici Electores, alijsque principes, & dynaſtæ: Aberrant Saxoniz Ducis, & Brandeburgi Electorum legati; quod huiusmodi muneri intereſſe à ſuis principibus iuſſi non fuerant. Neque Regis Hiſpaniz legatus, ob ea, quæ cum Angliæ Rege Palatini ſocero agebantur: neque Naiburgi Dux, qui illam dignitatem ſibi aſſerebat. Ingreſſo in aulam Cæſare, ac in auguſtiſſimo Imperiali throno ſedente, ſuis quibuſque ſtatibus locis; Procancellarius Palatini culpas, & crimina enarrauit; quibus iure, ac merito Imperiali exilio, Electoris dignitate, omnibus hæreditarijs prouincijs, & ditionibus fuerat multatus; quæ omnia Imperialium iuſſu legum, & bnlæ aureæ præſcripto ad ipſam Cæſaream Maiestatem redibant: qui Maximiliano Vindeliciæ Duci Electoris titulum decernebat; adiectis ijs omnibus rebns, quæ illius dignitatis munus ſequebantur. Exiguum fanè Bauari fidelis, fortisque operæ pretium, qui, tota ſerè contra Cæſarem rebellante Germania, in tanta perduellium conſtellatione, bellorumque turbinibus ipſe ſuas vires, fortunas, vitamque ipſam pro aſſerendo imperio, tuendaque ſalute Cæſaris impendiffet. Perorata à Cancellario Palatini cauſa, tres Bauari Ducis Purpuratorum principes ſurgentes aiunt, *ſe velle huius rei ſuum dominium admonere*. Hos abeuntes ex aula comitatus eſt Marſcallus Pappenhaimius; vni purpuratorum tradito illo ingenti gladio. Qui mox à Bauaro Duce regreſſi retulerunt, illum paratum eſſe Cæſareæ maiestatis obire mandata. Quo audito, Imperator iuſſit illum in aulam à Procancellario educi. Apparuit Dux Banarus medius inter Paridem Alutrenſium comitem, Gefodunique Antilitem, & Ducem Albertum ipſius Maximiliani Ducis fratrem. In ipſo ante aditu procubuerunt in genua Cæſarem venerat: idem in medio aulae, & Imperatoris prouoluti pedibus effecerunt.

Lodroni.
Sabburgi.

Hic ruruſ Procancellarius pronuntiauit *Cæſaream Maiestatem pro ſua ſuprema authoritate Ducem Bauarum Sacri Romani Imperij Electorem dixiſſe cum ille ſuum genus de comitum Palatinorum gente deduceret: locumque illi, vocem, ſeu ſuffragium, prerogatiuasque omnes, quas quondam Electores Palatini comites habuiſſent, tribuiſſe: proinde ſe ad dicendum ſacramentum pararet.*

Dux, maximis actis Cæſari gratijs, ad Cancellarium conuerſus, inquit, ſe in expedito eſſe obſtringere ſe ſacramento; ac iureiurando fidem ſuam Cæſari obligare. Protinus illi à duobus proceribus iniectum eſt ſyrma, pileumque capiti Electorale impoſitum. His ornatibus inſignito Duci à Procancellario Euangeliorum liber porrectus eſt: ſuper quem, manu præſentia, conceptis verbis, præſente Cancellario, iurauit. Deinde Imperialis enſis capalam à Pappenhaimio oblatum exoſculturus, iterum gratias

Dux Bauarus Elohor creatur. tias Cæsari agit; qui dextera illi porrecta, maeste animo esse, ac virtute iusso; illam dignitatem, honoremque felicem, ac faustum precatus à Deo est. Post quæ Dux Bauarus cum iisdem duobus dynastis surgens in pedes, Cæsarem veneratus, retrò semper aduersa Imperatori fronte, rediens in sua cubicula, vnde venerant, abierunt. Nec aliud in eo conuentu, præter ea, quæ diximus, actum est cæteris in alium conuentum ab omnibus ordinibus celebrandum reiectis.

Mansfeldius, & Halberstatus à Bauarus exauthobantur. Conduxerant Bataui ad quattuor menses Mansfeldij, Halberstatiq; copias: quibus elapsis, cum Hispani à Bergizomi obsidione recessissent; & idcirco nihil earum auxilium esset opus: exauthoratæ, dimissæque ab illis sunt. Quare duces collecto maiori militum numero, comparatisque validioribus copijs, commeatibus abundè instructi bipartito per orientalem Frisiam in Veltfaliam ingressi sunt. Halberstatus vana spe ductus Veeeti improuiso impetu potiendi, instructo exercitu mœnia subiit. Sed præsidium in hostes erumpens cum cæde propulsos procul ab vrbe submouit. Inde in Osnaburzi episcopatum transgressus omnia ferro, flammæque consumpsit. Quamquam Anholti comes cum Austriacis copijs eius veltigijs instaret.

Esrum gesa. Mansfeldius etiam regiones, per quas ducebat, suo more diripiens Vrbem Vaitusenium occupatam ita munivit, vt vrbi Monasterio interciperet commeatus. At vbi Anholti comitem properare cognouit, vt se cum Cordubensi coniungeret, reductis copijs, urbem Veeetum improuisus inuasit; sed cum paulò ante nouo auxiliariorum agmine auctum esset præsidium, spe sua frustra us abinit; Vaituseniumque regressus, ibi valido relicto præsidio, alia subinde loca subacturus mouit exercitum. Cuius discessu Monasterij ciues audito, cum suis præsidiarijs, alijsque vicinarum arcium, oppidorumque militibus repentino impetu Vaitusenium adorti, tanta virtute, iraque oppugnarunt; vt post diuturnum, dubiumque certamen in urbem irruerunt: armatosque omnes cum telis deprehensos nullo discrimine trucidarint. Capta sunt duo peditum cohortium signa cum turmali vexillo, opulentaque præda, quam hîc Mansfeldius de suis manubijs, ac spolijs seruandam reliquerat. Inde in sua quisque præsidia, exiguo accepto incommodo, redierunt.

Vaitusenium à Monasterij ciuibusexpugnatur. Anholti Comes, & Cordubensis, vt hostium progressibus obsisterent, vagantemque impunè Mansfeldium cohiberent; vicinas circum arces, & oppida imperiali præsidio firmarunt: Monasterium præsertim, quamuis repugnantibus oppidanis, qui se absque alio præsidio, Archiepiscopi tantum Colonensis militum custodia, tutos abundè putabant; etiam si hostes omnes vires suas ad se oppugnandos admoerent. His intestini belli tumultibus, armorumque circumquaque frementium strepitu inferioris Saxonix principes, atque vrbes non mediocriter territæ, icto rursus fœdere, exercitus scribere, expedire arma, cogere milites omniaque ad bellum, summouendum, inferendumque parare: atque vniuersis copijs, quas

quas iam conduxerant; quasque in dies authorabant, Halberstatum, Halber-
statis co-
pys Saxo-
nibus pra-
escitur. summa cum potestate praeficiunt.

Tillius, qui iam Ratispona ab illo conuentu, ad quem honoris gratia vocatus fuerat, atque ab ijs principibus cum magna ipsius existimatione virtutis exceptus, ad castra redierat; cognitis maximis damnis, & incommodis, quibus iniquus hostis illos populos affligebat; & validis Inferioris Saxoniae bellicis apparatus, non expectandum hostem, sed tutius, & gloriosius ratus belli flammam in ipsius viscera transferendam; qua deflagrantibus hostium regionibus, amicas, sociasque vrbes ab armorum incendijs seruaret immunes; inffit Herberstorfum purpuratum cum suo agmine in hostem vadere; qui euocatis vndique ex statiuis cohortibus, & turmis, comparatisque omnibus, quae habendo itineri essent opus; in Tillius in
hostes mu-
nat. Cattorum finibus se Tillio coniunxit. Qui à Landgrauio Mauritio amico per ipsius ditionem transitu postulato; nec à timido principe impetrato, cum ille diceret, sibi Mansfeldium, Halberstatumque vltima fuisse minitatos, si Caesareos per suam prouinciam transire permitteret. Tillius inffit, hoc maximè rerum Caesaris interesse, vt eius armis ad hostem properantibus nulla mora aditum panderet; cui tanquam supremo domino nihil erat huiusmodi difficili tempore recusandum. Dum hinc Landgrauij decretum pacati transitus praestolatur: Brunsvi-
censis Dux
ad Tillium
scribit. Brunsvicensis Ducis literae illi redduntur; qui fratris labantis fortunae misertus omni studio nitentur illi Caesarem conciliare. Videbat enim fratris hostilia, nihil aliud, quam ipsius ruinam, excidiumque paritura; quorum aiebat, *se non modò non fuisse conscium, sed illius semper malè sana consilia damnasse: insuperque illi suasisse, vt Mansfeldij dimissis equitum alis, ad Caesaris stipendia transfret. Quòd si nunc ab Inferioris Saxoniae dynastis, & urbibus suarum copiarum imperator iussus esset: ea lege tamen, vt Saxoniam tantummodo tueretur: nam vt res Caesaris ullo bello vexaret. Praeterea precabatur, vt hoc officium haberet acceptum: certòque sciret, se Caesari semper obsequentissimum fore.*

Quibus literis Tillius respondit, tunc ipsius, aliorumque principum erga Tillij re-
sponso. Caesarem studia, & obsequia cognitum iri: si Mansfeldium huc, illuc infesto exercitu vagantem, incurstantemque alienas terras, atque vndique spolia, praedaeque ex direptis locis, ac regionibus auerentem iunctis armis bello persequerentur: perditam capta turmatim praedarum cupida in ipsius castra confluere; cum ipse interim capite census, nullas suas fortunas belli periculis obieceret: esse assiduis impendijs ad copias alendas, quae ipsius insolentiam, violentiamque comprimerent, prouincias exhauriendas. Quare optime è re Caesaris esse facturos; si se aut hostibus totis viribus obicerent; aut ad sua stipendia traherent: his enim solùm rationibus hostes posse deleri; aut aliò arma ab Imperatore conuerti.

Pluribus ante diebus per vtriusque partis internuntios actum erat de vnico Angliae regis filio cum infante Maria Catholici regis sorore conuubio iungendo; & idcirco Princeps visendae futurae coniugis gratia, occultus, adicitis paucis itineris socijs, Gallias citatis equis emensus in Hispaniam Angli Re-
gis filius
in Hispan-
niam pra-
escitur.

niam properarat. Quo negotio proculdubio, consentientibus Angliæ Regis, Infantisque Bruxellenfis animis, res Palatini componebantur: pro quo etiamnum Franchentalia in Vangionibus præsidio Anglico tenebatur; quod identidem in vicinis pagos, & villas excurrens omnia circum non minori populorum damno, quam querela habebat infesta. Quo circa, ut ea omnia impedimenta tolleret; quæ huius negotij commodum possent euertere; Rex Anglus Franchentaliam inexpugnabilem arcem in Belgij Gubernatrix veluti sequestri potestate deposuit; quæ illam ijs legibus obligata fide reciperet; quæ ab Anglo Rege darètur. Quæ huiusmodi fuere.

*Conditio-
nes Fran-
chentalia
daponen-
da.*

Primò Gubernatrix Infans illam arcem depositi nomine reciperet cum omnibus munimentis, muralibus tormentis, & commeatibus, rei que tormentariæ apparatus, quæ in illa essent; quarum rerum autenticum repertorium conficeretur; & post sex à deposito dies, Anglici præsidij præfecto cū suis Chiliarchis, & cohortium ducibus, & militibus cum sarcinis, & armis, quò magis illis libitum esset proficisci liceret; dummodo tamen ne contra Cæsarem, aut regem Catholicum militarent. Illis naues, omnia ad iter conficiendum necessaria præberentur. Impunè possent per pacatos Vangiones, omnesque Imperij, ac Catholici regis prouincias, ac regna transire.

Secundò Depositum à primo ipsius die diodeuiginti menses duraret; quo tempore nihil rerum ad religionem pertinentium omninò mutaretur; sed vnicique integrum esset pro suo arbitrato de religione sentire.

Tertiò nulla maiora vectigalia, aut tributa ciuibus imponerètur; quàm ea, quæ Palatino suo quondam principi pendere solebant: à quibus extra ordinem purpuratus Vainembergus cum vxore, ac liberis totaque familia præstaretur immunis.

Quartò præteritis depositi mensibus, si de Palatini rebus non conuenerit; Gubernatrix urbem Regi redderet, cum ijs omnibus munimentis, commeatibus, tormentis in repertorio descriptis, quæ ipsa recepisset; & tunc mille, & quingentis militibus, & equitibus ducentis transitus liber per Infantis prouincias aliorumque principum daretur: qui in Franchentaliæ præsidio locarentur. Possent insuper Rex per sex mensium spatium eum commeatuum modum in urbem inuehere; qui ei libuerit: tum verò Gubernatrix præsidium ex urbe discederet; eo modo, quo Angli pariter abierunt.

*Gubernatrix
Depositi con-
ditionibus
assuetur.*

His depositi legum capitibus Gubernatrix libenter subscripsit; quia illam urbem summoperè adipisci cupiebat. Quibus peractis, iussit Gubernatrix Gulielmum Verdugum ab ipsa præfectum illius urbis electum cum foederis initi tabulis suo, Regisque nomine signatis, Franchentaliam migrare; ut depositam urbem ab Anglo præfecto obtineret: qui conspectis Regis mandatis, & depositi legibus exaratis, obstupuit nescius; quia nam ratione Rex esset adductus; ut munificentissimam arcem, vnicum Vangionum propugnaculum, ita facile, & amicè hostibus suis cedere decreuisset; cum non solum ad bellum alendum, sed etiam Palatini labantem fortunam sustinenda, succiendamque cadentem foret aptissima; quare diuersa Re-

gis

gis arcana mandata causatus arcem tradere recusavit . Fuit idcirco conquisitor à Rege Londino mittendus; qui illi præfecto egressum ex vrbe, deditionemque iussu Regis indiceret . Qui nono illo, iteratoque mandato attonito similis hærens præstituto die tradita vrbe Verdugo, quam contra ingruentes vndique hostes tanta virtute defenderat; cum militibus præstidarijs discessit: atque nauibus Rheno in Belgium deuectus est . Vrbs subito valido, ac strenuo fortissimorum militum præsidio firmata est. Qui paucis post diebus ob stipendi orum defectum parum abfuit, quin urbem diriperent, nisi Verdugus militum consternationem iam efferuescentium in scelus extemplo pacasset .

*Franch.
talia in
Belgij Gu
bernacri-
cis pote-
rate de-
ponitur.*

Rex Anglus tanti belli flammæ cupidus extinguendæ cum Belgij Gubernatrice in has leges conuenit; vt ad quindecim menses in imperio hostilia penitus tollerentur, & arma vtrinque cessarent: quo tempore neque bellici apparatus fieri, neque milites conducì, nec repentinis incurfibus, aut iustis obsidionibus aliquid occupari: nec à Gubernatrice in Vangiones alia militum agmina mitti: aut à Palatino, Angliæ Rege nullum posset cum alijs principibus fœdus iniri: immo constituta pace, idem abrumperent: quod cum partium hostibus percussissent. In Vangionibus Superioribus, ac inferioribus res statum eundem retinerent . Postremò vt Franchentaliæ hoc pacis fœdus partes vtræque ferirent: quò intra tres, aut quattuor menses esset fecialibus conueniendum: quorum etiam intererit curare; vt fœdus à suis ratum principibus haberetur .

*Leges pa-
ta inter
Regi An-
glum, &
Guberna-
tricem .*

Palatinus huius consensus, induciarumque à Rege socero per certum tabellarium admonitus, cum mandatis ne vllum negotium cum Mansfeldio, aut Halberstato haberet in posterum: ægerrimè tulit, ditiones suas, fortunasque omnes ex fecialium arbitrio pendulas dubiam in litem ituras: præfertim cum ei iam esset Electoris dignitas abrogata. Quare disertè obtestatus est: se nolle omninò illius fœderis pactionibus assentiri: clarissimèque suam voluntatem aperuit, datis ad Dacum principem literis, quibus significabat; se in eius auxilijs, inferiorisque Saxonix principum, Batavorumque ope suæ recuperandæ ditionis spem maximam collocasse. Addebatque insuper, se penitus incio, hæc inter Socerum, & Catholicum Reges, ac Belgij Gubernatricem acta esse, quibus nunquam esset assensurus.

*Palatinus,
contuma-
cia.*

Huius fœderis diditis rumor, & mutux inter Halberstatum, & Tillium literæ vtrò, citròque missæ armorum impetus tenuerunt. Verum cum Tillius didicisset Halberstatum ex huius nominis vrbe egressum, antiquis Pheugarum, atque in Inferioris Saxonix finibus præcipuos quosdam aditus repentinis impressionibus occupasse: vt hinc commodius Cæsareos oppugnaret: cum statuisset rumpere moras omnes: ne cessando hosti animum faceret, adderetque vires ignaua cunctatio, maximè cum iam triginta bellatorum millia sub signis haberet: præter præsidia, quæ occupatis oppidis imposuerat: impetrato à Landgrauio per Cattos transitu: Hirsfeltum opulentum quòdam Catholicorum sacerdotiū deduxit exercitum . Perhono-

*Halber-
statis in-
quies.*

*Tillius
Halbersta-
tum per-
sequitur .*

rificè exceptus à Landgrauio aliquot hìc dies recreādis, reficiēdisque militibus absumpsit: in hostiū rimāda cōsilia semper intentus. Indè in Vestfaliam ingressus, captis Alētorfo, & Bisenaufeno hìc iterū sublittit in statuiis.

Halberstatus cum cognouisset, quò tenderent Tillij consilia, ex suis statuiis mouens, vt hosti occurreret: duas leucas propè Cæsareos vallo se fepfit. Hæc Halberitati animosa profectio: & castris Cæsareis tam vicina metatio: plurimum Saxonix principibus, sociisque displicuit. Videbant enim iuuenem nimio ætatis feruore actum, ferociter exultantem, bellatorum numero fretum præcipitem ferri: hostiumque arma, ac belli molem in eas trahere terras: quæ ipsius tutelæ, fideique commissæ erant. Cuius errati mox illum penituit: agitauitque animo aliò transferre bellum. Et idcirco suum chiliarchum ad Saxonix Ducem legauit: vt ab eo pacatum per Saxoniam transitum precaretur: quo in Bohemiam, aut Quados ducere posset exercitum. Verum Saxo negato transitu, validis præsijs confinia illa muniuit; quæ prima Halberstato venienti offerebantur: præcipuè Milaufenum magni momenti aditum-sepsit.

Cæsaris in rebelles elemētia, ab ijs repudiata

Per eos dies Halberstato, cæterisque rebellibus dynastis omnium noxarum, culparūque venia Imperatoris nomine vtrò fuit oblata: sed ab illis superbo admodum, & contumaci responso reiecta. Idcirco Tillius cum ferro decernendum videret: refractariamque hostium audaciam bello domandam, alia militum accersuit auxilia: cum hostibus militum numero multò esset inferior. Lauenburgi dux è gente domoque Saxonix cum tribus peditum millibus venit in castra. Hic à recto itinere desiectens tutius ratus se posse incedere, si Munitium versus duceret agmen; in paratas pluriū equitum turmarum insidias incurrit imprudens: cum quibus etsi improuiso circumuentus malo strenuè velitatus adè in medios hostes pugnandi ardore prouectus est; vt pluribus sclopulorum ictibus, equo cadente, tantum non interceptus, aut interemptus ab hostibus fuerit: sed in alium vt desultoriæ artis peritus insiliens, cum alijs, atque alijs in pugnam procurrentibus hostibus, maior, ac maior subinde progrediendi difficultas oriretur; receptui cecinit: iussitque densatis ordinibus aduersa semper hosti fronte agmen gradum referre: ac fortiter pugnando temerè profiientem, insultantemque confodere; ne totum agmen à circumfusis vndique hostibus funderetur. Impedimentorum pars, quæ plaustris vehebantur; cum non posset abduci, seiunctis prius equis, charioribusque rebus; quæ in tanto tumultu, festinationeque substrahi hostibus potuerunt: ipsorum dorsis iniectis, auctisque in medium agmen, hosti præsta relicta est. Se se postea noctis offudentibus tenebris, cum nullus amplius hostis intaret, in castra Cæsarea incolumes peruenerunt.

Gottin- gen.

Ducis Lauenburgi periculū.

Constans fama fuit ipsum Halberstatum huic pugnx interfuisse; in qua plures, & strenuissimi quique vtrinque ceciderunt. Exierat ille cum expeditis equitum alis è suis statuiis; vt Chiliarchum Cinettum in eius statione repentino impetu obtereret: ratus se illum posse inopinantem, nihilque

tale

tale metuentem deprehendere : sed chiliarchus aduentantis Halberstati ^{Halber-}
 ab exploratoribus monitus , eductis vltro ex vallo cohortibus , ita illum ^{stati in-}
 valenter excepit ; vt signifero , pluribusque alijs ex hostium agmine inter- ^{uis incur-}
 emptis, eos in sua castra compulerit ; ipse mox, Halberstato reiecto, se Til-
 lio coniunxit : qui cum suæ copiarum in vicinas regiones progressæ militum
 insolescentium more obuia quæque cum maxima incolarum indignatione,
 grauissimisque Principum querelis, diriperent, capite fanciuit ; ne quis ^{Lunenburg}
 in Brunsvicensi, & * Lüneburgensi ditionibus quicquam grauius auderet .
 Immo habita diligenti quæstione, de ijs, qui incolas occidissent ; aliquot
 nequioribus laqueo suspensis, reliquos ab incolarum cæde deterruit . Sed
 cum eo loci esset exercitus ; vt propter assiduos hostium procurfus diffi-
 cile admodum commeatus in castra conuehi possent ; immo etiam aquarum
 penuria laboraret ; ab Erstelsi agro discedens ad Fridelandum oppidum
 opportuno admodum loco situm castra posuit ; & quamquam illud Brun-
 uicensis ditionis Ducis esset : tamen quia ducentorum moschettariorum
 equitum præsidio tenebatur : in hostilis exercitus oculis, qui socijs sub-
 sidio venerat , obsidione cinxit . Sexto idus Iulij, oppidum in deditio- ^{Tillius}
 nem accepit ; egrediente præsidio, gladijs duntaxat armato : relictis equis, & ar- ^{Fridela-}
 mis victoris arbitrio. Huius expugnatione arcis Tillius positus in tutissimo ^{dum ca-}
 loco munimentis, ita ab omni hostium iniuria securum fecit exercitum ; vt ^{bellum}
 neque inde eorum armis posset auelli, neque commeatibus intercludi . ^{occupat.}

Conuenerant his diebus in Vrbe Lineburgo Inferioris Saxoniarum dyna- ^{Inferioris}
 stæ , optimatesque omnes, vt de rebus bellicis vnâ consulere . Ad hunc ^{Saxonia}
 conuentum Imperator misso conquisitore, significauit, se libenter ex illius ^{Principis}
 prouinciæ finibus abduciurum esse copias ; quoties Halberstato persuasif- ^{conuictus.}
 sent, vt oblatam veniam acciperet, suumque exercitum exanthoraret , vel ^{Cæsaris}
 saltem nulla ei amplius auxilia sufficerent , reuocarentque domum iam ^{ad eum}
 missa . Cuius rei Halberstatum per nuntium è suis primoribus delectum ^{conuentio}
 monuerunt. Sed cum ille veniæ leges, & capita auerfaretur ; quòd perduel- ^{legatio.}
 les, quorum ingens numerus in exercitu erat , neque per eas condiciones
 reducerentur in patriam ; neque eorum publicata bona restituerentur ; sed
 tantum illis concederetur religionis arbitrium , vinendi que pro ipsorum
 voluntate facultas, atque octo tantam dierum terminus ad deliberandum
 constitueretur : illinc copijs amotis in Luppiniensem comitatum contendi-
 dit ; Geradæ cœnobio nuper extracto ex itinere concremato. Cuius incen-
 dio septuagenarius Abbas cum alijs monachis combustus interiit . Alij
 etiam pagi , & villæ Mocuntiaci episcopatus subditis ab homine barbaro
 ignibus, conflagrarunt .

Antequam discederet, ad Tillium literas dedit, se libenter in oblatam gra-
 tiam Cæsaris rediturum, ijs legibus, quas Dania Rex Imperatori dixisset : cuius
 Regis voluntati, se quidquid accideret, permisisset . Petebat insuper , vt ad
 alendum exercitum pecunias , & commeatus ; dum de pace cum Cæsare
 ageretur , à vicinis populis posset exigere ; quòd idem ipse Tillius alijs

quoties compulsus necessitate fecisset . Postremò querebatur exterarum nationes in Germaniam ad communis patriæ excidium inductas .

Quibus singulis à Tillio responsum est . *Primum circa veniam, se non posse ampliora, ac graviora concedere : quàm quæ mandata Cæsaris præscripsissent . Quantum vero ad exprimenda à vicinis populis subsidia attineret : se nunquam consuevisse ijs gentibus molestum esse ; qui bellorum causam insontes nullam dedissent . Tandem in suis castris nullas exterarum nationes mereri , quàm quæ paucis antè annis pro Germaniæ salute contra Turcarum potentiam inuisita virtute pugnassent , gloriosumque sanguinem profudissent .*

Iam Halberstatus regiones , per quas transferat , populatus in Monasterij episcopatum Luppientis comitatus ingressus ab illis incolis ducta millia panis pondo, mille hordei modios, octingenta cernitiæ dolia postulavit : minatus vrbis excidium, nisi petita protinus præbuisset . Verum tres tantum horas ad huius vrbis mœnia substiterit : quòd à suis exploratoribus cognouisset : Tillium cum Anholiti comite sociatis armis, contra se per viarum compendia magnis itineribus properare . Idcirco, hinc motis repente copijs , hostem antevertere , longoque viæ interuallo præire conatus est . Sed illum ita magnis passibus Cæsarei sequebantur ; vt nonis Augusti postremum hostium agmen asequuti intra teli iactum propè illos castra posuerint . Quare subito vtrinque ad arma conclamatum est : leuique prælio vsque ad cadentem solem pari ab vtrisque virtute certatum .

Cæsari Halberstatus in-
stat.

Tillius ad curanda corpora, quietemque capiendam maiori noctis parte militibus concessa, sub quartæ vigiliæ finem suas copias ad hostium castra promouit . Purpurascens Aurora, equites immixti peditibus ex vtrisque castris velitatum profiliunt , ac strenuè vniuersæ pugne proludunt . Halberstatus, ducto in quædam patentia præta exercitu, ita ordines explicauit, aciemque disposuit, ac si omnibus viribus illi animus fuisset cum hoste configere : iussitque muralia tormenta in Cæsarea castra dispendi ; sed ferè inani vulnere, cum altius libratis tormentis excusæ ferreæ pilæ vano sibilo supra Imperialium capita periolarent . Cæsareis propius hostem instructa acie promouentibus gradum . Halberstatus, cognito eorum animoso pugnandi decreto, vt vniuersi certaminis aleam fugeret ; eductis ex illa pratorum planitie copijs, exiguam illius episcopatus urbem versus arripit iter ; vt ibi in tuto à Cæsareis armis sisteret agmen ; collocatis prius ad custodiendas aditus angustias leuissimorum militum cohortibus ; quæ Cæsareos tamdiu morarentur, donec totum illuc traduxisset exercitum . Sed repente cohortibus illis ab Austriacis ab ea statione deiectis ; magnaque cum cede fugatis, abeuntis hostis tergis insunt . Ille cum amplius vniuersi certaminis discrimen declinare non posset ; directa contra Cæsareos acie, emissis tantum in illorum ordines duobus tormentis, densatis ordinibus, quò destinauerat, ire pergebat, magno equitum agmine ad Imperialium impetum cohibendum à tergo relicto . Trepidus hostium receptus , præliique fuga ita Cæsareos animauit .

mauit; vt illo fugato, dissipatoque equitatu, brevi hostem adepti fuerint: qui cum in litore exigui fluminis constitisset: atque æquiori, commodiorique loco sibi superior hosti esse videretur, Cæsareis fronte obuersa ordines ad pugnam instruxit. Tillius etiam in campestrè aciem dispositis copijs aduersus hostem graui, animosoque vadit incessu.

*Praeli-
um
inter Hal-
berstatum
& Tilli-
um.*

Nec mora, tam horribili fragore, maioribus, minoribusque tormentis emissis aer innugijt; vt tota rerum compages dehiscere videretur: totaque simul circumquaque tellus concussa tremuerit; pugnantiumque aures nimio tonitruorum strepitu obsurdescerent; & caliginis, fumique nebule in sublimè euolutæ ablatò die, mutuam conspectum ademerint. Quibus subsidentibus, aere serenato, illatis inuicem signis, magnis vtrinque animis, irisque concurrunt. Halberstati exercitus pugnae initio Cæsarianorum impetum strennè, ac animosè sustinuit: dubiaque vtrinque fortuna, apparebat anceps certamen fore; præsertim cum maiorum, minorumque tormentorum fumus, valido flante vento, in Imperialium ora ferretur; obcæcatoque aspectu, armorum vsum cum oculis interciperet. At ponente vento, quod Tillianæ copiae pro fausto, felicique omine futuræ victoriæ hilares acceperunt: manifesto fauore pro Cæsareis stantibus Superis, illato acriùs pede, vrgent vndique hostes; qui cruentum micantia Imperialium ora pauidi non tulerunt; sed aliquantulum languida pugna obluçtati, fusi, cæsi que sunt; Halberstato, cæterisque cohortium ducibus nequicquam minis, precibus detinere fugientes, pugnamque restituerè toto conatu nitentibus. Occupatis enim semel terrore animis solita audacia amplius redire non potest: præcipuè cum illæ essent tumultuariæ, collectitiæque copiae ex tyronum conflatae delectibus: quamquam triginta bellatorum millium numerum constituerent. Quocirca malè Imperialium veteranorum virtuti: imparium numero sanè, sed bellicæ scientissimorum disciplinae, probataeque fortitudinis obsistere potuerunt; cum in illis supra cætera curarent rei militaris peritissimi Duces. Horribilis vbi que hostium à victoribus edita strages. Peditatus ferè omnis fœdè concisus, protritulusque est: in quem adeò impotenti ira à Liburnis equitibus sæuitum est: vt nisi Tillij eorum sæuitiæ authoritas intercessisset, imperassetque, vt miseris parceretur: æquiorique belli more vini ab equitibus caperentur; viginti peditum millia fuissent omninò internecione deleta. Halberstato cum suas res perditas, dissipatamque aciem vidisset; cum aliquot equitum turmis maturata fuga, se clade subducens totam noctem, non intermisso cursu, in Zuffeni regionem saluus euasit; sicuti etiam iuuenis Turrianus comes duobus vulneribus debilitatus effugit: vtrique postea se in Batauos contulerunt.

*Halber-
statis sibi
dicitur à
Tillio.*

*Halber-
statis fu-
it.*

Capta sunt omnia impedimenta, cum toto bellico apparatu; in quo præter cætera sexdecim muralia tormenta censebantur. Præde fuit etiam ingens argenti, auri que pondus, sacraque vasa omnia, quæ ex tot sacrarijs, cœnobijs, & templis Dux impius nullo Dei metu, rapuerat: Dniuo vici-

scente se Numine, quod suo cultui sacrata toreumata ab impiorum manibus vindicauit. Semper enim in rapientium perniciem sacra vasa cesserunt: nec de templorum sacrarijs raptæ vllum vnquam ditauere manubię. Tabulæ quoque omnes, & literæ interceptæ, ex quibus arcana quædam propediem ineunda inter occultos Cæsaris hostes cum rebellibus scedere patuerunt. Quinque, & septuaginta militaribus signis, & duodeuiginti turmalibus vexillis Cæsarei potiti sunt. Certus cęsorum numerus non initus est; sed Tillius maiorem longè hostium numerum: hac pugna, quàm Pragensi prælio cecidisse testatus est; cum per multa stadia cęsorum cadauera latè passim prostrata iacerent. Quinque hostium millia abducta captiua: inter quos Dux Gulielmus Vinmariensis exercitus legatus duarum minoris tormeti glandium ictibus vulneratus, Federicus Altemburgi Dux ambo de Saxonía familia excelluerunt, cum alijs pluribus alarum, cohortiumque præfectis, & chiliarchis; qui omnes diligenti, accurataque custodia iussi sunt aseruari. Reliqua peditum turba prius omnibus rebus exuta: aliquot Liburnorum equitum turmis extra illius regionis fines deducenda, dissipandaque tradita est. Quę vbi vndecumque miserabilis in Monasterij vrbis cõspectu ex transitu constitit. Mirum est, quàm benignè, munificè, omnibus pietatis officijs à viris religiosis habita fuerit; quibus paulò ante necem, ciuibus exitium, vrbique excidium fuerat minitata.

Victoria
Manubia

Copiarum
Halber-
stati ca-
lamitas,

Religio-
sorum he-
minum
clementia
in hereti-
cis,

Plures etiam ad curanda vulnera in vrbem recepti. Tales Catholicę religionis disciplina homines alit; qui suos etiam acerrimos hostes omnibus obsequijs, suarumque fortunarum auxilijs illorum miseri ex animo prosequuntur. Fędum sanè, tetrumque spectaculum tantam militum multitudinem à paucis equitibus pecorum more abigi; qui sc̄ui, efferatique omnia crudelitatis genera in illos miseròs exercebant: quos minima quacunque de causa adactò in viscera ferro barbarè confodiebant. Quorum infelicissimam sortem quidam Principes miserati precibus ab illa immiti, aspera que gente obtinuerunt; vt antequam ad regionis fines peruenirent, ne omnes in itinere cęderentur, ad sua finerent illos domicilia diuertere.

Halber-
stati si-
gnorum
epigra-
mæ,

Catholi-
corum prin-
cipum gra-
tulario,

Animaduersum est in Halberstati legionũ telis, & armis has duas literas prociusas (P.F.) quarum hæc erat intima, & arcana sententia (*Pfaffen Faind*) quod lingua latina sonat (*Præbiterorum hostis.*) Ex Cæsareis tantum centum quinquaginta circiter in hoc certamine ceciderunt: pauci Sauciati, inter quos Tillius comes iuuenis, & Granæ Marchio. Huius insignis victorię nuntium victor Tillius ad Cæsarem, Ducemque Bauarum, fusi que hostilis exercitus misit insignia: qui publicis supplicatiõibus Deo omnium bonorum auctori gratijs de more actis, omnium dispoõsione tormentorum, conceptam animo lætitiã declararunt.

Audita sociorum clade, cæsique exercitus accepto nuntio, chiliarchus Limpochus, qui Mappenum vrbem de Mäsfeldianis copijs firmo præsidio tenebat, victoremque exercitum ad se oppugnandum accedere; expressis

à ci-

à civibus sex tollerum millibus sex nobiliores captivos secum abducens inde celeri fuga discessit. Quia vrbe imperiali præsidio munita, totus ille terrarum tractus in potestatem Cæsaris venit.

Tillius strenuè victoriæ fructibus vtens, coactis vndique militum supplementis, se se maioribus viribus instruebat; vt à tota Germania hostes expelleret; instititque Mansfeldium armis, belloque persequi; dum Cordubensis, Anholique comes, Brandenburgi, Batavorumque præsidia tota Vestfalia exigere satagebant. Quare septimo idus Septembris ad Lippestadium cum omnibus copijs prouecti, circumdato vallo, eam vrbe obsidione cinxerunt: iussuque Ridbergi comite in obsidione persistere, atque oppugnationem promouere; ipsi latè circumtulere arma, vagis quacumque agminibus procurrentibus; vt ab vrbe omnia subsidia, comineatusque prohiberent.

Lippestadium à Cæsaris obsidetur.

Libratis tormentis Ridbergus vrbe munimenta iteratis magno impetu globorum pulsibus instituit demoliri. In parmulam præcipuè extramœnia ad hostem procul distinendum extructam pilarum procella efferbuit: quæ cum satis amplam ruinam fecisse, altioraque inuadentibus æquasse Hispanis militibus, ac facili impetu in illam ascendi posse videretur: ostingenti eorum inclinatis hastis, stipataque acie, contra hostes, qui se tota parmula lorica prætenderant; animosè procedunt; iussis prius ad hostem in diuersa distrahendum igneas bolides, artificiososque ignes in vrbe iaculari. Sed his omnibus incommodis mirabili virtute Hazfeldius præsidij præfectus occurrit; iussa imbelli sæminarum, puerorumque turba varijs inuentis ignem extinguere; dum hostem milites propullarent. Ipse interim cum strenua bellatorum manu ad parmulam tuendam occurrens subeuntes Hispanos tam fortiter repulit; vt trecentis eorum trucidatis, parmulam, nequicquam illis assilientibus, retinuerit. Quò Cæsarei facilior oppugnatione redderetur; Luppiæ fluminis cursum; quod non solum vrbe alluit, sed etiam indidit nomen; conati sunt aliò auertere; sed assiduis ruentibus è cælo imbribus ita flumen intumuit; vt ingentem aquarum molem trahens, disiectis aggeribus, quos ad deriuandas aliò vndas Cæsarei fuerant obmoliti; in alueum pristinum recurrens operosissimum Imperialium laborem inanem, irritumque fecerit; superque campos inundans, reuolutis in castra vorticibus, atque aliquot obsessibus haustis, nõ exigua incommoda oppugnantibus attulerit. Verum cessanti bus pluuijs, tranquillatoque aere, Cæsarei molendis aggeribus, excitandisque loricis sedulo insisterunt; quibus ab hostilium tormentorum ictibus securi vsque ad vrbe fossam subterraneo serè opere penetrabant. Sed præsidarijs vrbe fortiter propugnantibus omnes Imperialium conatus elusi, irritique fuerunt; paucis diebus octingentis eorum in ea oppugnatione amissis: cum quicumque Imperialium contra vrbe nisus plurimum illis impendio militum sanguinis staret. Deprehensum ab Imperialibus est ex adactis vltra mortè vulneribus, obsessos ex maioribus sclopis,

Obsidionis difficultas.

Obsidionis crudelitas.

glan-

glandes cupri filis, aut cathenulis simul annexas in castra torquere; de quo sicut bellandi genere per tympanistam Cæsarei grauiter questi sunt, quod hoc non esset ex bonesto militarique more, neque inter barbaros in usu positum, ut hostes tam sædis inuentis crudeliter lacerarent. Si vrbs, ut sperabant, caperetur; effecturos se, ut illos tam infamis seuitia pœniteret. Præsidium huius rei culpam in ciues impegit.

Tentarunt etiam Cæsarei, sed inani conatu, varijs excogitatis operibus prohibere; quò minùs fluminis aquæ in fossam influerent. Impetebantur siquidem à fronte à lateribus aded perpetua maiorum scloporum procella; ut illo opere absistere compulsi fuerint. In parmulam illam rursus conuersus impetus oppugnantium; sed cum multorum ducum, promptissimorumque militum cœde pariter reiecti sunt.

Bataui in illa vicinia copias cogere, scribere milites nuntiabantur; ut illi suppetias vrbi venirent: quibus ut obsisteret Cordubensis, octo passuum millia propè Vazelum traduxit exercitum; Bergæ comes inter Moram, & Rhenum cum suo agmine confedit. Spinula quoque ad cognoscenda hostium consilia omnes curas intendit. Obsessi interim cum ferè vltima paterentur; emissio ex vrbe tympanista, congressum, colloquiumque sui dedendi causa prostularunt. Verum quia eodem ferè momento obsessorem interceptæ sunt literæ, quas nuntius ad Batauos perferebat; quibus illos de misero vrbis statu docebant; precabanturque; ut nullam necerent moram; quin subito subsidio festinarent; tympanista in vrberem absq; vllò responso redire iussu, Ridbergus maiori ardore obsidionem intendit. Quodam die imperauit, ut ab vniuerso exercitu pluribus locis in mœnia impetus fieret: et iam Zucheri, Semburgi, & Emdeni comitum legiones quandam parmulam superauerant; sed à propugnatoribus semper per munimenti decliua cum strage reuolutæ, deturbatæque sunt; non ciuibus solum, sed etiam aliquot honestissimis scæminis alabardis strenuè pro patriæ salute pugnantibus.

Obsessi ad
deditionem
propen-
dunt.

Inanes
Imperia-
lium im-
petus.

Ex alia parte Naiburgi Ducis milites vallum, coniectis picatis facibus, vrere tentarunt; quo facilem redderunt in murum vrbis ascensum; sed vento in authores flammæ pertinaci flatu vertente, importuna maiorum scloporum grandine impetiti trepidi recesserunt. Quasdam loricas altiores erexerant obsessores; quarum obtentu securi ad se inuicem poterant commeari. Sed huic etiam in commodo præfecti virtus opportunè consuluerat; dispositis ex aduerso aliquot minoribus muralibus tormentis, quæ tempore in confertos emissa quot quot in illud munimentum pedem inferrent: aut sædè admodum lancinabat, aut grauiâ vulnera infligebat.

Vallones quoque aliam parmulam antè vrbis portam extructam magno impetu inuaserunt; sed his repulsis, Itali pedites subierunt; qui parmula valido facto impetu potiti, ad portam vsque vrbis prouecti illam tamen pertumpere non potuerunt: mirum in modum se tuentibus oppida-

nis;

nis ; qui desperantium more pugnabant ; veriti ne si porta illo violento impetu caperetur ; nullas possent deditiois leges amplius cum victore pacisci . Quocirca hic femina iuxta , ac viri , impuberes spiritum salutis patrie sacrare , egregieque illam vlti honestam mortem oppetere maluerunt ; quam ignaue , turpiterque cedendo , vitam maioribus arumnis , miserisque feruare . Hec cogitatio crexit imbellium animos , vt maiora quam pro viribus audentes labantem patriam animose fulcirent . Quod sane omnibus saluti fuit . Nam cum Ridbergus vidisset ; se in eo impetu plus sexcentos milites amisisse ; obsessosque urbem obstinatis , obfirmatisque in omnem patientiam animis propugnare ; iras mollit , nec ciuibus deditiois faciendae signa praebentibus aures dedere recusauit ; tutius , saniusque consilium ratus , in suam potestatem sponte venientes accipere ; quanta pro inani bellicae virtutis existimatione paranda , cum tanta suorum militum cede vincere fortissime pro sua salute pugnantes : victoriamque hoste concedente , adipisci : quam fortuito aliquis belli casus e manibus posset excutere . Itaque pactis trium dierum inducijs , vrbs ijs legibus dedita est ; quae praescribi strenuis militibus consueuerant . Vnum , & triginta fuerunt capita deditiois ; quorum pars ad praesidiarios , pars ad ciues pertinebant . Quarto nonas Nouembris victor urbem inijt ; ex aduersa porta cum Sarcinis , & armis egrediente praesidio .

Tillius interea e Vestaliam egressus in Frisiam orientalem mouit ; quod Mansfeldius a Caesareis armis effugerat . Ille cum vidisset , se aequalibus viribus aduersus hostes in campis stare non posse ; quibusdam raptis aggeribus , quibus coercetur oceanus ; ne continenti superfusus vicinas obstruat oras : in aliquot terrarum stadia Maris fluctus immisit ; Elempeburgo quoque deserto , in quo egerat hyberna ; vago exercitu errabundus se procul ab hoste proripuit . Tillius ad omnes eius prouinciae vrbes literas dedit ; significans se Caesaris vicaria potestate fungentem cum exercitu in eorum agros intrasse : non vt aliquod incolis detrimentum afferret ; sed vt Mansfeldium Maiestatis reum , perduellem , proscriptum ex ea prouincia depelleret . Proinde nullis cum opibus , aut subsidijs iuuarent ; non domum recipere : sic eos maxime e re Caesaris esse facturos . Hec praecipue Emdemo vrbi suasit : cuius magistratus Tillij literas transmisit ad Batauos . Illi suis rebus maximo detrimento rati futurum ; si vrbe tam opportuna Caesarei potirentur : quippe in Oceani litoribus sita optimam nauibus praebet stationem ; illuc subito Casimirum comitem Nasauium cum instructa classe miserunt ; qui mille , & quingentis peditibus in litus expositis , urbem valido praesidio firmavit ; octo etiam , & viginti muralia tormenta per interualla circum moenia libauit .

Tillius Emdeno a Batauis occupato , cum illud assequi desperaret ; nec posset adipisci Mansfeldium ob aquarum ibi stagnantium eluuiem ; quae non exiguam comituum caritatem in suo exercitu , castrisque faciebat ; in Germaniam redire decreuit . Quare in Cattorum fines ingressus

per

Lippesfeldium in Imperialium potestatem veniunt.

Tillius Mansfeldium in se haurit.

Cassel. per tympanistam Mauritium Landgranium suis copijs ad hybernandum statina poposcit. De qua re coactio Stereontij optimatum conuentu : consiliarij retulere : Statutumque est omnium consensu, vel eorum Principe refragante ; vt hyberna Tillio concederentur ; quo eas clades, atque incommoda declinarent ; quas leuibus de causis ab armatis exercitibus alia prouincia tulissent. Varijs igitur in locis partitus exercitum reliquos milites Catos in hyberna dimisit.

Giulich, Mons. Cordubensis etiam, Anholtiquæ comes suas copias in Iuliaci ; Montiumque agros ad hybernandum duxerunt : Et quia vrbs Essarum Cæsareis statina negauit ; promotio illuc agmine, prolatisque tormentis, Cordubensis urbem quatuordecim pilarum ictibus fulminauit. Quo territi ciues, ne maiora damna pati cogerentur ; receptis domum militibus centum toleros in singulos tormentorum pulsus Cordubensis, muletæ nomine, pependerunt. Mansfeldius cum suo astu, vafritieque Tillium ab orientali Frisia detraxisset ; tam validi hostis metu liber, securusque periculi, quod sibi in dies à vicinia Cæsarei exercitus imminebat ; quæ insederat, oppidis, incubabat : Sed Daniæ Rege, & Batanis id enixè petentibus, copias ab afflictâ prouincia deduxit ; ea tamen lege, vt sibi trecenta florenum millia protinus soluerentur ; cuius pecuniæ prædem, sponsoremque Emdenum se ciuitas se cit.

Mansfeldij astutia. Mansfeldius ab ijs locis profectus alia callidiori versutia se nominibus explicare, quæ cum suis copijs contraxerat ; cogitauit. In Monasterij episcopatum mouit ea mente, vt, velificante ad sua vota fortuna, aut tantas raperet prædas, & spolia aneheret ; quæ stipendiorum, quibus suis copijs erat obstrictus, vicem abundè supplerent : vel si aduersi aliquid accidisset ; fuso, dissipatoque exercitu, in sua domicilia vnoquoque milite dilabente, à suis nominibus expediendis, stipendijque solvendis liber esset. Cum omnia igitur circum gelu astricta rigerent ; chiliarchum Lymbachium cum flore copiarum, ac militum robore iussit ad Oijtam præcipuam illius episcopatus urbem castra metari. Tuebantur illam ducenti Cæsarei præsidarij ; quibus Lymbachius per tympanistam deditionem imperauit. Illi non sua virtute magis, quam vicinis sociorum auxilijs freti, contemptim admodum tympanistæ respondent : se in mœnibus maioribus sclopis deditionis capita signaturos ; eò animosiores, quòd nulla secum Lymbachius tormenta detulerat. Quo superbo præsidij responso iratus Lymbachius, iussit suos tripartito feroci impetu urbem inuadere : sed nequicquam tentato mœnium ascensu, propugnantium virtute propulsis in vicinum pagum reductis cohortibus, maiora subsidia, validioresque apparatus ad urbem potentius vrgendam expectabat.

Mansfeldiani Oijtam urbem oppugnant. Audita in vicinis Imperialium Itatiuis hac importuna, & subita hostium expeditione ; trecentis moschettarijs in urbem extemplo subsidio transmissis, chiliarchus Eruttus cum sua legione atque alijs cohortibus ex propinquis hybernis abductis, accurrens in illo pago conclusum hostem

hostem obsedit; qui impavidus ad velitandum egressus, vrgentibus acrius Cæsareis, cum cede in pagum repulsus est. Capti sunt ex hostibus eo leui prælio ferè centum, totidem interfecti supra quinquaginta. Eruittus ita propè pagum agmen promouit; vt propinquieribus ædibus faces iniicere potuerit; ex quibus in alias vicinas latè fufum incendium paucis horis pagum redegit in cineres; recipiente se interim grassantibus flammis in templum, proximumque cæmeterium præaltis circumdatum muris cum suo agmine Limbachio.

Cæsarei collectum quàm maximum potuerunt numerum plaustorum; eaque fimo, ac terra onusta captiuos factos in velitatione hostes ad cæmeterium, & templum propellere coegerunt; quibus omni aditu intersepto, Mansfeldianos egressu intercluderent; seque tutos ab hostium, missilibus, telisque præstarent; atque impunè illos incessere possent. Eruittus etiam murale tormentum ex Oijta iussit adduci; quo templi, cæmeterijque septa dirueret; hostemque cadentium tectorum ruinis obrueret; & equitum, ac peditum cohortes instruxit in pugnam; vt si hostis ex illis angustijs in apertum vellet erumpere; stipata acie irruentem exciperet. Aliquot etiam expeditos bellatorum manipulos ad inuadendum cæmeterium parauit; qui in impetu dando iunari poterant ab ijs; qui se ante plaustorum loricam hosti obtenderant.

Limbachius tantis conspectis hostium apparatus; nouisque ijs subindè cohortium aduenientibus auxilijs, cum ipsum deficerent commeatus, exiguusque admodum superesset tormentarij pulueris modus; emissio ex delubro tympanista, colloquium postulauit; egressique insuper aliquot Duces vitam tantummodo pacti captiuos Eruitto se dedunt; relictis impedimentis, & armis, vexilla quoque victoribus tradiderunt. Duces omnes, signiferi, centuriones, decharchi in custodiam traditi pretio redimendi. Cæteræ gregariorum militum turbæ priùs omnibus rebus exuta quocumque libuit, abire permissum.

Quindecim peditum signa; sexque, & triginta cohortium præfecti ad Anholti comitem ducti captiui. Tillius per tabellarium totius euentus admonitus magnam cepit de domito citra suorum vulnera, ac sanguinem hoste lætitiā. Cæsarei interim in Frusiam orientalem ingressi ceteros Mansfeldianos identidem in eorum stauis adorti nullibi quiescere, tutosque consistere patiebantur; sed laceffendo, carpendoque agmina, affiduis incursionibus infestabant. Quæ res effecit; vt cum nulla essent à Cæsareorum molestia satis secunda staua; aliquot cohortes per se ipsæ defluerint; aliæ in Galliam pro rege stipendia facturæ concesserint. Ipse Dux Mansfeldius cum paucis electis equitum turnis in Batauos, ab Imperialium insectatione profugerit.

Quo tempore in Pannonia nouus belli tumultus erupit: cum senex Turrianus comes, & Ierementorfi Marchio, alijque Cæsaris rebelles Dacum dynastam per se ferocem, rerum nouarum amantem ad bellum contra

Austria-

Cæsare
Mansfeldianos
urgens.

Cæsareis
se Mansfeldianos
permittunt.

Mansfeldij fuga.

Turrianus comes bellum in Cæsarem paras.

Aufriacos omnibus artibus admotis accenderent ; quibus etiam addebantur aliorum imperij principum id enixè poscentium officia ; vt hac ratione potissimum sibi imminens excidium auerterent . Dacus tot vrgentium stimulis actus Turrianum comitem Bizantium ad Turcarum regem legat ; vt valida in id bellum oraret auxilia . Turrianus, vt erat Cæsaris hostis acerbissimus, & summæ vt Germanus facundiæ magnifico munere purpuratorum principis gratiam demeritus, firma Turcarum auxilia impetrauit : quinque Pannoniæ vrbes cum quadraginta tolerum millibus annuis pro nauandæ eo bello operæ præmio Turcarum regi pollicitus .

Dacus Princeps motus in Cæsarem.

Dacus verò fractam sibi ab Imperatore fidem causatus, neque sibi ea seruata, quæ in Niclasburgi conuentu promissa fuissent ; cum sexaginta bellatorum millibus maiori ex parte de Turcicis auxilijs è Dacia profectus Teisa flumine superato , in Cæsaris prouincias repentino belli impetu, duodecim muralia tormenta secum trahens, inuectus, aliquot oppida nullo ferè negotio cepit ; exiguis, aut penè nullis præsidjs, vt in re subita, nulla prius facta belli denuntiatione, firmata . Vrbs quoque Tirna eo primo armorum incurfu expugnata . Verum non absque infami præfecti prodicionis nota . Hic aliquot duces, cohortiumque præfectos captiuos abegit ; Deinde in Insulam, quam circumfluens efficit Danubius, exercitu transmissio ; pluribusque oppidis occupatis, omnes circum aditus ad Colmariam, Iaurinum, Castrumque Nonum claudens ad Polonij vsque suburbia infesto exercitu procurrebat .

Daci gesta.

His Daci hostilibus Imperator valdè commotus vaganti latius malo subito occurrendum ratus ; iussit ea peditum agmina, quæ in Bohemia, Quadis, Marcommanis in stationibus erant, ad signa confluere sub comitis Montenerij imperio ; sex etiam Nauochorum equitum millia authorauit, quibus antea missionem dederat . Quam copiarum molem festino gradu in Pannoniam properare iussit ; vt Dacorum impetum suorum armorum obiectu comprimerent . Et quia Comes Turrianus identidem fuerat comminatus ; se Diui Martini diem festum Pragæ acturum ; quò Daci omnia consilia tendebant ; sicuti quidam arcanus explorator aperuit . Idcirco antiquis eius vrbs munimentis noua celeriter adstructa sunt, & quædam clausa portæ : cumque eiusdem comitis literæ ad Bohemos proceres interceptæ fuissent : quibus de rebus à se Bizantij actis, & de promissis à Turca auxilijs eos certiores faciebat ; adè de fluxa Bohemorum præcipuè Protestantium fide dubitauit Cæsar ; vt illos subito iusserit exarmari ; grauibus pœnis indictis ; ne quis tela, armaque ferret . Imperatum præterea, vt commeatus omnes ex pagis, & villis in arces, munitaque oppida inferrentur ; ne si hostis in agros incurfaret ; annonæ aliquid ad alendum exercitum reperiret ; commeatumque inopia aliò portare arma cogeretur . Duas etiam Oppoleni, Ratiborisque ditones optimis præsidjs muniuit in Quadis ; Illas iam pridem Cæsar Daco dono dederat ; cuius conquisitor vbi illuc cum mandatis venit, à prouinciæ præfe-

Hæretici exarmantur.

præfecto in vincula coniectus est. Dacus magno impetu in Marcommannos inuectus plura oppida repentinis illis incurfibus occupauit. Turriamus cum Ieregentorfi Marchione, alijsque rebellibus Nifclasburgi præfectum per caduceatorem ad deditionem sollicitauit; tutum ex oppido egressum; quatuorque mensium stipendium illi pollicitus. Cui responsum à præfecto est; *nescire se, an ille Christianis Sacris initiatus esset; nec ne; siquidem cum Christianam religionem profiteretur; videbat illum ad Christianos captiuos agendos, eorumque sanguinem hauriendum ductantem Turcarum agmina; nihil illi ad perfectum Turcam, præter acinacem, & tiaram, fluentemque ad talos vestem, deesse, quantum vero ad deditionem spectaret, succederet mœnibus, si animus foret; adscribendas leges, sanciendaque capita deditionis; se pratinus muralium tormentorum ictibus responsurum.*

Montenerius promotò propè Dacum exercitu, leui repente inito prælio, cum ad octo passuum millia repulit retro; vltiusque etiam abegisset; si maior equitum numerus suppetisset; qua virium parte hosti longè erat inferior; nec pedites insequi possent celeriter recedentem. Dacus turpi snorum receptu iratus toto contracto exercitu, contra Cæsareos acie pugnaturus festinat. Verum Montenerius cum se copiarum numero hosti imparem esse videret; in quoddam munitissimum castrum deduxit exercitum; vnde propter limosas paludes, quibus pomœrium circumquaque sepitur, è fluente solo resudante passim humore, nequaquam deijci poterat; ibique erectis validis munimentis, frementem circum Dacum nullatenus metuebat. Ille circumfusis vndique copijs, Cæsareos adèd arcta obsidione cinxit; vt per plures hebdomadas nulli commeatus inuehi intra mœnia potuerint; quorum inopia equos comedere, quos hostis in velitationibus confodiebat, & quos ipsi ob stramenti caritatem interficere cogebantur; cum ad illos alendos paleas à tectis quoque detraherent; aliasque ciborum fordes, quas in copia animus horret; absumere compulsi fuerint. Dacus moræ, diuturnæque obsidionis tædij impatiens; *Dacus Cæsareus premitt.* accito ingenti Turcarum equitum numero, ex equo defiliens, stricto acinace, vt se animosè vadentem in hostes pedibus sequerentur; eos hortatus est: Cui à Turcis abscepsè responsum est; *Id numquam se esse facturos; quamuis idem suus magnus dominus imperaret: hoc forte, animosumque consilium suorum Pannoniorum opera illum exequi posse; se equis, non pedibus bellare consueffe; Quare, detreçantibus pugnam Turcis, ab aggrediendis Cæsareis abstinuit. Quibus iam ob extremam omnium rerum inopiam vel fame pereundum erat; vel in hostium potestatem veniendum: clauso etiam, qui vnus omnino supererat, ad commeatum aliquid accipiendum, agreste quodam indice; aditu; nisi Cæleste Numen eius opem implorantibus adfruisset.*

Didito namque per Daci castra ex vano hausto rumore, quadraginta bellatorum millia obsessis propero gradu suppetias venire; id maximè Daci ferocem animum perenlit, ancipiti hærentem cura; ne se quoque Turcæ

Turcæ deferent; qui iam, manubijs, & prædis onusti, magnum trahentes numerum captiuorum; inclinâte præcipue in hyemem Autumnno, in suam patriam regressum agitare animo videbantur. Auxit dubitationem purpurati Turcæ. (Bassam vocant) immanissimi feritas; qui Daco tot captiuorum Christianorum libertatem suppliciter postulâti recusauit.

*Turca
magnum
captiuorum
Christianorum
numerum
abducit.*

Tot igitur difficultatibus fractus Dacus ad pacificendas inducias Pannoniæ Palatino sequestre, contumacem animum inclinauit; referatisque ad inferendos Cæsareis commeatus claustris, magnis illos angustijs eximit. Quorum aliqui languescentibus nimia inedia stomachis, cum ingestu auidius cibo vires reficiendas curarent; largioris escæ deficientem, exiguumque calorem onere obruente, perierunt. Dacus cum Cæsareo

*Dacus se
apud Cæsarem
purgat.*

duce congressus affirmavit; *se ad arma profilijisse, non ut Cæsaris provincias affligeret; sed quod se à paratis insidijs, & periculis tueretur; quod audisset Cæsarem, profligatis Germanicis bellis, & domitis perduellibus, de abroganda sibi, eripiendaque Daciæ provincia cogitare: maluisseque se belli mala in hostiles provincias inferre; quàm in suam admittere. Hoc insuper sua arma spectare; ut sibi data Nisclaburgi fides præstaretur.* Indè in Pannoniam copijs abductis, Tirnæ Othomanica Turcarum auxilia dimisit. Qui quadripartito cum ingenti præda, & ditibus spolijs remeantes in Thraciam in vaga Pannoniorum agmina Turcas venantia inciderunt; commissoque statim certamine à Nicolao Estrasio impigro duce, fusi, cæsique sunt: parte illis prædæ, & manubiarum adempta, cum pluribus Christianis captiuis; quibus propitium sanè fuit Cæleste Numen; quod à miserabili illos seruitute, tam celeriter vindicauit.

*Turca à
Pannonijs
auduntur.*

Die sequenti sparfi à clade, palantesque Turcè in vnas coeunt copias; vt per noctis silentium, & tenebras flumen Nitriam ponte trajciant. Quo Estrasius cognito, iussit pontis extrema, quæ aduersam ripam iungebant, abrumpi. Turcæ, nec diu discussis noctis tenebris, ineunt pontem; pluresque alijs alios inconsultè sequentibus, obscuritate fraudem Pannonij tegente, in flumen prolapsi aquis obruti sunt; antequam in fronte ruptum pontem animaduertent; Reliquos mira virtute Estrasius vndique infenso agmine vrgens ingenti clade cecidit; paucis natatu elapsis, quos equorum robusta ferocitas nando per vndas ab hostium gladijs eripuit. Tertio post die aliud Turcarum agmen ad eundem pontem transiturum aduenit; nescium quid suis socijs accidisset. Hos quoque strenuus Pannonius aggressus, leui edita pugna, fugauit: recepta ingenti præda; Christianisque captiuis, quos secum crudelis Barbarus abducebat: eosque omnes liberos ad propria domicilia dimisit.

*Estrasius
Turcas
delit.*

Comar.

Harum victoriarum lætissimum nuntium cum pluribus turmalibus signis ad Cæsarem misit Estrasius; qui etiam * Crumeri, & Iaurini præfectos huius Turcarum receptus monuerat; vt cum præsidarijs Turcas venatum egressi pari virtute abeuntes persequerentur; pœnasque sæuitiæ in Christianos exercitæ ab ijs exigerent. Non desuere Cæsari, aut suæ virtuti præfecti,

1624

præfecti, qui in aliquot Turcarum turmas Albam regalem versus abeuntes inuecti septingentis momento prostratis, reliquos in turpem fugam egerunt; ditissima pariter erepta hostibus præda, captiuisque detractis vinculis, liberatis.

Dacus Tirna profectus à Pannonia redijt in Daciam; vnde torrentis instar cum multa populorū strage, agrorumque vastitate defluerat: Eius legati ineunte anno Viennam profecti, sunt vt pacem cum Cæsare, sicuti in induciarum pactione conuenerant, inirent; at nouis subinde exorientibus difficultatibus, dubiæ Daci fidei suspicione iniecta; nihil de pace potuit explicari; præcipuè congesto exercitu reparante bellum Daco. Quo factum est, vt Cæsar quoque copias, militumque agmina compararet; vt hosti inuadenti, ab omnibus rebus instructus occurreret. Sed productis inducijs, toto Mense Maio, regressis iterum Viennam Daci legatis, excussis diligenter vtrunque rebus, pax tandem fuit cum triginta inuiti fœderis capitum explicatione composita. Legati, deinde scitissimo conuiuio à Cæsare excepti, amplissimisque muneribus donati ad suum principem redierunt. Anni reliquum in Germania armorum fragores, bellaque siluerunt: nihilque memorabile actum est.

Anglia tantum in bellicis apparatusibus desudabat, vt Palatinum, vel contra Cæsareis repugnantibus armis, in eius ditiones reduceret. Hac de causa Mansfeldius eò transmisit; vt præsens Regem ad suscipiendum proferendo Genero bellum acrius inflammaret. Cui veluti veterano duci eximie bellicæ virtutis Rex, & Princeps filius omnibus amoris, & benevolentie declarationibus adblanditi opulentum annum prouentum addixerunt. Legatusque ob id ipsum in Galliam ab Anglo Rege missus; vt ab eo Rege equitum turmas ad restituendum in hereditarias prouincias Palatinum, & firma auxilia deposceret.

Redierat ab Hispania infecto connubio Vnallie Princeps, cuius causa in illam regiam longo suscepto itinere incognitus properarat. Quæ illum valde contumelia pupugit; ad quam detergendam, vlciscendamque omnium regni procerum Londini conuentus indictus; in quo Buchingani Dux acceptissimus Principi, qui in Hispania gestus omnibus interfuerat; de rebus, quæ acciderunt ex ordine retulit.

Scilicet Hispaniarum Regem nunquam de reddendis Palatino Vangionibus cogitasse; etiam si Bruxellensis Gubernatrix fidem suam obligasset; proque certo asseruisset, se huius cõficiendi negotij plenam à Rege potestatem habere; cuius promissa effecerant, vt reuocato à Vangionibus Mansfeldio; abductoque presidio, Rex Angliæ urbem Franchentaliam apud illam deposuerit; quæ postea cum à Rege ex fœdere repeteretur; & vt in Vangionibus exarmatas copias dimitteret; respondit hac super re se nullum mandatum habere: de hoc oportere Hispaniarum Regem per literas doceri. Quocirca à Rege maiorem Ostiarium in Hispanias missum, non tam vt de Palatini rebus, quam de maritando principe ageret; non amplius decem dies in illa regia morari iussum. Vbi à Digbo Anglico

H

glico

1624

Pax cum
Daco cõ-
stituitur.Anglorū
belli ap-
paratus.

glico legato certior factus est Ostiarius: utrumque negotium optimum sortituram euentum; spemque illi exitus felicitis iniecit. Ille ut aliquid certi suo Regi deferret: adiit comitem Oliuarium illius regis consiliarium; cum eoque colloquutus hoc retulit responsum; rem ab optimo exitu non procul abesse. Quae bona comitis verba, fideique plena legati litterae effecerunt. Ut Princeps in Hispaniam migraret inani spe ductus, se omnia composita reperiturum. Sed cum in rem praesentem venisset: multa negotio intercedere cognouit; quae iam transacta rescindere, inani quoque facere potuissent. Primum omnium, ut Reges Catholicos decebat, indictum est Principi, ut eiurata superstitione Caluini Catholicam religionem profiteretur: quod adeo principis animum asperauit, ut stratis equis in Angliam subito proficisci voluerit; sed nonis promissis, nouaque melioris euentus spe facta, detentus: quattuor hebdomadarum spatio totam rem confectum iri, quae necessarios Romanis Pontificis consensum exigebat: qui tandem Roma per citos tabellarios allatus est: sed plurimum exceptionibus rerum, ad quas numquam flecti Principis animus potuit; quamquam legatus Digbus ei enixe suaderet; ut saltem se Catholicum simularet; donec in Angliam redisset Torflexosis, dubijsque Hispanorum artibus princeps succensens discessit ex aula praesertim cum de Palatini rebus iam pronuntiatum esset; hoc esse cum Imperatore tractandum: cuius hoc negotium prorsus intererat; neque toto eo tempore, quo in Hispania Princeps fuisset; numquam illi permissum, nisi semel; ut destinatam ei sponsam Infantem Mariam alloqueretur.

Quibus peroratis à Duce, Rex suum erga ipsos amorem disertè testatus, paucaque de iisdem rebus praefatus illorum sententiam rogauit; quid sibi in tali re faciendum censerent; cum & coniugij spes omnis esset abscissa; & Palatini per amica fœdera restituendi facultas adempta. Succlamatum ab vniuersis ferociter est; se postremi assequendi rationem subiecturos esse dummodo ipsius Maiestas ita concederet. Primum ne vterius de Hispano connubio ageret: secundum omnem pecuniam, quae mittendis vtrò, citròque legationibus frustra esset impensa; in bellicis apparatus, gerendoque bello totam absumeret. Tertium, ut se apertum Hispani regis hostem profiteretur; quod non solum Anglici regni dignitatem, maiestatemque negligeret; sed etiam reformatae religionis assecclas persequeretur; se ipsos è contra ingentem pecuniarum vni pro Palatini ditibus recipiendis, alendoque bello suffecturos; quibus posset validas copias contrahere; easque in Germaniam contra Caesarem mittere; ornatos infanter instructissimam classem: quae posset Hispaniae oram maritimam infestam habere. Quae ingentia procerum promissa exiguos pro ipsorum magnitudine profectus habuerunt. Nam cum ille primus irarum calor defertuit; lentè admodum ad inita exequenda consilia proceditur.

Iterum in Anglia ad effundendam conceptam animis iram; Catholicis, feruissimis pœnis indictis, Missae Sacris interdictum est: omnesque religiosi viri ex Insula in exilium eiekti; ablataque cunctis Catholicis arma. Per eos dies coire Haga Principum legati. ut aliquam Palatini restituendi ratio-

nem

Consilij
Anglici
ducentum.

Haereticorum
sacerdotes
in Catholicis
in Anglia.

nem inirent. Adfuit etiam illi concilio Mansfeldius, & Halberstatus. Quò absoluto Mansfeldius transmisit in Angliam; vt inde duodeuiginti pedum millia ab eo Rege conducta deduceret; quibus in naues impositis dū vela daret; secundoque vento ferretur; adeò horribili procella mare confligentibus inuicem ventis, intumuit; vt ab imo excita vnda nanim, qua vehebatur, obruerint. Perire præter plurimas ingentis pretij res, octo, & viginti supra centum cohortium ductores, signiferi, decharchi, chiliarchi, cum cætera sociorum naualium turba. Mansfeldius media ante hora; quam dehisceret naus; conscenso expedito nauigio, post multos errores, & discrimina incolumis Angliæ litora tenuit, vt maioribus ærumnis, & malis magna Germaniæ perniciæ, atque incommodo seruaretur. Cætera clas- sis nundum litore soluerat; Quæ ad vota flantibus ventis Februario mense Flesingheni portum appulit in Zelandia. Quo tempore Halberstatus etiam Londino Icium portum in Galliam transgressus, ea accepit militum agmina; quæ sub eius auspicijs Palatini amici Principes conscripserant.

1625

*Halber-
status An-
glici excu-
sant im-
peratv.*

His Martio mense ingrediente, iussis naues conscendere; tanta repente mari tempestas inhorruit; vt rapidissimo æstu, furentibusque ventis, fremente procella, aliquot naues fluctibus haultæ hominum, equorumque multitudinem secum traxerint in profundum. Verum ponentibus ventis, tempestateque desidente, cum reliquo agmine à tempestate superstitè in Batavos saluus aduectus se Mansfeldio coniunxit. Quarum copiarum aduentu suo Belgio timens Marchio Spinula confinia Galliam spectantia validis præsidijs munivit; incolis quoque in omnem belli euentum iussis armatis sollicitè excubare. Imperator Gubernatrici Infanti Anholci comitem deposcenti cum sua militum legione, & duobus equitum millibus, & quingentis auxilio submisit: quò firmior Mansfeldium Germaniæ aditu prohiberet.

*Tipsitas
classem
dixit.*

Rex Angliæ interim Franchentaliæ vrbis depositum ex fœdere à Gubernatrice repetijt; cum nec de pace conuenisset; nec Palatino venia concessa. Gubernatrix ad liberandam fidem suam se paratam exhibuit; quantum ad se spectaret; verum plurima à facto deposito accidisse; quæ impedirent; quò minus promissam complere posset. Rex Hispana fraude circumuentus serò ingemuit; quòd munitissimam vrbem ancipiti mulieris fidei credidisset.

*Auxilia
in Belgiū
ab Impera-
tore
transmis-
sa.*

*Franchen-
talia ab
Anglo re-
ge repeti-
unt.*

Rex Daniæ multis precibus cum Cæsare egerat, vt restituto in gratiam Palatino, ablatas bello prouincias redderet. Sed cum nouè subinde difficultates obijcerentur: Rex cum alijs inferioris Saxonix dynastis in bello parando omnes suos conatus intendit. Qui armorum fragor cum tota Germania increpussit; rumor quoque percrebuit contra Cæsarem illa arma parari. Idcirco Rex Danus, vt Cæsarem ab illorum suspitione armorum auerteret: illum scriptis literis monuit; illa arma eò tantum spectare; vt Tillij iugum suis iniectum cervicibus detraberent; impositis contra eorum prouinciarum leges pluribus oppidis præsidij; minasi insuper se.

*Rex Da-
nus bellū
in Cæsare
instruit.*

H 2 idem

idem alijs quoque urbibus esse facturum: hac de causa se expedire arma; quibus suam libertatem, priuilegiaque retineret. Posse eius Maiestatem malum radicitus euellere; iactataque bellis Germaniæ optatam diu reddere tranquillitatem; Palatino parcendo; quem aliorum nequitia magis fraudibus iuuenili etate in cauta obnoxium; quam propria obliquum iniquitas egerit.

Respondit illis regis literis Imperator. Inferiorem Saxoniam nullum, prorsus incommodum, aut iniuriam à suis armis esse passuram; nisi forte temerè aliquid audendo, illa innoxie quiescentia lacefferent. Aliæ etiam datæ, acceptæque literæ, quæ nullum alium meliorem euentum habuerunt; quam vt moram rebus præsentibus injicerent.

Magno ardore, ac sollicitudine cogebat milites Danus, nihil Tillio fidens; qui suas copias, viresque omnes ad illam prouinciam tuendam obtulerat; dummodo contractas copias dimitteret. Quod Tillius eò ardentius flagitabat à Rege; quò magis aduentantium Mansfeldij, Halberstatique armorum strepitus insonuerat: qui à Batavis exauthorati Imperium versus valido exercitu festinabant. Iamque in Coloniensem agrum ingressi rapinis, direptionibus cuncta vastabant. Contra ingruens malum missus est à Tillio Anholti comes; qui circa * Vuesalliam, & Raimbergam confedit; vt diligentius è propinquo hostium consilia scrutaretur. Non tamen sedendo ita cessauit; quin aliquam cladem infligere hosti tentauerit. Siquidem cum copiarum parte Halberstati stationem subiit; vt illum ad pugnam insultando è munimentis eliceret; ratus eum iuuenilis feruoris impetu actum statim egressurum ad prælium. Verum Princeps aut cognitis dolis, aut suspicatus insidias; quas comes illi parauerat; suos intra munimenta continuit; quamuis illi maximo pugnandi ardore flagrarent.

Brandeburgi Elector cum circumquaque suam ditionem arma perstreperent; glescentiaque bella vastitatem vicinis populis intentarent; iussit militum delectus, atque ordines bellatorum ad prouinciam tuendam expeditos in armis esse; aliaque plura decreuit; quæ ad suam ditionem à vicinorum armorum periculis conseruandam pertinerent.

Tillius vt hostes anteuertret; præciperetque eorum consilia: * Visurgim flumen versus rectà contendit: ibique Herte rum oppidum magni momenti, ob transeuntium frequentiam plurimi æstimandum in potestatem redegit; mentitus Dani regis literas; quibus milites præfidiarij ex illa vrbe excedere, Hameliamque se recipere iuebantur: Hobzmindenum etiam eiusdem fluminis litori adiacens expugnauit; non exiguum ad reliquum belli conficiendum momentum, ac commodum allaturum.

Inde ad inferioris Saxonix Principes literas dedit; quibus se purgabat: quòd illa oppida occupasset; cum eo nomine illud duntaxat fecisset; vt fines illos aduersus Mansfeldium, & Halberstatum, aliosque rebelles; si qui illac ingruerent; obiectis validis præfidijs, tueretur. Cæterum se nemini noxium fore, nec subigere Cæsari ciuitates; sed suis dominis ab hostium iniurijs tutas, securasque serua-

Mansfeldius. & Halberstatis iterum in Germaniam ingrediuntur. Vuesell.

Brandeburgi Elector se munis contra externa arma.

Vuesstr.

Tillius varia oppida occupat.

Seruare. Eadem scripsit ad Daniæ regem, qui ijs diebus propè vltimum vitæ periculum adiit. Cū enim Hameliæ per erectas loricas, & munimenta equo vectus militum strationes inuiferet; displosionis minoris tormenti strepitu, fragoreque consternatus equus in fossam saltu se præcipitem dedit; repentèque fracto guttore, eo exanimato, Rex tanto concussu allisus est humi; vt ægerrimè spiritu recepto, duos assiduos dies nullum verbum effari potuerit. Vbi conualuit, Hamelia profectus in Verdeni agrum promouit exercitum: ibique à fœderatis magno accepto auri pondere, diplomata pluribus chiliarchis, ac ducibus dedit; quo duodecim peditum millia conducerent. Iussit etiam Holstaini ducatus militum ordines in sua castra venire, quo firmioribus viribus aduersus Cæsareos ægeret bellum.

Dux Valtainus, qui ad illam diem cum suis copijs in Franconia substiterat: auditis Dani regis apparatibus, & quanto belli impetu ferretur in Cæsarem; non vltra cunctandum ratus à solitis stationibus mouens per Catos tendebat ad Tillium; vt cum eo sua arma sociaret. Velitabantur quotidie cum Cæsareis Regij, effusaque ex vtrisque castris agmina leuibis prælijs, ac suas vires inuicem, virtutemque tentabant. Quadam die Tillius emissa peditum legione, Regios ex quadam statione circumflua palude tutissima de ijcere tentauit; sed adeo strenuè Regij Cæsareos exceperunt; vt ducentis eorum cæsis, reliquos in castra repulerint. At non pari virtute Stolzenau præsidiarij pugnarunt: nam vix propè Tilliana signa fulserunt: cum imbellium fœminarum instar, nullum ausi injre certamen, relictis commeatibus, sulphureo puluere, muralibusque tormentis, vrbem Tillio cesserunt; qui inde nono Kalendas Septembris ad Niemburgum magni ad bellum vsus castra promouit; quam vrbem validum Dani regis præsidium tuebatur; quamquam Lineburgi ducis, qui partes Cæsaris sequebatur; ditionis esset. Sed cum Visurgis fluminis imposita litori per pontem, quo iungitur amnis, in vicinas regiones aditum pandat; à regijs occupata, cum ingenti cura, ac sollicitudine tenebatur. In ipso ad vrbem successu Tillius vehementi impetu pluribus tormentis mœnibus verberatis, inssit suos vndique quæ missilia strauerant muros; in pomœrium eniti; se illa acri impressione obsessos territorum arbitratus. Verùm sua opinione deceptus Limbachium cum suo agmine pro mœnibus stantem, fortiterque Cæsareos summonentem offendit; qui subeuntium magna edita strage, vrbem incredibili virtute retinuit: eademque semper ad orientibus Cæsareis clades illata: cum & Tillius acrior à cæde in obsessos insurgeret; & illi fortiùs, atque constantiùs aggredientes arcerent. Sub eiusdem mensis finem Rex decem equitum turmas cum ingenti vehiculorum multitudine magnam commeatum vim, omniaque ad tuendam vrbem necessaria ferentium obsessis subsidio misit. Non procul ab vrbe in Cæsareos incidere auxiliares equitum alæ; præcipuè in Liburnorum equitum agmen. Nec mora; tumultuario, subitarioque, vt in

Regis Dani disserim.

Valstainus contra regem Danum.

Tillius Niemburgum inuadit.

re subita, ac repentina, plaustrorum munimento Regij se sepium; ex quo impunè in Cæsareos tela torquentes non solum se egregiè tuebantur; sed etiam ita malè Cæsareos accipiebant, vt duo ferè eorum millia, ducentis tantum suorum amissis, occiderint; plurimos emissa ex vrbe tormenta lacerarint: & cum vndique ab hostibus à fronte, à tergo, & à latere Cæsarei peterentur; aditum dare in vrberum subsidio compulsi in castra redierunt; in quæ furenti impetu erumpentes obsessi, centum Cæsareis trucidatis, duos chiliarchos legatos intra mœnia captiuos abripiunt.

Propugnatum forectad viris.

Iam Chiliarchi Obentrautius, & Foesius in regia castra peruenerant: & tria peditum millia veteranz virtutis secum adduxerant. Quibus auctus auxilijs Rex Ducem Vinmarientem magistrum equitum cum maiori copiarum robore, & ingenti in militum stipendia, pecuniarum summa, Niemburgum subsidio festinare iussit. Venienti Cæsarei occurrere; commissaque pugna, Vinmarientem aliquo accepto incommodo se retrò recipere coegerunt.

Vinmarientem subsidio festinat.

Tillius urbidit insidias.

Diademburgi præfectus arcana cum Tillio pactione transegerat; vt acceptis, prodicionis pretio, quatuor talentum millibus, traderet vrberem. Quibus insidijs à duce quodam præsidiaz cohortis detectis, præfectus fugit ex vrbe. Sub hos dies Scomburgi comes Regia venit in castra; ex cuius diuiturnis, ac crebris cum rege colloquijs sperabant plerique positis armis, res compositum in. Præter cætera petebat legatus, vt Niemburgum neutrius esset partis; sed cum ab vtrisque fallacibus, captiosisque artibus ageretur; spes pacis enauit. Tillius enim, nõ prius ab armis discedere proposuerat animo; quam Rex suos exercitus exarmasset, dimisissetque copias; nec Rex poterat adduci, vt suos milites exauthoraret; nisi prius Tillius occupata oppida reddidisset; iurassetque nunquam se armis illis regionibus illaturum.

Frustra de pace inter vsque insigitur.

Halberstad. Vastaius Tillius Mansfeldius se dano regi conuoluit.

Dux Lauemburgus Halberstad. dediturum occipit.

Itaque rursus soluto conuentu, ad arma concursum est. Vastainus interim triginta bellatorum millia in Tilliana castra ducebat. Iamque in Pheugari Episcopatum peruenerat; cum Mansfeldius per Osnaburgi agrum transgressus Brammam commeatum copia ab illo Magistratu re-creatus non intermisso itinere, se cum Rege coniunxit. Per aliquot dies nihil dignum memoria inter hostiles exercitus actum est. Quatuor tantum Liburnorum equitum ala, quæ prædanda in vicinos agros excurrebant, à Barauo equitatu fortè obuiò concissa, deletæque sunt. Dux interim Lauemburgi statutorum specie prætexta, nulli se noxium fore pollicitus, aliquot oppida non solum in Pheugari agro; sed etiam in Magdeburgi Episcopatu rapuerat. Inde felicibus armis erectior, animosiorque Halber vrbis copijs admotis; ciuibus illis, vt spontè in suam ditionem venirent, tympanista caduceatore, imperauit. Sed à præsidiaz simul, & ciuibus responsum ferociter est; se vsque ad ultimos spiritus vrberem velle opteri. Qui postea animorum ardor elanguit; cum proferti tormenta, vallumque duci, atque omnia ad ciuitatem oppugnandam parari, hostiumque

que multitudinem moenibus circumfusam viderunt ; urbem ea lege duci tradidere ; vt sibi saluos esse, indemnesque suas fortunas habere liceret. Dux inde, prius comite Slichio oppidum firmo presidio tueri iussu in Pheugari Episcopatum redijt.

Halber-
Ras.
Varia
Tilly sen-
tamenta.

Mensis Nouembris initio Tillius Calemburgum in fidem accepit & pridie nonas eiusdem mensis tres equitum legiones, & tria moschettariorum millia Stanauerum versus emisit ; si forte subito impetu illud oppidum occupare contingeret. Illuc primo diluculo hæ copiarum profectæ hostium agmen in aduersa urbis parte instructum vident. Maior pars equites erant cum quibus aliquandiu velitatæ eò ardore pugnandi rem deduxere ; vt in sociorum auxilium alijs, atque alijs vtrinque confluentibus turmis, vniuersa acie certatum sit. Anceps diu prælij fortuna fuit ; sed tandem nutanti hostium agmini Cæsareis acriori impetu inferentibus gradum ; loco pulsus, versumque in fugam est. Quingenti tantum ex hostibus ea pugna ceciderunt ; inter quos plurimi nobiles viri, Altemburgi Dux, & Obentrautius, qui grauiter vulnerati, dum comitis Anholiti curru Calemburgum curatum veherentur, in itinere expirarunt. Quorum cadauera ferocis pullis velamentis operta Tillius suis libenter ad sepulchri suprema concessit.

Pugna in-
ter Cæsa-
reos, &
regios.

Rex tristi suorum nuntio cladis accepto, nihil eo territus infortunio quatuor subito peditum legiones, & tria equitum millia Stanauerum misit ; qui huius urbis presidio nouis subsidijs aucto, Stolzenaum, eiectis Cæsareis, receperunt. Qui arcem tuebantur, cum clausis portis, munimenta defensuri viderentur, vallum fodientibus Regijs, tormenta que expedientibus, oppugnationis apparatus terri arcem turpiter dederunt. Sed appetente hyeme ; ingravescenteque in dies frigore, copijs in hyberna deductis, cessere campo cruenti Martis horrores ; non ita tamen, quin Lauemburgi Dux, antequam exercitum in statorum otia dimitteret ; urbem Desslauum flumini Albi impositam repentino facto impetu occuparit. Qua firmo presidio munita, quasi coronide bellicis gestis facta, ipse etiam in hyberna dimisit exercitum.

Regij Stol-
zenaum
occupant.

Lauen-
burgus
Desslauum
expugnat.

Quiescentibus bellis, interpellante arma hyemis rigore, lætius tranquilliusque ob regis inaugurationem agebatur in Pannonia. Illius enim prouinciæ Principes, Optimatesque, Odemburgi habito conuentu, Cæsaris filium natu maiorem, cui pariter Ferdinando nomen Pannoniæ regem omnibus suffragijs elegerunt. Quarto idus decembris Regi diademate coronando destinatus conceptioni Deiparæ sacer. Quamobrem Pofonio delata corona ; qua nonorum regum frontes cingi, redimiri que consueuerunt.

Ferdin-
dus Rex
Pannonia
coronatur

Hic ritus præcipuè in hac transferenda aliò corona seruari solitus erat. Tres Germanæ equitum loricate turmæ casside capita tectæ, strictis gladijs præbant : has ponè tubicines sequebantur ; ingens deinde

nobilium Pannoniorum, & procerum numerus: hos regni Palatini custodia quinquaginta equites cum manuarijs tormentis Tigrium, Leopardaliumque induti pellibus excipiebant. Deinde ipse Palatinus equo sublimis procedebat numerofo nobilium tam ex Germana, quam Pannonica gente stipatus equitatu. Omnium postrema ipsa corona Cæsaris Curru vehebatur; quam alij quinquaginta currus nobilium virorum pleni sequebantur. Constituto postea die, Patre imperiali paludamento, ac cydaris maiestate conspicuo, Matre regijs insignibus firmate Pannoniæque Regine corona ornata hinc, inde stantibus, filius à Strigonienfi Episcopo sacro primum oleo delibutus Pannonici regni diademate coronatus est: vniuerso populo lætissimis vocibus acclamante. *Vinat Rex.*

1626

*De pace
agitur.
Buanfuit.*

Saxonie, & Brandenburgi Electores à Danię Rege, & duobus supremis Cæsareis ducibus obtinuerunt; vt antequam sciuus recrudesceret bellum; & ad maiores clades procederent arma; ab vtrisque hostium conuentus haberetur. Conuenerunt itaque * Tulisurgi vtriusque partis legati; & conquisitores; sed Cæsaris hostes adeò iniqua petebant; vt bellum malle, quam pacem poscere viderentur. Itaque dimisso conuentu, quamquam nihil adhuc aere intepente, ad arma vtrique confurgunt: sed firmior viribus Imperator; quod præter veteranas copias Lauemburgi Dux eius partibus adheffisset, eiectis ex suis quibusdam oppidis Danię Regis præfidijs. Quo Rex adeò duci succensuit; vt illum publicum patrię hostem, vulgatis vbique literis, declarauerit; & capitis pœna omnibus vectigalibus suis quocumque commercio cum eodem duce penitus interdixerit. Deinde Vinmariensem ducem cum exercitu in Vestfaliam immisit; vt Osnaburgum, Vademburgumque subita facta impressione occuparet. Quibus ex voto peractis, in Monasterij Episcopatum irrupit. Sed hæc vrbs octoginta tollerum millibus suam salutem nundinata illam à se pestem auertit.

*Regis ira
in duces
Lauemburgum.*

*Regionis
incurfus.*

Tillius in Brunsvicensi ducatu substiterat; vnde, vt hostium incurfus comprimeret; chiliarchum Eruitum cum sua militum legione, & Ducem Lindlum cum duabus equitum alis, & quatuordecim peditum cohortibus iussit in Mindeni agrum proficisci; vt incurfanti in eum terrarum tractum hosti occurrerent: ipse suas copias ad illius regionis circuniecta oppida expugnanda deduxit.

*Halberstatis in
armis.*

Halberstatis verò, cuius arma nec dum tot cladibus facta quieuerant; sex bellatorum millibus, & duobus muralibus tormentis in vrbs Grossaris conspectum venit; demolitusque tormentis mœnium partem, ac tribus vrbs portis astiochis applicitis, vt urbem cum vniuerso exercitu inuadere destinabat: sed vna tantum porta astiochi impulsu prostrata; segniũsque hærentibus suis; tanto impetu præfidiarij immixti ciuibus eruperunt in oppugnantes; vt pluribus eorum cæsis, fauciatisque Halberstatum mirabili virtute repulerint.

*Eius irri-
tus cona-
tus.*

Mansel-

Mansfeldius, ne focijs bellantibus, solus deses cessare videretur; ad motis noctu mœnibus scalis, Zerbstum urbem per suum chiliarchum occupatam ex Brunsvicensi agro copijs eductis, migravit: ibique validis munimentis erectis, ductisque circum loricis se loco tutissimo tenebat; ut hostis offendendi occasionibus immineret. Erant illi sub signis tredecim peditum millia, mille, & centum equites, cui nuper ex Batauis duo moschettariorum millia subsidio venerant. Quibus viribus fretus subiit munimentum, quod ante Desau pontem Imperiales extruxerant: collineatisque opportuno loco tormentis, illud duos assiduos dies, ac noctes continenti verberatione pulsavit; perque datas tormentis ruinas conatus ascendere: sed à Cæsareis prouolutus in præceptis, quibus abundè noua militum auxilia, rei que tormentariæ copia submittebantur ex vrbe; obstinata, fortique Imperialium loricæ propugnatione conspecta, Zerbstum iterum maiores ad eam expeditionem vires allaturus abiit. Post duos dies maiori copiarum mole, totoque instructo exercitu, sexdecim peditum, & quattuor equitum millia, sexque & triginta tormenta ad idem munimentum oppugnandum adduxit. Vrgente in dies intentiùs hoste, obsessi Valtainum supremum ducem suæ angustię monuerunt. Ille cognito non tam suorum periculo, quàm futuro rerum suarum incommodo; si eo munimento hostis potiretur; nulla interiecta mora, ad illum inde pellendum, vno & viginti bellatorum millibus properauit. Desauum ingressus, præsidium alijs additis cohortibus auxit: traiectoque ponte flumine, in hostem pleno gradu fertur; atque illum nequicquam pugnam detrectantem ad ferendas manus impulit; cum ad recedendum premens vndique hostis nullum tempus daret. Per aliquod horæ spatium pari virtute, dubioque Marte ab vtrisque pugnatum est. At vbi Liburnus equitatus duce comite Slichio, stationem, in qua Mansfeldius tetenderat adortus impedimenta diripuit: conuersoque agmine, vbi ancipitis Martis furor ardebat; in hostilem equitatum intulit signa: eumque in fugam coniecit: tum enim verò nutare primum Mansfeldiana acies, referreque sensim pedem, atque densatis ordinibus in tutum euadere; quamuis inuenti se acriùs hosti aliquandiu fortiter restitisset. Peditatus auxilio equitum destitutus sædè protritrus, proculcatusque est. Quare Mansfeldius coactus Imperialium virtuti succumbere; vbi rem perditam vidit, cum Hallæ conquisitore, & alijs Ducibus in Brandeburgi terras à pugna profugit; ibique frustra contra nitentibus incolis, equitatum in statiuam dimisit.

Valtainus præter hostilium castrorum sarcinas, impedimenta que omnia, decem, & septem muralia tormenta, duo captiuorum millia, septemque & triginta militaria signa, quæ deinde ad Cæsarem victoriæ argumenta transmissa sunt: in suam potestatem redegit. Neque prostrasse semel hostem satis esse ratus, nisi totum deleret, recenti animosior victoria quinque peditum legionibus, quinque, & sexaginta equitum turmis fugientium hostum vestigijs inhæret; & eò audacior in hostem ferebatur: quò
maio-

Mansfeldij gesta.

Valstainus in Mansfeldium mouet.

Praeliū inter Valtainum & Mansfeldium.

Mansfeldianorum clades, & fuga.

Victoriae spolia.

Valbanus Mansfeldium persequitur.

maiora equitum supplementa Serini comite, & Petro Gallo Ducibus superuenerunt; ille mille equitum Liburnorum, hic quingentos eiusdem gentis adduxerat. Verum Mansfeldius iunctis cum chiliarcho Fuesio copijs; cum maximis se rerum omnium difficultatibus premi videret; si diutius in Brandeburgi terris moraretur: consternatis ad arma in suos milites incolis, Zebstum redierat.

Cæsaris Mindonum oppugnat.

Tillius coactis in vnum exercitus agminibus in Cattos redijt: ac in sua vetera castra inter Hirsfeldum, & Ratemburgum profectus est; vt inde aduerteret hostium consilia: Halberstati præcipue, qui superbe amplissimum Fuldani Abbatis sacerdotium se destructurum minabatur: à quo præfule Tillius cum cibaria, commeatusque recepisset; vt illum quasi quodam suorum militum sepimento ab hostis impietate tueretur: omnia circum loca dispositis stationibus obsedit. Verum ne in vnus Antistitis custodia tam validas copias distingere videretur; ingenti sulphurei pulueris, commeatumque modo à Cattorum terris accepto, ad Mindonum castra promouit: ibique effossis circum urbem loricis, excitatisque propugnaculis, tormentis urbem institit verberare. Diruta satis ampla mœnium parte, iussit milites prætentis clypeis, inclinatisque hastis, iu pomœrium per ruinas eniti; qui maximè cupidi vlciscendi damna, quæ in vrbe oppugnanda ab obsessis acceperant: adeo vehementem impetum in mœnia dederunt; vt cruentissima edita pugna, quamuis diu obsessi fortissimè repugnassent, obstinatisque se animis defendissent: in mœnium tamen fastigium, deiectis propugnatoribus, Imperiales ascenderint: ex quo ira præferuidi intra urbem abrepti, ciues iuxta, ac milites trucidarunt egregiè vlti incommoda, quæ sibi, obsidione durante, ciues intulerant.

Urbs capitur, & diripitur à Cæsare viro.

Vidembergam Comiti Anholsti se dedit.

His diebus alibi comes Anholsti vidembergæ premebat obsidionem: quæ assiduis quassata ictibus tormentorum: vbi quater Cæsarianorum impetum fregit; cum hostis iram minitantis excidium timeret: in potestatem comitis venit: ijs legibus, vt armatum cum impedimentis ex vrbe præsidium excederet: & sine maleficio milites intrarent. Egressi sunt instructis ordinibus Daniæ Regis milites septingenti. Quorum plerique suspendio fracto gutture, pœnas perfidiæ, violatæque fidei luerunt; quòd in alijs obsidionibus capti cum vita à Comite donati iurassent, se nunquam contra Cæsarem arma laturos; spreto tamen sacramento, militassent.

Rufficorum Austria turbulenta.

Dum circumquaque fremerent arma, & quaquaversum bellatorum agmina volitantia Germaniam pestiundarent; quasi parum esset miseram provinciam tot bellorum incendijs vastari: Austriæ quoque Superioris Rustici, abiectis ligonibus, & sarculis contra suos principes ad arma procurrunt. Infanijt illa mortalium sex ob senerum Imperatoris edictum; quo omnes hæreticorum prædicantes doctrinæ Protestantium præceptores tota Austria intra octo dies iubebantur excedere: grauissimis pœnis ijs indictis, qui huiusmodi turbulentum, maleficum hominum genus domi suæ occuluisset, atque hoc maudatum purpuratum Adamum Herbe-

be-

bestorfi prouinciæ præfectum exequi iussit.

Quæuit aliquot dies rusticorum illa profligatissima turba pœnarum metu coercita : sed prædicantium arcanis concionibus ad bellum capessendum, libertatemque Religionis vindicandam armis accensa, conflato decem millium eiusdem perditæ gentis militum exercitu, omnia tumultibus, incendijs, cædibus, direptionibus cœpit implere. In Religiosos viros præcipuè infamis multitudo desæuij: quos omnibus cruciatibus laeerabat. Herberstorfus contra tumultuarias rusticorum copias, septus tantum suo milite prodijt; ratus ad micantia propè veteranorum arma inconditam turbam pauidam terga daturam. Sed vana illum cogitatio sefellit. Nam adeò non eos Imperialium armorum conspectus exterruit; vt etiam in maiorem rabiem efferati, contempta omni penitus Cæsaris reuerentia, in Herberstorfum trucibus vluatibus raperentur: coegerintque pluribus suorum amissis, Linzium celeri se passu recipere.

Pulso Herberstorfo, oppressisque pluribus oppidis, atque ex ijs curulibus tormentis eductis, Danubij litoribus infederunt. Nec humanissimæ Cæsaris literæ insolescentem multitudinem tenere potuerunt; immo efferatione, ac fæuore diruere, vastare, diripere, prophanare, sacra omnia proterere. Et adeò hæc fœda hominum colluuiis nouis subinde ad fociorum rerum famam confluentibus rusticorum manipulis, treuit; vt octoginta bellantium millium summam excederet. Triginta muralia tormenta secum trahebat ex locis occupatis extracta: nec deerat ingens tormentarij pulueris modus.

Dux Banarus tres naues onerarias, & milite, & omni comœatuuta genere, bellicoque apparatu instructissimas Linzium secundo Danubio miserat: vt illam urbem contra Rusticorum fœuitiam firmaret; sed cum vtraque litora Rusticorum agminibus tenerentur, euissis in prætereuntes tormentis depressæ, atque obrutæ sunt; captis ijs, qui nando ex præsentis mortis discrimine ad litus euaserant.

Cum Cæsar apud furentem agrestium multitudinem se parum proceffisse cognouit: ne latius malum serperet, glisceretque vehementius, suos mittere conquistores decreuit: vt illas furias amicè pacarent, sedarentque perditè insanientes. Qui adito Stephano Fadingero summo eorum Duce, explicataque optima in seditiosos Cæsaris voluntate, omnibus artibus conati sunt illam plusquam barbaram Rusticorum feritatem molli-
re. Respondit ille composito ad seueræ maiestatis speciem vultu; se fidos esse Cæsaris seruos: Religionis se tantum pascere libertatem. Et quamuis non possent adduci, vt Viennam suos mitterent conquistores; sèx tamen legarunt perspicacioris ingenij cum iuris perito Ofnero Imperiali consiliario. Hi ab aula Cancellario auditi has libello exposita porrigit que-
simonias.

Prinò. De antiquatis suæ religionis ritibus, & vsu publico in iudicio à Prouinciæ præfecto quærebantur. Secundò. Se nimij vectigalibus per-
dendis

dendis absumi. Tertiò. Quod ad religionis res, sacraque sua attinet se opprimi. Quartò. Prouinciam stipendijs militum soluendis exhauriri. Vltimò. Militum statuijs, atque hospitijjs se vltra patientiam affigi.

Petebant insuper ab Imperatore, Duceque Bauaro: vt exterum militem è Germania deducerent: vniuersalemque veniam ijs, qui huius seditionis, excitatque tumultus consci, ac participes essent: & quamuis Rusticorum legati Viennæ, vt res componerent, morarentur; Cæsarque ad sedandas illas turbas de condonanda rebellione cogitaret: nunquam tamen cessatum ab armis à rusticis est, nec Austria desita eorum sæuitia vastari; immo Eraistato vrbe in Bohemiæ finibus expugnata, seuero edicto vulgato, capite, & bonorum proscriptione sanxerunt: vt omnes patritij, ordinesque prouinciæ ante primarios exercitus Duces certa die se sisterent. Quod omnibus maximam curam iniecit; ne à scelerata rusticorum turba stolidè ferociente, aliquod incommodum paterentur; si se furentium scelere, ac perfidia arbitrio commississent. Rustici postea maiora animo complexi ne latronum more prædari tantummodo viderentur; sed militari vsu aperto Marte, armorumque virtute oppida expugnarent; castris ad Linzium positjs, aggestoque vallo, vrbeni omnibus bellicis machinis aggrediuntur. Et quò maiori cura, ac diligentia res bellicæ regerentur, prudentioraque capita reliquis moderarentur; sexaginta sapientiores directorum nomine ex vniuerso exercitu, & rursus ex his duodecim consiliatorum à secretis muneris titulo selegerunt: aliquot etiam millia ad metenda frumenta, cum iam messes maturuissent, in diuersa miserunt. Quibus actis, suprenus eorum Dux Fadingerus eius ciuibus vrbis edixit: vt sibi præfectum præsidij dederent; persanctè è contra obligat fidem suam se inuoxium, ac sine maleficio erga eos futurum: permissurumque, vt milites cum suis sarcinis, & armis ex vrbe discederent; sin secus, ac iussi erant, facerent; se in omnem ætatem, ac sexum nullo discrimine sæuiturum: obtestatus se omnium malorum, quæ ipsorum culpa accidissent, se insontem futurum.

Præfectus audita Fadingeri petitione, veritus, ne aliqui ciues cum rusticis coniurati, se immani carnificum turbæ traderent dilaniandum; iussit omnes comæatus, omnemque rei tormentariæ apparatus in arcem inferri: sollicitis per compita custodijs vbique dispositis. In ærim promotis aggeribus in dies rustici accedebant ad fossam. Nec præfectus segniùs agens; tormentorum continua procella Rusticorum munimenta quatibat. Quorum missili Fadingerus laceratus interiit. Non tamen rustici à mœnibus verberandis aliqua ignium intermissione cessabant: quæ assiduis pulsibus dehiscencia ferocissimo impetu adortus est hostis; sed quingentorum inuadentium cæde summotus redijt in castra.

Chiliarchus Labellus sub hæc iustum propè exercitum ex Cæsareis militibus in Austria inferiori conflauerat; quo in superiorem transgressus vnus ex tribus rusticorum agmen adeptus, cæsis mille quingentis fudit, fuga-

Rustici
Linzium
expugnati.

Labellus
Rusticos
inuasit.

fugauitque ex Eberfpergo, captis eorum muralibus tormentis. Cæsar, ne vulnus insanabile redderetur, atque altiùs ingrauesceret plaga, Ilzj conuentum indixit, vbi vtriusque partis legati coacti plena authoritate res pacatè componerent. Sed cum nihil boni pacisci, nihil inuicem consentire potuissent; Rebelles recenti quoque à Labello accepta irritati plaga, omnes, qui sacramento teneri possent, ad castra vocarunt. Quo ingentium copiarum robore iterum Linzium expugnare aggressi vltra pontem collocata militum statione; ne quid obsessis auxiliij inde veniret, vrbem die, nocteque perpetua missilium tempestate proscindunt. Qua diruta mœnium parte, vniuerso exercitu aggredi vrbem placet: iussis mille militibus non modò suis telis armatis, sed etiam lignis, & saxis ad æquandam fossam mœnia subire; ipsi alienæ virtutis ex tuto spectatores, extrâ teli iactum instructa acie, subsistunt. Illi impigrè iussa facessunt, adeoque constanti agmine, atque animo ad fossæ marginem vadunt: vt contempta missilium grandine, quæ vndique ex maioribus, minoribusque tormentis in subeuntes torquebantur; iniectis in fossam sarcimentis, quamuis plurimis laceratis, ad suos ouantes redierint.

Alij deinceps nulle iisdem lignis, ac telis armati, non minùs quam socij fortiter fossæ succedunt: iactisque in eam fascibus, & saxis, eadem ratione, qua primi, fossam æquarunt. Cæteri multa alacritate vrbem inuadunt; iam planiori fossæ profunditate transitum faciliorem præbente.

Præfectus ad omnia sollicita cura intentus, graui illo discrimine animaduerso, plures igneas bolides pice illitas in fossam injci iussit; vt tantum fasces illos adureret; sed etiam flammis rusticos inuadentes afflatos ab impetu dando deterreret. Vtrumque ex præfecti voto euenit: nam ligna, concepto tenaciùs igne, flagrarunt; & rustici non modò successu ad mœnia prohibiti, sed etiam plurimi vstulati, multatiquè membris in castra à temerè tentato per ignes impetu redierunt: non cessantibus interim tormentorum missilibus à fronte, à lateribus discerpere subeuntes.

Rusticorum perniciès, & pestis præcipua fuit, eos fuisse lineis velamentis amictos, quibus faciliè hærentes ex pice succensa effusæ flammæ lymphatorum more æstuantés, tenaciùs affixi impotentes mali, huc, illuc agebantur: & plurimos ignes obstinatiùs compræhensis carnibus, cum excuti nequaquam possent, miserandum in modum vrebant.

Rustici sociorum clade conspecta, sexdecim stadia ab vrbe summonere castra: qui cum multis rebus præsertim tormentario puluere, alijsque oppugnandis vrbibus necessarijs indigerent; à socijs ea, qui vltra pontem tetenderant petiuerunt. Nec mora, quinque onerariæ naues ijs rebus onustæ cum duobus muralibus tormentis socijs transmittendæ parantur. Præfectus maturè huius rei à vigili admonitus trecentos electissimos schettarios extra mœnia locat in quodam deserto palatio prope fluminis litus, iussos, quàm strenuissimè possent; rusticorum excensionem

*Rustici
flammis
excusi.*

sonem impedire: ferrereque plumbeis glandibus appellentes ad litus. Rustici insidiarum ignari, se se noctis explicantibus tenebris, quò tutior esset ab obsessorum ictibus nauigatio: quattuor onerarias remis agunt ad litus: quinta militibus plena remotior à cæteris ferebatur. Vbi quattuor illæ tenuere litus; qua Linzium alluunt vndæ; rerum onera exponere ceperunt. Cum ecce ex latebris, & insidijs Moschettarij exilientes adeò *Rusticorum clades.* terribilem glandium nimbum in hostes effundunt; vt improviso attoniti malo prorsus conciderint animis, maiorem esse numerum hostium rati. Quare subito duas onerarias remoliuntur à litore: sed parùm recesserant, cum iterum displosis in abeuntes maioribus sclopis, concepta in tormentario puluere flamma, violentissimo protinus coorto incendio, sædum in modum hausti ignibus perierunt: rebus omnibus quas vehebant, in profundum desidentibus.

Aliæ duæ ouerariæ in moschettariorum potestatem venerunt: qui veriti, ne confluyente ad pugnae fragorem rusticorum multitudine, opprimerentur; raptim collectis potioribus rebus, cætera iniectis flammis, cremarunt. Quinta oneraria miserabili sociorum spectaculo territa retrò acta diffugit in tutum. Moschettarij, nemine prorsus amisso, in urbem multo cum gaudio redierunt; sex captiuos rusticos trahentes, præter triginta cæcos, aliosque fluctibus obrutos.

Præfectus commendata magnificis verbis moschettariorum opera, præmijsque donatis, rusticis etiam perhumaniter acceptis, vinum ad satietatem afferri iussit in cæna; quamuis illius penuria ciuitas laboraret. Postero die eos sisti ante se voluit: ab ijsque de omnibus rebus, quæ in castris agerentur diligentissimè sciscitatus donatos pyrii pulueris theca liberos dimisit ad suos. Rustici postea arce Fanchieridena, & Patrum Capuccinorum cænobio potiti, omnia diripuerunt; quæ religiosissimorum hominum paupertati ab eorum seueris legibus conceduntur. Cætera libros, scripta, concionatorum lucubrationes, & quidquid imperitæ nebulonum colluniei fordet, iniecerunt in ignes.

Præfecti clementia in Rusticos.

Rustici alium tributum creant.

Fadingero summo Rusticorum Duce tormenti globo discerpto, in eius locum militaribus suffragijs Acatium Vilingerum sutorem subrogarunt; qui statim coacto cohortium ducum consilio, indicta capitis pœna vulganit edictum; vt omnes socij ad nota signa redirent; vt expugnato Linzio, suæ Euangelicæ religionis hostes ferro, ac flamma destruerent: deltinato præcipuè cædi Adamo Herberstorfi comite Linziji præfecto. Hoc edictum trium Euangelicorum exercituum supremi Ducis titulum præferbat. Ad sutoris imperium innumera rusticorum agmina cum com meatibus, & armis ad signa venere. Itaque acriùs Linzium triginta rusticorum millibus oppugnari cæptum; quorum tria, & viginti millia, in ea parte, qua ciuitas vergit in Aultrum, tetenderant; cæteri ultra Danubij pontem in suburbio, quod Boream spectat, castra locarunt: Nec mora ab ea parte, qua Patrum Capuccinorum cænobium exurgit, muralibus

bus

bus tormentis cœpta ciuitas verberari.

Collimabant præcipuè in regiam mœnibus cohærentem : alia tormenta in vrbs portas librarunt . Data vtroque satis ampla mœnium ruina , per quam instructis ordinibus in urbem posset hostis irrumpere , se rustici ad inuadendos muros expediunt . Verim præfectus iussis ciuibus se in arcem recipere ; sibi cum suis præfidiarijs tuendæ vrbs munus desumpsit : tantaque virtute illarum assilientium trucibus vluatibus belluarum impetum fregit : vt laceris artubus , *fasciatis* in castra compulerit . Nihil tamen ab ea infelici pugna abiecto animo rustici quieuerunt : sed effertiores à cæde mœnium partem demoliti , quæ vtramque portam interiorcet , per ruinas infano conatu præcipites ruunt . Præfectus proniso periculo tormenta aduersus diruta mœnia collinearat : in vicinis ædibus occultato præsidio , iusso non priùs ex latebris exilire , quàm condictum symbolum ipse dedisset . Rustici per ruinas in pomœrium egregiè nituntur , nec aliquo obuiam ex ciuibus , aut militibus prodeunte , se urbem adeptos putarunt : quare audaciùs in vterius inuectos , præfectus commodum librata emitti tormenta , ac missilia torqueri , militesque ex insidijs iubet erumpere . Tum enim verò Rusticorum edita strages , qui inopinato malo percussi ; quocumque præfidiariorum se concitant globi , horribili belli turbine trucidantur . Ceteri , qui intra munimenta subsisterant ; conspecta miserabili sociorum cæde , pauidi se è castris proripiunt , fuga salutem quesituri : duobus tormentis , multisque ad castra ponenda instrumentis relictis in castris . Sexcentos rusticos ea clades absumpsit : quadraginta capti , quos benignè admodum præfectus accepit , vulneraque eorum curari iussit : atque ad se vocatos perhumane alloquutus ; *addidit se eos liberos , ea conditione dimittere , ne amplius rebelles socios , aut armis , aut re vlli iuuarent , nuntiarentque suis se pacem illius prouincia maximè cupere , nec se eorum sitire sanguinem , aut ruinam anbelare , vt ipsi iactabunt* . Rustici actis pingui , suo more verborum officio , pro salute , quam laqueo , pro ipsorum meritis , perditum iri putabant , præfecto gratijs , liberi discesserunt .

Chiliarchus Labellus cum accepisset rusticos vbique grassari , ac furere ; duodecimque eorum millia urbem Ensum obsidere : iterum in Austriam Superiorem cum quingentis equitibus , & mille ducentis peditibus probata , veteranaque virantis ire maturat , vt illam urbem à rusticorum sententia , feritateque vindicaret . Aduentus eius fuit aded celer , & repentinus ; vt eodem tempore erumpentibus etiam obsessis , momento nongentis rusticis cæsis : reliquos è castris exegerint ; parta omnium rerum castrensum , & vnde cùm muralium tormentorum præda : insequutusque ad multam diem fugientes plurimos interceptit . Et quo latius terrorem daret ; omnes illius tractus pagos , & villas iniectis flammis exussit ; captiuos iureiurando adactos , ne in posterum contra Cæsarem militarent : liberos abire permisit : nec cessatum à strenuo chiliarcho est , donec trans-

missio

misso Danubio; Itaieraque vrbe recepta, omnem illam rebellis prouincię partem in Cæsaris fidem, ditionemque compelleret.

His peractis, iterum frustra à Cæsareis conquisitoribus pacis fœdus propositum rusticis est; quamcumque pacis mentionem contumacibus auribus repellentibus; nisi prius illis religionis libertas concederetur. Quo circa Princeps Holstainus cum sua legione à Vindelicia profectus in Austriam contra Rusticos pugnaturus intrauit. Quo illi cognito, sua metu deserere munimenta simularunt: Holstainus hostes ratus abijisse, non procul ab eorum castris in planitie confedit: nec vllas insidias à tumultuario stolidæ gentis exercitu metuentem, altumque suis indormientem malis rusticis duabus ante lucem horis ita silenti agmine aggrediuntur; vt ad arma ne capienda quidem discurrere, præ nimia inuadentium celeritate, vacauerit. Tantisper rusticorum furorem, & impetum equites tenuerunt; sed ipsi quoque hostium intra castrorum septa vndique irruentium multitudine obruti, pulsique, qua cuique per confertos Rusticorum manipulos aditus patuit: effugientes pedites immanissimæ agrestium feritatis concidendos deseruerunt. Ipse Holstainus cum paucis equitibus è suorum clade elapsus Possam se recepit.

Rustici
Cæsares
insidijs
exceptos
occidunt.

Sub idem tempus duo Bauari chiliarchi cum suis legionibus in conspectu alterius rusticorum agminis in collis fastigio sedentium substiterunt; factoque subito impetu rusticos ab ea statione pepulerunt: potiti insuper quodam vicino castello, quod eorum præsidio tenebatur. Die sequenti rustici vna conglobati stipatis ordinibus feruntur in Bauaros: qui contorto in rusticos pilarum nimbo, pluribus laceratis, in cæteros iam pedem referentes maiori ardore, quàm militari disciplina prouecti; vsque ad quemdam saltum, in quo aliud agrestium agmen in insidijs latebat, inciderunt; quos repente vndique circunuëtos coorti ex insidijs rustici cædunt. Ij quoque qui fugam simularant, conuersa repente fronte, tanto impetu in Bauaros inferunt signa, vt momento solutos ipso irruentium impulsu ordines dissiparint. Aliquot muralia tormenta, præter cætera spolia, rusticis prædæ cesserunt. Aliud Rusticorum agmen in Bohemiam inuadens, aliquot exigui momenti oppidis expugnatis, maiora in prouinciæ viscera illati aufuri fuissent; nisi Praga, & ex omnibus regni partibus peditum cohortes, & equitum alæ ad pellendos rusticos confluxissent: quarum aduentu territi nebulones, direptis, quæ occupauerant, oppidis, in Austriam iterum redierunt.

Bauari à
Rusticis
cæduntur.

Gliscibat in dies nouorum accessione sociorum hæc fœda rebellio; inualecebantque magis, ac magis perduellium vires. Quare, ne malum ea caperet incrementa; vt in immensum crescenti ita facile obsitti non posset. Labellus, & Prainerius chiliarchi cum alijs plerisque Cæsareis ducibus, iunctis simul copijs, quibus quingenti quoque ex Linzij præsidio milites accesserunt, contra rusticos pergunt; cum quibus non procul à Velzio vrbe conserata pugna, rustici ducentis primo agminum impulsu amissis, Cæsarea acie

Cæsarei
cum Ru-
sticis pu-
gnant.

acie acriùs perurgeſte, funduntur. Qua magis efferati plaga, ferarum more, vulneribus magis ſauientium, rabidiores veſano impetu redintegrato prælio, in Cæſareis inuehuntur; qui cum vndique graui mole incumbentium belluarum impreſſionem ſuſtinere non poſſent, limphatę ruſticorum turbę terga verterunt. Non ita tamen Imperialium clade cruenta, cū maturata fuga maiorem militum partem ab agreſtium rabie ſubtraxerit. Hac ingenti parta victoria, Ruſtici alij alibi tripartito agmine confederunt, iterum Danubij tranſitum claudentes.

*Cæſareſ
ſumuntur
à Ruſ-
ticis.*

Labellus, vt hoc moleſtiſſimum hominum genus, immo furentium beſtiarum compeſceret inſolentiam; coactis iterum validioribus copijs, Ruſticos certamine prouocat; ſexcentiſque eorum inita pugna, proſtratis, cæteros auertit in fugam; recepta ſunt duo muralia tormenta, quæ paulò antè Ruſtici Holſtino Principi ademerunt. Hęc felix pugna fecit animum Labello: vt Gmundenum vſque ruſticos inſeſto exercitu ſequeretur; quo inde hoſtibus pulſis, illud oppidum obſidione liberaret. Itaque factò ſubito in Ruſticorum caſtra impetu, intra munimenta tranſiit. Sed cum milites iniquiori loco hærerent; neque in arduo, abruptoque ſitu acies explicari poſſet; Ruſtici furore, ac rabie conciti, redeuntes in prælium Cæſareos circumquaque vrgentes propellunt; maioriſque eorum parte trucidata, de munimentis deiiciunt. Mox ſaxis à Ruſticis res agitur, deficientibus telis; ſummeuentque Cæſareos lapidum tempeſtate; qui ea miſſilium perpetua iaculatione contuſi, fractique capita receſerunt.

*Labellus
reddis
Ruſticis
cladem.*

Non ita multo poſt alia pugna cum Ruſticis commiſſa à Bauaris eſt; infelici ſanè euentu, Bauaris cum magna cæde ſiſis, pluribusque ducibus interfectis. Pars adhuc iſtius prouincię in fide erga Cæſarem perſiſterat; cuius ruſtici aliorum rebellionis conſcij, ac participes eſſe noluerunt. Rebelles idcirco miſſis eò duobus ſociorum millibus ſidos agreſtes in ſuas partes, vi etiam illata, trahere conabantur. Quorum aduentu audito, arreptis armis, ſe eius certi conſilij, decretique eſſe declararunt; vt in conſtanti, inuiolabilique erga Cæſarem fide viuere, morique vellent. Quo irati reſponſo rebelles fidelium agros vrere, vaſtare mapalia, pauperes fortunas prædari inaudita immanitate cœperunt. Verum hæc in ſuum ordinem ſauitia non illis ceſſit impunè. Illiſiquidem, vt non magis verbis, quàm rebus ipſis ſuam fidem Imperatori probarent; rebelles itrenuè aggreſſi ſuſos, fugatoſque in quoddam caſtellum compellunt; vbi quia ad munimenta demolienda deerant muralia tormenta, pago caſtello in hærenti flammas iniiciunt; quæ ventorum validis flatibus auctæ, redactæ iu cineres pago, ipſum caſtellum comprehendunt: vaganteque latiùs incendio, totum abſumunt. Ruſtici, quos ex caſtello flammaram metus excuſſerat; partim perempri, partim capti, aliquot à cæde fuga ſubduxit.

*Buſtici
flammis
vruntur.*

Ita in Auſtria Ruſticorum furentibus armis, Dux Banarus hoc bellum

I non

Non esse spernendum ratus; quod, sicuti quondam ferule Romanos affligerat; ita hoc quoque spretum Germaniam in salutis discrimen posset adducere, fruentibus maximè in Quadis, ac Marcomanis Vinmariensibus; Pappenheimium Rustico bello præfecit: & cum sex armatorum millibus misit in Austriam: quibus cæteri Bauari milites, ac Cæsareæ cohortes, quæ in illa prouincia bellabant, iungendæ erant. His copijs septis Pappenheimius, mense Octobri exeunte, ad Oenum flumen ducit; iussaque exercitus parte ad Iardinum naues conscendere: per Danubium se in Austriam ingressurum simulauit: de quo Pappenheimij consilio admoniti Rustici nouos aggeres obmoliri ad fluminis litus, excitare validiora ad prohibendum transitu hostem munimenta, omnes aditus obsidere, custodias longo amnis litore disponere. Verum ille iunctis ad Posam copijs, iussis ijs è nauibus exscendere, qui secundo flumine ferebantur; data militibus breui ad recipiendas, recreandasque vires quiete, totam noctem festinato agmine properauit; ita vt sub primos Auroræ candores Austriæ fines attigerit: ac inde mox eadem celeritate festinans Linzium perueniret. Hic vniuersas copias in vna castra coegit: in quibus quinque dierum quiete sessas itinere vires collegit exercitus.

Pappenheimius cum
vna Rustici
vadii.

Sexto idus Novembris ad Effertingum, quod à Rusticis tenebatur, signa conuertit; & quattuor passuum millibus propè urbem metatus est castra. Postera die in tria ingentia agmina partitus exercitum hoc ordine procedebat. In leuo cornu Cæsareos milites collocarat; in dextro Dux Holstainus curabat: ipse mediam aciem ducebat. Rustici vbi hostem ad se instructo in pugnam exercitu venientem conspiciunt; relicto Effertingi præsidio, egrediuntur ex urbe, atque in saltu inter urbem, & Cæsareos surgente natura munito explicatis ordinibus confliterunt. Prohibant aliquoties contemptim contra Cæsareos rustici: sed nunquam congrederi cominus ausi inanibus vlatibus velitati, in saltum, detrectata pugna, redibant.

Cæsareus
exercitus
vadi.

Pappenheimius cum ad multam diem disposita acie steterisset; & ad ferendas manus nullus hostis procederet: nubilumque caelum pro ea tempestate minuto imbri rotaret: iussit in saltum tormenta displodi; vt pilarum ictibus desiliens arborum truncis, rusticos vulneraret, vel globorum quaquauerfam volutantium terror in apertos campos feras illas è syluestribus Iultris extunderet; nec sua spe deceptus Pappenheimius est. Rustici namque, ne tormentis lancinarentur impunè; veluti belluæ quos canna latratus, & morsus ex lucis extrudunt, è latebris foras erumpunt; duabus equitum alis aciei tegentibus frontem: atque in dextram hostium cornu non minori impetu, quàm clamoribus illati ordines turbant, fusuri profus; nisi chiliarchus Cordebacchius subsidio percussis cum suis equitibus celeriter accurrens, inuidentem sese acrius hostem repentino turmarum turbine compressisset.

Pappenheimius
duos Cæsareos,
& Rusticos.

Qui sinistro Cæsareo cornu imminebant: quò medijs hostibus ipso-
rum

runt multitudine circumfusa, eos cogere, à lateribus, à fronte, à tergo in orbem pugnare, latius agmen extendunt. Sed *Labellus* cognito *Rusticorum* consilio, ne undique ab hostibus cingeretur: quocumque pergerent, copiarum frontem obuertit: stipatis ordinibus excepturus, quaque hostis ingrueret. Verum in mediam aciem fuit acerrimus impetus *Rusticorum*, & tantum non in medios ordines innecti tormentis potiti sunt, adeò validè in *Cæsaream* aciem incurrerant. Et nisi *Batbergus* rei tormentariae legatus *Rusticorum* violentissimæ impressioni duobus obiectis moschettariorum agminibus, contudisset prouentes igneorum missilium iaculatione: *Cæsaream* aciem penitus pepulissent. Ingentibus animis, ac virtute, vtrique certabant. *Pappenheimij* acerrimè pugnantis exemplum *Imperialium* animos roborauit: cum in agminis fronte, & manu, & voce increpando segniores, minitandoque timidis, tantum profecerit; vt erectis animis, valentiùs *Cæsareis* inferentibus gradum, sub vesperam *Rustici* funderentur. Quorum magna pars *Essertingum* à clade fugerunt: plerique in *Danubij* saltu se librarunt in vndas: vt nando in insulam ab *Imperialium* gladijs euaderent: sed parumper vndas manibus, & pedibus eluctati, absorpti vorticibus perierunt. Alij errabundi per saltum, cum felium instar in arborum fastigia irrepissent: vt raniorum, & frondium obtentu corpora tegerent; manuarijs tormentis petiti, transfixique glandibus præcipites ad ima ruebant. Plurimi etiam in ipsa fuga à *Cæsareis* interfecti. *Pappenheimius* ea nocte in illo saltu confedit. Mille quingenti *rustici* ea pugna ceciderunt: cruenta admodum *Cæsareis* victoria relicta. Multi *Bauari* vulnerati, inter quos *Cordebacchius* duabus plagis faucibus eminebat.

Rustici à Cæsareis circumditi.

Rusticorum fragor.

Super *Rusticorum* cadauera quædam superstitiosæ syngraphæ ignotis characteribus exaratae inter spoliandam inuentæ sunt: quibus mane voratis, putabant infani quibuscumque missilibus, ac telis se impenetrabile corpus durare: quod quia *Daemonum* fraudibus aliquando accidebat: vt inter volitantes undique tormentorum globos aliqui versarentur impunè: immo eorum supremi ducis pectori impacta excussa murali tormento ferrea pila, irrita plaga, innoxia ad eius pedes, mirabili sanè portento, defluerit: fiebat, vt nullo mortis metu, veluti desperati pugnarent: atque in media certaminum discrimina, cæci, insanique ruerent. Quamquam nihil his magicis libellis tela morantibus, plurimos, vel excantato corpore, missilia confixerint; & ipse *Rusticorum* Imperator paucis post diebus à *Cordebacchio* minoris sclopuli cõtorto missili confossus interijt. Tertia noctis vigilia quidam *Essertingi* ciues ad *Pappenheimium* vrbis clauas argenteo in disco detulerunt: cum iam ex vrbe accepta clade, *Rustici* discessissent: relictis quinq; muralibus tormentis, quæ trepidatio, festinatioque abduci prohibuit.

Magica Rusticorum syngrapha

Portentum.

Essertingum Pappenheimio deditur.

Pappenheimius, inposito vrbi præsidio, Ducem *Hollatium* præfecit:

I 2 atque

Pappen-
haimius
Rusticis
insunt.

atque inde motus copijs, Gmundenum versus à rusticis obsessum : vt eos inde ab ea obsidione depelleret : iter intendit. Venientem, appropinquantemque castris intra munimenta segniter rusticis opperiri non placuit : sed in patentes campos egressis hostem velitationibus distingere : atque de eius virtute fortiter periculum facere. Verùm leuibus prælijs paululum Imperialium vulnera experti, ab obsidione in vicinum saltum discesserunt: vbi octo etiam rusticorum millia confederant.

Secunda
cum Ru-
sticis à
Cæsareis
pugna cõ-
mittitur.

Pappenhaimius in duo agmina diuisit exercitum : quorum alteri ex Cæsareis constanti Lebellum præfecit, alteri ex Bauaris, alijsque gentibus conflato ipse imperabat. Gradiebantur vtrique seorsum, procul alter ab altero quindecim stadia : vt bipartito ex duobus lateribus medium hostem inuaderent. Illi iam cantatis quibusdam hæreticorum more superstitiosis precibus, concioni prædicantis intererant : conspectoque hoste ad se duplici agmine procedente, à suis ducibus tumultuarijs, vt in re subita orationibus animati, à concione ad arma discurrunt : adeoque valida impressione in Lebelli cornu feruntur; vt quamquam ab eo multum, diuque laboratum fuisset: vt sciorum sisteret fugam; atque in pugnam propulsos reduceret : tamen ipsius agmen rusticorum furore dissectum, dissipatumque fuit; quod Gmundenum effusissima fuga procurrens, vsque ad vrbis fossam infectati sunt rustici nihil eos terrètibis mochetariorũ missilibus; quæ à prædialijs in vltèrius prouectos è menibus torquebantur.

Alia rusticorum acies in Pappenhaimium non minori impetu inclinatæ hastis inuehitur : elatis vocibus illum inclamantium *veni, veni, Pappenhaimi* : adeoque ferox, & vehemens fuit irruentium Rusticorum incurfus : vt tota nutans valido impulsu Bauara acies Pappenhaimius formidarit, ne à rusticis funderetur. Acceptaque clades procul dubio fuisset; nisi ille ad varios, & inopinatos præliorum euentus electam moschetariorum manum in quibusdam cespitibus collocasset : qui ad conditam tesseram è latebris in Rusticorum latera erumpentes, eorum impetum paululum detinuisent; donec Pappenhaimius duo loricatorum equitum agmina in terga hostium impegit.

Rustici
gralio su-
perantur.

Tum enim verò pugna recanduit, quæ diu propter dimicantium ferociam, anceps, dubiaque fuit : sed tandem Bauaris, iterato acrius impetu, instantibus, Rustici pulsi, fugatique sunt. Iam Pappenhaimius manifestè ad se inclinante victoria, aliquot strenuorum peditum cohortes in eos rusticos immiserat, qui fugientibus Cæsareis vsque ad Gmundeni fossæ marginem insisterant. Hi regredientes Rusticos victoria exultantes adorti rei nouitate attonitos, insciosque sociorum fortunæ fuderunt: quorum à Cæsareis vndique prementibus latè edita strages est.

Quattuor millia illius vilissimæ gentis ea pugna prostrata : præter eos, qui hac, illac palantes à pugna pro vulnerum grauitate cadebant. Nec tamen his cladibus ita rusticorum contusa ferocia, aut fracta peruicacium ani-

animorum temeritas est, quin bis cum Cæsareis, sed pari semper, ac infelici fortuna pugnarint; efferata siquidem semel perfidia, mitescere nisi ultimo domita exitio, non potest. Rustici quasi nihil tot cladibus de rebellium numero decessisset, Griesburgi iterum coeuntes bellum instaurant; sed inter ipsa belli consilia, molitionesque rerum à Cæsareis deprehensi cadunt, ac penitus dissipantur.

*Rustici
penitus
profligantur.*

Sic confectum est rusticum bellum, quod propter pertinaciam, stolidamque gentis abiectam feritatem ad ultima propulisset Imperium; nisi aspirantibus Diuis, Pappenheimius nequissimorum nebulonum insolentiam, non minus fortiter, quam celeriter contudisset. Magna pars ab armis ad stiuas, & sarcula redierunt. Sontior turba, & noxiores facinoris auctores alij aliò dilapsi saluti fuga prospexerunt; de quibus habita accurata quaestione, quotquot comprehendere potuere; laqueo suspensi crucibus pependunt. Cæterum, profligato periculoso bello, dimissis in statua militibus, armorum fragores in Austria siluerunt.

Dum hæc in Austria contra Rusticos agerentur: Halberstadius, qui febri correptus aliquot dies Volfempyti substiterat; ubi conualuit, cum indomitus, atque inquietus animus à maleficijs cessare non posset; motis inde castris, Catos omnes rapinis, direptionibus, atque incursum infestauit: destinabatque in Franconiam transferre bellum; ut hac ratione detractis ex sui fratris ditionibus Cæsareis, armorum ruinas, terroremque procul auerteret: cum omnes aditus hostium stationibus obsideri, ac contra se coire Cæsareos agnouisset; iterum febri tentatus Volfempytum cum exercitu redijt: ubi in dies magis ingrauescente morbo, sexto Kal. Iulij diem obiit: quicquid tandem, qui nunquam quienerat. Quinque dies antequam ferocem efflaret animam (dictu sanè non tam mirabile, quam horribile) vermis quinque palmos oblongus duorum crassitudine digitorum foras ex visceribus eius erupisse dicitur: quem, exenterato postero die corpore, omnes fibras, cor, epar, pulmonem corrosisse compertum est. Sic immaturo fato extinctus hic princeps non diu potuit in præbiteros suas iras explere: quas impio animo conceptas assumpto præbiterorum hostis nomine, profitebatur.

Halberstadius febri correptus.

Halberstadius extinguatur.

Lumbri eius prodigiosi.

Tillius, ut Mauritium Catorum principem belli metu in fide Cæsaris contineret, ab eo poposcit; ut in potioribus eius ditionis oppidijs Cæsarea præsidia imponere sibi permitteret; quod vicinorum armorum grauiorisque mali terrore compulsus Tillio concessit. Seneris insuper petris cauit; ne quis Imperialium militum violaretur. Quòd si quis ageret insolentius, eum apud Tillium patrati sceleris postulerent. Mauritio itaque in fide erga Cæsarem confirmato, reliquas copias ad urbem Mauritium obsidendum adduxit. Cuius præsidium ob propinqua Regis arma spe subiti subsidij erectum oppugnanti Tillio aliquot dies strenuissime obstitit; sed cum tormentorum pulsibus quassata mœnia corruissent; arctioraque in dies ciuibus fierent; honestis acceptis legibus

Gordingen, Pappenheimius munitione bello petris aliisque oppida inuadit.

ditionis, se Tillio permissit.

*Res Da
mus contra
principes
Ecclesia-
sticos du-
cit.*

Eodem victoriæ calore Verdenum, aliaque oppida Tillius subegit. Inde ad Northemiûm promotis castris, eam urbem ductis circum aggeribus, ac loriciis obsedit. Quo cognito Rex Danus è statinis copijs eductis, in Imperiarum castrorum conspectum, cadente sole, se dedit; atque in urbem com meatuum, reique tormentariæ copiam, & militum subsidium, vel ipsis spectantibus Tillianis, induxit. Cuius voti compos factus Duderstadam versus disposito ad pugnam exercitus proficiscitur; ut inde quadringentis pedibus hostium delectis, ad vastandas Ecclesiasticorum Principum ditiones, faciliorem sibi aditum aperiret; hostesque Brunsvicensem ditionem nimium diuturnis stantijs exhaurientes expelleret. Vbi Duderstada suburbanos attingit campos; tormentis proficindere moenia noctu, diuque perseveravit; concertis etiam eodem tempore artificiosis flammis in testa. Quibus omnibus incommodis à vigili, litrenuoque præsidio consultum est.

*Tillius
Danum
Regi per-
sequitur.*

Tillius inanem futuram Northemiû oppugnationem ratus, si com meatuum, militumque subsidijs præsidio firmato, illam urbem iterata obsidione tentaret; Duderstada subsidio properare decrevit; præcipue cum aliquot peditum legiones à Valstaino missæ tempore in castra venissent. Regi Dano hostem expectare non placuit; ne ab eo & militum virtute, & numero validiori acie configere cogereetur. Itaque Volsenpytum regressus intra urbis munita in tuto se tenuit. Venum non adeo celeri gradu recepit exercitum; quia extremum agmen à Tillio festino passu sequente sexcentorum ex regijs equitibus corde, & quingentis interceptis peditibus, funderetur.

*Calisto
Duxerunt.*

Procefferunt tres dies in mutuo conspectu hostiles exercitus: iam egresso Volsenpyto Rege, continuis velitationibus se inuicem de die carpendo. Tandem non procul à pago Luthera nomine consistenter: ubi latissima planities circumquaque procurbit; circumfusis undique saltibus, ut amphitheatri speciem ad exhibenda Martis spectacula præferre videatur. Nocte concubia, sereno celo, sanguinos gladius sublimis in aere pendens mucrone contra Dani Regis castra, capulo verò crucis figuram exprimente ad Casareos verso, ab utroque exercitu conspectus est. Oriente luce, Tillius contra hostem compositis in aciem ordinibus, proficiscitur. Rex pariter educto ad pugnam castris exercitu, Tillium venientem expecturus expectat. Suadebant Regi plerique rei militaris periti Duces, ut fugeret prælium; præcipue Fuxius rei tormentariæ præfectus ita loquutus fertur.

Pernicioso omnino consilio ruis in pugnam virtute militum, & numero Casareis impar, Rex. An non satis tot tenuibus prælijs tuam fortunam ex perteris es; ut etiam hoc inconsulto, periculofoque ausu tibi omnino refragantem irritare contendas? Ingentibus sanè animis nostra agmina in Casareos pugnant; proculdubio victura; si aut aequales vires animarum impetum sequerentur: aut non forti.

fortibus ausis iniquior fortuna restaret : sed omnes nostri conatus hostilium armorum felicitate frustrantur . Quid hoc tot curis , & impensis collectum Danici regni robur in summa veram discrimen elisurus immittis ? Si has vires , quibus tua res , & regia dignitas nititur ; aliquis aduersi praelij atteret casus ; quo alio exercitu validus restrictum Imperialium armorum progressus impedies ? Cepisti contra Casareos arma pro restituendo Palatino pro Germania Austriae seruitura asserenda libertate : alieni belli inane regnum , & caput pericula translasti : valido agmine septus prodijti armatus alieno magis causa defensor ; quam quod tuis rebus vis aliqua pararetur . Satis tui animi fortitudinem , sensus , vires , Germania vota Casareis ostendisti . Nullum maius à te nec copiatam Imperatoris officium , nec socij exiguar Protestantes obsequium ; ut cum tanto sua salutis rerumque tuarum discrimine has copias dubijs incerti Martis enentibus obijcias . At enim instant Casarei , crebris eubarum cantibus prouocant ad praelium ; non dignitatis est regia nec aastroorum armorum exultationis pugnam fugere , atque horrere certamen ; fortasse Casareos fortuna diu impotentibus studijs prosequuta , veluti fatigata destituet ; cum plerumque soleat , quos pluribus beneficijs auxit , ad duriores casus referuare . At parum prudentis est animi ab inconstanti pendere fortuna , & à dubio casu felicem expectare successum . Hæc Imperialium alacritas , & audax fiducia timoris causam præbet . Eo ipso quod hostes pugnae auidi nos ad praelium inuitant ; eorum timeo congressum , certamenque formido Neque hunc quisquam meum timorem sugillet ; quæ plerumque salutis est causa , imminentiæque vitat excidia . Nemo certius opprimitur : quàm qui nihil timet Non est ad hostium vota dimicandum . Nos præstant omnibus rebus militam numero , virtute , audacia , Superiorum victoriarum memoria illis animos addit . Non profecto nos ad pugnam allicerent , nisi se nobis viribus præcellere intelligerent . Quocumque nos ferimus signa , sollicito gradu sequuntur . Si in Quados si in Carios , si in Pangiones copias inducimus ; nunquam à nostris vestigijs abscedunt . Adiunt nobis ubique metantibus castra . Ego conferre eorum audaciam mora frangendam ; atque intra castrorum sepea milites continendos , expectandumque , ut nimia eos pugnae cupiditas nostris muniventis impingat . Tunc nos quasi ex tuo pugnando , loci equitate militum virtutem , numerumque inuante , hostes per munimentorum deiectus , vibratis in eorum pectora hastilibus reclinabimus . Quod si superatis valli difficultatibus , intra castra transgressi nos cadent , non istud temeritati nostræ , aut militaris imperitia disciplina à fœderatis dabitur : sed vel hostium virtuti , vel fortunæ tribuetur : neque apud socios nimia inconsultæ audaciæ crimine laborabimus : qui bellum prudenter , nihil maius nostris viribus temerè audendo , administramus .

Sed Rex suorum timida aspernatus consilia , quod è dignitate , existimationeque regia non esset , pugnam detrectare : ne vilis , & pavidus hosti cum tot suis fortibus bellatoribus videretur ; stetit eodem gradu , immotaque hæsit Danica acies prælio certatura cum Tillio ; alio tamen instructis ordinibus Rex simulat ire ; ut hosti iniecta sui timidi receptus opinione , Casaream aciem ardore pugnandi certò insequeturam distraheret .

solveretque ordines, aut in aliquod incommodum deuocaret:

Inter Ca-
sareos, &
Regios
prælium
datur.

Verum Tillius stabili acie, graui incessu contra Regem, qui nulla ratione certamen poterat declinare, magno animo vadit. Regij, ne fugere viderentur, conuersa repente fronte, in Cæsareos inuehuntur; concurriturque hinc inde ingentibus ausis. Et primo quidem impetu ad Danos inclinare fortuna videbatur. Cæsis namque, protritisque Tillianorum promptissimis, ad ipsa hostium tormenta in medios rapti ordines penetrarant. Rex ipse, vt arridentem fortunam iuuet, omnes integras copias in prælium inducit; tantoque in Tillianos impetu fertur; vt quattuor veteranas legiones insolito spectaculo in fugam egerit. Tillius suam aciem fluctuantem, ac penè totam in turpem fugam auersam videns furenti similis castigare cedentes, exprobrare ignauiam, admonere solitæ, prittinæque virtutis; gladio ferire fugientes, restituere aciem, præterita decora inculcare.

Quare Cæsarei reuocatis animis, ne tot superioribus victorijs collectæ per plures annos gloriæ labem aspergerent; desperantium rebus suis more rapiuntur in Regios, adactisque agminum cuneis aduersos ordines perumpunt. Quocumque concitati feruntur, non cædem, sed stragem hostium dant. Ad quorum virtutis aspectum pudore suffusi fugientes duplicata audacia, reuertuntur in aciem: & quo detergerent ignominiam, obrepentemque iam timoris maculam eluerent; in hostem lymphati procurrunt: tam valido, vehementique impetu obuios quosque prosternunt; vt Regius exercitus fusus, dissipatusque fuerit: nequicquam ducibus prohibentibus fugam; ipsoque Rege stricto gladio, territos in pugnam reuocare conante. Deserti ab equitibus pedites ad decem millia à Cæsareis obruncantur; & ex nonaginta equitum turmis, triginta duntaxat cum faucio Rege Volsempytm incolumes effugerunt.

Danica
copia à
Cæsareis
fugantur.

Dani Re-
gis fuga.

Regiorum
clades.

Rex inter fugiendum, pugno plangens identidem pectus dolentibus vocibus querebatur: *O. quomodo nunc mei miseri pedites conciduntur.* Aliquot etiam peditum cohortes Lutheram inter pugnae tumultum elapsæ se victoribus dederunt: Cæsarique maiori ex parte datis nominibus, in Tillianis castris signa ipsius sequunturæ manserunt.

Ingens ea victoria à Cæsareis parta præda est. Duo, & viginti muralia tormenta, omnia impedimèta castrorum, duo signati argenti onusta plaustra, que in militum stipendia trahebantur: sexaginta peditum signa, & decem turmalia vexilla capta sunt. Nobilissimi aliquot eo certamine casti magis insignem fecere victoriam; inter quos Mauritij Cattorum Landgranij filius, & Fuxius rei tormentariæ præfectus, qui Regi suaserat, ne se vniuersi prælij fortunæ committeret; præter alios plures copiarum duces, signiferos, & centuriones. Duo generales conquisitores, quatuor chili archi castrorum legati, cum octo, & viginti cohortium præfectis aceti captiui. Ex Cæsareis ducenti circiter desiderati, & totidem vulnerati. Sexto Kal. Septembris hanc victoriam Tillius adeptus est; die Cæsari faustissima; cum eadem Francofordiæ Imperator à septemuiris renuntiatus fuisset.

Nec

Nec præmittam in Tilliano exercitu mitissimum Deiparæ virginis nomen fuisse tesseram militarem.

Rex postera die Volfempyro discessit; ne se intra moenia clausum Cæsarei obsiderent; traiecitque Albi amne, in Germaniæ interiora concessit, fusi exercitus superstites reliquias colligens; nouaque ad conducendos milites diplomata tribuens; vt cladem dissipati exercitus nouis militum supplementis repararet.

Tillius verò nihil Volfempytum obsidione tentandum ratus; tum quia vrbis munitissimæ expugnationem difficilem futuram putabat; tum quia circumiecta oppida adipisci prius destinabat; quò sibi omnia circum tenenti, ad eam obtinendam faciliorem aditum moliretur.

Federicus Vlricus Dux Brunsvicensis cum se omnibus fortunis periclitari, ditionemque suam innumeris belli periculis obiectare, si diutius Dani Regis partes sequeretur; atque infædere cum Saxoniam inferioris ordinibus inito seruando perseveraret: suis rebus in præceps ruituris prospiciens, sociali foedere abrupto, mutataque pacta fide se Cæsari adiungit; à quo, & à Tillio factus ab Imperialibus armis securus edixit, vt omnes Dani Regis milites ex sua prouincia discederent; quod imperium tamen detrectatum à regijs est.

Dux Brunsvicensis se Cæsari adiungit.

Rex coactis sex partim equitum, partim peditum millibus, per duos pontes flumen Albi traiecit; rectaque Brammam versus copias ducens comilitone principe filio iam suum in regno successore à proceribus designato; sparso vbique rumore; se breui non modò amissa recepturum; sed etiam hostem ex illarum prouinciarum sinibus exacturum; graues ingeminabat de Duce Brunsvicensi querelas; quòd perfidè socijs desertis, infami transfugio Cæsareis adhæsisset.

Bramma.

Rex D. nus Brammam aggrit.

Primo statim aduentu à quadam lorica triginta militum statione deiecta, promotis ad Verdenum copijs, tormenta extemplo in munimenta vrbis emittit: partemque pontis, quo iungitur flumen, pilarum concussu prostrauit. Sed cum Cæsareos obsessis aduentare subsidio audisset; tanta festinatione trepidus inde copias amouit; vt pleraque impedimenta prænimia celeritate Imperialibus diripienda reliquerit. Subijt tamen ab illo trepido receptu cum toto exercitu Noiam oppidum paulò ante à summo Anholti comitis castrorum magistro occupatum; cuius præsidium septem dies còtra Regios illud fortissimè propugnauit; & quinq; aggredientes moenia cum multa strage submouit: sed cum loricas omnes munitionesque tormenta diruissent; se Regi dederunt. Ille eadem nocte inde profectus, ne Tillij superuentu opprimeretur; transmissa ponte flumine, iterum copias in Germaniæ interiora reduxit; Niemburgo prius, & Stolzenauo validis præsidijs munitis; quæ duo oppida à Tillio post Regis discessum vano conatu oppugnatione tentata fuerunt. Noiam tamen cum toto agro, omniaque vno excepto Niemburgo, illius tractus loca recepit: duobus Verdeni, & Brammæ Episcopatibus potitus.

Ab ea obsidione excussus Noiam oppidum subijt.

Oppidum capiti.

Tillius varia occupat loca.

Mansel-

Mansfeldius ab accepta clade, Visurgi flumine superato, se Ducis Vinmariensis copijs adiunxit; amboque in Quados ingressi cum duodecim passuum millia propè Vratillaniam substitissent, per tympanistam Mansfeldius ad eos ciues literas misit; quibus illos certiores faciebat; se non alia de causa cum Dani Regis exercitu in illam regionem venisse; nisi ut Bohemos, & Quados, federatasque provincias antiqua redderet libertati; & ut tam Catholicis, quam Augustana confessionis sectatoribus vlli fraudi esset pro suo arbitrio de religione sentire; ac firmam, aeternam, que pacem, vel suo capite, in Germania sanciret.

Mansfeldius cum Vinmariensi ad Vratillaniam.

Trecenta quoque tolerum millia illos ciues in militum stipendia poscebat; ne agrum inopia impulsis, desperatique diriperent; disciplinam enim feruare non potest ieiunus exercitus. Putauit ille his literis eos ciues ad res nouas molindas se posse adducere; cum maior eorum pars de Protestantium superstitione esset; quod non solum ad sententiam Mansfeldio non accidit: verum etiam negata pecunia, arreptis armis, se iniuriam propulsuri pro incenibus ostentant. Quare Mansfeldius sua spe deceptus in Marcomanos, relictis Quadis, incessit plures pagos de Principis Liechtensteini ditione diripiens: recentibusque equitum subsidijs à Daco acceptis, Laibnecum inuasit: verum ducentis militibus amissis, repulsus è incenibus à prædiciarijs est. Nec diu in Marcommanis moratus in Pannoniam transfudit copias; sextoque idus Nouembris propè Castellum Nouum castra locauit; & posita moschettariorum equitum in fluminis ponte custodia, fodinarum urbem versus profectus est: illam equitum stationem chiliarchi Permanus, & Isolanus adorti, quadraginta eorum intersectis, de pontis possessione depulerunt. Dacus submissis Mansfeldio tribus alijs equitum millibus, ipse quoque iter ingreditur; ut cum illo sua arma coniungat; neglecto pacis fœdere, quod cum Imperatore percussisset.

Mansfeldius Laibnecum frustra tentat, & in Pannoniam ingreditur.

Dacus se hostibus adiungit.

Dux Vinmariensis, ut Cæsaris vires, quam maximè posset, distraheret; rursus per Marcomanos in Quados mouit; vbi primo ferè belli opere Opelenum, Jeregentorsumque vrbes adeptus; non exiguum terrorem cæteris eius provinciæ vrribus incussit: præcipuè Niskæ, quò potissimum tendere hostium consilia videbantur. Idcirco ciues munire urbem, excitare aggeres, proferre loricas, & validioribus munimentis sepire solliciti studuerunt. Sed hic postmodum timor euamuit, hoste prædis actis ex pagis, in sua capta loca profecto.

Vinmariensis ducit in Quados.

Valstainus hostes in seclatur.

Valstainus abeuntem insequutus, quamuis contentissimo agmine properasset, illum tamen adipisci nequiuit; quòd quidam purpuratus Pannonius è Daci partibus Pannoniam ineunti aditum dedisset. Quamobrem Tirnam Valstainus destexit; ut ibi cum Regni Palatino de violato à Daco pacis fœdere quereretur. Sed cum Vinmariensem Ducem belli eladibus vexare Quados audisset; illuc comitem Slichium cum aliquot Germanorum millibus, & Serini comitem cum suis Liburnorum turmis illi

illi provincie subsidio festinare iussit; vt Vinmariensem impunè tota provincia infestis vagantem copijs Imperialium armorum oppositu cohiberent. Ad duodecim bellatorum millia illius agmen excreuerat.

Quocirca Dux Lignizius supremus Quadornum praefectus quintum quemque hominem imperauerat: iussos in expedito esse, vt armati, quò belli necessitas cogeret, properarent. Qua de re Vinmariensis ad praefectum scripsit, *Non esse cur de hostibus habendis provinciam misceret; cum ipse non vt hostis illuc vexare Quados aduenerit; sed voluti Religionis Evangelica defensor illuc signa eam armis propugnaturus intulerit; cum interim alia oppida intercipere non cessaret vsque ad Bohemiae fines perniciosi instar torrentis excurrrens: quos ideo missis eò Praga pluribus mofchettariorum cohortibus, Caesarei munierunt.*

Dum in vnum Imperiales milites cogerentur, accidit, vt septem, & decem cohortes in septem equitum hostium turmas inciderent; cum quibus inita illico pugna, Sarmatae equites, qui Caesarea signa sequebantur in fugam, laxatis habenis effusi, ceteros quoque eodem terrore perculsos solutis ordinibus auerterunt; qui trecentis in ea velitatione ab hoste prostratis, relicto Sarmatarum turmalis vexillo, se ab hostium ensibus subduxerunt. Et quia chiliarchus Dona, qui cum Colredo eas cohortes ducebat, Sarmatas ob turpem fugam, acerbis verbis acceperit; ipsi impatientes contumeliae, ne sibi probro identidem à socijs ea fuga daretur; domum cum suo duce redierunt.

Tropauum praefectus quattuor militum cohortibus quadam die vrbe egressus est; vt vicinum oppidum repentino impetu caperet; inuuantibus ausum quorundam cinium ex arcano cum hostibus consentientium insidijs. Quo hostium occulto consilio per indicem cognito, Caesarei sexdecim equitum turmas pone syluam in insidijs locant; vt redentem praefectum excipiant; qui irritò conatu, nequicquam tentato oppido, Tropauum regrediens cum propè insidiarum locum peruenisset; a praetereunte quodam agreste monitus est in illo saltu latitare plures equitum alas, eiusque reditum opperiri. Quare ille nihil vicino, ac repentino periculo territus, breui, plenaque fiducia oratione suos accendit ad pugnam. *Debere eos praetriorum belli decorem meministi: ac tot victorias de iisdem hostibus reportatas ante oculos ponere: renouare pristinum animorum vigorem; saluus esse bene vltos mortem occumbere; quam captiuos in hostium potestatem venire.* Qua ducis constantia milites animati; vitro fortiter elatis clamoribus in Caesareos inuehantur. Tam valida, inopinataque hostium impressione territi, pulsq; Caesarei, plurimis amissis, ab insidiarum loco, vt cumque confertis ordinibus, recesserunt. Praefectus vero nullo accepto incommodo, ex eo discrimine fortiter explicatus Tropauum rediit.

Dum hæc in Quadis geruntur, Princeps Dacus ad Imperatorem officiosas literas misit; *se nihil bis obsistentibus bellorum tumultibus, perpetuo in ipsius fide, amicitiaque mansurum: nihilque ab ictu fortis recessurum.* Quae in tempe-

Varia Caesareorum cum hostibus vel facione.

Caesari hostium seruum insidiam.

Militum languide.

Daci Principis firmo militum obsequio.

tempestiua, literarum obsequia magnam attulere Cæsari suspensionem: ne fraudibus, doliisque plenus dynasta nouarum cupidus rerum insidiarum aliquid strueret præcipuè cum arma pararet; Turcarumque auxilijs suas vires, copiasque firmaret; qui iam in Pannoniæ fines inuecti Diui Andree arcæ expugnata, circumiectos Castro Nonno pagos, & vicos iniectis flammis, exusserant: atque illius arcis expeditionem agitare animis videbantur. Budensis verò, Daco instigante, Bassa collecto propè Strigonium ingenti Turcarum numero, septimo Kal. Octobris Verebellum inuasit: sed à præsidio submotis cum cæde Turcis, magna virtute defensum est. Quare indignati, iratique Turcæ, pluribus villis incensis, ingenti pecudum præda, atque agricolis captiuus abactis, arcem diui Thomæ omnibus machinis oppugnatam ceperunt; præsidio cum impedimentis abire permissum est. Inde pridie Kal. Octobris Nouogradum obsidione cinxerunt: atque nouem tormentis mœnia subruere conabantur: quo tempore Dacus, detracta fronti larua, apertumque se hostem professus, suas copias in Turcarum castra deduxit.

Turca
contra Ca
sarem bel
lant.

Daci in
coram ca
stra ad
uentus.

Valstai
nus Tur
cas fugat.

Bellum
Dacicum,
& Turci
cum seditio
nis.

Cæsari a
Mansfeld
dicitur of
fisi, mox
vincunt.

Vinma
rentis in
Quados
santia.

in Tisc
a

Valstainus, auditis Turcarum in Pannonia profectibus, additis suo agmini Pannonici Palatini cohortibus, & turmis, Nouogrado subsidio ire maturat; quem cum ad se properantem Turcæ cognouissent; in suas arcæ, soluta obsidione, se trepidi receperunt: sed non adeò contento agmine; quin à sequentibus Cæsareis terga extremi agminis cæderentur. Decussis à Nouogrado Dacis, & Turcis, Valstainus, Vizenum quoque, dato valido in mœnia impetu, abstulit; coegitque hostes, copiarum facto diuortio, in sua quemque domicilia redire: constrato deinde ponte Danubio, Alba regalis expugnationem agitabat; sed cum difficillima ea expugnatione videretur; mutato consilio, positis castris, in hostium tantum molimina excubabat. Inducijs deinde cum Daco, & Turcis vsque ad mensem Aprilèm factis, mota tanto impetu arma subito quieuerunt.

Sub idem tempus ad Posonium cum Mansfeldianis copiæ Cæsareæ conflixerunt; infelici sanè fortuna, cum illis paulò ante, quàm in certamen descenderetur, se quinque Pannoniorum millia iunxissent. Mox tamen a Cæsareis reposita clades Mansfeldianis est; nouarum superuentu cohortium viribus reparatis; quarum subsidio firmiores, inuito rursus cum hoste certamine, amissum superiori pugna decus, latè fuso, caesoque hoste, recuperarunt. Non quiescebant interim in Quadis Vinmariensis ducis arma; immo cuncta, cæditibus, incendijs, rapinisque excindebant. Nec Quados tantum omni belli in commodis affixisse contentus, in Marcomanos quoque transgressus, aliquot oppidis expugnatis, suorumque præsidio munitis, totam prouinciam sub iugum mittere properabat. Cuius potentia, & validis armis virtute militum, & numero impar Donæ domitijs, cum tumultuarias tyronum manus, collectiosque milites veteranis hostibus apertis in campis obicere non auderet: scientium rei bellicæ militum subsidia ab Imperatore per literas flagitauit. Ille statim misso ad

Valstai-

Valstainum Pannoniæ fines contra Turcas tuentem nuntio ; iussit dimidiam eius copiarum partem ad Donæ dynastam in Quados contra Vinmariensem mittere ; vt veteranorum militum auxilijs firmatus, insolescenti hosti posset obsistere .

Renuit Valstainus mandatis Cæsaris audiens esse ; purgavitque contumaciam ; cum non profuturum Cæsari esset ; nudare Pannoniæ fines exercitu ; ac vires tam valido hoste vicino minuere : ne, si Dacus, & Turcæ, quibus Mansfeldiani quoque milites addebantur ; non solitis à Cæsareis fines præsidijs teneri didicissent ; contempto induciarum fœdere ; vt natua est omnibus Barbaris perfidia ; prouinciam subsidijs vacuum adorirentur ; atque aliquod graue damnum rebus Cæsareæ Maiestatis inferrent. Quare Dux Vinmariensis nullo sibi obsistente , totis Quadis arma circumferens Mense Nouembri summo mane ad vrbe[m] Lizsuiuzium copias cum tormentorum apparatu promouit ; incussoque ciuib[us] excidij terrore, edixit ; vt sibi protinus dederent vrbe[m] : Imperialeque præsidium expellerent ; ne stolidi obstinatione repugnando se, resque suas , ac patriam perderent . Quibus Vinmariensis minis respondere ciues ; *se in fide, ac potestate Cæsaris esse : atque in ea usque ad ultima esse mansuros .*

Vinmariensis Lizsuiuzium tenet.

Quo accepto responso , Vinmarienses libratis tormentis , mœnium partem continua pilarum verberatione deiiciunt : ac nulla mora quinque peditum cohortes stricto ferro, prætentis pectoribus clypeis, mœnium ruinas strenuè subeunt . Cohortium adiuuant impetum, quatuor equitum turmæ desilientes in pedes : atque eodem tempore horribili astiochi concussu porta prostrata, hostes in vrbe[m] irrumpunt ; atque obuios quosque armatos obruncant ; abductisque Tropauum nobilioribus ciuium, & qui inter milites aliquo munere fungebantur , captiuis ; quorum postea redemptâ pretio capita magno fuere hosti compendio : extorta ex miseris ciuib[us] ingenti pecunia ; vrbs fuit à militum direptione seruata : hac tamen conditione, vt trecentos præsidarios milites aleret .

Vinmariensis vrbe positum

Accepto captæ vrbis nuntio, Donæ dynasta, cum expeditis illicò militum cohortibus iter ingreditur : vt hoste expulso, vrbe[m] reciperet : sed venienti Vinmarienses occurrunt ; coguntque fuso agmine iter idem celerioribus, quam venerat, passibus renactiri . Vicino quoque castello potiti sunt ; in quod seruandi causa præciosissima quæque Patres Iesaitæ, & Cardinalis Dietrichianus intulerant . Neque Ducem Mererum suppetias maturasse iuuit ; antequam siquidem illuc cum suis cohortibus accurrisset ; iam castellum in Vinmariensium venerat potestatem . Dux ingenti præda, & prætiosis spolijs ouustus in Quados iterum regressus est, ibi acturus hyberna .

Varia Vinmariensis gesta.

Sed Dux iniquus , & ferox, quamuis sæniret hyems, atque altis arua contrata niuib[us] albicarent ; eaque tempestate Mars soleat posita ferocia, exarmatus in genialibus hybernis inter spumantes trientes , & læta conuiuia mitescere : nihil niuosi tamen inclementia celi , neque brumalium

1627

hium ditrum rigore terrente, adductis Iteremburgum copijs excidij metu urbem ad deditionem compulsam accepit in fidem; Nec decem peditum cohortium missum Olmizio subsidium oppugnatis in tempore praesto esse potuit; hostis celeritate Caesareos praenertente.

Donax dyn-
asta irri-
tus cona-
tus.

Ex aduerso Donax dynasta ad illius urbis iacturam farciendam Ieren-
torfium improviso impetu intercipere conatus est. Verum a strenuo praesidio, quod inuentia subeuntium silentio falli non potuit; repulsus irrito tentamento, direptis tantum suburbij, in statina signa conuerterat, cum redeuntem praesidiarij aggressi non solum exuunt praeda, verum etiam, pluribus eius militibus caesis, in fugam conijciunt.

Vinma-
riensium
ritur.

Vinmariensis, non interrupto victoriarum cursu, Coselum in Quadis, eiectione Caesareo praesidio, recepit; & Chiliarchus Mererus ab eius cohortibus cum suis equitum alis fufus, captusque est. Celebrem eam pugnam fecit comitis de gente Mansfeldia caedes; qui cum pro Caesare staret, forte sub Mereri signis inter illas equitum turmas militabat. Nec tamen diu victoriarum gloria frui Vinmariensi licuit: nam paucis post diebus maligna febris correptus interiit; commodum sane, cum illi Caesar aqua, & igni interdiceret, Imperialique proscriptione eum damnare decreuisset. Mors

Mansfel-
dus quo-
que fato
concedit.
Spalato.

regit vtrumque Caesareae sententiae ministra.

Exiguo ante Comes Ernestus Mansfeldius e viuis excesserat; qui cum per Turcarum regna peragraret; vt vadique eius barbarae gentis cogeret auxilia; in quodam exiguo pago prope nouas * Salonas diem extremum clausit. Vir sane impiger, & acer, reique bellicè scientissimus, veteranae virtutis Dux inter paucos, & inter magna Imperatorum nomina recensendus; si vt optimè ducebat exercitus; meliorem etiam causam defendisset. Erat in hoste fallendo mirè sagacis, callidique ingenij, ac expedi-
ti ad melius consilium in ipsa rerum difficultate capiendum; sed admodum inquietis, vastiora semper quam pro sua fortuna, ac conditione molientis. Ita ferè eodem tempore duo Imperatoris hostes acerbissimi perierunt.

Mansfeldianae copiae suo orbatæ Duce à Pannonia in Quados ad Vinmariensem Ducem, exiguo antequam moreretur, transferant: Quando Caesar in toto Bohemiae Regno de Religionis rebus huius sententiae vulgauerit edictum.

Caesari
edictum
capit. hi-
storic.

Cum in Bohemia Regno Aestriaca domus hereditario nunquam Res magis opima pace floruerint; ad eaque excefferint bonorum incrementa; quibus in felicissimo Regno, in summa rerum omnium tranquillitate incolae frui solent; quam cum Carolus Quartus Imperator, & Rex Bohemiae regnaret, non alia de causa, nisi quod vna, eademque religio Catholica coleretur; iisdemque sacris, & ritibus operarentur indigena; nec vlla haereticarum superstitionum impietas communia Sacra fœdaret; cum quam primum maiores gentilium Religione eiurata, hanserant Christianam fidem; ad ea usque tempora in suo nativo candore illibata, inuiolataque seruarint. Idcirco cum probè nosset idem Imperator, quan-

si di-

ti diuinarum, humanarumque rerum eiusdem fidei, religionisque vnitas interes-
set; & quanta odia, ac turbas ciceret sacrorum diuersitas: atque in suos Principes
hæresis populi concitatis, in mutua diffidia ciues impelleret; sicuti abundè ip-
sius regni elades, ruinaque testabantur: plures leges tulit; quibus religionis Ca-
tholica nitore, candorique cauebatur; atque totius regni aditu cæterarum Super-
ditionum, qua illi aduersarentur, impietas arcebatur. Cuius religiosissimi Im-
peratoris sequutus exemplum Ferdinandus legem inniolabili decreto sanciebat;
vt sex mensium spatio omnes illius regni incolarum ordines cuiuscumque condi-
tionis, & sexus; sed præcipuè nobiles Catholica religionis doctrinis, ac placitis
imbuerentur; quibus tantum æterna quaeritur salus; eandemque fidem, quacum-
que hæresi damnata, Catholicam publicè profiterentur: sin secus toto Regno fa-
cesserent; possentque secum omnes suas res, ac fortunas auertere; & bona sta-
bilia vendere consanguineis; dummodo essent Catholici. Hoc se tantum religio-
nis, aiebat, causa facere; non va aliquem fortunis suis euerteret.

Eadem nobilibus Austria Superioris edixit; dato ad bona stabilia ven-
denda anni spatio. Multis etiam Rhæni dynastis, Argentoratoque vrbi
dedit mandatum; vt illius vrbi Episcopatus redderent omnia; quæ in su-
perioribus bellorum tumultibus abstulissent.

Contra Vinmarienses copias summum Ducem Valfainum è Pannonia Valfai-
nus com-
tra Vin-
marienses
& Mans-
feldianos
mittitur.
Cæsar accierat; quæ Mansfeldianis adiunctæ bellum renouare videban-
tur. Cessauerat ille aliquid contra hostes tentare; valetudine impeditus;
ad scribendas tantum, conducendosque milites diplomata dederat. Quo
audito, hostium Duces tantas in se vires, copiasque constari; veriti ne, si
omnia occupata oppida præsidij obtinerent, infirmior tot varijs in locis
dispersis cohortibus, exercitus redderetur; languerentque diuisæ vi-
res; charioribus rebus Tropæum, & Coselum inuectis, coactisque ibi
copijs vniuersis, quas deductæ præsidijs cohortes, & turmæ mirificè auxer-
rant; eas vrbes propugnaculis, valloque munierunt; vt ibi quasi in tutissi-
mo loco se à Cæsareis tuerentur.

Recepta salute Valfainus, traducto in Quadis exercitu, Nissam urbem,
nullo hoste sibi occurrente, processit; vbi cæteris militum agminibus at-
que equitum turmis acceptis, ad urbem Lecuzum oppugnandam con-
tendit; misso prius tympanista fecali ciuibus sua sit, vt, non expectata tor-
mentorum violentia, vitrò se dederent. Verum præsidio ferociter id face-
re recusante; productis tormentis, aptisque locis dispositis, muros impe-
tere pilamque ictibus cepit: prostrataque moenium parte; cum milites ad-
inuadendam urbem intrueret; obsessi, emissis foras legatis, vrbs deditio-
nem solitis legibus paciscuntur. Ierгентorum quoque vitrò ipsius se-
potestati permisit: quarum vrbiuin præsidia se ad signa Cæsaris contule-
runt: qui in Austriacis castris merere recusarunt; cum impedimentis, &
armis, quocumque libuit, abire permissum. Itē reamburgum etiam, aliaque
oppida, solo armorum illato terrore, recepit. Inde ad Coselum belli se-
dem, armamentariumque hostium pridie nonas Iunii copias adduxit
quod

*Valstai-
nus Cæsare
copias ad-
munit.*

quod tres peditum legiones, & plures equitum alæ propugnabant. In subeuntes Cæsareos, quod ferè ab omnibus, in primis hostium ad mœnia successibus, præfidiarijs ad ostendēdos animos, a la critatemque pugnandi fieri solet; non procursum à militibus est; quamuis primo statim aduentu propugnaculum extra muros erectum adepti fuissent.

Valstainus cum mœnibus obequitasset; notassetque oculis hostium munitiones: iussit Torquatam comitem rei tormentariæ præfectum aptis in locis collineare tormenta; in quem strenuè iussa facientem, equitum turmæ è portis erumpunt; ut quò minus tormentarios educeret aggeres, impedirent; sed in eos conuersa tormenta Torquatus emittens, plurimis laceratis, in urbem redire festino receptu coegit. Valstainus ad amnem Visurgim tetenderat aduersus quoddam munimentum; quod procul ab vrbe hostes erexerant, tuebanturque valida statione ibi militum collocata. Chiliarchus Prainerius cum suis cohortibus iussus est illud inuadere; quod non minori virtute ab hoste defensum est; quàm strenuè à Cæsareis oppugnatum. In faciendo, propulsandoque impetu vtrinque plurimi ceciderunt. Verùm assilientibus vndique acerrimè Cæsareis, cessere propugnaculum Vinmarienses: in quo postea Valstainus sua tentoria fixit. Apparebat sanè, & hostium virtute, ac numero, nec non obstinata contumacia diurnam, ac difficilem vrbis expugnationem fore; sed nihil solerti ingenio imperuim, ac insuperabile est; quod aperta virtus conari non potest; hoc feliciter audet mens alti consilij, & res maximi plerumque momenti sagaci prudentia fortunato euentu perficiuntur; quas virium illata violentia desperat.

*Valstaini
militarijs
signis.*

Valstainus chirographa lapidibus inuoluta iussit intra mœnia torqueri; quibus præfidiarijs significabat, *se benignè daturum publicam fidem, liberumque aditum concessurum cuiuscumque, qui ex illis obsidionis angustijs explicare se, abireque aliò vellet: nulli noxium fore transitum, quocumque illi proficisci placuisset.* Quod breui effecit, ut aliquot equitum alæ, spe fortunæ melioris adductæ, ex vrbe discederent; ad aliquot tantum peditum cohortes, Carpezano Duce, & equitum legionem redeunte præsidio.

Chiliarchus Comes Slichius à dextera oppidi parte confederat: & dum loricas, ac munimenta perduceret; erumpens hostis ex vrbe illum leui certamine prouocauit; quod tres horas, pari vtrinque virtute, ac clade durauit; diremptumque est, neutro propendens victoria. Et quasi obsessi velitando de Imperialium virtute satis esset fecisse periculum; se deinceps mœnibus cont inuerunt; nec hostium vires vltèrius velitationibus tentandas putarunt. Porro ciues, ut patriam circumfessam Cæsareis armis viderunt; imminensque eius excidium si diutius stolidæ pertinaciæ hostis potentia reluctari perseuerarent; nobiliores matronas ad Carpezanum præsidij præfectum submiserunt: ut illius contumacem animum mulieribus blandimentis, & precibus ad urbem dedendam inclinarent: dum res adhuc in eo statu essent; quo honestissimas à victore leges accipere potuit-

potuissent : præcipuè cum non aliundè, quàm à cælo subsidium sperarent ; omnia circum hostium multitudine latè tenente : iamque prope esset, vt , dirutis tormentorum pulsibus muris , in urbem Cæsarei impetum facerent . Præfectus, aut quia deditio*n*i iam animum adiecerat ; aut in Cæsareas partes ex arcano propensus benignè fœmineis precibus flexus, post emissum ex vrbe tympanitam, ipse quoque ad Valtainum in castra se contulit ; ibique iuratis vtrinque legibus deditio*n*is, cum omnibus militaribus signis tradidit urbem , iureiurando adactus , ne ad sex menses contra Cæsarem militaret . Egressi ex vrbe milites cum ipso præfecto inter Cæsareas copias, desertis Vinmariensibus, centuriantur ; exceptis aliquot Danis , qui cum patriæ desiderio tenerentur, suas domos regredi maluerunt .

*Coselum
deditio*n*is
facit.*

Audita Coseli deditio*n*e cæteri Vinmarienses , Carpezanumque pro Cæsare militare ; relictis stationibus in quibus diu egerant : chiliarchum Baudium sequuti ducem Gabeluncum in Pannoniæ finibus magni momenti urbem se receperunt . Verum cum Peemanum chiliarchum contra se instructis copijs properantem Baudius audisset ; educto ex vrbe exercitu, in Pannoniam festino agmine proficiscitur ; ratus per illam prouinciam se tutum iter ab hostibus habiturum ; atque in pacatum cum suis incolumen euasurum . Sed cum omni aditu intercluderetur ; obsessaque essent hostium stationibus viarum angustia*e* ; retrò exercitu reducto, Lemenum urbem repentino impetu cepit ; deinde vicinos pagos, circumiectumque agrum prædatus, incolas maioribus incommodis affecisset ; nisi eum Peemanus cum sex bellatorum millibus insequutus latè omnia vastantis insolentiam vicinorum terrore armorum compressisset .

*Peemanus
pannonius
pergit cō-
tra hostes.*

Baudius, cum nec declinare cedendo hostem ; nec pugnare longè inferior numero auderet ; in ancipiti deprehensus anxio animo æstuabat . Sed ne præteritam gloriam turpi receptu, vel fuga labefactaret ; conuersis ordinibus, tanto ardore Cæsareis intulit signa ; vt hostilem aciem ferocissimo impetu totam impulerit ; auersurusque in fugam penitus videbatur, Peemano graui vulnere fauciato ; nisi sexcentorum Naulochorum equitum opportunus , ac repentinus aduentus commodum iam inclinatos Imperialium ordines restituit : qui in hostes iam diuturnæ pugna*e* labore lassatos acerrimo impetu inuecti , collectis viribus, atque animis fortiorum opportuno subsidio , redeuntes in prælium cuneato agmine perruptos hostium ordines fundunt, fugantque . Capta sunt quinque muralia tormenta, ferè omnia signa ; & ingens præda ; quam ex direptis pagis, & oppidis asportarant . Plures Rusticorum ira ; quàm gladius hostilis occidit . Dum enim palantes à fuga per agros errabundi in tutum euadere festinant , à rusticis iniuriarum recordatione efferatis intercepti obtruncantur . Peemanus, dum Berlingerum ad vulnera curanda curru vehitur, in ipso itinere expirauit .

*Pugna in-
ter Vin-
marienses
& Cæsareos.*

*Viboria
penei Cæsareos est.*

Nihil reliqui in Quadis Cæsarei hostibus fecerant , præter Tropauum, quod

K

quod

Tropau
difficilis
oppugna-
tio.

Vrbs Ca-
sareis de-
ditur.

quod à Valtaino obsidione vndique cinctum, tormentorumque furiosa tempestate petatum, maiori, quam Coselum, a suo praesidio virtute defensum est. Multo sanguine, ac vulneribus iterere Casareis dati in moenia impetas; semperque de moenium ruinis cum caede praecipites reuoluti. Erat illis ob praesidij fortis, & impigri ferocissimas eruptiones, cura semper vigili in armis standum. Nihilominus cum amplam moenium partem emissa perpetuo tormenta diruissent; arctioraque omnia in vrbe in dies fierent; iamque annonae caritas ciues vrgeret; vrbs deditur, cum sarcinis, & armis; traditis prius omnibus militauibus signis, exeunte praesidio, quod paulo post regressum inter Casareas copias describitur. Capta peditum signa ad Imperatorem victoriae argumentum à Valtaino transmissa; & tredecim turmalia signa; quae omnia bina, ac bina per internalla, in supplicationibus fercula portantium moris, ante legati Turcarum Regis ades traducta sunt; vt barbaro Imperialium armorum existimatio mijceretur.

Quadi
omnes sub
iugum
mijsi.

Quadis igitur rursus pacatis, cum omnia oppida in potestatem Casaris rediissent; validum, robustumque exercitum trahebat Valtainns; nam praeter varia pluribus in locis constituta praesidia, duodeuiginti peditum millia, loricatorum vero equitum septem millia supra trecentos, additis quinque equitum millibus moschetariorum equo merentium, & quingentis, sub signis habebat. His copijs validus Francofordiam versus ad amnem Visurgim contra Danum Regem proficiscitur. Cuius belli rerum gestarum seriem intermisi; ne narrationem aliarum rerum per mixture confunderem: nunc absoluto Quadorum bello, repeto, quo clario- ra ordine legentibus proponantur.

Dani Re-
gis in ai-
ma pro-
fectio.

Quiuerant in hybernis Casareae, Danaeque copiae, viresque bellorum laboribus fractas, abunde statiuorum otio refecerant. Cum Rex Danus Staderum profectus, ibique Holltami ditionis optimatibus accitis, habito consilio de summa belli retulit; impetrataque ad conducendum militem pecunia, tertium quemque hominem impetrauit; atque armatos in quemcumque belli euentum intentos esse iussit. Mox ingenti coacto numero bellatorum, aliquot loricas Albi flumini imminentes erexit; quatum obiectu Casareos transitu prohiberet; traductisque in aduersum litus quatuor peditum millibus, quoddam exiguum castellum versus monet; vt inde Imperialium cohortem vel improviso aduentu opprimeret; vel inde depelleret, Verum Dux cohortis suis repente in arcem reducis, cum iam flammis castellum arderet; ita strenue, quamuis antiqui essent operis, vetustateque fatiscentia munimenta aduersus regios tutatus est; vt Rex quouis edito conatu ab illo debili propugnaculo Casareos deijcere non potuerit.

Non procul inde quingenti Liburni equites in statuis erant; quorum chiliarchus audito sociorum discrimine, suis equos ex templo conscendens iussis; adeo concitate cursu in Regios delatus est; vt eodem etiam tempore

tempore erumpente praesidio eos in fugam coniecerit; quorum plerique ut Imperialium eorum mucrones effugerent, se se Albi flumini immiserunt. Ipse Rex, ne in Imperialium potestatem veniret, equum egit in flumen; & ægerimè prænalido illius natatu in vterius litus adrepsit. Ostingenti ex Regijs eo certamine ceciderunt.

*Danica
copia à
Cæsareis
superâura
Dani Re-
gis peri-
culum.*

Northmannum interim omnibus machinis oppugnatum, post iteratos in moenia impetus, nutumque obsidentium, obsefforumque cædem, excidium, metu compulsum Tullianis deditur; firmaturque sexcætorum militum praesidio.

Insanientes iterum in arma profilierant Rustici, qui, quod essent locorum periti, omnesque provinciarum latebras, ac aditus noscerent: calonum, lixarumque turbas commeatu ad exercitum conuentum interceptas, latronum more prædando non mediocriter erant Cæsareis copijs insensu. Horum imperator duxerat sponsam; & dum in quodam pago celebrat, nuptias, non proci ab vrbe Pheugaro; Dux Berlerus hoc cognito, cum expedito agmine substitit ad multam diem; donec se largius viuo haulto prolaissent; temulentique crapulam edormirèt: atque illuc cum equitatu prouectus circum pagum equitum stationibus positus, ne quis elaberetur; quatuor equites intra mapalia submisit; ut taciti explorarent, quid à Rusticis ageretur. Hi in casas ingressi se ex Regijs cohortibus esse appositè simulant; & per quam hilariter ideo à rusticis accipiuntur; propinantque grandioribus pateris socijs personatis: qui ad ducem regressi renuntiant; omnes vino, ac ceruista calente, graues, ac ebrios vix nutantia fulcire vestigia; trecentorumque turbam omnem summam rusticorum esse. Itaque statim ad arma iacrepere tubæ; ac rusticos, quasi plagis dispositis, irretitos obruncant: paucis fuga saluti fuit; ceteri, iniecto tectis igne cremantur. Sponso nuptiarum hilaria ferale inferiæ fuere.

*Secunda
Rusticorum
seditio.*

*Rustici
obtruncan-
tur.*

Georgius Lineborgi Dux cum Hamelbergi statione ageret; notato quodam ultra flumen Hauchum situ, quo facile posset hostes à munimentis in fluminis litore constructis eicere; paratis lembis, asseribusque connectis, quibus fluvium sterneret ponte; abductis se cum peritioribus cohortium praefectis, prompto, expeditoque agmine tendit ad litus, flumen transmisurus: quamquam Regij tota ripæ margine se defensuri prætenderant. Pluribus moschettariorum manipulis nauigijs impositis, imperat; ut Regios inuadant: qui exignam quamdam insulam, in quam Dux prius destinabat exscendere, obrimebant. Primi, vel prohibentibus exscensionem Regijs, ægrè litus appellat: qui velitationibus tamdiu tenuere hostem; donec traducto maiori militum numero, in vterius litus, reperitis impressionibus, excutiantur; in quod etiam Cæsareis transiectis, Dux ipse quoque, conscenso phaselo, natantem equum loris per vadas trahens suos sequutus tenuit litus. Cuius aduentu Cæsarei animati vrgent adeò Regios; ut in vicinum propugnaculum ab ea statione compulerint. Dux ne captum litus amitteret; nonis se aggeribus munit; ac postera die ex nauigijs ponte constructo, totum agmen traiecit; eo consilio, ut lucescente auro-

*Lineburgi
Dux Regi-
os para-
innadere.*

*Flumen
transmis-
sit.*

Regiorum fuga. rā, disposito in aciem exercitu, intra ipsa munimenta Regios inuaderet. Quibus cum nequaquam sufficerent animi Imperialium impetum expectare; intempesta nocte, collectis clanculum vasis, silenti agmine, profugerunt; desertis omnibus circum munimentis. Cæsarei, erumpente Aurorā, propugnacula subeunt; sed hostium nemine se pro aggeribus ostentante, rati, quod erat, fuga esse dilapsos; intra munimenta ingressi nihil aliud, nisi duos recens laqueo suspensos, palpitantes adhuc, repperunt. In his munimentis duarum cohortium è Coloredi legione à Duce statio posita est.

Tillius in hostes vendit. Ad illum vsque diem flumen Albis medium inter hostiles exercitus fluens suas vndas vtrisque confinia præscripserat: cum Tillius qui cum suis quoque copijs aduenerat; noctis se se obtendentibus tenebris; suarum copiarum partem nauigijs impositam flumen trajcere iussit. Oriente luce, propugnaculum ab hostibus propè Bauzemburgum erectum magno impetu adoritur; nec segniùs à Regijs omnium missilium genere Cæsarei sustinentur. Sed alijs, atque alijs subinde succedentibus militum cohortibus, cum Regij vndique pressa tantæ hostium violentiæ se pares diu nequaquam fore conspicerent; euulsa ex suis rotis, atque asseribus quatuor muralia tormenta in flumen præcipitant; vnum nimijs obturamentis infartum ipsa dispiensione distrumpunt; sulphureoque puluere flammis absumpto, præcipiti fugæ se dant. Multi tamen in ipsa fuga interfecti, captique fuerunt; inter quos cohortis præfectus, & signifer, quos ocreatos, armatosque iussit laqueo repente suspendi. Eodem fortunæ suffragantis impetu munitissimam arcem Naiauum, nullo ferè certamine, recepit.

Regis Dani consilia. Post amissa tot oppida, arcesque Rex Glipstadum venerat; vt ibi nouis apparatibus, conductisque militibus regionis cætera tueretur; dum arma Cæsarea in Holstaini ditione oppugnanda distinerentur. Vndè Liburni equites in Ditmarsiam prouecti omnem illum terrarum tractum incurfibus, vastatione agrorum, pagorumque direptionibus euerterunt. Neque quicquam incolis profuit aggeres diruisse; quibus fluctus coercentur oceani, ne continenti superfusi obruant sata: vt incurfantes equites, inmissis aquis, immergerent; vel saltem inundantis oceani metu à populationibus absterrent; cum perpetuò stantes ab ortu venti retrò abegerint vndas; ne in continentem suo more diffuerent. Quare Liburni prædis onusti ad suos, nullo accepto incommodo, redierunt. Ita gentes cladibus suis edoctæ, cum res earum cò calamitatis deuenissent; vt à Cæsareis diriperentur; nec à Regijs vllum ferretur fortunis omnibus periclitantibus auxilium; vtrò in Cæsaris fidem, ditionemque venerunt.

Venti Cæsares inuani. Erat copiarum Regis Dani legatus Marchio Durlachius; quem acie victum à Tillio, suaque ditione pulsus fuisse meminimus; Hic nihil acceptis cladibus fractus sex peditum, duobus equitum millibus comparatis, illud agmem, quod Comes Slichius ductabat, inuasit; si quo felici successu, cæsis

caesis Imperialibus copijs, amissam bellici decoris existimationem recipere posset. Verum nihilo meliorem fortunam expertus acie superatus, fuso, dissipatoque eius exercitu, nauigio, quod tunc fortè erat subductum in litus; cum multis cohortium ducibus consensu, atque in altum euectus identidem suorum cædem respectans, se ab ea strage subtraxit; non victoriam modò Slichio relinquens, sed omnia impedimenta, omnem tormentorum apparatus præter tria, & quadraginta militaria signa.

Ab hoc prælio totus Holstaini dominatus se se Imperatori subiecit: exceptis vrbibus Stadena, Glipstato, & Crempfena, quæ validis hostium præsidijs tenebantur. Ita alijs, atque alijs vrbibus, & arcibus bello domitis, Cæsarei continuo victoriarum cursu in Ditmarsiam, & Iudlandiam usque progressi hostium præsidia ex omnibus illis vrbibus, atque arcibus exegerunt. Niemburgum, & Volfempytum in Brunsvicensi ditione expugnanda supererant; illam vrbem Anholti comes, hanc Pappenhaimius vrgebat. Sed prius illius obsidionis euentus, deinde istius successus exequamur.

Iam Niemburgum Anholti comes propugnaculis, loricis, & vallo præseperat; productisque aggeribus sensim ad fossæ marginem penetrat. Nec segnius in vrbe tuenda à præsidiarijs militibus agebatur. Frequentes stare pro mœnibus, quamuis ab hoste destinatis quasi ictibus ferirentur; in stationibus vigiles excubare; diruta tormentorum concussu reficere, sarcire ruinas omnes, egregia virtute eludere obsidentium conatus. Interim comes, ne sedendo intra munimenta torperet; ut maiori supra obsidionis mala, incommodo hostes affligeret; relictis intra castra validis militum stationibus; ipse cum reliquis copijs traiecto flumine, Brementum versus processit; mille equitum Stadenam misso, ut hostium consilia, quæ de subsidio vrbi obsessæ ferendo agitabant, è propinquo explorarent.

Comes litus fluminis legens ad hostium munimenta tendebat. Quo hostes animaduerso; pontem à tergo rescindere tentant; sed Imperialium subito interuentu prohibiti diffugerunt. Illi ponte, & duabus colubrinis potiti; hostem insequuti fugientem, atque adepti latè trucidant. Ducenti in eo tumultu, præ nimia se se inter pontis angustias inuicem elidentium militum turba, in flumen prolapsi ferè omnes fluminis undis absorpti perierunt. Deiectis ex munitionibus Danis, comes ad continuandum obsidium cum victore agmine redijt; qui cum obsessos ad vltima cœgisset; nimisque laboribus, ac curis chiliarcho Limbachio vrbs præfecto defuncto, decimo sexto Kal. Decembris vrbs comiti deditur: cum sarcinis, & armis saluo exeunte præsidio.

Pappenhaimius Volfempytum opere, natiuoque situ inexpugnabile vrgerè pergebat. Non poterat tamen loricis ad mœnia perducere; necque fossæ obiectis munimentis accedere: cum inter ebullientes circumquaque è solo fontes, fluentesque riuos oppidum surgeret; quo fiebat, ut seque acis cuniculis mœnia subruui, humore circumfluo intra fornices

Comes
Niemburgum
exa
pugnans
Volfem-
pyti obsi-
dionis
difficul-
tas.

refudante, ac tormentario pulvere humenti solo madefcente; neque subiri, subter fluente labe militum fallente vestigia possent. Verum tamen Pappenheimius nihil operosissime obsidionis difficultatibus territus, erectis opportunis in locis propugnaculis; non tam ut hostium eruptiones arceret; quam ut eos omnibus subsidijs, ac comaeatibus intercluderet: eò omnes verterat curas, ut, aliquo ingenioso inuento, illo munitissimo oppido potiretur.

Pappenheimius in d. industra.

Sollicito animo cuncta versantem subjicit hoc salubre consilium canalibus emissarij obstruendi, per quod salientes ex crebris fontibus aquae in campos effusa circumiecta arua rigabant: quo commento, retrò intumescens vrbis, aliquod notabile damnum obsessis facile posset inferri. Quare ex arboribus simul annexis, clatratisque trabibus ad os emissarij aggregato excitato, aliaque obturamenta è terra, & arborum truncis, sarmentisque ijs locis obmolitus, per quae aquae restagnantes possent effluere; adstructisque vbiq; ad tuenda opera munimentis, retrò in urbem egit vadas. Egregiè Pappenheimij optatis respondit euentus. Aquae siquidem cum omnibus aditus oppidatis, nullibi foras possent excurrere; intumescens in dies magis, ac magis vias vrbis, compita demissioraque loca inundarunt. Quibus incommodis cum desperatio subsidij adderet civis, praesidarijque milites urbem honestissimis dictis legibus dediderunt. Scilicet ut oppidum suo antiquo, naturalique domino redderetur; recepto tamen intra moenia Imperiali praesidio; ut milites armati cum suis rebus explicatis vexillis, accensisque funibus prodeuntes ex vrbe Lubecum incolumes ab Imperialibus deducerentur: Alijs conditionibus civium saluti diserte caebatur.

Valstainus se Caesaris permittit.

Valstainus in Re. scythiarum ultimae praesidio.

His durantijs obsidijs, alibi etiam Caesare felici euentu bellabant. Nam Valstainus centum passuum millibus intra Iudlandia mediterranea provinciae felicibus armis, totam circum lato belli terrore subegit (Iudlandia est antiqua Cymbrica Chersonesus Germaniae terrarum ultima Daniae Regno subiecta; ex qua formidabiles Romanis quondam Cymbricae copiae à Caio Mario in latissimis Veronensibus campis interneccione deletae: in Italia inmensis agminibus inundarunt.) Ibi fugatis, disiectisque hostibus, Valstainus quiescebat; donec à Caesare ad maiora belli decora vocaretur.

Imperialium hostium in Alburgum.

Supererant adhuc Quadraginta belli reliquiae octo, & viginti equitum turmae; quae varijs viarum erroribus in Vizburgensem agrum delatae in pluribus vicis stationes agebant: quas ut inde pellerent Imperiales, euocatis è Datinis peditum cohortibus, illuc festino, instructoque agmine pergunt, Illorum aduentus hostes admoniti: non expectato Imperialium incursum Alburgum profugiunt, eo animo, ut à Caesareis, quam possent, longissime declinarent. Verum hi, cognito subito hostium receptu, impedimentis Vizburgi cum moschetariorum custodia relictis, celeri gradu abeuntium vestigia sequuntur; ac sub vesperam eos propè Alburgum adepti sunt; qui Imperialium metu eam urbem transgressi ad mare iter intendunt: ut se

in tu-

in tutiora ab hoste loca reciperent. Sed Imperialis miles ante Larferbergi dynastam ad interficiendum illis iter emisit; qui eorum primum agmen offendens subito impetu adortus facili pugna fugavit. Quorum clade territi ceteri se in receptaculum quoddam undique mari circumfusio, ad quod duo tantum difficiles admodum patebant aditus; contulerunt; ibi statim abscissis à continente callibus, à moschettariorum cohortibus obsidentur: quibus cum nulli ad diuturnam stationem suspetere commeatu; nec vlla nauis, quibus in altum euecti hostium manus effugerent; se Imperialium arbitrio tradiderunt. Praefecti omnes, Signiferi, Decharchi alijsque ministri captiui detenti. Cetera equitum turba, ablatis equis, atque omnibus rebus exuta dimittitur.

Quodlibet reliqua diffinitur.

Ita Deus omnia Imperialium molamina, conatusque fortunabat; ut quaecumque tentarent, felices sortirentur eventus. Quemadmodum è contra omnia hostium destinata, atque inira consilia in iritum discutiebat; suscepta salubriter ad iniquos exitus vertente fortuna. Nam Regis Dani, fœderatorumque principum res ita turbatae ruebant in præceps; ut ubique ab eorum partibus vrbes, militesque deficerent. Sex enim aliae equitum turmae, detractis ex hastis regijs insignibus, Anholsti comiti adhaeserunt: qui certior factus alias vnde viginti equitum Regij exercitus alas ad tutiorem stationem in quassam paludes se recepisse, nec subsidente solo eò posset adiri: iussit pedum legionem cum singulis palearum fascibus paludi succedere; quibus fluenti solo iniectis, substratisque pedibus incedentium, indurescente aliquantulum ceno, iter solidum subentibus præberetur. Hac potissimum ratione pedites primum; deinde equites equos totis ponè trahentes facile transierunt. Imperialium inopinato successu territi equites hostes à suis deserti ducibus in Imperium arbitrium, potestatemque venerunt. Omnes ad Cæsaream militiam adscripti. Inde milites in hyberna deducti à miseris populis non intra solum suas aedes alendi, sed etiam mensura illis stipendia solvenda.

Imperialium solutio.

Exercitus Prætorum.

Dum hic armis à Cæsareis ducibus agitur; ipse Imperator fœneris legibus, & edictis in hæreticos pugnat. Audierat ille nihil, aut certè parum suo decreto de eiciendis ex Bohemiarum Regno, atque Austria Inferiori hæreticis obtemperatum esse: alio vulgato edicto gravissimis poenis cauit; ut omnes prædicantes, ludi magistri, recentium sectarum doctores ex Imperij finibus intra quatuordecim dies facerent; capitis poenam, omniumque publicationem bonorum ijs minatus; qui eos domi detinissent; vel oculassent. Plurimi enim, neglecta promulgata Cæsaris lege, impiarum doctrinarum satores ubique subsisterant; qui quàm otiosissime per domos errantes incolas falsis placitis imbuebant; firmabantque in ijs superstitionis religionis erroribus, quibus illos primum nefarie instituerant.

Cæsaris contra hæreticos edictum.

Paucis post diebus Imperator cum vxore, & filio Pannoniarum Rege Viena digressus Pragam se contulit: cui obviam totus populus ad officium

Cæsaris Pragam profectus.

effusus, proceres, regnique purpurati venientem omnibus venerationis obsequijs exceperunt. Festo æris campani pulsu, muralibus tormentis displofis, lætum mugientibus, iniit urbem. Vbi ciuium studia, lætitiaque significationes deferbuerunt; Imperator omnium ordinum Regni Bohemiæ conuentum indixit; accitque omnes proceres, & dynastæ, quibus præsentibus Imperator de suo filio Bohemiæ Rege, & vxore Regina coronanda referri iussit. Omnia ad Cæsaris votum à primatibus Regni peracta. Nam filio Regi Bohemiæ, & vxori Regiæ Coronatis dictum est ab omnibus optimatibus sacramentum.

1628

*Cæsar
Valstainum
Megalopolis, &
Ferdinanda
ducatum
donatum
inter Im-
perij Prin-
cipes re-
conser.*

Ineunte anno sequenti Cæsar Albertum Valstainum Sacri Romani Imperij Principis titulo honestauit Fridlandiæ prius ducatu donatum, nuper etiam Megalopolitanæ ditionis in Inferiori Saxonia munere auctum. Cum ipsius principibus Imperiali proscriptione damnatis, per duellionisque reis, ea prouincia ad Cæsarem rediisset. In hoc ducatu adeundo à Valstaino aliquantum laboratum est: cum populares nullum dominum, quam Fratres Adolphum Federicum, & Ioannem Albertum; vt potè qui ab antiquo Megalopolis dynastarum genere suam stirpem ducerent, vellent admittere. Ab Imperatore tamen sacramenti religione soluti, temporibus obsequi coacti, mutata fide, Valstaino, tanquam suo principi, paruerunt: qui vt se dignum illis amplissimis præmijs, ac muneribus exhiberet; suæ bellicæ virtutis trophæa nonaginta militaria signa hostibus erepta Cæsari obtulit. Hæc ex Valstaini ædibus extracta inter tubarum cantus, tympanorumque sonitus, quaterna antè Cæsaris conspectum transuecta fuerunt. Aliquot etiam insignes captiui Comitum Slichij nomine traducti: quos superioribus bellis, aut prælijs, vel in urbium expugnationibus ceperat.

*Lubeci
conuentus
de pace,*

Conuenerant Lubeci liberarum urbium primates; vt ibi decernerent, quid in illis bellorum tumultibus, & armorum quaquaversum frementium periculis, esset consilij capiendum. Cuius occasione conuentus Imperator missis eò legatis, amplissimis promissis enixè studuit; vt illas vrbes in suas traheret partes; cum, præter earum opulentiam, marisque negotia, etiam totius maris Germanici litore ditissima emporia opportunos portus ad nauium stationem, & naualia ad classes instruendas haberent. E contra Rex Danus Sueciæ, Angliæque Regum, & Batavorum acerbissimorum hostium odia minatus, eos à Cæsaris societate auertere conabatur: Illi ne alteram sequenti partem, alterius in se arma lacefferent: communi sententia decernunt; sua tantum iura, vrbesque tueri, & à neutris stare.

*Tillius
Stadenum
obsidet.*

Obtinebantur etiam in his partibus à regijs præfidijs Stadenum, Glipstatum, Crempfena; aliquot insuper maritimæ vrbes ipsius nomen, fortunamque sequebantur. Quare tepescente iam hyeme, aperienteque se anno, Tillius ad Stadenum castra posuit grauib; illius præfidij irritatus iniurijs; quòd crebris eruptionibus omnes illius tractus agros seque vastaret; præfixoque circum vallo, ac aggeribus circumductis, obsedit. Erumpent

bant ferè quotidie contumaci virtute in Cæsareos præfidiarij; atque intra propria munimenta illos aggressi, sæpè ad maxima discrimina compellebant. Sed Tillius vterius in dies ad fossæ labrum munimenta producens paucis diebus in ipsam fossam promotis aggeribus, penetrauit. Non cessabant interim ab vtraque parte tormenta; quorum iustibus tam in castris, quàm in vrbe plurimi interibant. At cum diutiùs sustinere Cæsareos obfessi non possent: mense Maio æquis se legibus, ac conditionibus dediderunt. Prodierunt ex vrbe sub sex, & quadraginta explicatis vexillis ad tria peditum millia cum suis sarcinis, & armis.

Stadens
Cæsareis
cedit.

Suo id ferè tempus inter * Lindavia Magistratû, & ciues iurgium quoddam exarsit. (Hæc ciuitas libera * Brigantini lacus litori obiacet.) Ex hoc diffidio captata occasione Merodius comes; qui Cæsareæ militiæ in illis partibus præerat: ab illis ciuibus flagitauit; vt exiguo equitum numero stationem in illa vrbe tribuerent: quo benignè impetrato, ipse cum quingentis equitibus vrbem intrauit: ac porta potitus, admissis maioribus copijs, magistratum coegit, vt sibi vrbis claues traderet, deditiois notam, exarmatosque ciues Imperatori dicere sacramentum adegit. Ita Lindavia in Aultriacæ domus ditionem venit; quemadmodum quondam Carolo V. Imperatori Constantia concesserat.

Lind.

Lago di
Cöstantia

Merodius
comes in-
sidij; Con-
stantiam
occupat.

In Inferioribus Vangionibus Aultriaci maximè omnium studebant; vt incolæ, damnata superstitione Lutheri, & Caluini, ab insanis falsarum religionum erroribus ad fidem Catholicam reuocarent. Iamque plurima oppida repudiatis impiorum transfugarum dogmatis, sanæ doctrinæ placitis eruditi ad Catholicam fidem redierant. Hagenoiæ intra paucos dies plus sexcenti ciues, vale dicto Caluino, Catholicam Religionem amplexi sunt. Franchentaliæ tantum ciues summa pertinacia tenaciùs perditis doctrinis hærentes non poterant à Caluini superstitione diuelli; & potius patrio solo extorres, errabundique viuere, quàm semel hauta impietatum hæresum scita relinquere animis proposuerant. Coacti tamen Dominicanæ familiæ patribus templum, cænobiumque restituere, ac sinere vel inhitis, vt ibi Catholico ritu sacra facerent.

Aultrici
rum pidi-
tas

Arnheimi dynasta Valtaini summi Cæsarei Ducis castrorum magister ingentem pecuniæ summam à * Sundio vrbe petiuerat. (Hæc ciuitas in Maris Germanici litore posita satis munita, tutissima, ac pulcherrima, nauium statione conspicua, Pomeraniæ caput est.) Conuenit igitur inter magistratum, & ciues vicinorum armorum terrore compulso: vt pluribus pensionibus centum toleram millia poscenti castrorum magistro soluerent. At Arnheimus arcano potiundæ vrbis consilio titulum pecuniæ prætendens; non aurum, sed ipsam vrbem tacitus anhelabat. Itaque præter pecuniã, à ciuibus postulauit; vt suarum copiarum parti statiuã in eorum vrbe concederent: quod ad eò ciuum animos irritauit; vt negata quoque promissa pecunia, illum cum valido exercitu vrbi accedentem, promouentemque copias raptim omnia ad defendendam vrbe-

Strano
Sundio.

Arnheimi
dyna-
sta Strano
seuanda
tendit in-
fidias.

ne-

necessaria moenibus submoturi pararent.

Primum omnium senes, pueros, foeminas, caeteramque inutilem, imbellemque turbam in Dania, Sueciaque insulas impositam nanibus ceterum carissimis traduxerunt: ijs solum in vrbe retentis, qui calonam, lixarumque muneribus obtemdis, aliquandae pici, conuehendisque faxis, & militi iuuando sufficerent. His peractis, exiguam insulam vrbi obiacentem Demholmam munierunt; vt sibi apertum mare, liberamque navigationem seruaarent; ac nonis subitario opere extractis propugnaculis, portu firmato, cita subsidia a Daniae, Sueciaeque Regibus ad obsidionem tolerandam flagitarunt.

*Vrbem
obsidet.*

Arnhaimus cum ciues se defensionem expedire vidisset; quarto idus Maias urbem positis castris, obsedit: Rigeno insula non procul ab vrbe surgente occupata, vt a mari iuxta, ac continente urbem oppugnaret. Directis deinde contra moenia tormentis, furenti missilium nimbo murorum partem ingenti ruina prostrata; iussit Tieffembachij legionem, & Consiuicohortes ruinas inuadere. Hi stricto impigre ferro, muro deiecto succedunt. Cines excipiunt alacriter subeuntes; & post atrocissimam editam pugnam illis conantibus in urbem irrumpere, his Imperialium impetum repellentibus; tandem propugnantium innicta virtute, pulsi Caesarei, caesique recesserunt. Nec diu, noctuque ab inuadenda vrbe magno militum ardore cessatum est: sed egregie cum hostium itrage impressioes omnes sustinentibus oppidanis, irriti Imperialium conatus, inanesque fuerunt; adeo valide, obstinateque ciues pro patriae libertate pugnabant.

*Cinium
Sundij
citantia.*

Arnhaimus itaque pluries caesus, submotusque moenibus vsque ad octauum Kal. Iulias in illius urbis obsidione pependit. Quo tempore prouinciae conquisitores in castra venerunt; vt urbem pacato bello, Caesari conciliarent; a Ciuibus quoque accepta publica fide, legati in castra missi: sed Arnhaimo obstinatius in suis primis postulatis persistente, & ciuibus vicina subsidia sentientibus, quae commeatum, militum, tormentarijque pulueris a Suecia submittebantur; deditiois saedus discussum, abruptumque est. Regressi igitur in urbem ciues Caesareis obnuntiarunt; se nunquam vel ipsius impendio spiritus permissuros; vt Austriaci ea vrbe potiantur: atque ad victimam vsque sanguinis guttam patriae libertatem, iaraque defensuros. Mox explicatis in turribus, murorumque pinnis Sueciae vexillis; septimo idus Iulias, ita valide, atque animose eruperunt ex vrbe; vt Caesareos a quadam statione deiecerint. Quattuor millia veteranorum militum urbem tuebantur; praeter oppidanos rei gerendae cupidos, quos Stulchius chiliarchus ducebat. Hic Austriacos structo ingenioso stratagemate circumuenit.

*Obsessio
vrbis.*

Milites ille primum in solitis stationibus collocauit: deinde in tribus urbis regionibus tria maxima incendia ex dolijs pice illitis, aliaque facili ad effundendum latius ignem materie excitari iussit; ciuibus interim maguos strepitus, ac fragores edentibus: veluti si ad extinguendum ignem

tota

rota vrbe discerneretur. Ambimus, flammis in sublimis evolutis ex stratione conspectis, urbem ratus ardere; aliquot peditum cohortes iussit muros invadere, vt, in prefocandis ignibus ciuibus occupatis, facilius, paucis ruinas propugnans, in urbem peruaderent: sed à subessoribus illis ita paratis insidijs exceptæ sunt; vt plurimi ea improvisa missilium undique ferientium grandine perierint.

Cæsaris ab obsidibus conciduntur.

Ab hac pugna Brandenburgi Elector, Pomeraniæque Dux aliam pægendæ pacis rationem proponunt: Cuius capita erant, vt Ciuitas in gratiam Cæsaris reciperetur, Pomeraniæ Ducis præsidium acciperet: Daniæ Sueciæque Regis milites, & quos ipsa conduxerat, exauthoraret. Quinquaginta tolerum millia Cæsareo Duci persolueret. Verum ciues hæc quoque pacis condiciones repudiarunt. Quare Valtainus, qui iam in castra venerat; vt pernicaces ciuium animos frangeret, continuatisque impressionibus fatigaret; perpetuos totum diem, ac noctem facere in moenia impetus milites iubet; vt lassati tandem vigilijs, & laboribus obsessi se dederent. Sed nihil omnia vana, ac inania Valtaini molimina profuerunt: Siquidem ciues, ac præsidij inter se partiti stationum vices, alterni Imperialium impetus non sustinere modo; sed etiam validis eruptionibus hostes, insignibus editis bellicis facinoribus, terruerunt.

Obsessi à Valtaino frustra uentur.

Valtainus cognita huius vrbs expugnandæ insuperabili difficultate, ac paulatim in laboriosa obsidione sedendo promptiores bellatores amitteret, totiusque vires, ac robur exercitus enervaret; munimentis incensis, Kal. Augusti copias, muralia tormenta, & sarcinas Gipsuatum reduxit. Exiguo post Rex Danus octo peditum millia in aliam oræ maritimæ partem cum omni tormentorum, rerumque bellicarum apparatu transmisi; qui capto Oltemburgo, & Neistato, circum Brunsbergum, positis castris, in moenia tormenta displodit; deiectaque moenium parte, facturus in ruinas impetum videbatur, nisi Torquatus comes suam peditum legionem, aliasque imperialis militiæ cohortes ad frenandos hostilium armorum progressus eò celeriter adduxisset.

Cæsaris ab obsidibus Sueciæ discedit.

Alij Dani Regis comatus.

Primo aduentu hæc Cæsareæ copię Argentuariam subiectis ignibus incenderunt. Tres etiam naues non procul inde in anchoris stantes in illa incendia iaculatæ cremarunt. Mox Glistatum, Crempenamque versus festinata agmine contenderunt. Quocirca hostilis equitatus in syluam quandam ab Imperialium aspectu profugit; arborum sepimenta hosti obiecturus; si per impedita virgultis, ac stirpibus loca se inlequi voluisset. Verum nec se ideò ruderibus vallatum tutiorem ratus, Glistatum se recepit; Cæsareis vsque ad vrbs portas continuo prokursu instantibus; qui vt istarum vrbum murræ auxilia, & commercia dirimerent; flumen medium intersuens iungere pontem tentarunt; propugnaculum exorsi construere.

Colmar.

Hostilia inter Cæsareos, & Regios.

Animaduerso suo discrimine Regij, Crempena validi in Cæsareos eruperunt: & quamuis tunc fugatis, cæsisque operis, & materia disiecta pontis

pontis structuram impediunt : non tamen propugnaculi iam ceptum opus interpellare potuerunt : quin ad fastigium per ductum maximo Regionum incommodo perficeretur. Huius interiectu vrbes illę a se inuicem separate, mutuis interceptis subsidijs, in Imperialium potestatem procul dubio casurę videbantur. Rex Capenaggenum regni sedem regressus alijs legionibus nauibus impositis, atque in continentem traductis, Volgastum deiecit ex propugnaculis, & munimentis Imperialium stationibus, aliaque oppida illis eripuit. His felicibus arridentis Fortune successibus Regi tandem Danorum, satiata cladibus, aspiratura videbatur : nisi, quem semel perculerit ; pergeret impotens vulnerare, instaretque suis ictibus pereunti.

Rex Danus bellum instaurat

Valstainus auditis prosperis regionum armorum ceptis, statuit omnibus viribus illum inuadere ; tum ne regijs ex ijs felicibus rerum euentibus crescerent animi : tum vt factam ad Sundium bellicę exultationis iacturam aliquo preclaro opere repararet. Coactis igitur vndique ex omnibus statiuis, & hybernis peditum cohortibus, & equitum turmis, tertio idus Augusti in Regem mouit : ac propę Volgastum quattuor passuum milia progressus solo exercitus aduentantis terrore duas equitum turmas ibi stationem agentes fugauit. Censebantur in Regio exercitu, duę & viginti peditum cohortes, & septem equitum turme, quę centum, & quinquaginta equites singule numerabant. Constitit atque Rex in tuto, munitoque loco ; vt situs opportunitate exiguum suorum numerum iuaret. Sepiebat latera palus : Volgastum terga muniebat, a fronte aditus angustię militum statione obfese, quas perumpere moschettarij milites iussi : sed a Regijs egregie defense, in qua pugna bellica virtus Dani equitatus enituit.

Cæsaris Regio in madunt.

Non longę ab illa palude surgebat exiguis collis : in quem a Cæsareis occupatum connectis muralibus tormentis, cum inde e superiori loco pateret in Regia castra prospectus : Valstainus missilibus regium agmen cepit incessare. Equitatus ne tormentorum tempestate quateretur : retro extra tormenti iactum recessit. Cæsareis eninus missilibus rem gerentibus, Valstainus aliquem aditum, quo ad regios oppugnandos succedi posset, vestigari iussit. Quo reperto, ac statim a moschettarijs militibus occupato, imperauit, vt tandem regios velitationibus distinerent ; donec ab operis planius contrata, solidataque via, qua equitatus etiam irraduceretur, totus exercitus ad regios posset peruadere. Quo opere celeriter absoluto, totam aciem in hostes immisit.

Cæsaris omnem Regijs praebentur.

Rex ante prima signa vnā cum filio acerrimę dimicans incumbentium Imperialium impetum sustinebat ; at vndique a circumfusis penę hostibus obruti ex sua acie iam nrante, extremaque stante fortuna, arrepta ad mare fuga, nauigio in altum euecti se ab Imperialium manibus subduxerunt. Valstainus Volgastum ingressus, extincto incendio, quod ex fuga Rex in vrbe tecta coniecerat : quod reliqui ciuibus fecerant ignes, diripien.

Regis fida.

piendum militi dedit. Postera die Valtaino arcis situm speculari, tormenta- que, ac reliquum apparatus ad illam oppugnandam proferenti præsidium tradidit arcem, seque Cæsareæ militiæ adiunxit. Cæterum numerus latuit: constat tamen ad mille militum captum maiori ex parte Daniæ agrestium. Rex Danico litori appulsus non solitis honoribus à Regni proceribus exceptus est; qui redeuntibus Regibus haberi solebant. Quod hoc contra Cæsarem bello damnato, Regis consilio refragati, pacis semper authores extitissent: neque difficili, periculofoque belle Daniæ fortunas implicandas putassent.

Valtainus parta feliciter, citra suorum penè sanguinem, de Dano Rege victoria: tentato frustra iterum Sundio, in Rostochij vrbis quoque maritimæ conspectum venit; missioque tympanista ab ijs ciuibus postulauit: vt ad declarandam sinceram in Cæsarem fidem Imperiale præsidium acciperent. Illi ne in se tam potentia arma lacefferent, quamquam inuiti mille peditibus moschettarijs statua intra vrbis tecta, quibusdam dictis conditionibus, præbuerunt. Sed paucis post diebus, orto quodam inter ciues, & milites iurgio, violata fide, magistratui claues vrbis ademptis, in plenum illius imperium inuaserunt.

*Cæsaria-
normo de
Dano Re-
ge victo-
ria.*

*Rostochiū
occupans.*

Octauo Kal. Octobris stenuum Glipstati præsidium mille quingenti bellatores nocte illuni Cæsarea castra aggressi, semisomnes remissis vigili- lum custodijs, hac, illacque humi prostratos, autequam hostes adesse sentirent, plurimis interemptis, multos in vrbem captiuos egerunt: inter quos purpuratus Scamburgi dynasta custodiarum castrensiū magister; iaculatique in proximas stationes flammæ, munimenta, qua castra inuaserant, eodem impetu diruerunt: sed cum vndique conclamaretur ad arma, atque ad tumultum peditum cohortes, & equitum turmæ confluerent: nullo ferè accepto incommodo, quâ venerant, redierunt. Nobiliores captiui Dano Regi dono missi. Cæsarei flammis extinctis, quâ castra flagrabant, munimentorum ruinas, toto laborante exercitu, repararunt.

*tRepenti-
nunt hostiū
in Cæsari-
reos impo-
nit.*

Tillius, qui his copijs præerat, cum iam ipsius sedisset animo alteram istarum vrbium inuadere; Pappenhainium legatum suum ad speculari- das vtrasque misit; qui reuersus cum Crempenam maioris esse momenti retulisset; hanc expeditionem obfirmato animo destinauit: nouisque in supplementum copijs à Valtaino submissis, auctus circum illam vrbem ingenti bellico apparatu consedit. Et quia magnum hostium agmen Glipstatum peruenerat: veritus Tillius, ne subsidio obsessæ vrbis venirent; Valtainum cum suis copijs acciuit: vt sociatis armis, & aduentantes auxiliare cohortes arcerent: & vrbem validiùs numeroso circumfuso exercitu, oppugnarent.

*Tillius
Crempenam
circūdans.*

Valtainus in castra ingressus, hostium munitionibus exploratis, quandam loricam ad distinendos longè à muris hostes extra vrbis portam ex- tractam tripartito iussit inuadi. Subeunt alacriter munimentum Cæsarei: uomento hostes ab illo proturbant: sed cum nimium ictibus obsessum

patet.

paterent, murali tormento adacto ad spiraculum clauo; alioque in flumen reuoluto, à capto munimento in castra, deiectis tantum hostibus, recesserunt. Deinde mœnia frequentissimis tormentorum ictibus verberata cum amplas ruinas latè dedissent; vniuerso exercitu se se ad eas inuadendas expediente; Obsessi emissio extra mœnia feicali, cum Cæsareis ducibus de deditiois conditionibus agunt; tum quia tempus effluerat, quo se venturum subsidio præfectus Glipstati receperat; tum quia deerat panis, cum alia abundè suppeterent. Conuenerunt, vt si intra septimum Kal. Decembris nullus vrbi obsessæ succurreret; dederent vrbem: è contra Cæsarei polliciti sunt; se permitturos, vt præsidium cum sarcinis, & armis expansis vexillis militari tympanorum pulsu instructis ordinibus ex vrbe prodirent; Glipstatumque deducerentur: vbi ramen illis consistere non liceret: sed extemplo in Daniam abirent: qui, si resstantibus ventis, ad Iudlandiæ litus repellerentur: aut aliquem portum cogerentur inire, eiectis nullus officeret; sed com meatibus, & rebus omnibus iuuarentur.

*Deditio-
nis condi-
tiones.*

Condicto lucescente die cum nullum omninò subsidium aduenisset; vrbis deditioe ciues fidem suam liberarunt; exeunte ex aduersa porta præsidio: dum Cæsarei Duces pone, sequentibus copijs ouantium more vrbem inirent.

*Imperia-
rium st-
liz fortu-
na.*

Felici sanè Imperialium fortuna maturata præpropera ciuium desperatione deditio est. Namque si illi, & præfidiarij pauculos dies tantisper adniti, atque obsidionis paululum pati incommoda voluissent; tanta mox tempestate infremuit mare; vt præualido impetu in obiectos aggeres, insani fluctus reuoluti, disiectis molibus, circumquaque campos obruerint: superfusuri se se Cæsareis castris, si diutiùs in obsidione peristere contigisset; eoque inundantibus aquis, obsidionem soluere coacti fuissent.

Hæc maris in circumiectos Glipstato campos effusio, præter diruta aquarum impetu munimenta, ita cælum corrupit, infecitque aerem illa aquarum illuuias; vt multorum militum pestiferis morbis correpta corpora contabuerint: detinuitque in nauibus Batauorum subsidium; ne in labem illam luem halantem ingrederentur.

*Sarfem-
bergus
Fridire-
statu in-
sidij in-
tercipit.*

Alibi chiliarchus Sarfembergus Fridirestati vrbis magistratum orauit; vt sibi liceret cum suo agmive per illam pacato transire; quo benignè, sed in consultò, concesso, chiliarcho insuper de publica impensa conuiuio excepto, admissi in vrbem milites, depulsis ex portæ statione ciuibus, vrbem occuparunt: purgante perfidiam chiliarcho, hoc nimirum maximè rerum Cæsaris interesse.

1629

*Donæ dy-
nasta Suai-
nizium
fraudolè-
ter occu-
pat.*

Dum hæc agerentur, octauus, & vigesimus annus effluxit. Sequenti ineunte Donæ dynasta à Suainizij ciuibus amicum per ipsorum vrbem transitum precatus est. Concessum fuit, vt singulæ cohortes transirent, nec priùs vrbem vna ingrederetur, quàm alia pedes aduersa extulisset ex porta; sed cum aliquot singulæ innoxie, & sine maleficio transissent: quædam dedita opera tamdiù ante cauponam substitit; potius se se ab illo hospitio

spitio expediendi fegnitiam , quàm hostilem animum dolis suis obtendens ; donec alia cohors portæ successit ; quam ingressa , aliquot duces , deiecta præsentis cohortis auxilio militum statione , portam occuparunt ; auditoque condicito symbolo , ij etiam , qui in caupona per speciem meridiandi remanserant , repente armis arreptis , ciues protinus sibi arma tradere coegerunt ; suspendium ijs minati , qui imperata facere recuassent .

Ingressus deinde urbem Donæ dynasta componendis religionis rebus operam dedit ex Imperatoris edicto toto Imperio vulgato : quo Quadi , præcipuè , cæterique omnes Catholicæ religionis sacris initiari , & placitis Romanæ fidei erudiri , vsusque Lutheranæ superstitionis aboleri , & ritus omnes hæretici tolli iuebantur . De inuehenda pariter Bohemiæ Catholica fide , antiquandisque hæreticis sacris à religiosis viris sedula anxietate cura laboratum est : quamvis aliquot vrbes suæ tenacissimæ superstitionis disertè Cæsari obtestarentur se potius excindi patriam , fortunas , vitamque ipsam perire ; quàm quicquam de auita religione , patriisque sacris mutari , decedique esse passuras .

Connenere iterum ex condicito Lubecum pacis sequestres octo Regis Dani Legati , tres pro Imperatore à Valtaino missi , duo à Tillio pro Catholicis foederatis Principibus ad pacanda Germaniæ bella ; vt ibi mutuis alloquijs , discussis , atque expensis difficultatibus rerum , tot bellorum incommodis , populorumque calamitatibus tandem aliquem facerent modum : dissidiaque tollerent , quæ ad illam diem mortalium strages , urbiumque excidijs Germaniam euerterant .

Regijs primum Legati suarum petitionum libellum Cæsareis porrexerunt : cuius hæc capita erant .

Primo . Prouinciæ , principatus , vrbes , artes , maris portus , terrarum aditus , muralia tormenta , res tormentariæ , & alia quæcumque , quæ bello durante , à Cæsareis erepta fuissent ; Regi Dano restituerentur , abducerenturque absque alicuius damno ab ijs locis præsidia . Danorum
proposita .

Secundo . Regijs vectigalium accepta incommoda sarcirentur .

Tertio . Vtrinque captiui mutuò sine pretio dimitterentur .

Quarto . Principibus , atque ordinibus Inferioris Saxonie nulla nec in politicis , nec religionis rebus molestia exhiberetur : sed pacatè ea ratione viuerent , quæ alijs imperantibus quondam Cæsaribus iuxta eorum decreta vixissent .

Quinto . Si in posterum aliquod inter Imperatorem , successoresque eius , & Danum Regem , hæredesque regni dissidium oriretur ; hoc ex æquo , & bono vtrinque adhibiti arbitri componerent .

Sexto . Subditi Regis liberè possent sine fraude in quibusuis Imperij terris res suas agere ; merces importare , authere , & commeari quocumque liberet .

Septimo . Inter Danum Regem : ac Inferioris Saxonie ordines , & Cæsarem rem sincera intercederet amicitia .

Octavo. Ex parte Regis hoc pacis foedere Galliarum, Anglię, Suecięque Reges, & Batani comprehenderentur; si ad constitutum diem comprehendi voluissent.

Nono. Si huius occasione, & causa pacis Regi bellum aliquod inferretur: Cęsar necessarijs ad hostilia arma propulsanda eum viribus adiualet.

Decimo. Regis filij ea bona, ditionesque ecclesiasticas retinerent; quarum electis titulis potirentur.

Multos dies nihil his Danorum petitionibus Cęsarei responderunt; quod diuturnum silentium Regionum animis fecerat curam: ne Cęsarei omninõ ista postulata respuerent. Quo tempore libera civitates à Valstaino postularunt; vt sibi suos curatores, legatosque Lubecum mittere liceret; quo negotium pacis facilius redderent: sed ab eo prohibiti sunt: sicuti etiam cuidam viro nobili Suecię Regis à secretis; qui per eos dies Lubecum à Rege missus venerat; petenti, vt interposita publica fide, legati sui Regis in eum conuentum admittrentur: responsum fuit; Suecię Regem prius suos milites Sundio vrbe, vtpotè quę Cęsaris iuris esset; debere deducere: neque se aliquod habere mandatum; vt cum eo de pace ageret: proinde non posse eos in conuentum admitttere. Idem ad Valstainum Gultauum se contulit; à quo nihilominus idem responsum tulit.

Denique Cęsarei legati, foederatorumque principum quarto nonas Martij alteri parti hæc suarum postulationum capita proposuerunt.

*Cęsare-
vni pro-
positiones.*

Primo. Rex Danus nullis se rebus ad Imperium spectantibus in posterum immisceret: tam in Inferiori Saxonia, quàm in alijs circumiectis prouincijs; & Holstaini, Schlesnichij, & Ditmarsię ditionibus cederet.

Secundo. Rex, & filij iura sua renuntiarent, si quę in Archiepiscopatibus, Episcopatibus, prouincijs ditionibus tam in Inferiori Saxonia, quàm in Vestfalia, aliaque Imperij prouincia, sibi esse censerent.

Tertio. Rex Indlandiam Electori Saxonię possidendam relinqueret; tandiũ, donec sarcirentur impensę, quas idem Elector in Bohemico bello pro Imperatore fecisset; redderetque Saxo Luititios, quos pro isdem impensis obtinebat.

Quarto. Rex satisfaceret impensis, quas Imperator, & foederati principes egissent.

Quinto. Damna repararet, quę Luneburgi, Pomeranięque Duces, Io: Federicus Holstainus, & alij tulerunt: Insulam Femerenum restituendo.

Sexto. Sundij fretum, seu transitum Cęsaris, Austriacęque domus hostibus clauderet: eundemque amicis, ac clientibus eius aperiret: vectigalque solitum ab ijs exigeret, neque illud vnquam posset augere.

Septimo. Hispaniarum, Polonięque Reges, Elector Bauarus, alijque Electores, Imperijque principes in hoc foedere includerentur.

Octauo. Rex Danus certum faceret Cęsarem; se nulla ratione deinceps

ne-

negotijs, & rebus imperij intercessurum; nec vnquam arma imperij ditionibus illaturum.

Post tres dies Dani Legati his Imperialium propositis responderunt.

*Danorum
ad Imp-
riales re-
sponso.*

Ad primum, Regem bello laceffitum arma sumpsisse tantum, vt communia sacra, eiusdemque religionis Principes tueretur: & quod rerum suarum commodum postularet: quantum verò ad illarum ditionum restitutionem, nulla sibi data esse mandata.

Ad secundum, filios suos Archiepiscopatum, ditionum, dignitatumque titulis cedere non teneri; qui illis essent ex legum præscripto, institutoque maiorum delati; atque hoc publicas testari tabulas: præter id quod Rex nullam amplius in filios potestatem haberet: vtpotè quos iam pridem emancipauerit.

Ad tertium, sibi insolitum admodum, atque adeo iniquum videri: pro aliorum expeditione nominum, & pro redemptione Lusatiæ, Iudlandiæ Imperium Electori Saxonix Duci esse deferendum: suum ille creditum repetat, atque exigat ab eo; cuius illud soluere interest: Idcirco nihil oportere de hac re respondere; cum à negotio, de quo agebatur, esset prorsus aliena.

Ad quartum, Regem belli impensas non teneri sarcire; cum ipse non concitasset pro bellum, sed se tantum pro se tuendo armasset.

Ad quintum, cum de vniuersali pace ageretur; nullam de priuatorum commodis habendam esse rationem, ne ineundum pacis fœdus in discrimen his actionibus vocaretur.

Ad sextum, quantum ad Sundij transitum, se certò scire futurum; vt Rex omninò nolit aliquis se domesticis rebus suis immisceat, ingeratque se alieno imperio; quemadmodum alij Reges, & Principes facere consuecunt.

Ad septimum, Regem, si pax conueniret; eos Principes à fœdere non reiecturum.

Octauo, addiderunt, si eæ leges præscriberentur, quas citra rerum suarum detrimentum, & Regiæ dignitatis offensam Rex posset amplecti; ipsum regia fide, capitum fœderis manu propria subscriptione, sigillique regalis impressa nota recepturum; se, quæ promississet implere: orareque Cæsareos, vt de suis niuijs petitionibus aliquid remitterent; quo vniuerso orbi constaret, non stetisse per se, quo minus pax iniretur.

Die sequenti expensis optimè Regionum responsionibus, rationibusque discussis, pro Regis sui causa ab ipsis allatis, Cæsarei responderunt: Regem hostilia contra imperialia iura fecisse: & idcirco Schlesiuchij, Holstaini, & Ditmarsix ditiones tanquam iure belli captas, vctigalesque iam imperij factas à Cæsare tamdiu detentum iri; donec alijs paribus pensarentur.

*Cæsarei
ad Danos
respondet.*

Ad secundum patere, qua nam ratione Rex Danus, & filij Ecclesiasticas ditiones inuaserint: obstitisse semper eorum conatibus superiores Imperato-

L rator-

ratores, & à præfente bona ecclesiastica non femel iustos fuiffe dimittere. Ad tertium, Rex pro restitutione Iudlandiæ quinquies tollerum folueret. hoc est, vt vulgus ait, quinque tollerorum milliones.

Ad quartum, quamuis Rex rebelles, & imperiali profcriptione damnatos fuis armis texerit; & hac de caufa ad faciendas belli impensas liquidò teneretur: attamen vt res faciliùs componerentur, plurima condonatum iri.

Ad quintum, Cæfaream maiestatem interceffuram, ne pergerent impenfarum, damnorumque compensationem ij petere; qui concitati à Rege belli mala tuliffent.

Ad sextum, quantum ad Sundij transitum, nulla Regi mandata Cæfarem dare; nec in alienam messem falcem mittere: fed ipfum sperare à Rege in hoc negotio ita omnia moderatum iri; vt ordines omnes Imperio subiecti Regis benignitate fua antiqua priuilegia retinerent. In cæteris vtrinque propofitis fibi inuicem confenserunt.

De rebus omnibus in eo conuentu actis fuos quisque per certos nütios Principes docuerunt; vt ab ijs rata haberentur, & dum nuntiorum reditum Lubeci præstolarentur Legati; à Regis Sueciæ curatoribus literæ Cæfareis miffæ sunt; postulantibus, vt interpofita publica fide, Lubecum conuentum fibi liceret adire; pollicitis infuper fe rerum Sundij compositionem allaturos: laboraturosque, vt pax fedatis belli motibus, pararetur. Sed Legati Cæfarei eos in conuentum admittere rennerunt; nec cum illis aliquid tranfacturos: nifi prius Rex Sueciæ fuos milites Sundio deduceret: quæ ciuitas mox prorsus in eius potestatem venit; quam ille benignè, & hilariter excepit, priuilegijs ampliffimis honestauit.

Regressis Lubecum nuntijs ad firmandas iuiti pacis fœderis leges ad principes miffis, tandem vndecimo Kal. Iunij constituta pax est; quæ cum totius Germaniæ, atque adeo totius Christiani orbis ingenti lætitia octauo idus Iunij hoc fequenti legum conuentarum tenore vulgata est.

Primo, Cæfareæ maiestas fynceram, veramque pacem cum Dano Rege, & eius fuccefforibus pangit.

Secundo, Hostilia omnia hæftenus ab vtrifque inuicem facta penitus ab animis expungantur; eorumque æternum recordatio deleatur: immo inter Imperatorem, & Regem, & vtriusque posteros fubditos veftigales beneficiarios, vera, perpetua, contans, aperta que amicitia Germanorum ingeniorum more feruetur.

Tertio, Rex Imperij rebus prorsus abftineat: nifi quantum ipfius veluti eius Principis ob Holfatiæ ditionem, intererit: obligetque pro fe, filijs fidem fuam fe nunquam ecclesiastica bona, ac ditiones aditurum.

Quarto, belli impenfæ ab ambabus partibus fileantur, ditionesque Regi restituantur, quas illi Cæfarei ademerunt; deducantur citra alicuius incommodum à locis occupatis præfida; quæ nulla interpofita mora, ex Regis prouinciarum confinijs excedant.

Quinto

Quinto, acta de fisco addicendis, publicandisque prouincialium Hof-
 fatiæ bonis incæpta, incipiendaque penitus aboleantur: nec aliqua nec in
 religionis rebus, nec personis vlli afferatur molestia.

Sexto, Captiui inuicem dimittantur sine pretio.

Septimó, Hoc pacis fœdere in Cæsaris parte Hispaniarum Rex, Sere-
 nissima Infanta, cum omni Austriaca domo, Electoribus, Principibus,
 alijsque Sacri Romani Imperij ordinibus includantur; & pro Rege Daniæ
 possint Galliæ, Angliæ, Sueciæque Reges, & Bataui, si voluerint, com-
 prehendi.

Octauo. Rex Insulam Femenum, & Stradtum Duci Hoflatiæ resti-
 tuat: cum omnibus iuribus, prærogatiuis, & muralibus tormentis, quæ
 in ipsis repererit, absque vlla incolarum compensatione: neque alicui
 Sacri Romani Imperij Principi ob præterita bella Rex molestus sit.

Ita hæc ingentia, cruentaque profligata sunt bella, quæ totam Germa-
 niam strage populorum, prouinciarum populatione, direptis, excisis, e-
 uersisque vrribus, concusserunt: quæ sequentium bellorum fuere prælu-
 dia. Nam spreta in septentrionali angulo relicta scintilla momento hor-
 ribile tota Germania fudit incendium; vt mox in sequentibus Libris di-
 cemus.

IOSEPHI RICCI BRIXIANI

Clerici Regularis Congregationis Somaſchæ

DE BELLIS GERMANICIS

Liber Tertius Epitome.



*M*AGDEBURGVM à Fridlando frustra tentatur: Varias idem turbas excitat. De misero Germaniæ statu Saxo Elector exoptulat. Hannorcia Imperiale præsidium admittit. Rex Suecus Germaniam bello petit. Colaltus Italico bello præficitur. Valskaino armorum abrogatur imperium. Varij Sueci Regis progressus; cui Tillius iussu Cæsaris occurrit. Pomeraniæ Dux à Cæsare deficit ad Suecum; qui tantum non insidijs excipitur. Multas vrbes intercipit; cui quoque Magdeburgum adhaeret. Galliarum, Angliæque Reges, & Bataui sædus cum Sueco Rege percutiunt. Cæsarei Stetinum per insidias recuperare conantur. Suecus Griffenhagenum, & Garzium expugnat; Demmino potitur. Tillius Naubrandenburgum factò impetu, capit. Colberga deditur Suecis. Cæsareum præsidium Hale caditur. Magdeburgum à Tillio obsidetur, capitur, & diruitur; id maximè indignante Saxoniæ Du-
ce.

POST



OST diram bellorum luem , quæ vñdecim annos toto, vsque ad Balticum, & Germanicum mare Boreali tractu grassata innumeros mortales impotenter abripuit ; prouinciaque omnes effusis acie cadentium populorum sanguinis torrentibus cruentauit ; pacatis , compressis pace Lubeci conuenta, Danis tumultibus , grauissimo defuncta bello Germania ad multos annos quietura videbatur ; cum terribilis glomerati sub Arcto turbinis iræ Imperio fulmina, ac toti Germaniæ minantur . Contemptui primo habita ob exiguam molem Suecici mota belli procella ; quæ postmodum eundo, nouis nimborum incrementis aucta horribili impetu arces, oppida, regna, ac prouincias euertit . Quis enim putasset à parua, serèque terrarum vltima Baltici maris ora concitam tempestatem Romanum Imperium præpotés armis, tot vallatum millibus bellatorum suis vel prostratis, vel eiectis, aut domitis hostibus, cathenatis exultans, ferociensque victorijs impulsuram ? Impulit tamen adeò validè, vt totum nutans, labansque penè corruerit; nec adhuc sæuissimi estus subsidentibus iris, tot editis populorum cædibus, datisque gentium stragibus, penitus detonuerit; vt quæ iam exarserint bella, ludus, & nugæ ad illa, quæ sequuta sunt, fuisse videantur .

Futura teterrimi belli mala è cælo ostensa denuntiauerè prodigia. Nam propè Sunderburgium in Pomerania visæ sunt, hiscente veluti cælo, ingentes copiæ ab Aquilone suis instructæ ordinibus militari passu procedere ferrea hastarum sylua minacès: mox equestria agmina subsequi ; deinde machinæ bellicas, armorumque, ac impedimentorum trahi apparatus, sterisseque acie disposita ; donec ab Austro aliud ex aduerso numerosum agmen occurrit: nec vlla interposita mora, confertis manibus dimicare : prosligatoque Australi exercitu, Aquilonarem potitum esse victoria . Hoc ostentum trabs ignita scintillas vsquequaque contorquens excepit : atque hoc dirum portentum aliquot horas spectaculo sui stupore attonitos Mortalium oculos tenuit . Aequale ferè prodigium Vratislaviæ Quadorum primo vere conspectum in cælo est: Ingens lunæ simulacrum apparuit, in quo duo muralium tormentorum paria, sibi inuicem aduersa, veluti cõcepto igne displosa, fragore horribili tonuerunt ; qualem nostra maiora emissa edere solent . Apud Hammaburgium circulus ingens Maio mense è cælo pependit : in cuius medio solis fulgebat imago: alijs quinque solibus per æqualia interualla circulum ambientibus . Tandem fumo è circulo prodeunte, chasma illud euauit . Alibi sæuissimæ excitiæ tempestatès teruerè mortales . Megalopolitanos tremens tellus ita concussit: vt iacentes in stratis in sublime vlnæ dimidiū iactarit: atq; ædes inter crebra tonitrua, ac fulgura nutarèt. Sagni Quadorū denique ita ventorū sæui turbines horruerunt; vt biduum integrum impulsis turribus sacra æra sua spontè sonarent ; facibus, gladij, slagellique specie super maius templum in aere ter-

*Ostensa
Suecicum
bellum
portendē-
tia .*

rentibus ciues. Antiqui ista portenta hostijs maioribus procurassent: vt lenita Deorum ira, imminentes clades auerterent; quibus nihil Christiani commoti futuras calamitates celo indice prænuntiatas à se nullis fuerunt supplicationibus deprecati.

Siluerant tantisper classici cantus, nec Lubeci cum Dano Rege inita pace, in mortalium perniciem bellica, Marte quiescente, fremuerant; cum *Strac-* Valtainus infelici euentu * Sundio oppugnato, ira frendens, quòd de sua *fuad.* bellicæ gloriæ existimatione multum decessisse metueret; aliquo insigni, præclaroque belli facinore amissum decus sarcindum ratus, Magdeburgo clarissimæ Germaniæ vrbi in medio Imperio sitæ oculos adiecit; quam si bello domitam Cæsaris ditionibus addidisset; abundè labem suo bellico decori ad Sundium aspersam se deterfurum putabat. Compresso Dano, deerat hostis, à quo posset ab illa inuadenda deterreri, vel impediri. Quamuis Gustauus Sueciæ Rex bellator egregius ad Sundium à Fridlando prouocatus arma Cæsareis intentaret; quòd tamen adhuc longius abesset, nec vires satis validas habere, Danique Regis fortunam formidare videretur, adeo metuendus non erat; vt etiam eius apparatus, & minæ à Fridlando ludibrio haberentur. Non deerant vires, nec viribus martia ferocia; copiæ præsto erant amplissimæ, eæque ferè omnes veteranæ, tot prælijs, ac bellis exercitæ. Primū igitur omnium promoti ad Magdeburgum exercitu, dispositisque circum in statiuis cohortibus, merces, commercia, ac comæatus intercipit: mox à Magdeburgensibus, tanquam bello abstinere vellet; ingentem pecuniarum summam expressit. Centum, & triginta aureorum millia ciuibus imperata; metuque maioris mali expedite Fridlando soluta. A militibus, cohortiumque ducibus emanabat, ciuibus instare grauiora. Ex vrbe facefferent amici, abirent noti, ne vrbs propediem excindendæ calamitatibus inuoluerentur. Itaque plurimi imminens fatum discessu vitarunt. Fridlandus, quo belli causam quereret, ciuibus edixit: vt Cæsaream legionem suis sumptibus alerent: qui tam iniqua postulatione asperati; aiunt, se à statiuis, stipendijsque militibus tribuendis & superiorū Imperatorū, & presentis Ferdinandi verum potentis, clementiam, & antiqua percussa cum Cæsaribus sædera, concessaque priuilegia fecisse prorsus immunes: prainde se nulla ratione passuros: vt hoc non ferendum onus suis cervicibus imponatur. Verum vbi Martis violentia, & ferocia imperant, iura, legeque silent, & pauidæ latibula querunt.

Fridlandus, ciuium cognita pertinacia, arctiùs urbem dispositis propiùs militum stationibus, claudit: delectis peditum cohortibus Sundeburgum, & Neomagdeburgum insidere iussis, Albis fluminis litora locatis per interualla excubijs militum custodiuntur; vt quæcumque nauigia, quæ secundo flumine vehere ntur: nisi publicæ fidei tabulas, ab ipso Fridlando concessas ostenderent, caperentur. Itaque veluti caueis ciues inclusi impigrè se, ac fortiter ad ferendam obsidionem parant; vt patriæ libertatem, vel in ultimo vite, for. unarumque discrimine tueantur. Placuit tamen, antequam

strin-

stringerent ferrum per legatos ferocem Fridlandi animam aliqua pecunię oblatione lenire. Sed nihil in amicis hominis diritatem auti illecebrę oblationis emolliunt. Imperat subitam deditronem: ni obfidioms in commoda pati, urbem diripi, excindique velint.

Imperialiam efferauerat animos auffs piscatorum; qui cum militum insolentiam in piscatoria quoque nauigia, & scaphas facientium imperiũ ferre non possent: in furorem quodammodo acti, conglobant se se; atque in Casareos ciuium iumenta, pecoraque abigetes plumbea glande p̄fidiario perfosso ferociter ingruunt; vindicatoque grege, ac sum̄debutgi portis effractis cum Imperialium Itatione conferunt manus: cadenteque vexillifero, ceteri, proiectis armis, suorum territi cęde fugam capessunt. Hoc irritamento Fridlandi ira in vltionem exarsit. Sexdecim productis loriceis urbem circumquaque p̄fepit: ę quibus cum munimentum ad pagum vicinam pertinēs binę rullicorum centurię, toridemque Liburnorum ęquitum turmaę tuerentur: piscatorum, nauticorumque hominum audax manus, assuptis duabus p̄fidiariorum cohortibus, in illos tanto impetu irruerunt: vt lorica in potestatem redacta. Cęfareisque cum cęde fugatis, pagum funditus, subiectis flammis, euerterint. Nulla non die vtrique aliquid in alterius perniciem moliebatur: nec animis mutuis iniurijs, ac cladibus efferatis humanissimę Cęsarıs literę, nec liberarum urbium legati, qui sequestres pacis aduenerant; suo interuentu quicquam admotis precibus, profuerunt: vt & ciues Fridlandi aliquid petitionibus assentirent: & Fridlandus de suo quicquam rigore remitteret. Itaque ciues, deplorata pace, ad arma profiliunt. Senatus totam vrbis annonam in singulis ciuium ędibus iussit inquiri: vt quid sibi virium esset ad tolerandam obfidiomem, certũ sciret. Ingens ceruisię, Siligenis, Hordei copia a Conquisitoribus recensita. Ferociores igitur a comteatum abundantia, ad sui defensionem insurgunt. Suburbana tecta demoliri decernunt; ne hosti munimento forent; atque ijs veluti vallo ad urbem arctius vrgędam vteretur. Per tympanistas edicitur omnibus incolis: vt inde rebus domesticis exportatis, in urbem migrent: eorũ domicilia funditus dirutum iri. Qua dira denuntiatione indigenę in rabie acti in curiam turmatim procurunt; minacibus verbis obtestantur, se nunquam passuros: vt patrij lares, ac maiorum suorum antiqui penates, in quibus nati, educatique fuerint, excindantur. Verum nihil miserorum querelę mouere Senatum; quin ad reliquum corpus seruandum: vnum noxium membrũ

Magdo-
burgenſes
defensionẽ
parant.

Suburbis
diripiuntur.

Magdo-
burgenſiũ
eruptio.

victores abacta præda dum in urbem reditum parant; ecce quattuor Imperialium equitum turmis Portzia comite Duce cinguntur. Intra retiaprehendisse captiuos sibi Cæsarei videbatur: cum ijs cohortibus rem sibi esse tantummodo rati; sed dum numero freti incautiùs agunt; dum vlteriùs temerè prouehuntur, en ex vepribus, & dumetis, aliquot sclopettariorù centurię in Imperiales exiliunt: qui explosis in illos minoribus tormentis, confixoque Portzia, ac quinquaginta cæsis, reliquos intra munimeta compellunt. Irritauit ea clades vehementer animos obsidentium: vltionemque tacitis versabant animis, quam facilè se aufuros putabant: si ciues ad pugna extra munimenta elicere potuissent. Multis igitur accitis operis, ad molendinum se lorica producere velle simulant: vt ciuibus molendi tritici facultatem adimerent; qui, ne hoc quoque supra cetera obsidionis incommoda paterentur; iubent primipilum cum suis centurijs, addita equitum ala, ceptum iam opus vel fugatis, vel cæsis operis, impedire. Illi simul atque campis patentibus excipiuntur: inconditi quoque ciuium manipuli magistratus iniusu vna cum primipilo procurrunt. Qui statim à Cæsareis equitibus in insidijs post montem in eam rem excubantibus circumueniuntur. Nec mora, vt in re subita vtcumque conglobati in circumfusum Cæsareum equitatum glandium tempestatem sclopettis intorquent: sed vndique ab equitibus impetiti, nullis irritis in confertam multitudinem cadentibus telis: ingruentis vlteriùs hostis impetum sustinere non possunt. Fugati itaque, ac cæsi retruduntur in urbem: eoque felici velitaris pugnae successu Cæsarei egregiè vti sunt sociorum necem.

*Magde-
burgen-
ses
insidijs
excipiun-
tur.*

Fridlandum, cuius animi dicitatem, nec legatorum pteces, nec sequestrium interuentus, nec ciuium submissiùs id à se malum deprecatum miserix emollire, ac flectere potuerunt: quis crederet ab hac multitudinis inconfultè, ac temerè incurfantis cæde possuisse ferociam, rigoremque illum inexorabilem leniisse? Ex illo sequestribus pacis, legatisque aures benignè præbere, remittere obsidionis angustias, se adeuntes ciues comiter alloqui; & de superioribus postulatis ex insperato decedere. Nam qui priùs abscissa petitione vrbis deditionem poposcerat; ad exiguam quinquaginta aureorum millium summam inexpectato descendit: qua à ciuibus ingenti metu solutis, impensiùs, quam Fridlandus postulauerat, numerata; nulli noxius ab ea obsidione deduxit exercitum. Ciues future calamitatis ignari effusissimo gaudio exultantes, indictis ante Kal. Octobres solemnibus ferijs, campanique æris festo pulsu, muralium tormentorum hilaribus tonitruis, conceptæ animis lætitię significationes pluribus diebus ediderunt. Sed sæpè numero imminentis fati, fortisque futuræ mortalium ignaræ mentes sibi inani, fallacique gaudio gratulantur; dum periculo defunctos se esse arbitrantur. Hæc ludicra Magdeburgi vrbis obsidio ad miserissimam illius cladem, supremumque excidium, quo biennio post penitus concidit; censeri potest, de qua suo loco dicemus.

*Fridlan-
dus ab ob-
sidione
Magde-
burgi spõ-
ri disce-
dit.*

Frid-

Fridlandus benè nauatæ militaris operæ præmio à Cæsare Megalopolitanæ ditionis opibus auctus, Ioanne Alberto, Adolphoque Federico fratribus Imperiali proscriptione damnatis, maiora agitare animo, sublimioraque moliri, quam ipsius fortuna, conditionisque ratio pateretur. Nam etsi res præclaras bello gesserat; fortem fidelemque operam Ferdinando nauarat: priuatim tamen, præter patrium institutum Regijs penè faciendis impensis, alendisque sui corporis stipatoribus, atque aula ad Regium nitorem, & luxum, magnificè comparata, vasto animo aliquid sua priuata fortuna maius meditari videbatur; quod illi & procerum inuidiam, & Cæsari longè maximum bellum conflauit. Verebantur enim, ne omnibus Imperij principibus excellere destinaret. Quòd, & de Alcibiade notauit Tucidides; eum, vbi paulò insolentiùs, magnificentiùsque se gereret; proceribus Atticis suspicionis ansam ingessisse: tanquam rerum status mutationem moliretur. Quare veriti, ne, quòd Megalopolitanis ducibus acciderat; sibi aliquando contingeret; vt Fridlandi surgentem in immensum potentiam, ambitionemque comprimerent; arcana belli consilia agitant; inuentque tacitis animis rationes, quibus potissimum, & suis rebus prospicerent; ne omnes sub vnius Austriacæ domus iugum irent; imminentemque sibi Fridlandi potentiam impellerent. Sed antequam tacitæ querelæ iustitationesque in totius Germaniæ perniciem in arma; apertaumque bellum erumperent; satius esse ratis suæ onera, ac in commoda Cæsari aperire; Saxonix Elector suo, omniumque principum Protestantium nomine, splendidam, magnificamque legationem sub Philippo Ernesto Mansfeldix comite, Nicolao Gebbaro, Gabriele Tunzchio, & Ioanne Blandorfo ad Cæsarem misit; vt Imperialem aulam querimonij implerent, cuius legationis princeps ita loquutus esse dicitur.

Fridlandus Megalopolis donatur à Cæsare.

Suspensa Valfaini potentia.

Quòd erat à Deo Immortali votis omnibus expetendum; id pacata Germania, profligato Danico bello, constitutaque pace, vidimus, Augustissime Cæsar, Armorum fremitus, quibus diu tota prouinciæ obstrepuerant, conticescunt: cruenti Martis violentia in statuis immota quiescit; nulla nos ex terra, aut ciuilia bella circumtonant. At non ijs pacis bonis, ac commodis fruimur; quæ secum ipsius tranquillitas vehit; & post tuas victorias, atque triumphos nos sperabamus habituros. Iisdem belli malis affligimur; vel etiam maioribus calamitatibus implicamur: ac si nos iterum seuiora premerent bella; crudelioresque hostes vrgerent. Viciisti principes perduelles; contumaces populos domuisti. Ante tuos prouoluta pedes iacent prostrata gentes; & quæ nuper Austriacum iugum feroces excusserant; nunc refractarias ceruices pronæ submitunt. Tui Dices arma victorica vsque ad Germanicum mare, & Balticum protenderunt: quos Natura Septentrioni terrarum limites posuit; eosdem tuo præscribere fines imperio. Vltierius nil est, nisi non habitabile frigus. Nullus est iam, qui tuas iniurias non timeat vires; potentiamque formidet. Cur igitur etiamnum totius Germania circumfideatur millibus bellatorum? Cur prouinciæ, vrbes, pagi, villa

Oratio Saxonis Ducis legati ad Cæsarem.

Querela de militum impotentia.

villa tot militum agminibus obruuntur? si nullus te hostis oppugnat: si nullis Germania bellis impetitur? Diuturnis statiuis, hybernis populi exhauriuntur; & quidquid reliqui fecit Martis iniquitas; hoc totam absumit impotens sociorum acerbitas. Nobis quocumque bello perniciosior est pax; & socius miles quolibet hoste rapacior, à quo clementiàs quàm ab illo habiti, acceptique sumus: eoque malorum ventum est; ut cum alià Christiani orbis prouincia florētissimis rebus utantur; Germania omnium quondam opulentissima nihil, præter angustias, gemitus, cladesque, supersit. Omnia alendo militi impenduntur: ita crebris cohortium stationibus diripiuntur, vastanturque prouinciæ: ut vix faciem, speciemque ullam pristina opulentiæ, ac decoris præferant: cuncta dilapidante militum insolentia. Vix dynasti suppetunt vitæ præstia, atque agrestibus penitus expilatis, nobiliores deglubit insatiabilis militum auaritia. Suis exuunt fortunis, ac opibus proceres; vim minitari principibus audent; à quibus nisi profunda eorum ingluuias ingestio anro, argentoque saturaretur; excidia, incendia, & quod minimum malorum est, direptiones intentant. Nullis obsequijs, ac officijs crudelium diritas peccorum emollitur. Principes eò miseriarum, arumnarumque reciderunt; ut post tot impendia, deficientibus pecunijs, urbium præfecturas tribuni militum pignori dare cogantur. Pro arbitrio miles indigenis durissimas leges imponit: authoritatem magistratibus adimit; & principibus in suos vexilligales imperium. Itinera, publicæ viæ militum stationibus obsidentur; agros infestos assidujs excursibus habent; ut nullus cinium res suas actum prodire, colere campos agricolæ, serere, ac metere audeant: militibus pecora, iumenta que abigentibus; quæ in nundinis venalia proponant. Quod si quando ab agrestibus tot rapinis, iniurijsque irritatis itur in arma; ut sua pecora à latronum manibus vindicent; tunc enim verò vicinis auxilio cohortibus accersitis, conglobati in miseris, veluti in acerbissimos hostes ferro desaniunt; vel fustibus pulsant, vel pecunia multatis, noui furti additamento iniuriam duplo grauiorem, atrociorumque faciunt. Negotia, commerciaque mercatorum nequitia militum interciderunt; non vltro, citroque comitant amplius mercibus onusta vehicula; & tamen milites ea omnia ab infelicibus populis non pudet exigere; ac si opulentissimo rerum statu fruerentur. Fidissimi Imperij ordines tot annis copijs alendis, soluendis stipendijs, delectibus, statiuis, hybernis, pabulationibus, frumentationibus, rapinis, cadibus, incendijs ita miseri iacent; ut nunquam post homines natos tot malis, ac calamitatibus laborasse Germania memoretur. Quibus si tua clementia citò non consulat; si non maturè collentur; generosi animi tot offensis lacepsiti, tot cladibus efferrati; quid aliud verendum est: nisi ut, arreptis armis, à tua Maiestate rebelent: & summo cum totius Imperij discrimine, tuos milites, copiaque trucident? Subeat te, Cæsar, quantis Elektorum, principum, ordinumque Imperij dignitas, & eminentia immunitatibus, & priuilegijs à tuis quondam Antecessoribus fuerit insignita; quæ hæctenus etiam fuerunt constanti, perpetuaque fide seruata: nunc verò omnia spernuntur, labefactantur, infringuntur militum insolentia. Nihil apud rapacissimum hominum genus priuilegia proficiunt; nihil prodest sua principibus amplitudo. Has nobis, nostraque prin-

Principi ultima exprimit necessitas iustissimas voces, atque inuito honestissimas querelas extundit: qui sicuti cum Germania populis à te mitius agi desiderat; ita tuam Maiestatem supplex orat; ut pro natiua, ac propria Austriorum Principum leuitate, & clementia; pro sua intemerata fide, quam in afflictis Imperij rebus domui Austriacæ præstitit; pro strenua, fidaque opera, quam in bello persequendis, demandisque rebellibus tibi nauauit; ut parta iam pace, subactisque, vel eiecitis hostibus tuis, milites exaurores: vel è provincijs deducas: vel seuerissimis pœnis eorum coerceas insolentiam: ne amplius in altissima pace belli mala, atque incommoda ferre cogamur.

Quibus à legato peroratis Imperij Principum, ac Protestantium querelis, varias in sententias à Cæsareis consiliarijs itum est. His querimonijs mali aliquid profundius tegi, latereque insidias. Ita feri bellorum semina, quærique discordiarum causas: has conspirationes in Cæsarem esse, quæ titulum præferunt querelarum: sociari cum exteris principibus arma; pararique occultè bellum. Proindè non esse exercitus dimittendos; neque à prouincijs amouendos, propediem turbis, ac tumultibus orituris. Ad rerum verò acerbitatem leniendam indicendum esse Electoralem conuentum; in quo ea sanciantur; quæ ad Germaniæ salutem, populorumque commodum spectare videbuntur. Alij, inter quos Cardinalis Cleselius, *has Germaniæ calamitates, & mala esse celestis iræ mortalium scelerum ultionem; cuius præcipuum ministrum aiebat esse Fridlandum; quo iratum Numen veluti flagello ad cadendos populos urebatur: neque illum esse hominem, sed sauiissimam feram; quam nihil tot popularium querela, cladesque mouerens. Abrogandum esse illi armorum imperium; aliumque humaniorem lanioni immanissimo sufficiendum.*

Varij consiliarios sensus.

Cardinalis Cleselius Fridlandum vellicas.

Nonnulli vel copiarum numerum minuendum; vel à prouincijs abduendas esse censebant: ne populi continuis pecuniarum exactionibus asperati, captata ab impotenti imperio, dominatuque occasione, rebelarent: præcipuè cum hostes occulti non obscure Res novas molirentur. Alij secretionis consilij asserabant; arma esse propugnacula, munimenta que imperij; quibus stant potissimum regna, & turbidorum insidias parantium arcanæ petitiones eluduntur; in rebellionem profecto erupturæ, nisi circumstantium armorum terrore cohiberentur. Latere aliquid hostilis in querentium vocibus; iniuri turbulenta consilia; instare armorum tumultus; quibus præsentibus copijs obuiam iri possit; ac opprimi subito rebellantium conatus. Idcirco omnia frequentibus militum stationibus esse firmanda; ne exarmato Imperio hostes ad arma audaciores insurgant.

Veruntamen, ne continuis militum stationibus Cæsar populorum fortunas exhaurire velle videretur; ob idque in se concitaret animos Germanorum; censuit medium esse aliquid constitnendum; ut neque perpetuis in alendo milite impensis populi affligerentur; neque exercitus ad hostium latentium arbitrium dimitterentur. Seuero edicto vulgato itaque Cæsar; capite

Cæsaris decretum de militibus alendis.

pite Sanxit : ne quis incolas vllis in rebus offenderet : diurnaque annona contentus nullas ab hospitibus pecunias textunderet : non arma , non violentiam intentaret . Imperator Principum legatos quàm humanissimis verbis alloquutus , benè de suis postulatis sperare iussos , muneribus donatos dimisit .

Valstai-
bus in
Germa-
niam re-
greditur .

Fridlandus interim cum ad vrbes maritimas fulminasset ; in Germaniæ mediterranea signa conuertit : Hannouiamque eius comitatus dynastarum sedem , vt locum non tam munitum , quàm amplum , & præcipuè à Belgis incolis habitatum ; & ob Mœni fluminis viciniam , commercijs ; militiæque opportunum intercipiat ; bello petit . Sed primum à Philippo Mauritio comite vrbs Principe quaerit ; vt intra mœnia Imperiale præsidium admittat . Quod illo obsequium negante ; Ossæ Tribuno imperat : vt legionibus admotis , vrbe vallo circumdet : qui occupatis vijs , ac aditibus interseptis , positis circum castris , vrbe obsidet : milesque per agrum Hannouicum grassabundus rapinis cuncta funestat .

Philippi
de Fridla-
do quæri-
monia .

Philippus contra ius , fasque omne Cæsareis armis oppressus , missis ad Cæsarem literis , calamitatem illam à se quam humillimis verbis deprecatur . Nihil se vnquam , cum alij ex alijs hostes Principes contra illum raperentur in arma , excitisque ad rebellandum populis , domum Austriacam vel tollere , vel saltem deprimere conarentur ; constantem mutasse fidem ; quamuis circumfusi hostes sibi bellum minarentur : nisi in eorum partes descenderet ; numquam se hostium minis , aut terroribus adduci potuisse ; vt contra Cæsaream Maiestatem , quam semper enixè coluerat , perfida sumeret arma : nihil à se vnquam in Cæsarem peccatum : quo suam vastari ditionem ; diripi fortunas , obsidione vrbe premi tam crudeliter mereretur . Proinde se illum etiam , atque etiam rogare ; vt imperet & abstaino ; quo à se bello lacescendo abstineat : copias ab vrbe deducat ; reseratisque claustris , soluat obsidium .

Cæsaris
ad Philip-
pum re-
sponso .

Cui à Cæsare pari verborum humanitate , comitateque responsum est . Nunquam se illius synceram fidem in dubium vocasse ; immo se illi maximam habere gratiam : quòd cum suis hostibus neque consilia , neque arma coniunxerit : seque illi parem gratiam ; quotiescumque occasio exigeret , relaturum : Austriacæque domus opes , arma , copias in ipso ab omni iniuria tuendo quam libentissimè impensurum . Verum cum liquido constet ipsius vrbe maiori ex parte à Belgis mercatoribus coli , qui cum Batavis Palatinum armis asserentibus commercia habent ; clamque inuicem communicatis consilijs , in maximum imperij , atque adeò ipsius comitis detrimentum , ob loci opportunitatem possent Cæsaris hostes in vrbemittere ; totasque Mœni , Rhenique circumiectas regiones incuribus infestare : idcirco magni non tam Cæsaris , quàm ipsius Comitis interesse , illam vrbe valido imperiali præsidio firmari ; ne ab hostibus per insidias , & dolos occupetur . Hoc Imperij tutamentum , salutemque ipsius Comitis postulare : qui in tanta temporum difficultate propugnaculum illud sibi contra hostes tuendum negare non deberet . Ex aduerso se daturum operam , vt neque ciuibus , neque paganis miles grauis sit ; cui alendo ne
vrbs

vrbs vel quadrantem impendat; se menstrua stipendia identidem submissurum.

Quibus rationibus, ac promissis adductus Comes; ne Cæsaris circumfessam armis urbem amitteret; cum præsertim nulla aliunde subsidia speraret: tres peditum præfidiarias cohortes in urbem accepit; quæ & in Cæsaris, & in Comitibus verba iurarunt. Ciues etiam Sacramento adacti; ut urbem contra quoscumque Imperij hostes, quousque subsidia reciperent, tuerentur. Comiteque etiam eodem Sacramento Imperatori astricto, copijs amotis, obsidio soluta est.

Philippus Cæsarem præfidium in urbem accipit.

Verum Fridlandus quandiu rei militaris penes illum fuit imperium, ut vir iniquus, & ferox nouas subinde bellorum causas quærebat. Si nullus laceraret hostis; ipse nouas turbas, irritandis amicis, infestandisque excitabat. Vix enim pax inter Cæsarem. Danumque Regem Lubeci coahuerat; cum Fridlandus belli semina ferens Holchio Dano tribuno, qui in Cæsaris partes transferat, scribendæ legioni, authorandoque militi Episcopatum Lubecensem, & Pinebergicum Comitatum designauit; prius admonito Dano Rege, maximas Sueciæ Regem copias colligere; quibus, & Neostadium interciperere, maritimamque illam oram, atque adeo Romanum Imperium armis possit incessere. Idcirco illos terrarum tractus Cæsareis præfidijs, atque militum stationibus esse muniendos; ut irrupturo mox hosti veteranæ legiones, strenuique bello milites obijciantur. Conducendarum cohortium negotium Holchio primipilo, ipsi acceptissimo, demandatum. Sed Rex, ex legibus pacis, quam nuper Lubeci cum Imperatore pepigerat; quibus disertè cautum erat, ut non solum suis prouincijs aliquod Imperiale præsidium non possit imponi: sed etiam quæ tunc ibi stationes habebant cohortes, illicò indè deducerentur: nec milites scribi, nec aliquod præsidium admitti passus est. Nihil sibi à Sueciæ Rege metuendum, quod ille fidem suam obstrinxisset; se nihil damni prouincijs Danicis illaturum. Tentato nequicquam Daniæ Regæ Fridlandus vexare institit Hammaburgios grauissimis querelis exostulans; quod Sueciæ Regis milites intra suæ urbis mœnia reciperent. Hancque illis facit optionem; vtrum vellent, eligerent; agrum illum sibi, suorumque dum tutelæ fideique committerent; vel ipsi, accepto valido præfidio, illum tuerentur; ne irruptenti in Austriacos aditus Sueciæ Regi pateret. Huic optioni responsum à ciuibus est; *sibi res suas maxima curæ esse; easque se suscipere defendendas; Cæterum non esse cur de fide sua dubitet; aut id genus optionibus sibi molestiam exhibeat.*

Fridlandus iniquus in geniu.

Rex Danus Fridlandi tentamentis obijcit.

Fridlandus Hammaburgios vexat.

Iisdem, & etiam paulò durioribus dictis legibus Stetinenfes afflixit: ut non solum illis commeatus, pecuniasque imperaret; sed etiam se in eorum finibus præfidia locaturum minaretur, Suecorum illis exprobrans contubernium. Hæc Fridlandi asperitas Suecicum bellum naturauit; iuliusque fecit. Oppressi namque, submissis clanculum nuntijs, impetrato in Cæsareos auxilio, Suecum Regem ad arma capienda sollicitant. Fridlandus interea, ut Megalopolitanis ducibus in patriam reditus spem omnem

Fridlandus asperitas Suecicum bellum naturat.

*Mechel-
burg.*

omnem abscinderet; & Electoribus veteres Principes in hæreditarias, auitasque ditaciones reducendi adimeret facultatem; properat^r Megalopolim; proceres omnes, ciuesque adigit; vt sibi dicant Sacramentum; vicissimque omnium illis priuilegiorum vsus, immunitatesque veteres confirmauit; vna excepta causa Religionis; quam ex Cæsaris arbitrio colendam esse edixit. Equestris ordinis plures ne fidem suam sacramento Fridlando obligarent; paratis ante armis ad Suecum Regem transire, patriamque ducibus suis antiquis asserrere maluerunt; quàm noui hominis pati dominatum. Natura siquidem comparatum est; vt mortales ex humili conditione surgenti nimiam potentiam inuideant; ægerrimeque eos dominos ferant; quos quondam pares, aut inferiores sibi fuisse cognouerunt.

*Fridlan-
dus Me-
galopoli-
tanos in
sacramento
sibi obli-
gat.*

His diebus Mantuanum bellum exarsit; de quo pauca dicemus: antequam ad Suecicum bellum progrediamur.

DE MANTVANO BELLO.

*Mantua-
no belli
pernicities.*



Mantvano bello sicuti nullum inauspicatius, aut funestius Austriaci Principes susceperunt; ita nullum Italia fœdioribus cladibus deformata, atque accisis Germaniæ rebus, vtrique parti calamitosius, perniciosiusque fuit. Hinc enim, & miserandum Principis vrbis excidium, & sæuissima lues, quæ nobilissimam prouinciam mortalium frequentia crebris funeribus viduauit, & omnis deploranda Germaniæ euersio defluxit: dum, Cæsar exarmato centum millibus bellatorum Imperio, immisissis in Italiam exercitibus, beneficiarij dynastiæ sibi debitum importunis exigit armis obsequium: nudum præsidij Germaniæ Sueco Regi ad ferendum præbuit latus; & cis alpes Gallica arma in Taurinorum, & Insu- brum traxit exitium: quæ libentiùs prætermitterem, quàm prosequerem: ne superiorum vulnerum refricata memoria, asperatis Italonum animis, Germanam gentem inuisam facerem; nisi mei suscepti operis institutum, Germanicarumque rerum series, atque ordo deposceret: vt quidquid vbi- que belli his temporibus gessere Germani; in vna congestum narratione vulgarem. Omnia tamen in compendium mittam; vt iam omnibus nota vno quasi intuitu conspiciantur.

*Belli Mā-
tuani ori-
gō.*

*Mantua-
ni Ducis
Rethelii
sacra-
mento ob-
stringunt.*

Decefferat orbis liberis Vincentius Mantuanorum ducum postremus, Carolo Gonzaga Niuernensi Duce ex asse hærede instituto: quòd ex Ludouico Gulielmi trium vltimorum ducum minori fratre natus omnibus ex legitima Gonzagæ familiæ serie maribus propinquiore consanguinitate præcelleret: iam Gulielmi posteritate, extincto Vincentio, sublata: & ideo pridie, quàm è vita migraret, Mantuanis ciuibus imperauit; vt Caroli primogenito Duci Rethelio pro Patre absente dicerent Sacramentum: qui in futuræ spem successionis à Duce Ferdinando Mantuam è

Gallijs

Gallijs iam pridem accitus, atque ibi in aula in id ipsum fuerat educatus : cui etiam , vt securius Mantuanæ ditionis hæreditas obueniret ; paucis ante diebus , quam fato cederet ; voluit Princeps Maria Ducis Francisci filia Allobrogum reguli ex Matre neptis clam à Summo Pontifice consanguinitatis soluta legibus nuberet . Hoc arcanum connubium Allobrogum Ducis, Hispanorumque animos valdè turbauerat : quòd se inconsultis , ne dum suæ petito voluntatis assensu, consanguineam puellam Ferdinandum Gallo Principi nuptui tradidisset : ac de his secretis nuptijs acerbissimè quæsti tantum non minabantur ultionem . Sed aliæ erant irarum causæ pectoribus clausæ : quàm quas palam iteratis querimonijs protestabantur . Dux siquidem Allobrogum eam Virginem sponsam suo filio Cardinali Principi destinauerat : vt illius ope coniugij suis antiquis in Montem Ferratum (quem tunc maxime ex deficientis Mantuanorum Ducum posteritatis occasione anhelabat) iuribus hoc adderet nouum . Hispani verò Ministri Niuernensis Ducis successionem ex animo auersati sperabant , hac intercepta puella, se illum omnino Mantuani ducatus ditionibus exclusuros .

Princeps Maria Ducis Rethelienus.

Indignatio Hispanorum, & Allobrogum Ducis de eo connubio.

Interim dum intra mutationes tantum , ac querimonias conceptæ animis datonant iræ : Dux Carolus Heluetios, ac Rhetos, Tellinamque vallem ac Venetos prætergressus Mantuam inijt ala cri omnium ciuium consensu , & obsequio veluti legitimus Princeps exceptus . Verum tam læta auitum dominatum aduentis initiâ funestus admodum exitus consequutus est, capta, direptaque Mantna . In Cæsarea etenim Hispanaque aula à Vincentij vsque Ducis interitu dudum de hac re fuerat accurata disquisitione consultum ; num esset Gallus Princeps in Italiæ longè urbem in initiissimam admittendus : ægerri mè ferentibus Austriacis, & Hispanis, Niuernensem Ducem , & si ex auito Gonzagæ gentis Principum genere propagatum ; genio tamen moribus, animo, Regi Gallo aprimè charum, in media Gallia natum, & altum, ætate florentem , ac opulentis ditionibus præpotentem Mantuæ in firmissimo propugnaculo fixis perpetuis sedibus dominari : ac proinde Gallicæ genti Italia Imperium votis ardentibus affectanti in eam aditum pandi ; quod maxima bella procedente tempore, accendere, vel assidua sollicitudine poterat Insubres detinerè.

Dux Carolus Niuernensis in Italiã venit.

Gallorum occupada Italia oppugnatas.

Ab verisque itaque Regijs decreta nonni Ducis possessioni omnino aduersantia procul dubio emanatura putabant . Cæsar contendebat, vt sibi Mantuana ditio veluti supremo domino traderetur : quia cum plures eiusdem familiæ candidati eam vindicarent , peterentque tanquam iure debitam sibi, & in obliquos posterorum gradus transmittenda esset ; sibi eam dedi ex Cæsareæ curiæ consuetudine veluti summo rerum arbitro decernebat ; ei addicendam, qui ex legum præscripto causam tenuisset . Sicuti in Montis Ferrati successione mortuo Georgio Paleologo, fuerat factitatum . Cæsar itaque missum in Italiam comitem Ioannem Nassauium iussit Mantuani dominatus suo nomine possessionem adire ; & Carolum Ducem

Sibi plures Mantuanum ducatum vendicant.

Hispani
in Niuernem
Ducem
bellum
parant.

Ducem eum sibi tradere recusantem Imperiali primum proscriptione perceleret: deinde arma, atque Germanos exercitus intentaret. Verum Hispani: huius diuturnæ iuris dicendi, causæque per iudices cognoscendæ, vt pote quos pericula magis propinqua terrebant; impotentes moræ; ad bellum præcipuè stimulantibus Allobrogum Duce, & Gonzale Cordubensi Mediolani præfecto huius noxijs consilij infaultissimo authore, arma parabant; vt nouum Ducem antequam firmius actis altiùs radicibus, eius coalesceret Principatus: possessione Mantuanæ ditionis euerterent: iamque cum quibusdam Casalis ciuibus arcanis transactionibus conuenerat; vt sibi vnam vrbis traderent portam; & præpropera spe huius felicitis insidiarum euentus Hispanam aulam totam impleuerat: quæ tamen præteritas Italiæ clades, ac in felices bellorum euentus pertæsa non solum à Mantuano bello abhorrebat: Niuernensemque Ducem in auita eius ditione pati; sed etiam in fidem, clientelamque acceptum tueri saniori certè consilio decreuerat: Quidam enim dynasta exactæ, inueteratæque prudentiæ propter vtriusque fortunæ facta pericula; in secretiori Regio consilio ita dissuerat.

Oratio
Mantuanum
bellum de
Mantuanis
purpurati.

Omnia bella ab Hispanis regibus hætenus siue ad suæ Maiestatis, ac nominis dignitatem; siue ad rerum arbitrium retinendum in Italia vsque à Carolo Quinto suscepta sicuti multa curæ, difficultatis, impensæ, ita nullius omnino fructus, compendijque fuerunt; ò Rex. Militum delectibus Neapolitanum Regnum exhaurimus; Siciliam bellatoribus, ac Sardiniam euerrimus, cuncta miscemus, diuturnis copiarum statuiis affligimus Insules; Indicas opes in Italiam regerimus; profligato bello, & pace composita; nec terræ palmus nostris ditionibus additur: nullius accessionis pagi Hispanum crescit Imperium. Quidquid bellicis laboribus, vestigaliumque sanguine partum est; id totum redditur victo: ne nostræ nimis potentiæ timorem Principibus Italis nimis formidandi faciamus. Ita futurum de Mantuano bello diuino. Expugnabimus Mantuam, Casalem, ac Montem Ferratum nostris oppressum exercitibus subigemus: mox Summo Pontifice, Venetis, cæterisque Italia Dynastis pro Mantuano Duce precautibus; vel Gallo Rege bellum intentante, tantis impensis, laboribus per nostrorum vulnera militum, ac cædes quasitum eiccti Ducis miseri reddemus: vel si illud retinere pergemus; Italiam diuturnis, ac periculosissimis bellis implicabimus. Galli, Itali Principes in nos coniurati cidentur ad arma; vt Niuernensem Ducem suæ ditioni restituant; Hispanamque potentiam suis ceruicibus imminentem in Italia conuellant: vel saltem se se nimis prouebentem iniecto quasi retinaculo frenent. Verum nostrorum armorum terrore compulsi Itali Principes sileant; expulsi Ducis miseriam, calamitatemque demissent: Galli certè popularis reguli sui causam non negligunt: statim, ac se Rupellæ obsidionis negotio, domito Hæreticorum diuersorio, expedierint: incredibili animorum ardore Italia serenetur in bella: nullam opportuniorem illius inuadendæ prouinciæ, quamdiu tacitis

facitis votis anhelant ; occasionem nescissent optare : nullum infortiorem titulum , motique belli causam sua cupiditati prætexent . Gens bellorum avida in Italiam vel nullo imperatore ducente , rapietur . Qua si Niuernensis Duce tradente (tradet autem necessitate coactus ; ut avitas ditiones Gallorum auxilio retineat) munitissima arce Casalis insideat ; qua poterit inde armorum potentia depelli ? Eris perpetuo Insubrum finibus , totique Italiae terrori . Erunt tibi Indici thesauri , atque exercitus consumendi ; ut Gallicorum armorum discrimen à tuorum vestigalium cernicibus amoliaris . Nunc Mantua , Casale suis tantum popularium presidij tenentur ; nullum nostris timorem dominatibus afferunt : quiescunt sub tua concessa superioribus ducibus clientela : statim ac tuorum armorum fremitus audietur : Niuernensis rebus suis timens Mantuam , ac Casale Gallicas copias inducet : se Galli Regis fidei , ac potestati permittet : omnes arces Gallorum presidij implebit : qui præferoces , & servidi prædabundi in tuas ditiones excurrent : eritque semper ad hostiles prohibendos incurfus in armis tuis vestigalibus excubandum ; firmandique validis tuarum ditionum presidij fines ; atque exercitus magnis impensis alendi . Nunc Dux Niuernensis submissa ceruice nostrum patrocinium implorat ; sua nobis obsequia aeterna pollicitus . Natus in Gallia sanè est ; sed sanguine , atque origine Italus , ac proinde quietioris , ac sedatioris ingenij ; cui si per te in suo dominatu ab omni molestia securo consistere liceat ; quis ambiget hoc tuo ingenti in illud merito , ne non sit in tuo ære , ac potestate futurus ? Si Gallorum Imperium in Italiam inuehere cogitasset ; hereditarias terras valido armatus exercitu adisset ; sicuti plerique suadebant ; quem ex suis , amicorum , consanguineorumque dynastiarum prouincijs constare facile potuisset ; non in Italiam ignotus cum tribus tantum equitibus itineris socijs per Rheticas alpes descendisset . Quiesus rebus suis ille fruetur ; nullas in suum dominatum Gallorum copias admittet ; ne potentioris Principis franum accipiat ; suasque terras aliorum tradat arbitrio ; nisi à nobis importuno bello cogetur . Quid tantula Mantuana ditiois accessione opes tua crescent ? aut quantulo terrarum incremento tuum augetur imperium ? Potiora Italia , vberiora quæ tenes : ad orientem , cadensemque solem , in opulentissima Aurora Regna , auriferosque Hesperii , nouique orbis tractus , in Peruana , Mexicanaque imperia sine rivali tua seeptra protendis ; quid exigua Mantuanæ regni ditio tuis rebus additura momenti est ; ut pro illa occupanda nullo difficilis opera pretio , calum , terramque miseras ; ac tua araria , thesauris ac pecunijs euacues ? præter incertos belli eventus , quibus aliquando potentiores fortuna ad humana superbiae ludibrium à debiliore percellit . Ad illud rerum humanarum fastigium tua potentia excessit ; ut ulterius progredi nequaquam possit . Diutius nisi mediocri stare fortuna potest ; nec fortunatos exitus habet nisi non inuidenda potentia . At enim Mantuani ac Montis Ferrati dominatus , occupandi casus datur ; quo postea contempro , nostram supinam incusabimus negligentiam . Dum Niuernensis nullis adhuc auxi-

M

xiliari-

*milliaribus Galliarum turmis fractus est: dum pestis in eo loca oppida grassata dele-
nit; cum vestigales nec dum novi Principis benevolentia, ac veneratione
congruunt: occupari Mantuana ditio nullo negotio potest. Atqui eo ipso
viam continentiam, insitiam Principibus Italie, Galloque Regi probatis,
qui suis Regnis contentus aliena non appetis; quamquam finitima, & tunc
ditioribus opportuna. Absint igitur permixto maxime bello: dona libera
nullo tua dispendio; quod post morum vulnera, cedes, impensas, atque
Italiano bello concessam omnino datum es. Sic diuarnensam Duceam de sua
atomum tibi deuenies: ac de aliam omnium eius amicorum Principum
obsequia demerentis.*

*Allobro-
gum Dux
et Cordu-
bensis Hi-
spanum
Regem ad
bellum el-
licitant.*

Proavis auribus, propensisque animis Dynastam perorantem Rex
purpuratque audierunt: nec suscepti consilii Nivernensem Ducem in
Mantuana additione sependios peritisset; nisi Allobrogum Ducis, Cor-
dubensisque literis solita vanitate spremlispana: ante infantiam certam
Mantuana Ducatus, ac Montis Ferrati adaptionem pollicentium iam
scripta in Italiam mittenda decreta permissio sine difficultate.

*Cordubi-
sis Mon-
temerra-
tum par-
titar.*

Eo fiducia Montis Ferrati obtinenda processerat Cordubensis; ut cum
dominatum cum Allobrogum Duce partibus illi Albani Pompeiani,
Tridinum, Montemcalum possidendum tradiderit; Hispanis ve-
ro Casale, ceteraque emiserit: quasi iam parva victoria, debellatum
fuisset.

*Bello spa-
niali
gralati.*

Ad hoc bellum insitionibus causis honestatum motis amistiendi pre-
ferabantur Italie quiete; ne Galli, gens feroc, bellicosa, ingenioque
iniquis munitione propugnaculo in ea potiti continuis Infidies
procuribus infestarent, Casalis decretum ad se Mantuana ditionis
possessionem auocantis: in quam propria autoritate se Dux Nivern-
ensis intruserat. Arcanum Bethelii Ducis cum Principe Maria con-
suevit.

*Hispano-
rum armo-
rum in
Monteser-
rate infe-
licitas.*

Hinc igitur Cordubensis, illuc Dux Allobrogum comparatis exerci-
tibus, Montis Ferrato inferat arma: quae sicuti communis morta-
lium sententia panem iusta censebat: ita pro insitioni causa stantibus
Serperis, infelices admodum exitus habuerant: Cordubensi cum san-
mo Hispanorum armorum dedecore Casalis oppugnatione propugnati-
um virtute depulso; quamvis Dux Allobrogum prosperum euentu,
addictis sibi oppida nudata praesidijs facili morte subegerit. Sed quae Hi-
spanis Tartaris eo beligerent, lector in alijs authoribus videat; qui-
bus superfero, ne extra choram saltem: cum tantum Germanorum bel-
la profectenda desumpserim.

*Casar in-
uenit Ma-
tuanum
bellum su-
cepit.*

Casar impellentibus magis Hispanis, quorum ingentibus in se meritis
erat obstratus; ob valida militum, pecuniarumque auxilia ab ijs con-
tra rebelles in Germanica bella transfusa; quae sibi non extinctis ad-
haec bellorum flammis, opus etiam futura sciebat; quam sua sponte in
Mantuana bellum ferebatur.

Erat

Erant tunc Caesare, domito Palatinis, et omnibusque quibus Hispania tota Germaniam fovitanda potentia :: centum annorum nullibus ne Antiqua stant, quos si in Italiam; iam pacatis Germanis utans, commisit; a m- digendum non erat; quoniam nonnulli Mantuanum Ducem Galli Regis in R- gelle oppugnatione cum omnibus Gallie viribus iam tertium annum be- rentis, omniumque Italorum Principum, praeter exigua Venetae Reipub- licae subsidia; auxiliis penitus definitum primo statim esset impetu obtinens; omninoque armis Caesare debita Maiestati expressione ob- loquium. Invenit tamen animo.

Caesare potentia.

Dux Niuernensis a deliis Casali, ac Mantuae firmioribus munitionis, se ad excipiendam Germanicis belli procellam in pugna strabat; omnia- lionem aduersum facta a viro alio ad armorum Imperium minus eodem dominum. Varias tamen ad auertendum Germanicis bellum conditio- nes de suo iure devalens Caesari, Hispano Regi, ac Allobrogum Duci tot opprobriis hostibus ostendit; ut suas res, cum fortunarum datamento quacumque ratione componeret. Hispanum Regem orabat; ut se quo- que sicuti Superiores Duxes in suam fidem, ac obsequium acciperet; poli- ticus se omnino nullius esse, potestatemque suorum. Insuper ne refra- ctarius, & contumax contra Caesareas functiones, decretaque videretur; pollicebatur se in omnia sine divisione oppida, vni excepta Mantua, & Ca- sale Germanorum praesidia recepturam; maioris vero Casalis artis me- dia, que urbem ab urce dimidant; ne usquam Hispanis, & insultribus fa- ceret curam; essetque expugnata facilius; se quoque demoliturum spon- debat. Verum haec omnia a Caesare Hispanisque reiecta sicuti nihil in non- tum animorum impetum rotarant; ita Caesarem conquiescentem re- morata non sunt: quin pergeret de Mantuanis robus; nonoque Duce qua- sitione habere libellisque curat o Imperatoris multa proscriptiois indidere.

Niuernensis si rostra sibi condi- tiones pro pace offerret.

Tot circumscissis angustiis Carolus filiam suam Ducem Retheliam in Germaniam ad aulam Caesarem misit; ut Imperatrici cisterna vitiorum Ducum Sororis studijs, ac favoribus aliquod robus afflictis lenamem a Ce- sare impetraret; a quo vel obtinentibus Hispanis; obtinuit; ut maiori de- creto faceret; quando meliora exorare non potuit; ut Hispani, & Dux Al- lobrogum Caesare Maiestatis nomine occupata oppida recinerent; & Dux Niuernensis in vrbis Mantuae, totiusque ducatus pacata possessio- ne perhiberet: demummodo Germanis in Italiam mittendis maior Casalis ars, antiquumque castrum; atque ipsa civitas traderetur. Verum Dux Carolus relicto Galli Regis armorum profectibus, Hispanicisque exer- citijs imbecillitate iam animo erectior hac conditione impande repa- diata: cessante quoque Imperialium edictorum pavore collecta non sper- nenda bellatorum manu; cum Montemferatum Hispanis, Taurinisque armis quati videret; ipse quoque in Mediolanensem diuisionem inuectus ad Casale maius, vicinosque pagos populabundus exiit. Que Niuernensis hostilia Caesarem adhuc incertum animi, ut cum eo tantum ex legum

Dux Niuernensis citatur a Caesare conquiescente.

Dux Rethelium in Germaniam tendit.

Dux Niuernensis in Medio lanensem diuisionem infusus inuictus.

præscripto libellis, & citationibus ageret; an eum bello Hispanorum votis indulgens possessione Mantuanæ ditionis exigeret: demum impulere spre-
tæ Cæsareæ Maiestatis audacia iratum: vt protinus iusserit Comitem Me-
rodium cum sex; & triginta peditum, & octo equitum millibus; qui in Tri-
bocibus, & Tiriolenâ comitatu statim habebant; ac tutum in Italiam
descendere.

*Exatus Im-
patorum
exercitum
in Italiâ
mittit cõ-
tra Niuerni
viam.*

Ille statim euocatis ex hybernis equitum, peditumque legionibus, Cau-
riam, & Maiaseltum Rhetorum Principes vrbes exiguis firmas præsidijs
repentino accessu compulit; vt Cæsareas copias reciperent. Inde primo
decem millium bellatorum agmine in Clauennam, Tellinamque vallem
demisso, Insubres propius accessit: vterius etiam ad Marchionis Spinulæ
Mediolani Gubernatoris Cordubensi suffecti nutum agmina promotu-
rus. Substitit aliquot dies inter illas steriles valles mandata Gubernatoris
expectans: sed cum nulli amplius suppeterent commeatus: & tantæ copię
intra nudâ saxa ali nõ possent; coactus est Spinula contra sui iytimos ani-
mi sēsus referatis Alpium claustris, Germana agmina in Italiâ admittere.

*Germani
in Italiâ
descen-
dunt.*

*Pestis cõ
Germanis
in Italiâ
ingredi-
tur.*

Duo, & viginti peditum, tria equitum millia, & quingenti Rambaldo
Colalto Imperialium armorum in Italia supremo Duce, in Germanicis, &
Pannonicis bellis clari nominis bellatore per Larium lacum progressi
Leucum, in Cremonensem agrum descenderunt; nõ Insubribus solum cru-
delitate, rapinis, direptionibus, populationibusque pagorum, & pecunia-
rum acerbissimis exactionibus: maximè noxi; sed etiam maiori Italiæ par-
ti funestissimi, abhominandique ob sæuissimam luem cum ipsis in Italiam
ingressam; quæ rapidissimi torrentis instar Taurinos, & insubres, Venetos,
Flaminiamque viam, ac Tuscos inuulsans fœda serpigrine maiorem mor-
taliū partem abripuit.

*Germani
in Man-
tuam, fo-
runtur.*

Colaltus honorificè à Spinula exceptus, & habitus, post arcana collo-
quia, & diuturnas de Mantuano bello administrando consultationes, cum
eo conuenit; vt ipse cum Germanicis copijs Mantuam, Spinula verò Casa-
le, & Montemferratum inuaderet. Quare vterque arma expedit in suam
Prouinciam, quæ sibi bello petenda obtigerat, profecturus. Cæsareæ copię
maioribus exercitus statoribus Matthia Galassio, Aldringhenoque duci-
bus (nam Colaltus valetudine impeditus Laude Pompeia substiterat) Olio
flumine superato; occupatoque Volengo in Mantuani agri finibus; Can-
netum aliquanto maius, munimentisque firmitus oppidum accesserunt.

*Militum
Venetorū
ignauia.*

*Plura op-
pida Ger-
manis ce-
dunt.*

Curabat in illo Angelus Cornelius patritius Venetus cū duobus pedi-
tum millibus. Dux Niuernensis maximam spem in eo valido præsidio col-
locauerat; quod sicuti numerosum, & firmum; ita hostem aliquandiu
remoraturum sperabat. Sed vix è propinquo Imperialibus micanti-
bus aquilis, se nullum præsidij ausi certamen Cæsareis fœdè, ac tur-
piter dediderunt: cuius ignauie exemplum alia sequuta oppida Gaz-
zolum, Ciconiara, Gubernolum Mincij in Padum influentis fau-
cibus obiectum portas. Atro Germanis cohortibus aperuere: quæ cum
Man-

Mantuanorum militum ignavia omnia circum castella nullo certamine obtinuissent; ea sedulissime populata ipsi belli sedi, ac capiti succedere; conternatis civium, praesidiariorumque animis; quod sui tam exiguo terri Germanae gentis ferocia milites hostibus restitissent. Angebat insuper oppidanos tot amissarum cohortium iactura; quae in tot locorum propugnatione diuisa, ut ex exteris constat militibus huc, illuc dilapsa Niuernensis signa deseruerant. Quare Mantua validiori, meliorisque militum numero destituta ingens discrimen erat aditura: nisi Veneti animaduerso periculo, mille militum subsidium in urbem protinus immisissent.

Veneti
Mantua
succur-
runt.

Mantua
fuit.

Mantua quasi è medio lacu pulcherrimo sanè prospectu emergit; quem Mincij fluminis aquae stagnantes efficiunt; hic à lacu Benaco defluens aliquot stadia ripis coercitus placido lapsu emensus in depressioris situs planitiem cadens, latè diffusis undis, iterum stagnat. Insula in qua ciuitas surgit, aliquot aggeribus longioribus, aut breuioribus pro distantia, & ponte committitur continenti. Ad maioris pontis caput iacet Diui Georgij suburbium inualidis menibus septum nullis aggeribus in pomœrio ea fulcientibus: cui Caesareis cum tormentorum apparatu accedentibus copijs, Federicus Gonzaga eius praesidij praefectus cum Aldringhero noui Ducis nomine pacis conditiones pacisci instituit: pluribus conatus in animum illius inducere: Niuernensem Ducem ut sua in Imperatorem obsequia, seque vectigalem minime contumacem toti orbi testaretur: paratū esse Germanas copias in illius suburbij hospitia recipere. Aldringherus explorata suburbij mœnium imbecillitate, ad tormentorum violentiam, copiarumque impetus sustinendos inualida, eo nomine suburbium in deditiōnem accipere recusauit. Quare Federicus ne praepotentia Germanorum arma inconsulto ausu irritaret; cum illud propugnare non posset; cessit hosti suburbium: retenta tamen exigua arce, ipsa scilicet porta; quae ponte à suburbio ducit in urbem; aliquantum munita.

Diui Geor-
gij subur-
bium des-
ditur Ger-
manis.

Germanis in suburbium ingressis, pacte sunt aliquot dierum induciae: quibus durantibus, Niuernensi cupidus aliqua submissioris obsequij significatione hostilium armorum furoris temperandi: Colalto, qui vel ægritudine laborans Laude Pompeia in Mantuanum agrum progressus in Diui Benedicti Cœnobio praetorium statuerat; eam suburbij arcem vitro obtulit: du modo voluntariae, honestaeque deditiōnis nomine illam vellet accipere. Sed Aldringhero referente, Ducis oblationem esse eius rei, quae non plus duas horas detentura esset impetum Germanorum: reiecta Ducis oblatio est.

Dux Ni-
uernensis
hostilium
armorum
furorem
lenire stu-
det.

Repentinus quoque casus induciarum fœdus abruptit: eodem namque tempore; quo primum Aldringheri agmen Diui Georgij suburbium instructis subibat ordinibus; postremum Federici de Saxoniae familia Principis agmen ad Cerasorum suburbium toto lacus litore praetentum

Rampum
curio dar-
cio.

nullo defensum præsidio diuertit. In vicino tamen aggere; per quem à suburbio itur in urbem; propugnaculum ad parmularum modum extrui ceptum erat; quo in urbem transitus claudebatur: propè quod se se prouehentibus Germanis, à Venetis præfidiarijs turpiter, ac ignauè desertum est. Hoc munimentum nullius pugnae discrimine Germanæ cohortes adeptæ facillè poterant in vicinam insulam ab vrbe non amplius ingentis fossæ spatio auulsam facili traiectu transmittere.

*Mantua-
ni Germa-
nos inces-
sunt tor-
mentis.*

*Germani
arcem ca-
piunt.*

Hoc non expectato rei euentu territi oppidani Chiliarchum Durantem protinus mittunt; vt nouis astructis propugnaculis, eam partem ab hostibus tueretur: ratique se contra induciarum fœdus inuadi, tormenta ab vrbe in Diui Georgij suburbium dispendunt. Arcis præfidiarij, & tormentorum urbis fragore, & Cærasorum Suburbij strepitu audito, ipsi quoque maiores scelpos in Germanorum subiectam in foro stationem protinus emittunt: vbi plures præfecti, copiarumque ministri induciarum securi pactione Suburbij rerum ignari spatiando fabulandoque tempus fallebant. Germani rei nouitate, vt par erat, valde commoti; cum ea repentina glandium iaculatione plurimi cecidissent; ob violatam induciarum fidem irati, raptis armis, arcem similes lymphatis inuadunt; qua cæsis præfidiarijs, serè momento potiti vterius ad pontem prouecti tantum non eodem impetu in urbem irruerunt; nisi opportunè sublato plicatili ponte, Mantuani Germanos gradum sistere coegissent; qui præcluso aditu, cum vterius progredi non possent; erectis munimentis, sibi statione firmata, adducta eò ex castris muralia tormenta in mœnia urbis exonerant; sicuti ipsi in suburbio, è mœnibus pulsabantur.

*Subsidium
Venetum
in urbem
intrat.*

*Germani
Godio suc-
cedunt.*

Interim aliud mille militum cum decem muralibus tormentis, & centum planstris commeatibus, tormentarijsque rebus onustis, præter aliquam pecuniarum summam, missum à Venetis subsidium felici ausu in urbem intrauit. Germani comperto quàm in ferendis Mantuæ subsidijs Godium ad Mincij fauces positum foret opportunum; vt arctiori obsidione premerent urbem; atque omnibus commeatibus intercluderent; illud prius expugnandum putarunt. Galassius ad explorandum loci ingenium, sicumque processit: Oppidum illud validis munimentis septum firmo præsidio tenebatur: quod niualis tempestatis, sæuentisque hyemis beneficio ad vernos vsque dies facillè poterat propugnari. Galassius cū paucis militum cohortibus eò progressus ex quibusdam indicijs animaduersa præfidiariorum ignauia, felicitis futuri spe plenus euenti aliquot lembis ad vicinâ Mapalia litori hærentibus, quorum ad ferendam vindictam est vsus agricolis; traiecto Mincio, Godium accessit; adductisque è castris duobus muralibus tormentis, oppugnationem minatur.

*Godium
Germanis
dedit pro-
pugnari
ignauia.*

Præfidiarij quasi totus oppido Germanus circumfusis exercitus in diruta mœnia daturus impetus foret; demissis nimium turpiter animis, cum Galassio conueniunt; vt ad tegendam timidissimæ ignauia fœditatem; deditioisque turpitudinem honestandam, post aliquot tormentorum

torum ictus, oppidum dederetur: maximo sanè Mantuæ rerum detrimento; quòd omni subsidijs accipiendis aditu clauso; nulla amplius Venetis auxilijs patesceret via. Occupato Godio, cum Germani tormenta in Diui Georgij suburbio collineata inanibus, remissisque ictibus, ob loci distantiam, quærentes urbem; nec à Durante Chiliarcho excitata propugnacula vllis impressiõibus superari possent; Portum arcem munimentis, propugnaculis, loriceis, ac fossa vallatam, ex lacus vicinia firmiorem ad quam per molendinorum pontem ab vrbe transitus patet; adoriri decernunt.

Promotis igitur vineis fossam emissis aquis, exsiccare, deinde tormentorum pulsibus, & cuniculis mœnia diruere, ac per ruinas in arcem euadere animis proposuerunt: omniaque sibi facilia ob propugnantium ignauiam tot experimentis exploitatam futura sperabant: & iam libratis tormentis, ad pulsanda mœnia; oppugnationem ordiebantur; cum maiori perspecta rei difficultate, quam fuerant votis, ac ratiocinatione dimensi; ineunte maximè hyeme; & vrbs, vndique ab hoste secura omnes vires ad arcem tuendam conuersura esset; cum iam & comteatum, & pabuli caritas premeret copias; in milites insuper pelte grassante; satius putarunt, ea expeditione parta tueri; urbemque laxiori in hybernis statius obsidione sepire, & continuis equitum procuribus impedire, ne quid vrbi comteatum inferretur. Colaltus Regium cum peditum legione; alijque aliò Duces in hyberna profecti omnibus Imperij beneficiarijs comteatus, pecuniam, statiuæque militum in eorum ditionibus imperarunt.

Dum Germani inter hybernorum otia quiescunt: obsessi Carolo, & Principe filio ducibus, circumiectas hostium stationes perpetuis, & validis excursionibus fatigabant; quibus repentino impetu oppressis, in Veronensem agrum referatis claustris; viam Venetis subsidijs aperuere; quæ sicuti furtiua, ita maligna infra obsessorum necessitatem deferebantur.

Summus Pontifex tam propinquis Cæsareis furentibus armis, ad duodeviginti bellatorum millia in Ecclesiasticæ ditionis finibus confidere iussit; vt in omnibus belli euentis non se inermem exteri exercitus inuenirent; suosque fines à Germanorum excursionibus tueretur. Cardinalem quoque Antonium Barberinum fratris filium Bononiam legauit: vt pacis sequester Mantuani Ducis res cum Germanis ducibus componeret.

Ille igitur misso ad Colaltum Ioanne Paulo Pancirolo summæ virtutis, prudentiæ, dexteritatique viro, aliquot dierum inducias pacificandas curauit; vt ijs durantibus, posset commodius aliquid de pace constitui: Sed Colalto ob hostium ignauiam, & metum, felicitatemque successuum elato nimium iniqua petente; à Pancirolo de ineundis inducijs frustra laboratum est: cum neque Niuernensi Duci præter Man-

M 4 tuam;

Germani
Portum
arcem ag-
gredium-
tur.

Germani
à Portus
arcis obsi-
dione di-
cedunt.

Mantu-
ni Duces
contra
Germanos
prodeunt
ex vrbe.

Pontifex
suos fines
munit pa-
cis seque-
stem Car-
dinalem
Antonium
designat.

Panciro-
lus frustra
inducias
pacificas
petit.

tuam, & Casale, quicquam amplius superesset: quo immodicis Colalti petitiones impleret; nec medietatem aliquid constitui posset; & iam in Italię finibus ad Alpes Gallica fremerent arma; Mantuę, & Casali subsidio ventura: quę si in fide persisterent; repugnarentque ea hyeme usque ad vernos dies Germanis; sperabat hostiles copias aut peste, aut militię incommodis, insuetique cęli grauitate consumptas, impares Gallicis viribus futuras à locis occupatis posse facillè deturbari.

Gallica
copia ad
Cottias
Alpes.

Cessabant inter hybernorum commoda Germana arma; cum ecce, mitescente iam hyeme, annoque molliori tempestate se aperiente, viginti peditum, & duo equitum millium validus Gallorum exercitus Cardinali Richelio Duce, & Crequio, à Forzia, & Scombergo Mariscallis copiarum legatis in Cottiarum alpium limine Italię consistit, primoque quasi armorum accessu Susa, Pinaroloque occupatis, in Taurinos irruptionem minatur. Trepidus igitur nuntijs à Spinula Colaltus accersitur; ut contra Gallicas copias Germanicum traducat exercitum. Ille cum expedita veteranę virtutis militum manu, in Taurinos magnis itineribus proficiscitur. Sed cum de administrandi belli ratione à Spinula dissentiret; eius consilia pertęsus relictis in Taurinis quattuor Germanorum millibus, Mantuam ad sua castra redijt: vbi in vrbs expugnationem excubanti, eius per insidias intercipiendę insperata affulsit occasio.

Colaltus
à Spinula
ladij, jenui.

Dux Niuernensis
in Germanos
erumpebat.

Dux Niuernensis in omnes lædendi hostis occasiones intentus animaduertens Germanos ad prohibenda ab vrbe commeatuum, militumque subsidia, circumductis propugnaculis, se Godij vallasle: ac inde posse suorum ope destitutos expelli; si Rodigo pago munito, inter circumpositas Germanorum stationes commercia tolleret: quingentos ex promptioribus nulites ad Rodigum occupandum misit: qui pagum nullo hoste obsistente, ingressi munimenta erigere, raptinque extruere loricas ordiuntur. Sed hæc expeditio non solum irrita; sed etiam perniciosa Mantuanis rebus maximè fuit. Aegra scilicet mortalium mens cum de sua salute sollicita parum speret; nulla vnquam, vel ancipitia, ideoque semper nocitura remedia repudiat. Galassius siquidem exploratis

Galassius
contra
Mantuam
venit.

Mantuam
in Galassij
potestatem
venit.

Ducis Mantuani consilijs, ne hostium interiectus mutua Germanorum auxilia præpedirent; eò cum firmo ducentorum equitum, & octingentorum peditum agmine profectus, positis circumquaque militum custodijs, Mantuanis deditorem imperauit. Illi cum se tueri posse, subsidiaque accipere desperarent; quòd quædam nauigia militibus instructa Mantua ad opem suis ferendam currentia à Germanis cum cæde repulsa fuissent: se iniquissimis conditionibus, ut omnes captiui essent; Galassij arbitrio dederunt. Duci tantum permissum, ut Mantuam rediret.

Simile infortunium aliud Mantuanorum agmen tulit: quod Marchionibus Alphonso Guerriero, & Carolo de Rubeis ducibus ad Hostiliam recuperandam processerat; clades enim alias clades quasi quodam sibi nexu

cathe-

catenant; nec duntaxat miserum calamitas vna percellit. Aldringhenus enim cognito Mantuanorum abscessu, eos cum aliquot peditum cohortibus subsequutus; quamquam hostes numero validiores, quam putauerat, conspexisset; vterius tamen subsidio socijs progredi, Mantuanosque aggredi statuit. Quædam lorice in mediaeducta via præciderant iter; è quibus, & à vicina turri Germani missilibus petebantur. Quare Aldringhenus ex occupatis quibusdam vicinis ædibus Mantuanos vicissim scloppis maioribus incessebat. Præmiserat aliquot peditum manipulos; vt à tergo interciso itinere, medios hostes adoriretur. Verum illi aui maduerso Aldringheni consilio; ne se medios circumfusis hostis opprimeret, & munimentis Hostiliam versus fugam intendunt; vt se intra Mantuanorum castra reciperent. Instant Germani fugientibus, interemptisque pluribus, tantum Mantuanis castris attulere terrorem: vt ij quoque simili ignauia oppugnatione relicta: indè quæ quemque rapuit metus, effugerint: sed paucis admodum ea fuga consuluit; nam ab erumpentibus Hostilia Germanis, & ab aliquot hostium cohortibus; quæ traiecto Erydano, suppetias obsessis laturæ veniebant, intercepti plurimi perierunt.

Quibus cladibus, sequentisque pestis impotentia accisæ Mantuanæ res maioribus in dies vrgebantur angustijs: & iam defensores tot difficultatibus circumuenti desponderant animos; spemque omnem seruandæ vrbs abiecerant; cum intestina mala, quam externa scruis vrbs affligerent. Hic timor etiam Venetorum inceserat animos; quorum magni illius conseruato vrbs intererat; qui tamen exigua admodum pecuniarum auxilia, ac militum sufficiebant: indignante maximè Mantuano Duce; quod promissis fidem non subderent, nec re verba sancirent: Venetijs quoque ab ijs obligatam fidem Gallo exigente legato: qui crebris obnuntiationibus obtestabatur suum quoque Regem Montem Ferratum Hispanorum arbitrio deserturum: nisi maioribus viribus Mantuæ subuenire decernerent. Quare Veneti tot impulsibus acti validiori conatu obsessis succurrere statuerunt.

Habebant sub signis ex varijs gentibus præcipuè Gallis conducta ad octo bellatorum millia, Valletta, & Candale Gallis dynastis præfectis: Zacharias Sagreus summum armorum in continente obtinebat imperium. Ludouico Athestinensi dicto equitum magistro. Valesio in Mincij litore, quo expeditiora subsidia Mantuæ facilius inferrentur; munito oppido belli armamentario constituto, Villam bonam, Marengumque versus Veneti ordines ducunt; vt ibi munimentis erectis, omnes Imperialium conatus, ac progressus impediatur.

Galassius in omnes Veneti exercitus sollicita cura motus intentus tam valida hostium subsidia non temnenda ratus, collecto confestim decem millium bellatorum agmine, Villam bonam progressus insit equites Liburnos ordines præteruectos excurrere ad exploranda hostium consilia: quò verterent signa, vbi ponerent castra. Illi dum more suo veloces volitant

Aldringhenus contra Mantuanos proficiscitur.

Mantuanorum fuga.

Mantuanorum clades.

Ciuium mala, & timor.

Veneti Mantuam succurrere statuerunt.

Venetorum copia contra Germanos pergit.

Galassius Liburnos equites in Venetos mittit.

tant campis : aliquot Epirotarum equitum turmas ad agrum specular-
 dum Villa bona emissas offendunt : nec mora dispolis rotatis sclopolis,
 strictis ensibus velitantur . Ad fremitum ferentium manus, prodijt quoque
 Valletta cum Volonum equitum turma , vt ad leuia certamina suos in-
 strueret, atque ordines regeret . Acerima ex gentis vtriusque ferocia, mi-
 litarique disciplina pugna committitur . Epirotæ aliquandiù agrè tamen
 se Liburnorum equitum ludificati impetum tuebantur : sed tota Germa-
 norum ad pugnae locum feroci incessu prouehente se acie, veriti, ne hostiù
 multitudine obtererentur : conuersis equis, retro ad sua munimenta dif-
 fugiunt : intra quæ milites instructis ordinibus stabant Germanorum im-
 petum propulsuri : sed hostium animoso accessu territi, desertà munimen-
 totum propugnatione, se in fugam conuerterant : à Ducibus tamen vt cū-
 que cohibiti, atque in pristinis stationibus constituti aliquandiù Germa-
 norum iteratis impressionibus restiterunt : totis nisibus munimentorum
 ardua superare, propugnatoresque inde deicere frustra conantium . At vbi
 Germani adductis è castris tormentis, perpetua verberatione Veneta mu-
 nimenta, & parmulas diruerunt : defensores ea deserere compulsi Vale-
 sium versus se adeò solutis, confusisque ordinibus recipiebant ; vt similis
 fugæ receptus, correptis subito pauore militum animis, fuerit . Insticit
 Germanus fugientibus equitatus : velocique cursu Venetos præteruectus
 medios deprehensos horribili strage cecidit :

*Leus pra-
 lium in-
 ter Libur-
 nos equi-
 tos, & E-
 pirotas.*

*Germani
 Veneta ca-
 stra aggre-
 diuntur.*

*Venetorū
 receptus,
 & fuga.*

*Germani
 Veneta
 recedenti-
 bus in-
 stant.*

*Germani
 Valesij
 suburbia
 diripiunt.*

Nuntiata Valesium ad Villam bonam cū hostibus pugna, extéplo duæ
 equitū turmae altera loricatorum, Epirotarum altera subsidio socijs pro-
 perare iussæ : quas mox Conquisitor Antoninus cum alijs equitum turmis
 subsequutus ad locum, cui Capitello nomen, prouectus in sociorum ag-
 men effuso cursu à Villa bona fugientium incidit . Veneti Duces rati Ger-
 manos pauciores numero esse, quàm vt essent timendi : nequicquam co-
 nati sistere suorum fugam, eodem vestigio instruunt ordines ; quò turma-
 rum obiectu tegerent fugientium terga : Germanosque instantes repelle-
 rent . Verum exiguo post : viciniorem Germanam aciem intuiti validio-
 rem esse ; quàm conceperant animis, mutato consilio, intra tormentorum
 ictus Valesium equitum ordines reduxerunt . Germani recedentibus in-
 stant : quibus animosè vertentibus frontem, atrocius primo certamen edi-
 tur : in quod omnis Venetus equitatus Valesio egressus inuectus Germa-
 norum impetum frangere diu pertinaci nisu tentauit : sed cum acrius ab
 hostibus vrgeretur : & maioribus sclopis è quibusdam ædibus à Germanis
 cohortibus occupatis perpetua missilium grandine sterneretur : conuersis
 habenis, vsque ad Valesij fossas trepida, contentaque fuga recutrit : vbi ab
 oppidi tormentis subiectos campos ictibus abradentibus defensus ho-
 stem vndique irruentem aliquandiù summouit : cessantibus interim præ-
 sidiarijs, in Germanos ad suorum subsidium ex oppido erumpere non au-
 dentibus, Capta in ipsorum oculis, ac directa magna cum incolarum
 cæde, suburbia .

Ger-

Germani totam noctem in conspectu oppidi substiterunt ; repetitis tubarum cantibus, classicorumque fremitu Venetos laceffentes ad pugnam. Sed Veneti Duces receptis intra mœnia cohortibus, non solum pugnam detrestarunt : verum etiam trepidi metuebant, ne quàm mox se intra ipsa munimenta hostes inuaderent: quæ se defensores desperabant; ob militum ignauiam, timorem suffusus pallore vultibus præferentium. Meditabantur itaque recessum : quem dum sine turbatione, ac incommodo datis opportunis imperijs, stipatis ordinibus facere student : vulgato huius suscepti à ducibus consilij inter militum vulgus rumore ; tantus eos repentinus terror inuasit: vt frustra ducibus fugientes cohibere conantibus, omnes turpissimè Piscariam versus summa trepidatione ceperint fugam.

*Venetarum
capiarum
timore.*

*Venetorum
fuga.*

Galassius nequicquam totam noctem, & quattuor diei horas Venetis expectatis, vt ad bellici sonitum egrederentur ad prælium : nullo hoste contra procedente, ratus eos Germanorum terrore intra mœnia contineri, copias ad ea inuadenda promouisset ; nisi impensius illi à Cæsare imperatum fuisset : vt omninò Venetorum finibus abstineret, nec sineret vllas Germanas cohortes in eorum agros excurrere. Inter has ancipites cogitationes hærenti Venetorum fugam erumpentium in sublime ex incenso sulphureo puluere flammaram globi, ac fulgetra prodiderunt. Adductis igitur Valesium copijs, vbi oppidum desertum ab hostibus comperit: statim cum militum promptioribus fugientes insequitur : atque extremum agmen ex Gallis totum serè militibus constans Candale præfecto adeptus leui pugna fugatum penè deleuit : paucis admodum Piscariam, aut Castrum Nouum ex fuga elapsis, à quibus vlteriùs insectandis ex Cæsaris imperio milites continuit.

*Galassius
Venetos
persequitur.*

His velitationibus, & prælijs quattuor militum millia ex Venetis cæsa dicuntur : quadringenti partim interfecti, partim vulnerati ex Gallis censebantur: inter quos stator maior exercitus ex Saxonica familia occubuit.

*Imperio
cius
armati
matio.*

Tunc parem Germanæ ferocię existimationem Cæsarea arma apud omnes Italicæ populos pepererunt ; sicuti multum de Venetarum virium existimatione decessi : cum nullum bellicæ virtutis specimen in tot prælijs, & expeditionibus præbuisent. Quare Mantuanę res Venetis auxilijs innixę, ijs accisis, lapsurę penitus videbantur : cum nullus alius omninò pro Mantuano Duce Princeps in campos ad bellum contra Germanos subsidio prodiret.

Deplorata prorsus vrbis salus censebatur tamdiù duratura : vsque dum pati diutius vrbis obsidionis incommoda potuissent ; quòd oppidanis fuso, concisique Veneto exercitu, quo Mantuana res omninò iutebatur, omnis subsidiorum spes esset extincta : nec ad pellendos ab ea oppugnatione Germanos firmę vires, nec animus foret : & Germanos ob munitissimi lacu circumfluo, vrbis situs præstantiam, illius difficultas obtinendę terreret. Quocirca ad eam obsidione premendam omnium virium conatibus, ac cogitationibus conuersis : expectabant, vt fame compulsi,

*Valesius
partis
matio.*

aut

*Mantua
de urbis
difficul-
tas.*

*Imperia-
lium vi-
gilantia.*

ant obsidionis malis fracta, vel peste consumpta Cæsareum iugum submis-
sa ceruice reciperet. Nec diutiùs Germanorum vota remorata est: cum
inter Ducem, & Venetum legatum gliscentia dissidia, militum paucitas;
quos pestis, militaresque labores ad exiguum numerum redegerant: & vix
agendis excubijs pro vasto urbis ambitu satis erant, & maligna admodum
ad urbis necessitatem pecuniarum, comineatum, militumque à Venetis
suffecta subsidia urbis indigentiam legato apud Rempublicam literis ele-
nante; ipsius seruitutem, direptionemque maturarint. Siquidem cum ne-
cesse esset multum de solita, ac debita urbis custodia remittere; Cæsarei
Duces obsessorum incommoda, ac difficultates sagaci coniectura rima-
ti; in omnem intercipiendæ per dolos occasionem urbis intenti; aliquot
à Casale Maiori, Insubrum oppido nauigia plaustris imposita adduci; at-
que in lacum iniecta octoginta strenuos milites conscendere iusserunt.

*Germani
maibus
impositis
urbi suc-
cessum, &
portâ oc-
cupant.*

Hi sub quartæ vigiliæ sinem: ante Auroram ad arcis portam Diui Geor-
gij ponti obiacentem, vbi nullum discrimen ob restagnantium aquarum
profundum metuentibus oppidanis, pauci ad eius custodiam milites ex-
cubabant: nauigijs appulsis, admoti astiochi violentia prostratam occu-
pant, nullo fere militum obsistente; cum eodem tempore ad auertendos
ab illius rei sensu prædidiarios aduersam urbis partem magno ardore, ac
conatu aliud Germanorum agmen inuaderet.

At quæ aduersi Mantuanis rebus iniquitas fati? vt non contenta omnes
Ducis conatus transuerso impetu perpregisse: ad erumpendum in hostes
quoque aditum omninò præcluserit? Nam cum aliquot prædidiarij ciuibus
immitti, audito astiochi tonitru, ad arcis portam, qua ciuitas initur cele-
riter festinassent: nec ad referandas fores claues, nec ad tympana pul-
sanda, canendumque frequenti pulsui classicum bacilli inueniri potue-
runt. Nullis enim humanis conatibus, & induitria Diuinæ prouidentia
fatalis dispositio subuerti, refugique potest. Sed illa abstulerat quidam
insidiarum molitor; qui clandestinis consilijs cum Germanis de tradenda
urbe consenserat. Itaque oppidani veluti torrens, qui rupis obiectu, præ-
septo exitu, retro repulsus, illis cauti vorticibus, inani murmure suas
despumat iras; eodem sublitere vestigio, qua parte se se Germanus inue-
heret, expectantes.

*Germani
Mantuanam
ingreduntur.*

Dum ibi raptim se muniunt, crassis asseribus in idipsum aduectis, pon-
tis scissura sarcitur; quem ad aduentantis Germanici exercitus rumorem,
rupto medio fornice, absciderant oppidani: vt Germanicus equitatus e-
tiam cum reliquis copijs in urbem ingredi posset. Omnes peditum co-
hortes, & equitum turinæ per pontem nullo ferè repugnante, cum omnes
prædidiarij ad aduersam Pradellæ portam ad arcendos à menibus Germa-
nos vno agmine confluxissent; in arcem inuectæ recta ad Ducem sedem
instruendis ordinibus tendunt. Illicò ad prædas agendas toto palatio di-
scurrunt. Tot annos à superioribus Ducibus collectam omnium rerum
opulentiam, supellestem planè regiam, ditissima spolia quamquam tem-
porum

*Urbi di-
cipiant.*

porum difficultas plura de rebus pretiosioribus minuisse; opes immensas auitas Principū diuitias, tantas, vt si quis eas oculis non subiecerit; animo concipere nequaquam possit; diripit infatiabilis militum auaritia. Continuo Principes, ne à Germanis cohortibus caperentur; in Portum arcem festini perfluunt: in quam pauò ante se Princeps Maria cum tenero infantulo prorupuerat.

Datus ad Pradellam impetus vsque ad quartam diei horam: fortissimè ibi dimicantibus præsiarijs, pertinacissimè tenuit: ter repulsi cum eadè Germani: sed tandem propugnantes audito per aduersam portam in urbem hostium ingressu, fracti animis remissa pugnandi ferocia de loco deiecti, vsque ad Diuæ Agnetis templum à Germanis vrgentur: atque inde fuga in diuersa, plures in Portum arcem elapsi in ea parte, quã urbem spectat, vbi Germanorum impetum metuebant; tumultuaria munimenta obmoluntur. Verum hìc quoque cum abiectis animis, attritisque viribus, nec salutaria consilia, nec defensionem continuandæ opportuna in tanta rerum trepidatione suppeterent: inuitantibus ad deditiõnem Germanis illius expeditionis cupidis absoluendæ, Mantuani animos inclinarunt. Scriptis, commentisque legibus deditiõnis, arx illa Cæsareis deditur. Dux cum filio, & aliquot purpuratis, patritijque ordinis viris, Germanis deducentibus turmis, Ferrariam ex deditiõnis conditionum præscripto migravit. Direptæ per tres dies opulentissimæ urbis exauitæ inexplebilem militum ingluuiem satiare non potuerunt. Quæ militaris licentia, insolentia, feritas plusquam barbara, furiosa libido ausa sit; quàm effusè libero campo, execranda scelera, fœdissimaque flagitia per omnia facinorum genera triumpharint; vnoquoque suis moribus in summa omnium vitiorum libertate nullo Numinum metu, seruiente, prætereo: vt turpissimarum rerum silentio honor castis auribus habeatur; & ne miseranda tragici spectaculi acta oculis subiiciendo Itolorum odium in Germanam gentem perpetuum struam.

Arx portus deditur Germanis

Captæ à Germanis Mantuæ tristissimus nuntius omnes Italos Principes, sed præcipuè Allabrogum Ducem valdè pupugit; qui in eo munitissima totius Italiæ vrbe exteræ gentis sedem poni, ac proinde suis ceruicibus ingum iniici minimè voluissent. Sed Cæsaris continentia fuit illam suo principi reddidisse; qui nihil alieni cupidus dominatus, non ex nostræ tempestatis Regum ingenijs, apud quos nihil omninò sanctum, aut inuiolabile vel in ritè conceptis, sancitisque fœderibus est; quod non nimia proferendi imperij, augendarumque opum cupiditas violet: cum in Regia fortuna, & deceptæ fidei, vsurpatæque alienæ ditionis nullus omninò sit pudor: expresso à suo beneficiario debito Cæsareæ Maiestati obsequio, expacis initi * Careæ fœderis legibus Ducem Niuemensem suæ ditioni restituit: ac datis à Germania diplomatis, in Mantuani Ducatus, & Montis Ferrati possessionem induxit.

Chirafon

Sed iam ad Suecicum bellum properat stylus: quo expugnationibus,
ac di-

ac direptionibus vrbium excisis, vel enensis, aut afflictis nobilissimis prouinciarnm, tota concussa Germania, etiamnum lapsura nutat. Non enim sexdecim annorum spatio deferuescente aliquid diuturni Martis ardore, tantisper elanguit; sed ita ex mutuarum cladum atrocitate reserudit; vt rabidiores ex vulnere in noua praelia sarrexerint. Veluti ex sanguinis labe, qua latissimi Germaniæ campi perfusi rubescunt; noua semper bellorum seges oriatur: ac sicut irritata vulneribus fera seuit acerbis, ita efferatior impositis plagis, miles euadit. Adeo nunc etiam infensis animis internecino bello vtrinq; pugnatur. vt Gaultai manes emissas ex Inferis furias sibi suffecisse Duces in bellis Germanicis videantur.

Sueci belli atrocitas.

Causa Sueci belli Germaniæ inferendi

Straelsumus.

Res Sueci in Germanicum bellum uentus.

Cogit validum exercitum.

Protestantes Sueci Regi ad bellum sollicitant.

Valde pupugerat vasti, excelsique animi Regem sui dignitatis contemptus: quod sui legati in Lubeci conuentum non fuissent admissi; inamo illis toto imperio hostiliter interdictum; auxilia à Cæsare contra se Sarmatico Regi transmissa, interim se in Germania condoneoré militem prohibito. Mutua arcana acuerant odia tentato armis Cæsareis Sundio, atque impigre à Sueco defenso: antiqui, natiuque Principes à Megalopolitana ditione exacti; Valtaini in illam suffocati vicina potentia: iterata de Austriacis Protestantium querela, contrarius sacrorum cultus, Caluini, ac Lutheri vbiq; à Cæsare exagitata religio.

Compositis itaque vtrumque, pactis septem annorum inducijs, rebus cum Sarmataru Rege, in Austria cum bellum totus Suecus exarsit ab imensa illa potentia Austriacis deturbatis, eiusdem religionis Germanos assereret: atque vltus iniurias non se contemnendum Regem, quamuis in exiguo septentrionis angulo imperaret, fortibus factis ostenderet. Iamdiu illud maximum bellum animo non tam bellicæ gloriæ cupiditate, quam maioris imperij ardore flagrante, versabat. Iam Sueci sub ipso Imperatore, ac Rege Sarmatico bello primis militiae posseis rudimentis; veteranz virtutis disciplinam imbiberant. Coacto igitur iusto bellatorum exercitu, ex ijs copijs, quas Lubecensi pace, Valtainus dimiserat, & à Sarmataru Rege exauthoratae palantes noua bella, ac stipendia querebant; inuadenda Germaniæ. opportunam occasionem expectabat. Sed adhuc omnia late Cæsareis armis obtinebantur; quæ in omnibus sparsa prouincijs, stationibus, hybernis, præsidijs Imperij corpus, frænatis defectionem circumspectantibus populis, dignitatemque Cæsaris tuebantur. Nam etiam si post Lubecensem pacem duodeuiginti bellatorum millia Valtainus absoluerat sacramento; centum tamen adhuc peditum, & triginta equitum millibus res Austriaca stabat: nec tantis viribus potens, seprumque armis, alienis Dani Regis, Palatiniq; cladibus edocto bello sibi petendum imperium censebat; nisi prius aliquo inuento exarmatum nudassent præsidijs: vt tutius illud absque vilo suarum copiarum discrimine posset inuadere.

Solicitabant illum ad arma crebris, accuratisq; literis Princeps Protestantes, à quibus de rebus singulis, quæ in Imperio agerentur, & de Cæsaris,

faris, Valtainique consilijs docebatur; cum obceptam sacrorum, Religionisque libertatem, Catholicorum Imperium iniquissimo animo pate-
rentur: simulatam, coactamque exitum fidem, simul ac Suecica signa in
Germania fulgurare vidissent. Diuturnioris impatientem more ad arma
capienda bellicæ gloriæ cupiditas impellebat. Ignotus mercatorem læ-
cerna mentis, tota peragrata Germania, explorauerat animos Princi-
pum singulorum, ac vires imperij, roburque diligenter expenderat: nec
nisi abdicato dictatura Fridlando, qui longè acceptissimus militum ani-
mis solus formidandis equitum, pedumque copijs rem Austriacam sul-
ciebat; tantulo suo exercitu aggredi audebat Imperium; frementiaque
arma, & cupientia exitum intra regni sui limites continebat; donec tu-
torem inferendi Austriacis belli occasionem propitior fortuna tribuisset.

*Rex Sue-
cus igno-
tus Ger-
maniam
explorat.*

Interim variantibus rebus, etiam humana consilia mutantur; & quon-
dam grata, atque accepta, mutata rerum facie, damnantur. Electores
Catholici, alijque Principes, qui partes Cæsaris sequebantur; immodicam
Fridlandi potentiam aperè oderant, vellicabantque pakum, & ex arcano
nimis Cæsaris viribus inuidebant: Ad impellendum igitur vtrumque
non communicatis consilijs, neque conspiratione facta; sed singuli seor-
sim, veluti si iusto foedere coniurassent; suæ intuidiæ, ac timori acerbi, aspe-
rique Fridlandi imperij odium prætexebant; illiusque intolerabilem poten-
tiam criminabantur; qui Germaniæ Principes liberos iuxta, ac ceteros
vectigales habebat: qui superbè, auarèque assiduis pecuniarum exactio-
nibus populos exhaurebat. Abrogandam illi immodicam in milites po-
teltatem: & simile dictaturæ imperium, *Proceribus igitur, Dynastis, Prin-
cipibus prinato quondam equiti, & è patritio tantum ordine viro parendum &
faciendaque toti Germania noni hominis iussa?* Neque Principes Electores
tantam Fridlandi in omnes prouincias auctoritatem; nec tota tranquil-
lata Germania, nimias in numerosissimis copijs alendis impensus equo
poterant animo terre. Quare apud Cæsarem precibus, denuntiationibus,
totis intentis conatibus Valtainum arietant: mixturaque de militaris im-
perij dignitate deijcere. Qui cognitis de se, suæque magnitudine princi-
pum querelis, ira fremens infracto animo suis identidem mala hostibus
minabatur: iratisque vocibus exclamabat: *Cæsarem specie obsequij, bo-
nique Germaniæ prodi, exuique præsidij, ut hostium iniurijs, ac petitionibus
pateat: illi brachium detrahere, si suis humeris paludamento detracto formi-
dabiles copia exanthorentur. Quibus armis regeretur imperium; si ut didicit ro-
mor, Rex Suecus hostilia Germania inferet signa? Et sanè si Valtaino diutius
armorum mansisset Imperium: nec numero, virtuteque validissimæ copię
dimissæ fuissent: & intra famam tantum, aut circa Pomeraniæ litora Sue-
cici belli impetus descidisset.*

*Abrogam
Principib
Proceribus
rium in
Cæsarem
& Frid-
landum
odia.*

*Proceres
Fridlan-
dum
impellit.*

*Fridlandi
profero
querela.*

Vernum, vt est plerumque cæca in rebus futuris præcauendis inconsulta
mortalitas: quæ dummodo sua expleat vota, & saturet odia: nihil ceteris
curat; spreis Suecici belli rumoribus, ob infirmas eius regni vires, hinc

*Suecici
belli com-
tempun-*

VIII

*Imperia-
lis exer-
citus pars
in Italiã
mittitur.*

*Comes
Colaltus
Italice
belle pra-
eseditur.*

*Hispano-
rum im-
modica
vota.*

*Rex Sue-
cus Ger-
manicum
bellum
docuit.*

vni curæ tota aula Cæsarea institit: vt inuidendam Valtaini potentiam profus obrueret. Hoc Itali, hoc Hispani proceres, Legatique Principum student; præcipuè Dux Cæsar Gordistallensis, qui apud Cæsarem Hispaniarum Regem legationis munus obibat, à Regente Villano adiutus ab Hispanis eò idcirco missus, vt Valtaini auctoritatem eleuaret. Quibus omnibus adnitentibus authoribus, Germana diuisa sunt agmina; quorum pars in Insubiã, vt diximus Duce Rambaldo Colalto transmissa, ad illius exercitus præfecturam, quam ardèter ambiuerat; maximè Valtaini suffragatione prouectus, vt gratiam illi rependeret: quòd Colaltus apud Imperatorem egisset; vt Valtainus vicissim Megalopolitana ditione donaretur; qui eò magis adnixus est, vt id muneris Cæsar Colalto deferret: quod ipse è Germania abscedere renuebat: ne sibi procul longinqua bella genti, æmuli sui insidias struerent, ruinamque molirentur; & ne inueterata iam sui nominis auctoritas obsolesceret in Germania. Cui rei facillè Cæsar assensit: non tam ob propensam in Valtainum, Colaltumque voluntatem, eorumque virtutis existimationem; quam vt Hispanorum votis obsequeretur, qui Colalto magis, vt mitioris, & humanioris ingenij, quam Valtaino cerebroso, ferocique illarum copiarum imperium deferri cupiebant. Nouerant enim sua illum faciliùs consilia sequuturum in Italico bello: in quod ardentissimè rapiebantur; vt Gallorum arma Italia excluderent: infensamque gentem huius prouinciæ imperium impotentè anhelantem vltra montes exigerent: certi, si Casale arce munitissima Mediolanensis ceruicibus ditionis imposita Gallos eiecissent, potitique Mantua, fractis, contussisque Venetæ Reipublicæ viribus, quæ rerum Italiæ arbitra debilioribus Principibus asserendis, egregiè eius libertatem tuetur: non solum se tutum omninò Mediolanense prælituros Imperium; sed etiam cætera huius prouinciæ assequuturos votorum potissimum Hispanorum.

Tunc robustis igitur, omnibus adnitentibus, futuræ ruinæ ignaris, Imperij membris auulsis, totum corpus elanguit. Quod demum impulit Sueciæ Regem adhuc de Germanico bello suscipiendo dubitantem, vt illam expeditionem certo, fortique animo destinaret: præsertim cum videret cæteras quoque Cæsaris copias vnã cum ipso Duce Valtaino exauthoratum iri; ne ille à se Germaniæ Principum animos alienaret: quibus nimia Austriacæ domus erat inuisa potentia; quam tantis, formidandisque viribus exarnandam omni studio curabant. Immo, vt eorum suffragia in suo filio Pannoniæ Rege, Romanorum Rege creando Cæsar demereretur; reliquas copias propediem se dimisurum, aut extra Germaniæ fines ad aliquam expeditionem amandaturum spem fecerat. Putabat præterea Suecus nulla à Summo Pontifice, cæterisque Italiæ Principibus contra hereticos auxilia submissum iri: quod maximè angerentur; Germanos exercitus in Italiam ad Insubiã, Mantuæque perniciem Cæsaris iussu transisse: atque ægrius ferrent Austriacam domum ad summæ fortunæ, summæque potentie eua-

euassisse fastigium . Sperabat insuper Galli Regis , qui domitis perduellibus toti pacatæ Galliæ iugum iniecerat ; sibi bellanti affutura esse auxilia : nec Angliæ Regem , tam opportuna comites Palatinos nepotes suos in patrias ditiones restituendi oblata occasione , cessaturum : neque sibi Batauorum Reipublicæ terra , marique formidandæ potentiæ subsidia defutura censebat .

Non igitur amplius expectandum ratus cum duodecim millibus bellatorum in Pomeraniam transmittersse statuit . Hæc prouincia toto Baltici maris litore in longum porrigitur : quæ vergit ad orientem Sarmatia , ad occidentem verò Megalopolitana ditio clauditur ; ad meridiem quam latissimum agrum fertilitatis eximiam protendit . Visurgim inclyti nominis flumen vasto excipit sinu ; quod à Marcomanorum finibus cadens placidissimo lapsu se se in ætuarium voluit : quod lingua Germanica dicitur . (Grosse Haffum) Vocatis igitur Holmiam suam regiam proceribus regni . (Hæc ciuitas obiacet Pomeraniæ , ad meridiem mari aluitur , à quo latè circumfluuo tota præcingitur ,) Ducibus , & præfectis , sine quorum , omniumque ordinum assensu , ac placito , ex antiquis regni legibus nullo nomine , ac titulo extra regni fines Regi licet exire ; sua optata , destinataque illis placuit explicare . Quos in amplissima suæ regni aula sedentes , ita Rex vultu verendæ pleno maiestatis affatur .

Si fortuna ad eam potentiæ magnitudinem Austriacos extulisset ; quæ vasta sui mole debiliores principes oppressura non esset ; aut ipsi sibi in nimia rerum suarum felicitate moderatiùs temperarent ; frustra Germaniam bello quætere , imperiumque armis impellere censi possent : sed cum eò amplitudinis euaserit eorum potentia ; ut reliquis Germaniæ prouincijs cæperit esse iam grauior ; vicinisque dynastis , ac Regibus iniectura compedes videatur ; ipsique cum popularibus , exterisque Principibus superbiùs agant : quàm ab excelsis animis ferri possit : nulli mirum videri debet , si pro tuenda mei nominis dignitate , sæpius ab Austriacis ludibrio habita ; si pro socijs principibus asserendis ; qui supplicibus vocibus meam opem , atque auxilium implorant ; si tot miserorum querelis excitus Germaniæ signa inferre decreuerim . Eò meliora me fata vocant ; ulciscendi iniurias , quarum regius animus est prorsus impatiens , cupiditas trahit . Quid enim maioris contumeliæ ab Austriacis expectandum est ? Mei in Lubecensem conuentum per summam iniuriam non admissi legati ; immo tamquam latrones toto Imperio excedere iussi : occupata per vim Baltici maris iura ; præscriptæque eius ora accolis leges . Summus eius pelagi Nauarchus dictus Fridlandus , mordacibus libellis hostilibusque vulgatis editis dignitas Suecici nominis lacerata ; nostræ , sacra contempta , exacta religio . Quid amplius ab insensissimo hoste possumus pati ; nisi ut me Suecico Regno eieceto , arma rapacia in has nostras oras extendat ? Tutius , honestiùsque bellum infertur , quàm propulsatur , salubriùsque in hostium , quàm in suis alitur terris . Sic in nostra cepita

Pomerania descriptio

1/10 Kolonj

Regis oratio bellum Germanicum suadentis.

N

ven-

ventura mala in ipsos, auctores consilio optimo regeventur. Discet aliquando Caesar quemlibet hostem esse timendum: nec gloriosissimi quondam nominis populos contemnendos: manere in posteris hereditarios spiritus antiquorum, esse in filijs masculam parentum virtutem; atque in seros nepotes deriuari priscam magnitudinem animorum; qua nostri quondam maiores, auitis sedibus, natalique solo relicto, Romano euerso potentibus armis imperio, Italia, atque Africa bello subacta, Gallia ferro, igneque vastata, tremenda signa Hispanis populis intulerunt: quorum potentia Romanis etiam quondam formidanda pluribus prelijs contusa, domitis late gentibus, perpetuas in eorum prouincijs sedes, maximique regni fundamenta poluerunt. Celebres sunt in antiquis rerum annalibus Alarici, Attila, Theodorici, Genserici, & ceteri maximi Reges; qui de nostra gente profecti florentissimis prouincijs sibi factis armorum impetu vestigalibus, terrarum orbem terrore, ac gloria sui nominis impleuerunt. Domi bellica decora non quaeruntur; nec inter otia ab inertibus laurea, ac regna parantur. Alibi honor, gloriaque vestiganda. Quid enim magis Regem iuuenem deceat educatum in bellis, armis exercitum, hostium victorem, cupidum gloria, quam intra regia luxus ingloriam, atque indecorem consensescere? Cruenta adhuc Sarmatico sanguine tela, quae nobis sceptrum, regnumque, superato hoste, firmarunt; alias laureas Germanico madentia cruore frontibus nostris abscedent; si fortibus ausis aperire fata voluerimus. Superi, quorum causam maxime nostris armis inuendam suscipimus; nostris votis, ac laboribus aspirabunt. Pro Suecica gentis dignitate, pro auita religione, ac sociorum salute pugnantibus certa victoria cedit. Sed quocumque cadant mei conatus: quos precor Deum, ut ubique, semperque fortunet, aut hostibus immoriens honesto fato concedant: aut bellicae gloriae plenum calcato hoste, mea regia reducem triumphantem excipiet.

Procerum
Suecicorum
affertur.

Rege perorante, gratum omnium procerum murmur obortum; illiusque vocibus hilari intuitu, laetique ore applausere; cum propensissimis illam animis audissent; Duceret, aiunt, quocumque velles: siue in Germaniam, siue in vltimas terras, sui Regis, Ducisque auspicia libenti, ac forti animo sequenturos.

Retrans
Germani
cum bellum
accipiat.

Dimisso conuentu, sequentes dies in cogendis comitatibus, reque tormentaria paranda consumpti: donec à Batavis, quorum consilio huius belli moles praecipue nitebatur; hac super re responsa darentur. Opperiebatur insuper Galliarum, Angliæque Regum literas; quibus tandem redditis, omnium precibus incitatus, sollicitatusque suasionibus est: ut hanc gloriosam expeditionem susciperet; sed urgentibus potissimum Batavis; quorum maxime intererat Austriacos periculoso, difficilique bello implicari, distinerique Germanorum agmina; quibus tum affluebat Imperium; ne possent in Belgium subsidio Hispaniarum Regi submitti.

Iulio

Iusso igitur Axelio Oxensterno magno Regni Suecici cancellario alia octo pedium millia conducere ; traditis vxori gubernaculis regni , constitutisque optimè rebus , ac legibus dictis , quæ ad perfectum regni regimen pertinerent ; Idibus Iunij Diuo Antonio Patauino sacris anno à Christo nato M. DC. XXX. inter lætissimos omnium ordinum plausus , & faustissimas acclamationes , qui salutem , valeque suo Regi dicendi ad litus confluerant : in sexaginta maiores naues ad vsus bellicos instructas , ducentasque onerarias toto imposito exercitu Rex litore soluens ad meridiem dirigit proras , velaque pandit ad Rugiam insulam ; vt repentina exscensione facta , subito illa impetu potiretur .

Rex Suecicus classe in Germaniam soluit .

Rugia Baltici maris insula adiacet Pomeraniæ , à qua , interluente exiguæ latitudinis freto , diuiditur . Aduersum Sundium respicit munitissimam , liberamque urbem illius maris impositam litori frequentissimo portu . Ab idibus Iunij vsque ad viij. Kalen. Iulij felicissimo cursu , secundo ventorum afflatu , illius tractum maris emensus Sundium primum , inde Rugiam Insulam tenuit ; Cæsareosque inopinantes aggressus , qui ibi in exiguis propugnaculis magis ad custodiam , quam ad præsidium stationem habebant : primo impetu fudit ; prædamque omnem militi cessit . Rex tam feliciter bellum se auspiciatum esse lætus maiores suorum armorum progressus exultanti animo præfagebat . Quingentis deinde militibus , & duabus bellicis nauibus ad illius præsidium relictis , pridie Kal. Iulij Apostolorum Principi dicato , iterum conscensis nauibus , secunda nauigatione Vsendonium Insulam appulit , à Pomeraniæ continente duobus æstuarijs aunsam , in quæ se Visurgis flumen insinuat . Vbi cum nulla essent apta ad recentium hostium impetum sustinendum propugnacula ; Cæsarei , qui ibi in statiuis erant : desertis ijs locis , Volgastum urbem & situ , & opere non mediocriter munitam in eo Euripo sitam , qui Insulam à Pomerania diuidit , se receperunt ; qua retenta , facile fuisset Suecos ab Vsendonio , circumiectis stationibus , ac propugnaculis deturbare . Sed Rex omnia maturans , tempusque præcipiens , cuius angustijs pressi Catholici nec vires satis firmas ad subitæ incurfionis impetum frangendum habebant ; nec attoniti improuiso bello ad sui tutamentum consilium aliquod poterant expedire ; subsidiorum spe maximè dubia ; vterius arma proferre , occupareque loca pergebat .

Varij Suecici Regis profectus .

Nec eius fortibus cæptis , ac ausis fortuna deerat . Siquidem in Rarisbonæ conuentu , qui à Cæsare , ac proceribus habebatur ; pro expediendo contra irrumpentem Suecum exercitu , destinandisque ducibus , qui coactis subito copijs , ferocienti Regi occurrerent ; eo bello contempto , id vnum conantibus Electoribus , vt Cæsarem exarmarent ; Valtainoque intolerandæ superbiæ copiarum abrogaretur imperium ;

Principi Protestantium malina consilia .

eodem tempore, quo Suecica arma fremebant;

Imperator præsentium dynastarum querelis adductus: hæc Val-
Fridlan-
dus à Ca-
fare exau-
thoratur. staino scripsit. *Summum belli ducem esse in militum potestate: seque in
 manibus Ducis: illi melius consultum fore, si se armorum abdicaret im-
 perio, atque in suas ditiones reciperet. Cuius iussi fulmine Valstainus,
 ac Cæsaris decreto percussus, abiecto paludamento, plenis obseruantie,
 ac Cæsaris decreto percussus, abiecto paludamento, plenis obseruantie,
V. Alstaini
ad Cæsa-
rem re-
sponso. venerationisque literis Imperatori respondit; *Ipsius maiestatem non esse
 in manibus ducis: sed in fallacium, proditorumque ministrorum arbitrio, qui
 tam difficili tempestate illi quam maxime noxia malignissime suasissent; om-
 nibusque futuris calamitatibus, malisque prænuntiatis, in Bohemiam ad
 priuatæ vitæ tranquillitatem recessit: inde populorum, prouinciarumque
 excidia, tanquam è specula ex tuto spectaturus.**

Interim Suecus, fortunato, peritoque duce ab imperatorio munere
Sueci Re-
gis prudēs
consilium. ablegato, Cæsareque inter Dynastarum obsequia in suis malis, ac cladi-
 bus negligentius agente, nec adhuc, adactō ad præcordia ferro, exper-
 giscente Germania, aliquod munitum oppidum occupare ad incertos
 bellorum euentus, aduersosque casus, tutumque suorum perfugium anxio
 animo destinabat; priusquam imminentium cladium metu exciti tan-
 dem Catholici Principes illas prouincias missis validis præsidijs, contra
 sua arma firmarent. Promota igitur ad Vsfendonium exercitus parte, om-
 nia castra, oppida, nullo ferè obistente, subegit; in omnem ætatem, & se-
 xum, ad cæteros terrendos, nullo discrimine, à Sueco sæuitum.

Voluit Rex his belli primordijs videri crudelior; vt hostes mortis ter-
 rore coerciti nihil sibi oppugnanti resisterent; immo simul ac ad mœnia
Sueci
Volgasti
urbem op-
pugnati, &
cepit. sua signa fulgerent; suas copias, patefactis repente portis, in vrbes ad-
 mitterent. Deinde classe ad Pendæ oram copijs aduectis, Urbem Volga-
 stum inuadit; quam repente erectis propugnaculis, ac loricis eductis, in
 quatuor vrbes angulos librata tormenta displodit: tantumque terroris
 præsidarijs illis iniecit; vt in arcem ad primum Suecorum impetum vrbe
 deserta, profugerint: quæ cum esset ciuibus Protestantibus frequentissima;
 Cæsarei verebantur, ne, mutata fide, ad Regem eiusdem religionis, Cæsare
 deserto, deficerent. Sex dies arcem egregiè tutati, cum nulla spes esset fu-
 turi subsidij, Regi illam ijs legibus dederunt; vt saluis sibi cum impedi-
 mentis, & armis proficisci liceret.

Tanta præsidarijs visa est facilitas Regis, atque clementia; qua victos
Regis fa-
cilitas. habere perhumaniter consueuerat: vt sicuti non expectata beneficia ma-
 iorem gratiam demerentur; quam quæ nobis debita arbitramur; illius mo-
 rum suauitate illecti in ipsius venerationem, amoremque raperentur; de-
 sertisque Imperialibus signis, se se Suecicis copijs addicerent.

Volgasti expugnatio ita Austriorum animos fregit; vt cum ne-
 cessaria ad gerendum bellum nulla suppeterent; turbati, confusi-
 que omnem resistendi Regi spem prorsus abiecerint. Quare nihil
 arduum

arduum illi fuit, sex diebus Pannonemundum, & Diuenauum in extremis Vſendonis partibus adipiſci : cum Regi vix aciem explicanti illa Cæſareorum ceſſerit ignauia : qui ſe Camminum alteri impoſitum curipo ab armis Suecicis ſubdlexerunt : quo etiam in tutum magna illorum incolarum multitudo confluxerat .

Rex tam felicibus cœptis finitimis populis oblato terrore, auſtisque ſuorum militum animis ; qui inani iactatione viteriùs vſque Romam arma proferenda, excitatis plaufibus, exclamabant ; ad Camminum caſtra poſuit ; equitatu in omnes vicinos pagos, & vicos excurrere, omniaque prædari iuſſo ; vt in arces, locaque munita agreſtes refugientes trepidatione, ac metu cuncta complerent ; com meatuſque citiùs in illis ſupra præſidiarios alendis, conſumerentur. Deſſo circum vallo, collineatiſque tormentis, mœnia tanto ardore diuerberat ; vt paucis diebus aſſiduo pulſi proſciſſa corruerint. Tantumque non dabatur in mœnia impetus, ruinis ſatis latè patentibus hoſti irruenti capiendò ; cum Cæſarei, quibus nec com meatus, nec res tormentaria deerat, & numero, & virtute prænalidi poterant ſe tueri ; donec ſubſidia ab Auſtriacis mitterentur ; Panico terrore, Regis veriùs ſecunda fortuna, quæ prona omnia illi faciebat ; repente perculſi, defecti animis deditiõnem fecerunt. Mille, & quingenti milites præſidarij ; & quingenti equites cum ſuis ſarcinis, & armis, & duobus muralibus tormentis egreſſi ex vrbe, quæ cuique libuit, abierunt .

Sueci Regi armorum felicitas .

Cammin obſidione cingit .

Vrbe deditur Sueco .

Hic repentinus in Cæſaris prouinciã Suecici belli turbo circumiectos populos ad arma conciuuit ; miſſiſque Viennam nuntijs, de vniuerſis rebus Cæſarem docuerunt. Primum ijs aulæ purpuratis ſuperioribus laureis aſſuetis, omni poſito metu, ad eam diem inuictis illud bellum contemptibile videbatur ; verum à prudentioribus, qui reſ ſuis ponderibus diligentius librare conſueuerunt : eorum deprehenſus eſt error ; qui præpotentia arma, quibus imperij magnitudo, ſaluſque nitebatur : dimittenda eſſe cenſendo ; irrumpendi in Germaniam Sueco cauſam, atque aditum præbuiſſent. Scriptis ideo legionibus venienti ſubito malo occurrendum, firmandaque nouis præſidijs, & validioribus viribus oppida, prouinciaſque putarunt : quæ à Cæſareis malè deſenſæ, ſi in hoſtis poteſtatem venirent, Imperialium armorum dignitas, & exiſtimatio, qua ſola tot feroces populi continebantur in fide, minuebatur. Proteſtantium animos defectionem circumſpectare ; qui malè diu tetum perfidiæ virus vicino eiufdem religionis Rege victore, ad quem tutum receptum habituri erant ; foras illicò voment : ſpretiſque Imperialibus Aquilis, Suecum Leonem horribili fremitu, rugituque cuncta terrentem ſequentur .

Damnatum de Fridlãdo exanthorando cõſilium .

Quamobrem per celeres tabellarios Torquatus de Comitibus Italus ductor, qui Cæſareis armis in Pomerania præerat : iuſſus eſt, coactis in

Cæſareorum de Suecico bello trepidatio .

vnas copias illius prouinciæ præsidij, & delectibus habitis, quàm maximo posset exercitu, sistere hostium progressus; maioraque Regem audentem frangere; donec validis congestis auxilijs, bellum in ipsa Sueciæ viscera transferretur.

Mifnia.

Sala

Mifnia
descriptioDux Sa-
xo, & Brä-
deburgius
Electtor
Austriacis in sen-
si.

Tillio verò, qui cum Catholici fœderis copijs in Vindelicia confederat, mandatam est; vt collectis ex vicinis statiuis cohortibus, atque equitum alis * Cheruscis nunc Mifniæ succederet prouinciarum Germaniæ præcipuæ, quæ intra * Salasi, Albisque flumina collocata Bohemia clauditur à meridie, superiori Saxoniz à Septentrione contermina; Molda flumine interluitur; quod à montibus hinc Bohemiam sepientibus fluens placidas vndas trahens in Albim elabatur à Desauu latere. Alijs etiam duobus non ignobilibus fluuijs Pleissa, & Elitero rigatur: quorum emissarij herbidum solum fecundant. Ibi Tillius subsistere iussus, rimarique hostium consilia, ac Cæsareis Ducibus, quotiescunque res exigeret, subuenire: & Saxonum Ducem, Brandenburgique Electorem, qui Cæsareis ministris iufensi: nimiam Austriacam potentiam perosi, frementibus è propinquo Suecicis armis à Cæsare defecturi videbantur: in officio continere.

Hos enim potissimum pertectum erat; superioribus bellis ad eam magnitudinem suis auxilijs Austriacos prouexisse; quam sibi grauem aliquando futuram formidarent: Fit enim, vt dynastæ, qui potentiores principes sua ope sublimant: sibi perniciem, exitiumque moliantur.

Cæsaris
ad Saxo-
nem Du-
cem mo-
uit.

Præter oblatum ijs principibus Tilliani exercitus terrorem, humanissimæ etiam, officiosæque literæ datæ sunt; quibus prolixè suadebatur: vt in solita erga Cæsarem benenolentia, ac fide persisterent: suaque contra Imperij hoites, quietisque publicæ turbatores ad communem salutem tuendam cum Austriacis arma sociarent. Eodem ferè tenore ad Pomeraniæ Ducem literæ scriptæ; qui omnium maxime dynastarum cum Sueco Rege consentire videbatur: quod Cæsareis stationibus vndique septus, non solum pristinam authoritatem recipere: sed etiam Imperialium ministrorum iniurias, quas sibi, suæque ditionis indigenis intulerunt: vicisci capiebat: nec alia opportunior sui explendi odij offerebatur occasio; quam Sueciæ Regis Cæsareos armis vrgere properantis: & eò ardentius in Suecorum partes rapiebatur: quod Calviniana hæresi imbutus Catholicum nomen infensissimo animo anersaretur.

Cæsaris
literæ ad
Suecum
Regem.

Ad ipsum etiam Sueciæ Regem Cæsar literas misit: quibus de illo grauius querebatur; quod nulla prouocatus iniuria Imperij terras hostiliter inuasisset, in quas nihil iuris haberet; nec ipsius interesset Germania rebus intercedere. Hortabaturque illum amicis verbis, vt capto bello absisteret: nec ea arma lacefferet; quæ semper de rerum turbatoribus triumphassent.

Rex, accepto perhumaniter nuntio, viro nobili Bohemo, qui literas detulerat; eas resignatas, inspectasque sibi gratas fuisse monstrauit: latorique inquit, *Se maximam Cæsari gratiam habere: quod illi ad*

se li-



se literas dare placuerit : se optime scripta expensurum : ipsique subito data Suoni Re-
gis ad Ca-
sarem con-
spensu.
rum responsum , cum ex brachij vulnere conualuisset : quod sibi in Liuania
Aquila vnguibus inflixisset . Salsè iocatus in auxilia , quæ contra se
Cæsar Sarmatarum Regi submisit : nullaque facta mora , signis refixis ,
cum eò tendere Imperialium consilia cognosceret ; vt transigendo tam
diu se distinerent : donec conflato exercitu , scriptisque copijs , equis
viris aduersum se properare potuissent : ad Stetinum castra promo-
uit . (Ea vrbs Pomeraniæ regia validis mœnibus , turribus , fossa ,
propugnaculis inmitissima , tunc armis Cæsareis tenebatur .) Sueoni
Stetinum
oppugnat. tanta
que continenti tormentorum violentia mœnia proruerere cœpit ; vt
Chiliarchus Demitzius , qui præsidio , vrbique præerat , cum dome-
sticis , exterisque hostibus premeretur : nota ciuium Protestantium per-
fidia à Cæsareo iugo se se eximere peroptantium : ipse Regem in castra
adire decreuit : submissisque rogare , vt ab eius vrbsi obsidione di-
scederet . Sed frustra chiliarcho bellum , obsidiumque deprecante , Rex
Bogislaum eius prouinciæ dynastam , qui Cæsareis armis oppressus in ea
vrbe morabatur , alloqui voluit , audireque præsentem . Hunc in castra
profectum Rex omni amoris , benenolentiæque declaratione suscepit .
Plura diu de præsentibus rebus loquuntis , communicatisque mutuo arca-
nis consilijs , Rex subiecit , *se mare transisse , non vt alienas ditiones inua-
deret : sed vt miseros principes ab Austriaca tyrannide vindicaret . Id spe-
rare suorum armorum conatus ; vt primiam demitteret Austriaca domus po-
tentiam , eamque Germania redderet felicitatem : qua quondam in summa
tranquillitate , necdum etiam Austriorum oppressa tyrannide , fruebatur .*

Hortatus est insuper illum : vt antiquum fœdus , quod eius maiores
cum Sueciæ Regibus percussissent , renouaret : eamque pecuniam ad
bellum continuandum impenderet ; quam Regis merita , & causa boni-
tas postulabat .

Facile fuit armato Regi prouum vtrò dynastam in sua consilia , ac vo- Pomera-
nia dyna-
stia fœdus
cum Sueo
Rege
ferit .
ra propeffere . Dux itaque iniquioribus legibus cum Rege transegit ;
quàm quas nunquam Austriorum inuisa potentia tulisset . Duriora si-
quidem à focijs interdum , quàm ab acerbo hoste cogimur pati . Itum
est ab vtroque in antiquum fœdus ; Dux prisca dona se Regi daturum ,
octoque peditum millia suis sumptibus durante bello , alturum promisit :
præterea Stetinum ad suam fidem eo pignore obligandam se illi cessurum :
centumque totherum millia mimeraturum recepit . Tam acerba sanè ab
Austriacis imperata non fuissent . Demitzius cum præsidio ex vrbe egre-
di compulsus Pomeraniæ Ducem veluti perfidum , rebellemque diris om-
nibus deuouebat ; ciuibus perditis transfugis mala omnia imprecatus ,
quos perduellionis reos Cæsar iussit interfici , si qui aut in prælijs , aut ali-
bi caperentur . Austriaci
Stetino
discedunt.

Rex inter festas populi applaudentis acclamationes triumphantis mo-

Rex Sue-
corum Suetonius
in
1740

re intijt urbem. Nunquam maioribus synceri amoris significacionibus ciuitas vlla Regem victorem excepit. Statim vrbs munimenta inuifit; quibus aliquid addendum ex recentioris militiae disciplina putauit; vt tutior contra praesentem bellandi rationem redderetur. Lata circa moenia, atque altiùs fossa depressa, prominentia in latera propugnacula, loriceque validiori munitione aggesta tellure firmatae. Molendina erecto circum vallo munita. Totum opus quattuor diebus absolutum, perfectumque est. Sedulus enim Rex institit operis; vrgebatque praesens exercitum laborantem; quia plurimum ad circumiectas prouincias subigendas eam urbem momenti ratus allaturam: sedem belli ad cetera obeunda destinauit. Inde ad Sturgardum expugnandum mille, & quingentos pedites misit. Hanc urbem Inae fluminis imminentem litori antiquae structurae moenibus septa quadringenti Caesarei milites tuebantur; qui ad primum Suecorum intuitum desperata vrbs propugnatione, in arcem profugerunt. Populus rerum nouarum cupidus, Imperialium societatem perosus, patefactis repente portis, Suecos in urbem admisit. Qui subito

Sturgardum cini-
sas Suecos recipit

actis cuniculis, tormentarijque pulueris cadis impletis, arcem subruere minabantur: Caesarei, conspecto imminente vitae discrimine, arcem ea conditione dederunt; vt salui cum sarcinis, & gladijs ad suos proficisci liceret. Ingens farinae, rei que tormentariae vis, & aliquot enea tormenta in hac arce à Suecis inuenta. Eadem ratione Orderburgum expugnatum est. Per eos dies Gustauus Hornus castrorum praefectus viginti nauibus cum aliquot millibus bellatorum à Liuonia aduenerat: quibus in Insula Vsendonio expositis, ac in varios pagos, & vicos diuisis, vt à nauigationis nausea, & iactatione reficerentur, ipse Regem ad eius iussa capienda protinus adiit.

Suecorum
militum
supplemen-
ta.

Suecorum
armorum
sottor.

Stetini expugnatio, à qua multa, & varia illius belli momenta pendebant; tantum terrorem finitimarum prouinciarum indigenis attulit: vt iam adesse Rex, quater moenia, diripere, obterereque omnia belli turbine videretur. Alij fugere vicinam cladem, alij in vrbiū propugnatione nutare, pars conuenire cum Rege, eique adherere meditantur. Quod cum ex odio in Austriacos, & in Religionem Catholicam proficisceretur; Caesarei ira perciti totum vastare agrum, vicos diripere Pomeraniae iam ad Regem prorsus inclinantis: vt illam magis Sueco late vaganti solitudinem facerent: spoliaque in hostium ventura manus, ipsi praeriperent; quam quod tam feri decreti vllam causam infelices populi praebuissent. Volgastum etiam paulò ante à Sueco occupatum repentino facto impetu captum, sedulo studio, diligentique cura portibus propugnaculis, muniuerunt; ea spe vt si ibi inuito Rege consistere potuissent; eius progressus se facillè impedituros: populosque intentatis armis ad fidem erga Caesarem reducturos.

Torquatus de Comitibus, quem omnium Ducum primum contra Sue-

COS

cos à Cæsare expeditum memorauimus ; imminentium suecici belli ma-
lorum metu planè sollicitus, quàm maximis coactis militum copijs, non
procul ab Anclamo se vallo muniuit. Omnia loca dirui iussit : quæ pa-
ram contra hostium potentiam munita videbantur : molendina flammis
incendi, commeatusque, quos aut secum auhere, aut in munitis locis ser-
uare non poterat ; igne corrumpi, ne hosti alimenta sufficerent. Quot
quot Pomeranos sui milites intercipiebant, veluti rebelles suspendio ne-
cari iubebat ; quod acerrimum sibi incolarum odium concitauit ; qui vt
tam in humanæ sæuitiæ redderent vicem ; Cæsareos extra stationes palan-
tes adorti obtruncabant.

*Torquatus
de emissio-
nis causa
suis, &
consilio.*

Torquatus omnes aditus clausit, viasque Stetinum ferentes, obiectis
aggeribus, sepsit. Quascumque cohortes, atque equitum turmas à Qua-
dis, alijsque Imperij prouincijs exciuit ; quibus suecum Regem iuuenili-
ter ferocientem, exultantemque felicibus cœptis, se frânaturam spera-
bat. Rex quotidie viribus auctus, & crebris Imperialium transfugijs, &
nouis acceptis militum supplementis formidandus quam maximam po-
terat commeatum copiam colligere festinabat : ne se maiora molien-
tem deficerent. Quare cum vterque rerû suarum satageret ; nec vlla efflue-
ret dies ; quin se mutuis velitationibus prouocaret ; aliquod mox cruen-
tum prælium incolæ commissum iri censebant. Verum Torquatus cum
probe nosset, cæso, vel intercepto Rege, omnia fœderatorum molimina ;
conatusque irritos fore : manifestè iam comperto, non nisi Germanorum
Principum consensu id maximum contra Cæsarem bellum à Sueco Rege
fuisse susceptum : omni studio in illud excubuit ; vt insidias Regis capiti
compararet ; illique excipiendo strueret dolos ; vt malum à radice conuel-
leret. Aliquot Germani ad Regem, transfugarum specie, descuerant.
His negotium datum, vt Regem vtrumque interciperent.

*Imperia-
lium trãs-
fugias
Suecicum
exercitum
augent.*

Rex in publico omnium ordinum Pomeraniæ conuentu ratis habitis
fœderis legibus, quas cum eorum Duce transegerat ; promissaque sibi ab-
ijs in vsum belli, stipendiaque militum pecunia ; voluit præsens ad Garit-
zam Cæsarea munimenta explorare. Prodiit tantum septuaginta stipen-
tus equitibus. Quintinus vnus è submissorum insidiantium numero, sub-
ito equo conscenso ad Torquatum aduolauit ; monuitque, Regem in po-
testate esse ; si paululum adniterentur. Ad hoc munus obeundum Tor-
quatus quingentos Neapolitanos equites destinauit ; qui Regem aut in-
terciperent viuum, aut occiderent. Hæc Itolorum equitum ala superior
omnino exiguæ Regis turmæ futura videbatur : nisi Regiæ Maiestati ne-
scio quid amplius quam cæteris mortalibus, præsidij cælestis adesset.

*Rex Sue-
cus vita
pericula-
tur.*

Rex iam exploratis ad Garitzam Cæsareis munimentis, Stetinum redi-
bat ; cum ecce repente ex insidijs Neapolitani equites in Regem insiliunt.
Hic illi dispositis quasi plagis præhensæ feræ aut omnino moriendum erat ;
aut in hostium potestatem veniendum. Maluit Rex fortiter pugnans glo-
riose mori : quàm aliquid minus Regio fastigio dignum ab hostibus pati.

Itaque

Sueci Re-
giorum
& ser-
dior.

Itaque conferto, conglobatoque agmine inuehentes se undique Neapolitanos excipiens strenuissime pugnare. Ingauros etiam, inertesque Regis presentia, ac periculum acrisset. Ingentibus animis, duplicataque virtute utriusque prestantur. Sueci, ne suum Regem prædam hosti relinquunt; infamemque nequiorum desertorum contrahant notam; Itali, ut capto, aut caeso Rege, grauissimum bellum insigni decus adepti perficiant.

Hi prius statuerant vno Rege potiri; sed veritate armorum fragor, pugnantiumque voces Regi vitæ periclitanti subsidium exirent; mutato consilio, illum obtruncare decernant. Pugnantem igitur Regi circumfunditur equitum globus; suffossoque vulneribus equo Rex destitutus in pedes cogitur dimicare; alios proiectos mucrone propellit, alios pectoribus in facto ense, prosternit. Rege extremo discrimine laborante; Liouinus chiliurehus, quem Rex in quadam statione suum reditum iusserat præstolari; cum nimia, diuturniorque, atque ideo suspecta Regis mora sibi videretur; emisit equitum turmam, ut quid Regi factum esset, inquireret. Hæc tumultu, fremituque certaminis audito, verita quod erat, Regem hostibus circumuentum urgeri; atque in summo vitæ discrimine versari: socijs nutibus euocatis, effusissimo cursu subsidio Regi festinat; qui iam intruentium in se hostium multitudinem amplius sustinere non poterat; cedendoque vulneribus Italorum terga; in se eos a Rege mucrones conuertere coegit.

Rex in-
serimine
liberatur.

Rex suorum opportunissima ope eo extremo vitæ periculo defunctus: oblato equo concessit se in medium suorum agmen edito summæ bellicæ virtutis experimento, præripuit. Acerrime pugnatum à Neapolitanis equitibus est; ut Regem captiuum abducerent; aut occiderent. Sed cum superuenientium hostium multitudinem premerentur; captam ferè prædam relinquere compulsi, conferto agmine, discesserant. Sueci suum Regem ferrasse contenti; cum salus ipsius pluris stare, cariorque esset, quam quæcumque vitionis voluptas; eum gratulabundi in medium agmen acceptum; Stetinum celeri passu deducunt.

Quintinus sibi timens, quod de Rege ad Garitzam profecto Cæsareos admonnerat; emirata Suecica militia; cui simulatum nomen dederat: aufugit. Quare cognito illius transfugio, eiusdem perfidiæ, ac sceleris conscens eius contubernalis equitum turmæ præfectus habitus est; questionique admotus, ac compertus infidiarum capite penas cogitati facinoris dedit; Stetinensibus Regi suam salutem effuse gratulantibus.

Cæsaris
ad Tilliū
& Tor-
quatum
mandata.

Tillio Vienna Cæsaris, Bavarique Ducis perlata mandata, ut suas copias cum agmine Torquati coningeret; quo viuis viribus validius Sueco Regi resisterent; communicatisque consilijs rem cautiùs gererent. Quod veritus Rex, ne, si Catholici Duces sua arma ante sociarent; quam ipse stabiliùs pedem in oppidis, atque arcibus Pomeraniæ firmasset; Tillium procul à cæteris Cæsareis copijs aliquo negotio distinendum putauit; præsertim cum Saxoniarum, Brandenburgique Electores Imperialium armorum

terrore

Magdeburgi ad-
ministrato-
rum cum
Rege Sue-
co con-
senti.
Civitatis
Magde-
burgi de-
scriptio.

terrore viciniae nunquam in ipsius partes descensuri erant; a quibus maxima illius belli subsidia pendebant. Convenit igitur arcano colloquio cum Magdeburgi administratore; qui tunc fortè Sundij agebat; rex templo in suam urbem regredere: quo eiusdem religionis ciues iam suo ingenio ad sua arma sequenda propensos in sua obsequia auctoritate deflecteret.

Civitas Magdeburgum in interiora Saxoniae, randeburgique recedens: situ munitissima in Albis fluminis litore surgit. Quod ex finitimis Bohemiae, & Quado um montibus, mens flexuosis meandris longissimo tractu regna, prouincias suo iuniorum, fecundat; pluribusque ignotum nominis fluminis suo alio exceptis, iam nauagarum nauium patiens in septentrionalem oceanum insluit. Urbs erat omnium rerum copia, commeatibus; reque tormentaria ad ferendum etiam diuturnis obsidium refertissima; maxime Catholicis infensa: in qua si Rex belli poneret sedem; non solum nullo negotio Principes Protestantes, qui tantum Imperialium armorum metu sua perfida consilia regobant; suas traxisset in partes; sed etiam ad sua arma sequenda Catholicos adegisset.

Administrator Regis iussa implens Magdeburgum versus iter arripuit; cui, quia erat per media Caesarea agmina transeundum: comam totandit, ne culta corporis prodere tur: sexque tantum itineris socijs nobilibus viris ingenti populi, omniumque ordinum laetitia, quod iam dudum expectatum presentem inspicerent, in urbem intrant. Accersuerant enim illam trepidis nuntijs omnes: & quo loco res esset, monuerant: cuncta circum arantis Caesarea occupari: adeoque urbem illorum frequentibus stationibus premi: vt tantum non obsideretur: omnes aditus, viasque claudendi, quae in urbem daonant: omnia à circumstantibus militum custodijs intercepti. Administrator itaque vocato Senatu, graui oratione de bello à Rege Sueco in Caesarem oncito ita disseruit.

Nonquam metuis uobiscum actum, uosrisque rebus praclaris consultum, reor, Patres, quod cum Superi iam tandem Germania propitij eam mentem Gustauo Suecia Regi dederunt; ut bellum ultra in Caesares pro communi libertate susciperet. Certè benignum aliquod huius urbis fatum inuictum Regem nostrae aetatis clarissimum Duce in istos impulit; ut Austriaco à nostris ceruicibus iugo decusso, antiquae libertati redderemur; cuius umbram tantum his ciuitibus magistratus honoribus retinemus, caetera serui. Nos undique Caesarea arma circumfident: clausi praesidijs impositis, tenentur aditus omnes; ne quid in urbem inferretur: diuturnis statim, hybernis exhauritur ager; premuntur incola per petuis cohortium, ac turmarum hospitijs: quidquid annonae ab aggressibus socium annum durissimis laboribus congegitur est: ad abondo Caesareo militi totum impenditur. Vt enim hoc esset utrumque ferendum: si commeatibus contenti caeteris abstinerent; atque intra honesta iura limites timore quid essent: sed pecunias in stipendium idem idem imperant; per vim à miseris extundunt: quas si militum auaritia infelicium inopia numerare non potest; statim sacros redditus

inuen-

intendant ; aut hospites suos , violato Sacrosancto hospitij iure , immaniter pul-
sant ; aut pauperem supellestem pro pecunia , reseratis , diffractisque arcibus , eri-
piunt . Neque hoc malum committentis exercitus , palantiumque cohortium , cor-
rupta militari disciplina presenti bellorum more cuncta prædantium ex transitu
patimur : hæret iam diu visceribus nostris infixum ; nostris vorax fortuna instat ;
pergit expilare , quod reliqui ipsorum cupiditas fecit ; omnia penitus hausturum ,
nisi antequam perditum eat ; illi à viris fortibus occurratur . Quo spectare cen-
setis hos bellicos apparatus ? hæc circumstantis exercitus arma ? hanc Imperia-
lium copiarum viciniam ? nisi ut nos incautos , inopinantesque opprimant ; atque
improviso impetu aggrediantur ? Quem bello persequi simulant hostem , procul
hinc bellat : Imperiales vrbes , prouinciasque occupat . Cur Sueco Regi in Ca-
tholicis impune grassanti obuiam non itur ? Cur hic in Statiuis cessant inertes ?
quamuis sedendo in nos dudum hostilia insensis animis coquant . Vt ideo sanè ipso-
rum arcana consilia ; in nos sua tela collineant : implacabili in nos ira feruntur :
non solum ob contrariam religionem , aduersaque sacra , qua omnino conuellere ,
atque abolere conantur : sed etiam quod superioribus bellis à Dano Rege contra
Cæsarem stetitimus . Non enim pacis interuentu à crudelioribus animis expun-
guntur iniuria : offensarum memoriam fœderis legum scriptura non delet : quas
simul ac vinciscendi occasio affulserit : statim , contempto sacramento , ultum ire
properamus . Rarè admodum sincera , bonaque fide ab hostibus mutuam reditur
in gratiam . Nihil pacati à Cæsareis expectandum est : immo qualibet dura , et
acerba timenda . Ego sic arbitror , ciues , cum Suecica Rege esse arma iungenda :
atque hanc urbem ipsius fidei , ac tutela credendam : ut aliquando tandem Regis
inuiti , fortunatique victricibus armis quod nos soli non possumus , ab Imperia-
lium tyrannide vindicemus .

Magda-
burgenses
Sueci Re-
gis partes
sequuntur.

Non ægrè cines per se ipsos Catholicis insensos , alienosque à Cæsareis
Administrator Sueci Regis traxit in partes : ut eiusdem religionis Duci il-
lam armis tota Germania proferre cupienti sua auxilia præstarent . Ita-
que subito ad augenda vrbis munimenta , reparandaque propugnacula ,
ac mœnia firmanda discurritur : scribuntur milites ; delectus habentur :
urbana militia lustratur : muralia tormenta in mœnium lorica per inter-
ualla librantur ; perficiunturque omnia , quæ ad ferendum obsidium , ar-
cendumque hostem , atque urbem propugnandam conducunt . Et quò ar-
ctiori nexu , religionisque vinculo astricti cuncta curarent : inuiolabili sa-
cramento se spontè adigunt : se libertatem , vsque ad vltima defensuros , ac
Sueci Regis imperata facturos .

Magda-
burgenses
belli ci op-
parantur.

Hæc omnia clausis vrbis portis peracta sunt : ne conuentum habenti-
bus , dum remittitur mœnium custodia : repentino ciuitas impetu à Cæsa-
reis caperetur . Administrator publico edicto plurima de hostium impo-
tentia , insolentiaque militum præfatus feueris penis indictis cauit : ne quis
commatibus vllaque re Cæsareos adiunaret : ut omnes , quibus per ata-
tem liceret , iuduerent arma : omnes ad vniuersam militum lustrationem
expediti , promptique essent : pro patriæ salute excubarent ; forti , ac præ-
senti

fenti animo essent; affore sibi propediem Sueciæ Regem cum omnibus copijs; cuius se fidei, præsidioque commississent.

Cæsareæ copiarum promptioribus militum cohortibus in Pomeraniam contra Suecum missis, quidquid roboris, florisque erat, subtracto; enervæ, imbecillæque ad exiguum numerum redierant: atque ideo civium iniurijs obnoxia; qui Cæsareis insultantes commeatus illis, tormenta, alias, atque alias subinde stationes aggressi, identidem eripiebant. Canonicorum Collegium in Administratoris verba iuravit; eorum quodam collega Ducis Fridlandi consiliario amicitia, benevolentiaque tenaci in vincula coniecto, quod sacramentum dicere recusasset:

Institutus in vrbe super rebus bellicis Magistratus; qui quotidie ad deliberandum, consulendumque de bello coiret in curiam. Non exigua ex popularibus, & exteris conflata sunt copia, quæ non solum ad urbem propugnandam: sed etiam ad hostem lacessendum valida forent. Quibus fretus viribus Administrator non amplius intra urbis munimenta se timide continere; sed aliquod facinus aggredi ad bellicam existimationem parandam, terrendumque hostem, ad Halam expugnandam educere copias decrevit; non ignarus in ea vrbe sua sede esse plurimos ciues sibi benevolos; qui sibi armato presenti, arreptis armis, excitatoque tumultu, portas patefacturi essent.

*Admini-
strator bel-
lum inci-
pit.*

Ad hanc expeditionem tacito agmine noctu tendentem Pamburgi sensere vigiles; à quibus statim ad arma subito conclamatum; egressum castello præsidium illum transitu prohibere conatur. Sed Administrator aditum sibi ferro molitus nullo suorum amisso, ad Halam sub mediam noctem progressus sui aduentus nota tessera amicos admonuit. Illi de porta militum statione depulsa, referatis foribus, Administratorem in urbem accipiunt. Præsidij, & civium perfidia, & hostium armis vndique pulsi in Mauritij arcem profugiunt; vnde muralibus tormentis in capita civium tecta diruere, omnia compita, vias infestas destinatis ictibus habere ceperunt. Administrator nihil capta duntaxat vrbe, ad rei summam se fecisse ratus; nisi etiam ex arce Imperiales expelleret; productis opportuno loco tormentis, arcis munimenta diuerberat. Dum illi è mœnibus pugnant; & hi obfirmato animo cœpto occupandæ arcis insistant: Cæsarei, qui in Mansfeldij comitatu in statuis erant, Tillij iussu clam hostile Magdeburgum versus ingenti agmine, ac contento festinant: vt Administratorem reditu intercludant. Cuius Imperialium consilij rei bellicæ præseati per sedulos exploratores admoniti citatis tabellarijs Administratorum orant; vt ab eius arcis oppugnatione discedat, atque in urbem celeri passu, festinoque agmine regrediatur. Cæsareos magno numero aduentare: vt illi reditum intersepian: nihil esse cunctandum, ne in anticipiti discrimineprehendatur. Quare ille vocatis in concionem civibus, se maioribus viribus rediturum pollicitus, atque eos ab Imperialium tyrannide erepturum, Magdeburgum, quatuor maioris pecoris capitum millia

*Halam
urbem op-
pugnandam
vadit.*

*Cæsares
præsidij
contra
urbem tor-
menta dis-
spiciunt.*

*Cæsares
Admini-
stratorem
intercipere
conantur.*

millia Cæsareis erepta abigens incolumis redijt.

Hoste inde profecto, reuiuiscere sibi præfidiarij visi sunt; cum quatuor dierum tantum commeatus superessent: quibus absumptis erat arx omninò dedenda. Præfidiij præfectus ingenti solutus metu iussit extemplo magistratum clauēs sibi reddere ciuitatis: quæ nulla mora, ne in vr̄bis perniciem iratum eius animum concitarent, exhibitæ sunt. Verum ij, qui deturbatis à statione præfidiarijs, portam administratori aperuerunt; ne laqueo elisis faucibus perfidiæ pœnas darent; aliò dilapsi paratis se supplicij exemerunt.

Præfidiarij Hala clauēs sibi tradidi inueni.

Præfectus trecentis equitibus Liburnis vr̄be firmata, militum stationes, vigiliasque pluribus compitis, ac foris imposuit; ne ciues consternati, ita faciliè tumultus excirent; cum nihil tam potenter populos frænet, quàm crebræ dispositæ militum stationes.

Administratoris uarij conatus.

Administrator ut suorum militum velitationibus, ac leuibus prælijs virtutem aceret; in Imperialium damna ex vr̄be erumpens trecentos Liburnos equites propè Calbam nactus, qui Hala ad Desfau pontem prædatum abierant: commissa pugna fudit erepta illis præda, quam ex vicinis pagis suo more auerterant; plures Magdeburgum captiuos abegit. Cæteri, qui se properè hostium ensibus subdixerunt; accersitis ad delendam ignominiam ex propinquis stationibus socijs, toto obequitant agro, sed ciuibus intra mœnia se continentibus, suburbanas villas, & pagos incendunt.

Magdeburgenses Castellis Fridbergo, Mansfeldioque captis, aliquot Cæsareas turmas inopinantes aggressi cædebant penitus deleturi: sed fragore, vocibusque pugnantium Imperiales exciti, socijs hostium multitudine ferè oppressis subsidio festinant: quorum aduentu primo æquata pugna; deinde Magdeburgenses in vr̄bem cum clade retrusi. Quotidianis velitationibus, & incurfibus mutua odia, irasque accendebant.

Rex Danus bellum cum Amburgo vr̄be causis quarit.

Interea Rex Danus, qui pace Lubeci constituta, à bello cessare non poterat; vulgauit edictum, ut omnia nauigia, quæ secundo, vel aduerso Albi flumine ueherentur ad Glucstatum vr̄bem, quàm magnificentius augere maximè cupiebat, demissis velis, subsisterent; sinerentque nauarchi regium Limenarcham in illis inquirere, an aliquid mercium esset; quod vr̄bi regis opus esset; illudque venale exponere nauium magistri tenerentur; & hac de causa quinque naues armatas in aduersa vr̄bi statione locauit; quæ exteras naues tormentorum metu siterent, cogerentque tributum soluere constitutum à Rege. Hoc Amburgi ciues valdè commouit, quorum vitæ præfidia ab ea navigatione pendebant: cum non modo consueta soluere vectigalia: sed etiam ad aliorum arbitrium terere tempus, cuius momenta, ut omnibus mercatoribus, ita præcipuè nauigantibus sunt plurimi faciendæ, cogerentur. Missa igitur per honorifica legatione Amburgenses conati sunt Regem ab eo consilio abducere; insamque contra ius gentium legem, abolere; *Non enim eum posse in Imperij terris sine præcipua Cæsaris uenia, & Collegij Electoralis assensu, noua vectigalium onera*

onera Germanis imponere. Si maiora è suis disionibus lucra vellet excerpere, regioque pronentus augere; illa è suis, non ab Imperij subditis exprimeret; quorum privilegia, una cum Imperij legibus, ac decretis, vt seruares enixè precabantur; cum nulla ratione vicina vrbes huiusmodi onus iniustum laturæ essent.

Responsum à Rege est; sibi mentem non fuisse tributum Albim nauigantibus imperare, quod ferri non posset; quod probè ex suis edictis cognosci licebat; sed vt illis Amburgensibus redderet vicem: qui tot annos citra Cæsaris auctoritatem vectigal à Danis nantis exegissent. Amburgenses cum nihil preces, ac verba proficerent: ferro decernere, armisque litensoluere statunt. Classem adornant, milites conducunt: sed antequam iretur in arma, obtestationibus denuo tentandum Regis animum putant. Porrecto libello demuntiant; nulli sibi culpæ dandum, si capefferent arma, vt vim repellerent: quam sibi Rex imperatis iniquis vectigalibus, afferebat.

Amburgenses ad bellum consurgunt.

Danus vt Amburgensium compesceret audaciam, sex, & triginta nauium classem instruxit: impositoque milite, ipse supremus Nauarchus contra Amburgenses cursum intendere iubet: qui vicissim iam paratæ classi alijs octo nauibus additis, ad Albis fauces; quibus se mari infurnat: obsidendas dirigunt proras. Sed futurum nauale certamen horribilis tempestas oborta discussit. Nam cum Danicæ naues Albim versus secundo vento ferrentur: subito obducto nubibus cælo, excussa procella mari violentissimis configentibus ventis, incubuit: quæ totam regiam classem concussam, laceratamque disiecit. Sunt adeo inauspicata quorundam principum arma: vt ijs bellorum Numen in quibuscunque susceptis ab ijs expeditionibus aduersari penitus videatur. Aliæ, atque aliæ clades omnibus prælijs acceptæ Danum Regem pacem Lubeci cum Imperatore componere coegerunt: quia aduersantibus Superis, à quibus pendent bellorum euentus, viresque nostræ suum robur accipiunt, bella gerebat: cum neque contra inferiorem Amburgensium potentiam quicquam feliciter conari potuisset.

Danica classis contra Amburgensium soluit.

Dani Regis arma infelicia.

Verum ad Suecica arma redeamus; quæ aduersus Cæsareos in Pomerania bellabant. Densa circumfusa Stetino caligo diuibus Cæsareis equitum turmis vsque ad suburbia tuto procurrendi attulit occasionem. Hæ perditio, quem vocant, vigili capto, equitum Suecorum alam post collem morantem aggressi fugarunt; sed subsidio suis vndique confluentibus Suecis, Cæsarei aduentantium equitum sonitu pedum audito, ad suos incolumes redierunt.

Rex acceptis in supplementum quinque equitum turmis, quas in castris Dux Denhoffus adduxerat Megalopolitanis ducibus pecunias, ac literas dedit: vt peditum legiones conducerent. Brandenburgi etiam Electori scripsit: iam adesse tempus, quo vtram partem sequi vellet, decerneret; commoda, quæ ex sua societate profectura erant, fuse loquutus; si Germani principes cum suis armis suo subsidia, atque consilia sociarent; breui depressis hostibus, bellum confectum in sese iam communes hostes bello pulsantem desererant.

Sueci Regis litteræ ad Brandenburgi Electorem.

peri.

periculosum, diuturnumque futurum.

*Magda-
burgenses
se bello ex
pediunt.*

*Suecici
exercitus
quorum.*

Vbi postea didicisset Magdeburgum summâ cum omnium ordinum a-
lacritate in suam fidem concessisse; illi vrbi verbis magnificis gratias egit:
sua auxilia, quotiescunque res ferret, regia obligata fide, pollicitus. Nihil
tamen ciues intermittebant; quò se ab Imperialibus armis tutos, securus-
que præstarent. Duas peditum legiones singulas binum peditum millium,
milleque, & quingenros equites in conspectum dederunt: & quotidie ma-
iorem semper vbicumque poterant militum numerum centuriabant. No-
biles viri decem peditum millia suis sumptibus alere, omnesque vici, ca-
stellaque eius agri pro suis quæque prouentibus stipendia militum solue-
re promiserunt. Rex insuper quatuor peditum legionibus ab orienta li
Frisia receptis, duabusque è Suecia cum viginti muralibus tormentis duo-
decim nauibus aduectis, cum octingentis pyrij pulueris cadis, quinque,
& viginti peditum, & octo equitum millia recensuit.

*Volgastum
deditur
Suecici.*

Hoc isto exercitu formidandus mouit: vt suos ad Volgastum hærentes
ea expeditione explicaret. Sed iam, instructis ordinibus, proficiscenti il-
lius vrbs post octo muralium tormentorum ictuum millia, & quinquaginta
obsidionis dies deditio nuntiata est; eo maiori ipsius lætitia quod co-
gnouerat, ex sexcentis Imperialibus militibus, qui eam urbem fortissimè
propugnauerant; quadringentos ad sua signa transisse. Hoc infami trans-
fugio sic illi bellicum decus, splendoremque gloriæ, quem sibi in ea pro-
pugnatione pepererant, turpissima perfidiæ labe sædarunt.

*Pasbaldum
ciuitas ei-
us vi-
duatur.*

Ciuitas Pasbaldum sine Præfecto, ac sine ciuibus penè remanserat;
quod chiliarchus Getzius nobiliores in vincula coniecisset: qui impera-
tam pecuniam post centum, septem, & quadraginta tollerum millia ab
ipsis expressa ciuibus Imperatori soluere recusassent suam inopiam causa-
ti: præter id quod milites qui ad vinciendo ciues illuc contenderant: pe-
nè urbem diripuerant. Patebant idcirco referatis foribus, de die, ac nocte
nullo hostium metu portæ. Duobus igitur turmarum equitum præfectis
placuit ibi cum suis militibus stationem figere. Non plus centum quin-
quaginta equites erant. Urbem igitur ingressi, ab ijs paucis, qui remanse-
rant, incolis postularunt; vt se hospitio reciperent, se breui effecturos; vt
ciuitas erectis munimentis, excitatisque propugnaculis ad hostem sum-
mouendum idonea redderetur.

*Ciues Sue-
cis immix-
ti urbem
muniant.*

Ciues, qui nudata munimentis vrbe iniurijs opportuni quorumcum-
que discurrentium militum præda erant: impensius, quàm poscebantur, vo-
tis militum indulerunt. Ad motis igitur repente operi manibus, summo
omnium ardore paucis diebus in eam magnitudinem opus excitarunt; vt
hostis ab ingressu facile prohiberi posset.

*Cæsari
Pasbaldum
aggredi-
tur.*

Cæsarei cum neglectæ vrbs crescere munimenta didicissent; vt negl-
ta vehementius mortalibus desiderium accendere solent; ne in illo rece-
ptu magis se hostis muniret: vnde difficile deijci, expellique posset; priuf-
quam validiori præsidio teneretur; surgentia adhuc munimenta, imper-
fecta-

sectaque propugnacula placuit adoriri. Tria igitur peditum millia in eam expeditionem missa: quorum primum agmen ita cæteros anteverterat: ut media acies è mœnibus nequaquam conspici posset.

Sueci ad aduentantium hostium stratis subito equis, in subeuntes Imperiales erumpunt: sed vix minoribus tormentis emissis, mediam aciem properantem vident: conuersis itaque equis ne hostium multitudine opprimerentur se intra munimenta recipiunt: in quæ Cæsarei magno impetu inuecti conantur ascendere: sed tanta virtute à Suecis, immixtis ciuibus, defensa fuerunt: ut Cæsarei cum magna cæde repulsi abscesserint: quamquam nulla omnino essent Sueco tormenta, quæ in innuentium latera explosa in longum porrectam loricam abraderent. Cæsarei libratis tormentis, crebris pilarum iactibus hostem intra portæ angulum compulerunt: vbi temerè magis, quàm fortiter ex militari disciplina pugnabant: Res cominus breuioribus sclopijs, atque ensibus agebatur: cum tandem Sueci diuturna fessi pugna nimia lassitudine, effluentibus vtrò de manibus armis, terga dederunt: at non adeò præcipiti fuga, quin identidem in sequentem hostem verterent frontem. Dux alter confossus vulneribus cadit: alterum à discrimine indomitum equi robur eripuit: quamuis tantum non eum per ruptum quemdam pontem transire parantem occiderint: reliqui vltro flumine traiecto, se, defosso vallo, in deficientis pontis capite munierunt.

Vrbis à Cæsareis recipitur.

Cæsarei cum infatigabili, desperatoque cum hoste pugnandum scirent fatiùs rati sinere hostem abire; illos fugasse, detraxisseque, incepto contenti, in urbem à victoria cruenta ingressi, non facile dictu est, quàm barbarè in illos miseros ciues desæuierint: quos Suecis immixtos pugnantes pro mœnibus conspexerunt. Non humillimæ preces, non oblatum aurum, omniumque fortunarum exhibita munera immanem illam victorum diritatem flectere, pacareque potuerunt: & si nihil auro potentiùs barbarorum mitiget feritatem: siquidem post expletas infelicitum cæde iras, prædas quas secum auertere non poterant, in flammam iniectas cremarunt.

Imperialiũ in vrbem. Hos ciues Sautia.

Rex Suecus quamquam Stetini quiesceret: multa nihilominus ad sua arma feliciter promouenda versabat animo: anxioque de instantibus curis venit in mentem illius tractus arces, castellaque occupare: antequam maiori Imperialiũ numero firmarentur. Promotis igitur Stetino copijs, exercitus partem, duce Gustavo Horno, ad Damminum urbem expugnandam misit: quæ non procul Stetino in Planæ fluminis litore surgens à quingentis Austriacis tenebatur. Hi ad primum hostilium tormentorum aspectum deditioem cum Suecis ducibus paciscuntur. Ipse Rex cum reliquis copijs Neugartenum castellum mœnibus septum exiguo lacui, quem flumen Hamerbekum valle exceptum efficit, obiacens, subjicit: quod duobus diebus expugnavit: quamquam illud quadringenti Cæsarei tuerentur. Inde, nullo obuiò, omne illud Pomeraniæ spatium, quod Hamerbekum, & Multaum flumina interiacet: victricibus copijs emensus ad extre-

Varia Sueci Regis expeditiones.

nam

nam provinciam maris oram usque cucurrit.

Hornus verò, traiecit Vifurgi, Coblinum, Freimuahtum, Anclanum, & Vehermundum castella muris antiqui operis cincta, stationibus Imperialibus defensa felici conatu ditioni Regis adiecit. Maior illorum militum pars tam propitia Sæcorum fortuna territi sua nomina Regi dederunt. Hic rebellandi furor Cæsareos omnes inuaserat; cum ad hostium castra transeunte fortuna, in eadem bellatores ceteri traherentur; quibus erant ex religionis, sacramentique debito partes Cæsaris defendendæ. Hæc capta oppida ad reliqua subigenda Regi fecere gradum; eodem victoria imperu Honigabergam mœnibus antiquæ structuræ vallatam in deficientis. Pomeraniæ finibus sitam triduo in potestatem redegit.

Alia deinceps oppida cætorum sequuta perfidiam vtrò tradidere se Regi. Gartzio tamen, & Griffenhageneno tutissimis Imperialium perfugijs, in quibus eorum exercitus robur stativa habebat, abstinuit, ne imbecillis adhuc viribus pro belli magnitudine, quod susceperat; vniuersa acie certare cogeretur; quamvis illum Pomeraniæ dynasta, Stetinesesque ciues enixissime precarentur; vt antequam Pomerania discederet, illud, quod aiunt, spiculum ipsorum oculis erueret; quo continuis incurfibus vexabantur. Cæsarei siquidem illum Stetini obsidere decreverant; si diutius ibi focis remorantibus, constitisset; aut in apertos campos ad vniuersam pugnam, insultibus prouocare; quod ille omni studio vitabat; donec, collectis maioribus viribus, firmiter; hostem non pati modò, sed etiam vtrò ad prælium, laceffere potuisset.

Idcirco Cæsarei illuc numeroso agmine confluxerant: vt priusquam magis Regis vires nouis militum incrementis coalescerent; debilem adirentur. Verum Rex elusis eorum consilijs, imposito in Naues exercitu, Studiolum nauigauit; vbi lætissimis populi acclamationibus, hilarique tormentorum boatu exceptus est. Inde ad Galliarum regem, & Cardinalem Richèleum Lenoui comitem, & Semari purpuratum cum litteris misit; quibus flagitabat à Rege, vt iam secum promissum fœdus iniret; difficultatesque à Charnassei dynasta obiectæ supprimerentur; liceretque sibi milites in Gallia conferbere; vt eius pugnacissimæ gentis auxilijs in bellis Austriacis vteretur.

Rex Sæcorum Studiolum nauigauit.

Nonerat enim in illo ingenti bello amicorum præfidijs latera esse firmanda; nec suas vires tantum dubiæ præliorum fortunæ temerè committendas. Quocirca eius quoque cubicularius legatus cum Batavis prolixa, accurataque oratione egit; vt suam Regem ea audentem, quæ quondam illis communicauerat, transmissis auxilijs, iuuarent; suum Regem non Rubiconem, sed Balticum mare trāsire; vt ea sibi pararet; quæ nec literis, nec legationibus ab hostium superbia obtinere potuisset; sperare se in eo maribus obiectisque regionibus antiquam libertatem reducturum: quam penitus tollere Austriarum impotentia conaretur; neque amicorum sibi in gloriosissimis ausis defutura subsidia; pro quorum bono, ac commodo potius.

tiis, quam pro sua utilitate, pugnaret: & quatinquam arma in viciniam
 fletque momentis bellorum fortuna; ac varient suas singulis horis vires;
 sibi tamen in quocumque rerum statu Batavos praesto futuros confidebat;
 qui tantum hostilitatem auctioribus virum res ipsorum promoveret. Proin-
 de communi consilio decernerent de federe cum suo Rege feriendo; suamque
 mentem aperirent.

Non multum à Saecis legatis laboratum est; vt Galliarum, Angliaeque
 Reges, & Batavorum Republicam ad id foedus cum suo incundum Re-
 ge compellerent; iam enim illius victoriarum fama tota Gallia, Anglia ac
 Belgio eorum aures pernegata pulsavit; eratque omnibus tanti, vt Suecus
 armis Impetium affligeret: Anglo; quia Generum, miserisque nepotes pa-
 trijs ditionibus extorres in Vangiones restituere peroptabat; Gallo Regi
 quod sibi in Italia bellanti non erat timendum; ne Germanae legiones Hi-
 spanis Mediolanum subsidio venirent; quae Caesari bellis impedito opus
 erant futurae: Batavis verò iisdem de causis erat oprandum Saecicum o-
 tra Caesarem bellum: vt proprio discrimine laborans nulla in Belgium
 mitteret auxilia.

Rex igitur Anglus quatuor peditum millia in id bellum promissa con-
 ducere festinavit: quae ad Suecum subito properarent: adiecto in eorum
 stipendium ingenti auri pondere: alia sibi de maiora auxilia se daturum
 pollicitus: si suum Generum, ac nepotes potentibus armis suis ditionibus
 reddere voluisset. Gallus autem Rex Charnacei dynastan ad Suecum lega-
 vit: qui non solum illi felicem in Germaniam adventum suum nomine gra-
 tularetur: sed etiam pollicita solueret, quae ante mota arma fecisset.

Post aliquot arcanos congressus pridie idus Ianuarij inter utrosque Re-
 ges foedus conceptum est: cuius summa capita erant: vt Principes Austria-
 cis armis erecti in eorum vrbes, ditionesque restituerentur: vt Rex Gallus
 ad bellum atendi quae deingenta tolerum millia in annum Sueco Regi pen-
 deret. Haec foederis cum Gallo Rege percussio non parua res Saecorum
 crexit: tum ob ingentia pecuniarum subsidia, cum ob insignem estimati-
 onem, & dignitatem quam maximi Regis amicitia, ac societas armis
 Suecicis aserebat. Etenim plerique Germani principes prius dubij, vtram
 partem sequerentur: audito Gallico federe, quasi quodam anticipites ani-
 mos pondere praeuante, in partes Suecicas inclinantur.

Quare ijs maioribus gaudij declarationibus: quibus concepram ani-
 mo laeticiam profiteri solemus: ad percussum cum Gallo Rege foederis nun-
 tium totus Suecus exercitus exultavit. Festi ignes tam in castris, quam in
 sociorum vrbebibus micuerunt: letissimus tormentorum fragor immugit:
 conuiuijs, ac militaribus tripudijs indultum. Eodem tempore, quo gaudia
 feruebant; acceptis à Rege Anglo trecentis tolerum millibus, nuntiatum
 est etiam: duo peditum millia ab eodem Rege conscripta duce Marchione
 Hamithono in Doueri portu idoneam in Pomeraniam nauigandi tempe-
 statem opperiri; nouisque milicum supplementis vndique superuenientibus:

O 2 bus:

Regis An-
 gli sub-
 sidia duo-
 o Regi
 submissa

Fedus
 inter Gal-
 lum Regē
 & Suecū
 praestitū
 var.

Exercitus
 Sueci do-
 eo federe
 laetitia.

bus, & cohortibus, ac legionibus, quas ipsius duces in suis, sociisque provincijs collegerant: crebris etiam Imperialium transfugijs ausus decrevit suis cœptis aspirantem sequi fortunam: atque extra Pomeraniæ tandem fines arma proferre. Lustrato igitur coram Gallo legato exercitu: viginti strenuorum bellatorum millia recensuit: præter præsidia, quæ captâ oppida tuebantur. His viribus firmus antequam maiora aggredere, in Megalopolim mouendû fatias duxit: vt nihil hostile à tergo relinqueret.

Megalopolis de scriptis.

Megalopolitana ditio in Baltici maris litore tota porrigitur: cuius fluctibus à Septentrione pulsatur. Ad Austrum Saxonia finitur: quâ vergit ad orientem, illam excipit Pomerania: ad cadentem solem Albis aquis, & Holsatia clauditur. Maior ipsius latitudo centum sexaginta passuum millia complectitur: circuitus omnis quingenta metitur. Hanc provinciam Vuandali quondam frequentes incoluerunt. Hic etiam Heruli Antonio primo eorum duce, ac Rege, suas sedes habuere: qui Carolo magno, imperante, è Scythia profecti illam provinciam eiecit antiquis incolis, occuparunt. Tota regio feracissima est: pluribus castellis, & aliquot magnis etiam vrbibus frequens: quarum aliquæ suis ducibus parent; quædam liberæ, & immunes illos tantummodo venerantur.

Stetino insidias à perfidijs ciuibus fruntur.

Vix Rege Stetino profecto, Cæsarei quorundam ciuium suæ parti fauentium studijs, auxilijsque freti illam vrbem recuperare tentarunt. Putabant enim Suecum Regem cum non eum animorum ardorem, propensionemque voluntatum, quàm sibi promiserat, ad id bellum, in Germanis principibus reperisset: de Sundio vrbe tantum in sua fide, ac ditione firmanda cogitare: deinde mutato consilio, abiectis cogitationibus belli, in Sueciam iterum reuersurum. Amicis itaque ciuibus promissis ingentibus oneratis significant: eos non alia ratione magis in gratiam Cæsaris redituros: quam si vrbis portam Imperialibus aperirent: si id obsequium Cæsari præstarent, maxima probatæ fidei præmia, dona que recepturos.

Illi spe præmiorû adducti polliciti sunt: se portam patefacturos; quacunque hora Cæsareus exercitus se in conspectum vrbis dedisset: fecissetque in eam impetum. Hoc igitur condicto, ciues, vt insidias aliquo commento iuarent: & Suecorum animos ab eius rei, quam parabant, sensu abducerent: sub arcis Principis mœnibus egere cuniculos: eo consilio, vt ipsis aperientibus portam, iniecto cuniculis igne arcem ab imo euulsam in aerem excuterent: iamque aliquot pyrij pulueris cados in ea subterranea testudine collocarant: cum à circumeuntibus Suecis vigilibus illa depressa scrobe animaduersa: certa coniectura in animum induxeruat: insidias aliquas à proditoribus strui: proinde acuratius à dolis cauendum, diligentiusque excubandum pro communi salute decernunt.

Constituta igitur die decimasexta kal. Octobris, Cæsarei educto Garzio exercitu in conspectum Stetinsium venerunt. Sueci, qui in hostium conatus intenti erupturas in apertum insidias solliciti expectabant: ex vrbe magno agmine egressi hostem audacter inuadunt: relicto ad portæ culto-

custodiam præualido suorum præsidio ; vt si qui orirentur infensorum ciuium perfidia tumultus, seditionesque, comprimerent. Duas horas pari virtute ab vtrisque pugnatum. Sed cum nihil in vrbe moueri, nec portam aperiri Cæsarei conspexissent ; cantato receptu, Garzium iterum redierunt. Hornus Suecici agminis ductor, vt inferior numero vterius non insitit recedentibus ; immo sua fortuna lætus, quòd iam ad hostes propendente victoria, inconsultò prælium Cæsarei diremissent ; suos continuit, atque in vrbem, re prosperè gesta, regressus est.

*Pugna in
ter Cæsareos,
et
Suecos.*

*Insidia in
vrbem.*

Coniurati idcirco nihil mouere ciues, quòd ingenti Suecorum ad portam custodiam agmine collocato, ne inutile, perniciosumque indicium sue perfidiæ præberent ; aliorum ciuium exemplum sequuti, arreptis armis ad mœnia tuenda volarunt. Mille, & quingenti ex vtraque parte eo certamine milites periere ; sed longè plures ex Suecis : quorum duo duces, & earum cohortium chiliarchus Garzium captiuum abducti. Dux alter vsq; ad extremum spiritum dimicauit adeò strenuè ; vt ne cohors quidem conglobata illum fortissimè pugnantem capere potuerit : sed equo suffossio, deficientibus præ lassitudine viribus, oppressus magis, quàm victus hostium multitudini cessit ; obstinatus mori potius, quam in hostium captiuum potestatem venire.

*Ducis
Sueci vir
tus inder-
mita.*

Rex, vt in Megalopolitanam ditionem sibi aditum aperiret ; Octobri mense ineunte Sundio profectus Damgarthum à suis copijs iussit inuadi ; quatuorque diebus expugnato, suorum militum manibus, qui Pasbaldi ceciderant, hostium sanguine parentauit ; egregiè vltus eorum necem ; alios enim in caput è sublimi præcipites dedit ; alios tunica molesta puniuit ; quosdam ferro obrincauit. Inde Ribnitzium processit, in quo par ciuium, ac militum edita strages est ; quòd plurimis Suecis in scalarum ascensu peremptis, ceteros sapius cum ingenti cæde de mœnium lorica deturbassent. Aliquos tamen nobiliores Duces serauit incolumes : vt pretium redemptionis acciperet. Sic ira cessit auaritia, & vltionis dulcedinem cupiditas vicit. Ribnitzio superato Regi in Megalopolim aditus patuit ; nullo iam hoste vterius properantem remorante.

*Regis
Sueci in
Cæsareos
sanctia.*

*Rex Sue-
cus in Me-
galopolim
sibi aditum
pandis.*

Dux Sabellus, qui illic Cæsareis gentibus imperabat ; vt fortis Romanus decreuit Regi ad ferendas cum ipso manus occurrere. Verum vt ab omni iniuria terga tuta firmaret : de dubia Rostochij vrbis fidè sollicitus Hoffchirchenum legatum chiliarchum cum mille equitibus misit ; qui per transitus speciem illi vrbis præsidium imponeret. Ille à Rostochiensibus postulauit : vt sibi cum sua equitum alq; per eam vrbe transire liceret. Quod ab incautis ciuibus inconsultò concessum est, ea lege tamen, vt turmatim transiret.

*Sabellus
Ducis
armis.*

Prima equitum turma in vrbe admissa substitit in foro emendarum rerum titulum suo dolo prætendens : portarum custodes illam vrbe excessisse rati, alteram turmam in vrbe accipiunt ; quæ simul ac intra limina scilicet : euaginatæ gladijs, vim custodibus affert ; nec mora, manus, cruent-

*Refectis
vobis & Ca
saris inf
dijs occu
pant.*

tinque quàm pro numero certamen editur. Sed prima turba audito in foro pugnantium fremitu, sicuti conditum erat, ad eandem portam effuso cursu conuolans propulsis, vel caesis custodibus, reliquum sociorum agmen in urbem patentibus portis admittit. Ciues fraude circumuenti, veteranorumque equitum virtute oppressi exarmare se se, telaque omnia in publicum armamentarium conferre compulsi quieuerunt. Exuto armis populo frana omnia violenti martis iniecta. Statura militibus danda, alendæ cohortes, hospitantæ equitum turmæ, abijcienda Regi Suecorum studendi consilia; quæ diu tacitis versabant animis ciues.

*Cæsari
Sabello
auxilia
submi
tant.*

Cæsarei interea cum Regem Megalopolis expeditionem agitare sensissent; eoque ducere copias, chiliarchum Butlerum, Aydonem, Granzæque Marchionem cum electissima duorum peditem millium, & quingentorum, & mille, sexcentorum equitum manu ad ducem Sabellum miserunt: quibus militum supplementis animosior, & firmior in hostis conspectum promotus exercitu, castra in eius oculis posuit pugnaturus, si Rex dinicandi faceret potestatem. Verum Rex gradum continuit; cum & Rostochij potiendi spes esset abrupta; & in vniuersæ pugnæ discrimen remittere vereretur.

*Repsit
vobis
vobis
vobis.*

Rostochij repentinis insidijs à Cæsareis intercepti fama vulgata, eorumque virum incrementa, promotæque ita prope suum exercitum copiarum angebant maximè Regem Megalopolim libero aditu ingredi; ibique belli sedem figere peroptantem. Vterius enim progredi prohibitus, non poterat Cattorum Landgrauio vicinijs accedere; quem ad Suecici belli famam in suas partes descendisse, sibi que fortunas, ditiones, vitamque ipsam deuouisse; atque octo peditem millia in id bellum conduxisse didicerat. Cupiebat insuper alias sibi eius prouinciæ liberas ciuitates adiungere; cum incolis frequentissimæ, mercibus, auro, argentoque locupletes sua consilia, conatusque opibus, ac militum subsidijs poterant promouere, præsertim cum plurimi protestantium principes ab Imperialium ira in eas veluti in securum receptum profugissent; qui in nulla re libentius, quàm in eo contra Austriacos bello pro Religionis libertate, patriæque salute, pro qua nihil sanctius, aut honestius expenditur; profuchissent. Addebat in super magno vsui futurum Megalopolim intra Pomeraniæ viscera penetrare; sinuque suo quasi Brandeburgi Electoris ditionem amplecti; quo illa securior, firmiorque reddebat, & Elector Sueciæ Regis vicinis frementibus armis, à Cæsare desciscendi occasionem captaturus erat: quod iam diu agitare ille animo videbatur; sed Imperialium armorum terrore ad illam diem prohibitus distulisset.

*Sueci
vobis
vobis.*

*Cæsari
vobis
vobis
vobis.*

Mouebat præcipuè Regem eius nominis ducum consanguineorum suorum calamitas: quorum ditio priuato equiti Valtiano, id omnibus Germaniæ principibus indignè ferentibus, exactis natiuis dynastis, esset ad dicta. Suis tamen cupiditatibus imperans non vterius procedendum ratus Ribnitzium progreditur; ibique validis militum stationibus collo-

catis,

caris, inæctisque commeatibus, & ingenti rerum ad muralium tormentorum usum modo, sicuti, etiam Damgardi, ut opportunis maxime ad inendam Megalopolim locis, Bannerium cum quatuor pedum millibus, & equitibus octingentis ad earum urbium presidium reliquit; misso Amburgum Saxeni duce, ut in illis partibus militibus festinato conductis, eius tractus arces muniret; quo expeditionibus viribus Cattorum Landgransio succurrere posset; quotiescunque Rappenhaimins illum invaderet; qui Brunsvici petendi specie in eum conuersus belli impetum videbatur. Ipse cum reliquis copijs Sundium rediit.

Nulla tamen maior illum anxium, ac sollicitum cura urgebat; quam quod Griffenhagenam, & Garzium Cæsareis adhuc presidijs in Pomerania visceribus tenerentur. Itaque eam omnino expeditionem conficiendam putavit; ut & a locijs eam incurstantium identidem imperialium molestiam auerteret; & sibi ad alia properanti, molientique grauiora nihil intercederent.

Rex Suedicus expeditionem in Pomerania gessit.

Sundio itaque quarto idus Nouëbris cum exercitu prodijt; qui duodecim pedum, sex equitum millibus constabat; septuaginta muralia tormenta secum trahens die nascenti Domino Sacro altissima hyeme oppido Griffenhageneno in ultimis Pomeraniae finibus in Visurgis litore sito, truniteoque opere, & loci ingenio copias admouit: atque nocte concubia, profundo tenebrarum silentio, confinis opportunis in locis tormentis, productisque loracis, dilucescente Aurora, menia pilarum iactibus cepit incessere. Dena saltem tormenta simul; interdum etiam quindena explodebantur; quamuis etiam presidarij vicissim in Suecos sua tormenta emitterent; atque animose è propugnaculis in hostes missilia torquerent: adeo tamen horribilis ab obsidentibus tormentorum fuit excussa procella; ut exiguo tempore globorum crebris impulsibus conuentibus turribus, perforatisque munimentis, ac muro proficillo, qui inter utraque prominentia propugnacula in longum recta procurrit. (cortinam recentis militiæ voce bellici architecti appellant) adeo ruz patuerunt; ut bina planstra capere potuissent.

Griffenagensis oppugnat.

Oppugnationis impetus.

Copiarum igitur promptissimi quique ad strata menia invadenda ingenti alacritate profilmat; quos non minori audacia Cæsarei contis, hastis, ensibus, flammis, immoto fixo in ruinis gradu repellunt. Pugnatur utrinque summo animorum ardore, & corporum robore. Aderat ipse Rex virtutis cuiusque spectator, & telis, & castigato inertie. Pulchrum quilibet ducebat in sui Regis oculis mori. Lymphatis simul in media certaminis pericula proruebant. Aequali constantia, atque virtute Cæsarei Suecos retro propellant; repugnantque valenter violentissima impressio. Post duarum tandem horarum obstinatissimam pugnam, Cæsarei deficiente lorica, disiectoque vallo, quod ex trabibus intextis, culcitris, aliisque tormentis sex, & viginti tormentorum obuia quæque ræntium iactibus obicerant; cum non amplius se tutos intra illa mugimenta putarent; in inter-

Suecorum ferocia.

riorem aggerē tumultuario opere, sc̄uēte pugna, intra pomerium perdu-
ctū se receperūt. Nec mora Sueci desertum à Cēsareis occupant aggerem;
repentēque in illum tribus tormentis adductis, obiectum interioris recep-
tus munimentum diuerberant; quod ad ingruentem vsque noctem Cēsa-
rei egregiē tutati sunt: qui cū ab occupata menīū lorica hostem deturba-
re se posse diffiderent; clanculum noctis silentio oppidum deserere statue-
runt; ne, iterato vehementiūs à Suecis impetu, capto, in hostilis irā arbi-
trium venirent; seque feliciori Cēsaris fortunæ seruarent.

*Cæsareo-
rum fuga.*

*Fernan-
di Capua-
no equitis
virtuti.*

Effudere se igitur ex subsidij porta secunda noctis vigilia; sed non adeo
tacito agmine; vt Suecorum vigiles fefellerint, in vicinis stationibus excu-
bantes. Quare ad arma clamatum in vniuersis castris est: equitatusque su-
bito instratis, frenatisque equis effuso cursu insilitere fugientibus; quorum
plurimis interemptis, nobiliores fecere captiuos: inter quos Fernandum à
Capua Neapolitanum equitem præsidij præfectum; qui in ea propugna-
tione nihil ab auita maiorum virtute degener, consilio, imperio, manu
promptus miranda fecit inuictæ virtutis exempla; pugnavitque ad extre-
mum corporis animique vigorem; potius ne caperetur, quam viueret. Sed
pluribus vulneribus acceptis, effluente sanguine, viribus defectus Steti-
num captiuus abducitur; vbi breui gloriosum spiritum efflauit. Griffen-
hageni expugnatio valde impetralium animos perculit; quod tota prorsus
Pomerania excluderentur; & eius oppidi ruina Garzium quoque inuolue-
ret; quod non adeo firmis munimentis septum difficile contra victorem
exercitum poterat propugnari; præter id, quod Stetinensis præsidij assiduis
incurfibus habebatur infestum.

*Sciambur-
gus Tor-
quato sus-
piciatur.*

Torquato de Comitibus in copiarum Cēsarianarum imperio Comes
Annibal Sciamburgus à Tillio suffectus fuerat: quod ille valetudine tenta-
tus missionē postulasset. Hic Griffenhageni expugnatione audita; statim
totius Suecici belli molem incubituram Garzio præfagiens, cum is sibi
militum numerus non suppeteret; qui propugnaculum extra menia exci-
tatum tueri posset; inito cum ceteris cohortium ducibus consilio, illud de-
molitus est; exustoque ponte, qui in urbem ferebat; se ad defendendam ar-
cem parauit.

*Cæsaris
deserunt
oppidum.*

Baudius ad speculandum propugnaculum cum paucis militibus ade-
quitans cum à Cēsareis in arcem receptis desertum, & ex magna parte
dirutum cognouisset: munitis in eo subito castris, tormenta disposuit. Ac-
ciuerat sanē socios ex vicinis stationibus Comes; sed hostium celeritate
præuentus, omni præsepto aditu, eos cogere non potuit. Rex cognita ho-
stium difficultate, iussit quàm maximo impetu tormentis oppidum ver-
berari. Comes desperata propugnacione, cum nec satis firma munimenta,
nec validus militum numerus foret; tormentis flumine obrutis, quod ad
illa abducenda equi deessent; effusoque quidquid vini, ceruisiæque in cel-
lis erat: ac tormentario puluere flammis absumpto; iniectis in tecta ignibus,
copiarum parte Lanspergam missa, ipse Francofordiam se recepit. Rege
ferò

serò Imperialium fugâ animaduersa, expedito in fugientes equitatu, trecenta impedimentorum plaustra interceptit: carpsitque aliquantum extremum agmen. Se se agrestes regijs adiunxerant; palantesque Cæsareos venabantur; qui lento gradu Lanspergam ceteros sequebantur.

Rex duabus urbibus, quarum difficillimam fore expugnationem putabat; felici armorum suorum conatu potitus, in spem fortunæ melioris erectus, ad maiora censuit progrediendum. Idcirco adhibitis operis, reparatis menium ruinis, Gartzij valido præsidio relicto, ad expugnandam Lanspergam exercitum duxit. Sed ibi Gratzio comite cum firmo bellatorum agmine curante, illa expeditione in aliud tempus opportunius reiecta, retrò, nihil tentata oppugnatione reuertitur. Recipiente se Rege nouem Liburnorum equitum turmæ in Hemelstati agrum in festo agmine excurrerunt, damnaque maxima, quocumque ille se inmanis immiserat turbo, illis populis intulerunt. Qua Liburnorum feritate Rex ira fremens iurata ultione, nouem militum millia ad obsidendum illum aditum misit: quo socias, amicasque vrbes ab illis Liburnorum excursibus tueretur. Cæterum ipse cum martis ardorem multæ cadentes cælo niues extinguerent; primo quoque tempore validius reparaturus bellum in hyberna concessit.

Rex Suecus ad Lanspergâ oppugnandâ contudit.

Gratzius obsidionis discrimine secûda fortuna defunctus iam prudentior, ac cautior, maiora militum, commeatuumque subsidia à Sciamburgog missis literis, postulauit. Hic Tillium de statu rerum edocuit, flagitauitque, *ut aut miseret auxilia, aut ipse cum reliquis copijs subsidio veniret; propè adesse Regem numero militum potentiolem, prosperisque rerum suarum euentis ferocientem se verò esse infirmioribus viribus, quàm ut possit* *Ab oppugnatione Lanspergâ discedit.* *Gratzij sollicitudo de urbe tuenda.* *Sueco regi resistere; magnaue insuper commeatuum, reique tormentaria caritate laborare; milites numero paucos cum octo peditum, & quatuor equitum millia non excederent; frigore enectos, & fame consumptos, sibi tantum esse duo mediocria muralia tormenta, octo campestria, & duas columbrinas: verum ad illa trahenda equos deesse; Denique omnem circum agrum solitudinem factum ab incolis: qui in munitiora loca cum rerum charissimis, & annona confugerant. Querebatur insuper se nequicquam promissum trium legionum militum subsidium expectasse.*

Histrepidis nuntijs non exigua Tillio cura incescit; ne imbecillitate suorum illa maximi momenti oppida amitterentur: & ne frequentibus Imperialium ad Suecum transfugijs ob non soluta stipendia paulatim ad hostem copiæ diffunderent: Francofordiam statuit ipse migrare, vt tot incommodis prouideret: & an illa vera essent è propinquo ipse perspiceret: & quod magis illum angebat, ne Rex Francofordiam minus valido præsidio munitam non adhuc auxiliaribus copijs in urbem inductis, clauderet obsidio: cuius illum sciebat expugnatione cupido animo destinare quòd cam adeptus non solum in totius Pomeraniæ se possessione firmaret: sed etiam, quod magni referebat, sibi in Saxoniam, Brandenburgiq; ditionem, in Quados, & Luititios omnes præcipuas Germaniæ prouincias, ad eius alen-

Tillij motus.

alacrum exercitum comœtatibus affluentes adiutum parciaceret: si-
nonque statuis militum infesta iam oppida liberaret: vt redemptibus mer-
cibus negotijs, & agrorum cultura reflantia, possent sibi annua vestigalia,
atque alimenta sufficere; eorumque auxilijs facile posset Imperij terris,
Vallatimque ditionibus arma inferre: quarum incolæ quamvis feroces, ac
bellicosi, eiusdem religionis auspicijs sequantur erant.

Tillius
Francofor-
diam mu-
grat.

Succorū
receptus,
& fuga.

Enocatis igitur ex Magdeburgensi agro, atque oppidis copijs, citato
agmine Francofordiam contendit: ibi tribus peditum, & vna equitum le-
gione ad vrbs præsidium collocata, vetustate fatifcentia munimenta re-
stituit, nonasque extra urbem loricas, atque propugnacula excitauit. Da-
tisque mandatis, quæ ad urbem tuendam, retinendamque pertinebant;
Scizburgi copijs suo agmine iuncto, totum exercitum in vicinis cam-
pis in aciem instructum lustrauit. Quatuor, & triginta militum millia cen-
ta sunt. Bina stipendia militi ad mensis ad Lanspergam iter edixit; non
tam vt Suecos ab illius vicinia detraheret, quam vt illud oppidum in fide
Cæsaris confirmaret. Sueci tamen properantis ad se Tillij allato rumore,
non ausi expectare venientem, collectis subito vasīs, reflexisque signis sese
Regis copijs ad Kustrinum arcem castra habentis imminensque flumini
propugnaculum extruētis iunxerunt Kustrinum Vîsburgis fluminis litori
adiacet in Marchiæ nouæ visceribus non longè ab Vuartha, quod in vicino
dominans agro, illorum duorum fluminum transitus tenet arbitrium.

Tillius
Magde-
burgum
redijt.

Francofordia, & Lansperga non tam validioribus præsidijs, quam tutio-
ribus propugnaculis, nihil morante hoste, firmatis, redijt illæ Cæsareis a-
nimorum vigor, qui ob assiduas Succorum victorias penitus elanguerat.
Non tamen Tillius occupata à Sueco oppida recuperanda putauit, cum &
firmissimis hostium stationibus tenerentur: vicinæq; Regis copix animam
facerent, ed proculdubio aduolaturæ, quò suorum periculum, ac necessi-
tatis euocaret. Præter id quòd, deuastatis circum agris, comœtatuum ino-
piam passurus erat exercitus; nec ad continuanda diutius obsidia, omni-
bus circum infestis alimenta miles habiturus. In prima igitur ad Magde-
burgum statim redijt.

Rex Sue-
cus Neu-
brâdebur-
go succo-
dit.

Rex pariter sua spe frustratus, vbi de Francofordia occupanda cogitata
enauitile conspexit, cum diuturnior in illo agro mora se ad maiora va-
dentem interpellaret: cæterisque rebus esset maximè noxia: statuit aliquot
oppida in Pomeraniæ finibus à Cæsareis adhuc defensa subigere. Mega-
lôpolim igitur cum exercitu regressus est; vt aut Tillium à Magdeburgi
expeditione deduceret; aut ipso pertinaciùs suis destinatis hærente, via-
rum angustijs maximi momenti potiretur, quibus à Pomerania Imperia-
lium arma prorsus arceret: & vicinis populis sui nominis terrorem affer-
ret. Neubrandeburgo igitur copijs admotis, Imperiali præsidio ex quin-
que peditum cohortibus, & tribus Liburnorum equitum turmis constanti,
vt sibi urbem dederent, imperauit. Illi cum vrbs turribus tantum per longa
interualla dispositis, & mœnibus absque telluris aggeribus, & lorici, emi-
nenti-

uentibus antiquo more pinnis cingeretur; illam pacatione Regi dediderunt.

Cessit item Regi exortium mananti Loitzium in Pomerania ^{confinis} Urbe pub-
tur. qua Megalopolim spectat in Penei fluminis litore; quod post ducentos muralium tormentorum ictus ad pacationes descendit. Ibi duas dies subsistit Rex; ut aliquid de Catholicorum consilijs cognosceret. Quo tempore Melchiorum etiam exiguum oppidum fossa, & antiquis muribus septum eisdem, sed novis ad recentem bellandi usum in munitis, & propugnaculis circum vadione vallatum, & valido presidio tutum cum ducis auxilio in Regis potestatem venit. Ille enim noctu exortatis circa castrum frequentibus ignibus, totius praesentis exercitus fecerat speciem; tanta tamen trecenti milites adessent; & una equorum turma; nec ceperat omnibus, excidioque innotescere, ni protinus in Regis ditionem, potestatemque venirent; terram tam secura demundatione praesidium, absente praefecto, oppidum dedit.

Rex Loitzio egressus ad Demminum munitissimum oppidum; & ingentis ad bellam commodi, omnibus rebus ad urbem tuendam refectissimum in Penei litore structum Megalopolim versus in Pomerania finibus, mediam inter utraque prouincias copias adduxit. In cuius propugnatione oppidi Tilius maximam rerum suarum spem felicitatis collocauerat. Quis si, ut ipse sibi persuaserat, & forti duci non difficile fuisset; Regem oppugnantem, pendenteque in obsidione tantisper distinuisset; nachas ipse ex temporis mora cogendi maioris bellatorum numeri occasionem Regem ad vniuersam certaminis fortunam, praesidiumque trahere potuisset, a quo reuera penitus summa pendebat.

Rex, directis loriceis, proiectaque ante frontem tellure, ne ab oppido tormentorum ictibus pereretur, prope moenia successit; ac tribus in locis surgentibus ad urbis despectum terrae tumulis, muralibus tormentis colluctatis, ingentes ferreos globos in munimenta conuertit. Arcis praesidiarij Arcis praesidiarij
quidam
frustrati ad horribilem illam tormentorum procellam animis conciderunt; spiritisque Sabelli ducis mandatis, ac suasionibus, sacramenti religionem aspernante timore; quamuis tandem Suecorum impetum possent sustinere; donec subsidium sibi laborantibus mitteretur: arcis propugnatione, ac ducis imperijs detrectatis (Nihil enim ibi potest autoritas ducis, ubi militum animis imperat timor,) Sabellum coegerunt, ut honestis conditionibus dederet arcem: praesertim cum tormentorum ictuum nunquam intermissa frequentia non munimenta solum, sed etiam urbis aetate prostrasset; & ciues territi, ac domorum cadentium ruinis obnuerant; magis cuperent dedito oppido, tormentorum cessare violentiam, quam in stolidè, obstinateque repugnando, auita domicilia solo aequata conspiciere. Itaque Sabellus, hinc militum ignavia vigente; illinc civium impellente terrore, scriptis deditionis legibus, Regi tradidit urbem. Huius deditio oppidi ad 20 Tilium pupugit; ac impotens ita quam ex ardenti ore efflabat, Sabellum bellum

bellum acerrimis verbis acceptum, ignavia ac inertia acerbissime castigavit; iusseritque quamprimum castris excedere, atque Viennam pergere; ut apud Cæsarem hoc ignaviae piaculum, labemque turpissimi metus elueret. Sic æternam, ac indelebilem notam infamiae contrahunt ij duces; qui se regi aliorum timore, agique ignavia permittunt; nec seuerum in milites imperium exercent.

*Filij ira
ob deditam
arcem.*

Egerime ferebat Tillius decem, & septem veteranorum militum cohortes probatae virtutis, tot prælijs exercitas ita turpiter, ac ignave, nullo edito suarum virium experimento, munitissimum oppidum belli armamentarium hostibus dedidisse. Quare ira frendens, ut aliorum inertia acceptum incommodum alicuius alterius urbis expugnatione pensaret, ad Neubrandenburgum oppugnandum copias viginti bellatorum millibus validas movit: factoque statim in urbem violentissimo impetu, superatis munimentis, propugnatoribusque deiectis, intra pomerium irrupit. Nulli pepercit ira victoris, in omnem ætatem, & sexum ferro grassata est; quod Regi ita se turpiter dedidissent.

*Tillius
Neubran-
denburgum
expugnat.*

Eandem cladem tulit Faldisbergum; cuius praefidarij, quod non ita citò suo minaci imperio miseri paruisent: recusatis ab ipso deditiois legibus, furenti dato in mœnia impetu, capta vrbe maior Suecorum pars obtuncata est, quod nunquam factum fuerat à Tillio facili, mitique ingenio duce; qui in victorijs non poterat non in subactos uti clementia; & aliorum calamitatum, malorumque misereri. Sed nihil acerbius sævit irritata clementia, patientiaque lacessita fit furor. Multoties à Protestantibus fuerant Catholici pessimè habitis: cum eos Catholici insigni moderatione victoriae nihil prospera insolescentes fortuna benè sæpius victos accepissent. Idcirco Tillius eadem illis remensus ostendit: non esse iniurijs prouocandam clementiam, quæ insolenter offensa in sui ipsius irata ultionem exardet, ira qualibet perniciosior.

*Faldis-
bergum im-
petu capi-
tur à Til-
liam.*

*Causa Til-
lij saui-
tatis.*

Harum excidio urbium Demmini illatum Cæsaris damnum egregie virtus sibi videbatur, cum tristis amissi Colbergæ propter comitatum caritatem nuntius omnem victoriarum lætitiâ corruptit; turbavitque animos iam in felicitum euentuum spem, expectationemque surgentes. Hoc oppidum maximi rebus Cæsaris commodi Baltici maris impostum litore, quod Suecicis classibus tenebatur: satis erat ad retinendum aliquod illius maris Imperium: Nunc verò à Suecis obtentum non solum Cæsareos de illo iure deiecerat: sed etiam ibi hostes ita hæsurî erant, ut, quamvis prospera fortuna arma Catholica secundasset: appareret tamen maximæ fore difficultatis eos ab ea vrbe depellere; cum liber à mari in illam futurus esset subsidijs, & comitatibus aditus, qua parte, quaqua versum hostili classe currenre, non poterat obsideri.

*Tillius
Magde-
burgi ex-
pedicari
parat.*

Tillius, ut victoriarum gloria claresceret magis: Magdeburgi expeditionem destinavit, quæ quò difficilior, eò maior, illo domito, gloria futura erat: compressurusque Protestantium audaciam, atque assiduos in Cæsareas

reas

reas terras hostium incurfus frenaturus videbatur; qui ex eo tutissimo receptu impune in subiectis Imperatori regionibus late grassabantur. Præterquam quod, hoc oppido capto, armorum dignitate, & existimatione retenta, intercedebatur vastis Regis optatis: qui sibi totam Germaniam vetricalem se facturum sperabat; & quod magis intererat; hac vrbe belli fede constituta, commodior Cæsareis futurus erat in omnes prouincias vsquequaque discursus; cum in medijs Germaniæ prouincijs miranda structura confurgeret; & Principes Protestantes, qui contra Cæsarem turbida consilia coquebant; & quadam animorum propensione in Regis partes eorundem sacrorum ferebantur, nutabantque in Cæsaris fide; vel non ita aperte Regi fauissent; vel à Cæsare, hoc obiecto terrore, deficere timuissent.

Motis igitur Tillius castris, paucis diebus in conspectu Magdeburgi tendit. Ibi admonitus in Albis litore quatuor passuum millia procul ab vrbe propugnaculum ab hostibus conditum esse ad illius fluminis navigationis imperium; vt venturis subsidijs facilius aditus, ac transitus foret; quæ ab Electore Saxonie missum iri sperabant; cuius magis referri sciebant, Cæsareos à Magdeburgi possessione excludi; submissurusque obsessis protinus auxilia videbatur; ne ea vrbe Austriaci potirentur: vt vtrumque mutuis auxilijs, ac comitatibus intercluderet; aliquot militum legiones medias inter urbem, & propugnaculum tendere iussit; quarum stationibus vrbs omni subsidio prohibita diuturniorem obsidionem pati non poterat.

*Tillij seu
libre con-
silijs.*

Quod consilium feliciter sperato euentum habuit. Præfectus siquidem propugnaculi rei bellicæ prorsus imperitus, ac rudis vicinorum terrore armorum adeo animum despondit: vt nihil contra Cæsareos ausus propugnaculum turpiter Tillio tradiderit. Crebra sanè principum detrimenta, qui suis gratiosis inertibus, quos non spectata virtus, sed aut mobilitas, aut opes, aut aliorum suffragatio commendat: potiora belli munia obeunda committunt: proinde ac si vestis auro distincta, vel forma, aut proceritas corporis, aut splendor militaris disciplinæ, bellicæque artis scientem facerent: & non magis assiduus bellandi vsus, armorum exercitatio, ac stringendis ensibus duratæ manus.

*Principum
error.*

Hoc propugnaculo superato, Catholici ad Presterum inuadendum numerosa militum statione defensim processerunt. Verum ciues veriti, ne inter niënia, illudque munimentum Cæsarei castra locarent: & primo simile paterentur incommodum: omnes cohortes in Zollum propugnaculum, eo deserto, deducunt; ibique quàm tutissimo possunt erecto vallo, se muniant.

*Catholici
ad oppugnandum
Presterum
pergunt.*

Interea vtrinque assidujs velitationibus certabatur; quarum vna quinquaginta Liburni equites in insidias prolapsi affiliëtibus vndiq; ex improviso hostibus, perierunt: quæ Liburni vt obsessis cladè reponerent; Vuanslebenum castrum aggressi, deiecis propugnatoribus, occuparunt; sed ab accurrentibus magno numero ciuibus recepto iterum castro, penè omnes inter-

*Liburnorum
equitum
castrum
occidit.*

fecti

fecti Liburni fuere. Mox etiam orta inter ducentos Magdeburgenses, & quinquaginta Casareos equites pugna, diu se mutuis vulneribus conciderunt; sed tandem Magdeburgensibus, ut nosces superioribus, acris inferentibus gradum, Casarei terga verterunt; urgentibus pond' effuso cursu hostibus, ingens Imperialium agmen tempore superuenit: qui repente, mutata belli fortuna, Magdeburgenses in Ottersleben magno impetu compulerunt, duo equitum milia sequuta fugientes: qui desiliences in pedes strato succedunt, atque impigre ad superiora emitti conantur: sed à civibus cum octoginta equitum, & quinquaginta peditum eade repulsi in castra redierunt. Verum hæc Magdeburgensium brevis admodum lætitia fuit; Vuerstebenum siquidem se dedere compulsum est: subsidiaque ab Holchi chiliarchi cohortibus missa post diuturnum, pertinaxque certamen, victa, caesaque sunt.

¹ Casarei
Calba op.
pugnans.

Quarto nonas Octobris Casarei, ut vadique arctius premerent urbem; Calbam septingentis, & quinquaginta Magdeburgensibus defensionem magno agmine oppugnatum festinant. Sapius ab ijs dati in moenia impetus; sapius etiam cum strage repulsi: sed cum tandem per aditum nullo vigili custoditum, nec à civibus animaduersum Casarei in oppidum penetrassent, in omnes civium ordines fonda caede bacchati sunt. Nihil tamen vel cuium nece, vel hostium furore territi præsidiazij conglobant sese, & cum cetera, missilia que defecissent, a grege teli genere, rem lapidum iactibus gerunt: sed contempto saxorum nimbo, Casareis se se hosti acrius inuehentibus, gradum primo retulere Magdeburgenses: deinde in fugam versi sese per aduersam portam effudere: paucis tamè fuga consului, cum Liburnorum velocitas equitum assequuta fugientes in fluminis ² Salasi transitu obtulerant, ac ceperit.

Salas.

Calba
uertitur à
Casareis
scuti etiã
Vuerstebeni

Castellum deinde ab imo subuersum à Casareis est. Eadem clade Vuerstebenum castrum absumptum: quod centum Magdeburgenses tuebantur, et il ad terribilem Imperialium armorum conspectum deditonem subito pæiscentur: sed cum octoginta militum subsidium inter scribendas deditonis condiciones superuenissent: violata repente fide, ictum penè foedus abruptum. Casarei Magdeburgensium irati perfidia acrius instant, ferocissimòque dato in moenia impetu, Castellum expugnant: triginta hostibus caesis, reliquam vulgus captiuum abducunt: quinquaginta, qui fuga ex Imperialium manibus euaserant, nandi imperiti Salasi fluminis vndis præfocati allo fati genere consumpti sunt.

Infelis
Magde.
burgensium
fortuna.

Sic Magdeburgensium res in peius ruebant: quibus et si quandoq; fortuna aspirare videretur: maiori tamen illis detrimento vnus militis erat interitus; quam si viginti ex Casareis periissent; cum cadentium, captiuorumque numerum nullo militum supplemento sarcire possent. Consultius igitur civibus visum ex omnibus vicinis arcibus propius urbem milites euocare: ne in tot locorum præsijs copia dimisa ad resistendum fierent debiliores; & cor tantum, desertis membris, omnibus in vnum collectis viribus,

ribus, tueri. In colle igitur, cui Monasterio nomen, propugnaculum instituant excitare: ut inde in Imperialium castra è sublimi missilia tonquerent.

Interim Casareis nullo amplius propugnaculo prædicente, propius urbis moenia munimenta producant: præsertim Pappenheimius Magdeburgensibus Vuolbungum eripuit; quod paucis ante diebus Administrator, cœctis fœderatis Catholicis, occupauerat. Clausis igitur intra mœnium septa Magdeburgensibus, militum habitus census, duo moschettariorum peditum elektorum millia, & equites ducenti alacris, promptæque iuuentutis lustrati sunt. Iugens commœtatum, rerumque bellicarum vs animinum addebat oblectis. Sed cum se impares hostium multitudini, nec tam exiguum propugnantium numerum ad tolerandum obsidium satis esse putarent; Chiliarcho Broccho literis imperarunt; ut quam maximum posset militum numerum in Mansfeldiana ditione conscriptum ad urbem adduceret; ante quam profus ab hostibus aditus sepirentur; strictiorique obsidione arctarentur.

Magdeburgenses intra urbem clauduntur.

Ille igitur, ut iussa magistratus impletet; duo militum millia, ex quibus octingentos equites, & aliquot muralibus tormentis Querfurto extractis, Halam tendere iussit. Sed antequam urbi appropinquaret; cum probè nosset civium animos Casareis ob superiorum offensarum memoriam infensos, misso ad optimates civitatis nuntio, docuit; se non inde procul abesse, suaque auxilia polliceri; si memorabili vitione de Imperialium iniurijs, impotentique tyrannide penas sumere voluissent; se manum ad id operis brachium, ac ferrum porrecturum. Ad præsentis ducis nuntium, promissaque auxilia rocrudit præteritorum odiorum acerbitas; quæ superiorum iniuriarum memoriam refricuit. Ambabus igitur manibus amplexi sui vlciscendi occasionem; unanimis Brocchi oblationibus assenserunt; Non temerè tamen itam est vltimam iniurias sed prius de amicorum munere certiores fieri voluerunt; & eo cognito postea de rei gerendæ ratione consulere; circa quam non exigua difficultates offerebantur.

Magdeburgensium subsidia.

Hala Casares insidias struunt.

Nam Chiliarchum in urbem admittere, erat periculi, negotique plerumque consternari ad arma, antequam auxiliares cohortes adessent; propè perniciosum; ne hostilia conati ciues, in ipso operis conatu destituti deprehenderentur. Socios igitur inter vineta propè urbem in insidijs collocandos, alios singulos per summam simulationem tacitè in urbem admittendos optimum facti putant. Ipsi interim omnia sollicitè parant; quæ ad rem benè gerendam pertinerent. Chiliarchus nocte illi ad Salasum flumen accessit; sexcentosque profando cum silentio trajicere iussit; qui per quandam urbis angulum minus à Casareis observatum in urbem irrepunt, adeo tacito agmine, ut ne vicini quidem adhaerent. Reliquum Brocchi agmen iam purpurascente Aurora, eodem amne transmissio, per ignota viarum compendia urbi succedunt; atque inter vineta totæ consistunt propè portam; quæ ducit ad flumen.

Insidiarum difficultas.

Primo

*Hala ca-
pitur à
Suois
Cæsaris
insidijs
excepti
obtrun-
cantur.*

Primo mane incanti, imprudentesque Cæsarei de more portam aper-
riunt: irruunt repente Brocchiani; portæque præ sidio de statione depul-
so, occupant limen: & ad conditum symbolum ceteri ex insidijs exilien-
tes ad portam vndique conuolant: ingressique urbem Cæsareos attonitos,
cum nec in ordines ire, nec arma sumere inter trepidationem temporis
angustiae sinerent, magna cæde obruncant. Centum quinquaginta eo im-
petu strati: mille, & quingenti capti; ceteri, quibus spatium fuit, in arcem
fugam arripiunt, cum aliquot ciuibus, qui partes Cæsaris sequebantur. Re-
pente ruptis carcerum vestibibus detentos in vinculis liberant: Magistratu
Cæsareis abdicatis, alios subrogant: quos nequaquam propensos in Cæsa-
rem norant. Plures inter tumultum celeri fuga Colbam ad Pappenhaimiū
rei Halæ actæ nuntium trepidi attulerunt: Hostes insuper arcem vrgere:
expugnaturus propediem cum extremo Imperialium omnium exitio, nisi
illis properè succurratur, obnuntiant.

*Pappen-
haimus
Hala sub
sidio festi-
nat.*

Pappenhaimius, vt erat maxime feruido, præsentique ingenio, ad hunc
nuntium mille quingentis equitibus equos repente conscendere, pediti-
bus mille equorum accipi in clunes iussis, Halam contento agmine tendit.
Brocchus de Imperialium aduentu monitus cantato receptu, expugna-
tione arcis abiit: nec duarum horarum ad se dedendos præscripto obfes-
sis spatio expectato, festino gradu Magdeburgum versus trepido agmine
properauit: sed cum grauiora impedimenta eadem festinatione nequa-
quam sequi longo intervallo præeuntem potuissent; à Cæsareis capta,
direptaque sunt.

*Magde-
burgensiu
subsidia
dissipan-
tur à Cæ-
saris.*

Eodem victoriæ impetu insitire fugientibus: eosque ad fluminis tran-
situm assequuti plurimos occiderunt: quamuis conuersa fronte aliquan-
tulum dimicarint. Quare Brocchum toto agmine dissipato, impedimentis
amissis, omnium rerum indigum serò sui erroris perituit: cognouitque ef-
se boni duci, vicinum hostem suis semper putare lateribus inhaerentem:
eaque omnia parare, quæ subiti, inopinatique euentus ad tuendam salu-
tem efflagitant. Brocchus igitur cum paucis omnibus fortunis exutus
Magdeburgum ingressus mœrorem magis, quàm lætitiā ciuibus attulit.

Cæsarei opima præda onusti hostium à Mansfeldiæ comitatu discessus
occasione expeditè vsi. Mansfeldiam ipsam, Querfurtumque receperunt:
cuius præsidio vix cum vita concessa libertas; vt armis spoliatum Magde-
burgum ingressum mœrorem, ac metum ciuium augeret. Oppidum duo-
bus tolerum millibus pro direptione redimenda multatum.

*Oppida
Magde-
burgo ex-
cidium por-
tendunt.*

Imminens Magdeburgo excidium ipsa mota vehementius elementa
portenderunt. Sextò idus Decembris ventus adeo terribili impetu Mag-
deburgi tectis incubuit; vt plurima templa altiùs supra cætera tecta sur-
gentia diruerit: sub vesperam flatus increbuit; multasque domos, molen-
dina concussa disiecit: episcopatus atria, proceustria solo violentissimè
arietauit. Magno sanè naturæ arcano: quæ ferè diuinæ iræ prænuntia futu-
ra mala aliquo ostento præmonstrat.

Hi

Hi ventorum impetus Magdeburgensium magis animos efferant quam imminentis ruinæ terrore perculsos ad pietatem, scelerumque penitentiam flexerunt. Obstinatius siquidem res bellicas magis solliciti curant; & crebris eruptionibus Imperiales infestant. Rex Suecus, ut magis Magdeburgensium animos demereretur: strenuum bello ducem, rei que bellicæ scientissimum ad illos misit; ratus nihil tanto civium ardori, numeroque præsidio deesse: quam peritum belli ducem, qui civilem illam militaremque turbam moderaretur. Hic fuit Chiliarchus Theodorus Falchembergus: ad cuius adventum Magdeburgensis res magis proficere visa, crescentibus in dies numero præsidariis: cum quotidie triginta, & quadraginta militum manipuli palantium more in urbem intrarent.

Falchembergus à Sueco Rege Magdeburgum mittitur.

Chiliarchus numero præsidio fretus, peditibus sexcentis, & duabus equitum turmis Alerslebenum à Cæsareis custoditum inuasit: ac primo impetu capto, sexaginta Cæsareos interfecit: totidem captis, aucto quid rei bellicæ apparatus in oppido inuentum est: quod mox deficiente tormentarij pulueris copia, aggredientibus Cæsareis iterum cessit.

Tillius interea, cum totius illi exercitus Austriaci esset delatum imperium ad Magdeburgi Administratorem literas dedit; quibus illum docerat: sibi à Cæsare data esse mandata; ut illam urbem ad officium, fidemque Cæsari debitam bello compelleret; orabatque illum, ut cum civibus ageret: ne illa vellent incommoda experiri: quæ secum Martis violentia trahere solet; ipseque etiam in Cæsaris gratiam rediret. Sed omnia frustra tentata, rapiente urbem ad excidium fato. Maiori igitur ira vtrinque ad arma discurretur: mutuisque se cladibus conficere student. Magdeburgenses magno agmine erumpentes octingentas oves, & octoginta quatuor maioris pecoris capita Cæsareis eripuerunt. Ortum deinde inter Suecos, Magdeburgensesque iurgium penè urbem in perniciem adegit. Illi ad moenia tuenda venerant; sed ciues ne intra tecta eos alere, hospitarique cogerentur; extra urbem Imperialium iniurijs expositos tendere iusserant. Recusarunt Sueci audacter sub dio durare, atque obijci hostium incurfibus, cum auxiliares à suo Rege præsidio urbi, non agro venissent. Administratoris tamen interiectu compressa: exemplo seditione, ne hoste vicino exitium urbi afferret; accensis magis omnium ad propugnandam patriam animis: solempni Sacramento sua capita propugnationi patriæ deuouerunt; tantoque ardore vtrique incaluerunt; ut magno numero portis egressi ad Burkum propugnaculum, ubi quatuor Imperialium cohortes stationem habebant: eas omnino conciderint; magnamque vim omnis generis pecudum in urbem abegerint: ut carnibus affatim postmodum urbe abundante, minimo in laniena venirent.

Tillius Magdeburgensibus deditiōni suæ det.

Iurgium inter ciues, & Suecos.

Obsessoris arder ante mœnia in urbe iudæda.

Magdeburgenses quia ubique milites, ingenti erogata pecunia, conscripserant: illos per varios aditus sensim turmatim accipiebant in urbem. Cæsarei huius rei admoniti, aditus omnes, positos militum stationibus, obsident: vias obsepiunt, quæ ad urbem ferebant: ne cuiquam pateret ingressus.

P

Nulla

Nulla intercedebat dies, quin se mutuius velitationibus obfessi, obfidentesque prouocarent. Chiliarchus Baius cū ducentis equitibus prodixit ex vrbe Imperialium munimenta vltra Albim erecta exploraturus: sed vrgentibus Cæsareis Chiliarcho ad Gabellas reiecto, suorum popularium auxilio quadringenti pedites eruperunt: verum hi quoque Imperialium impetu propulsi: sed similis receptui fuga, adeo instructis ordinibus, conglobatisque manipulis pædem retulere: vt socios quoque occisos auerterint: rara nostris temporibus pietate, quibus vix aliquis semine cadit, cum desertus à vicinioribus socijs inter ipsos extremos spiritus exuendus hostibus, proterendusque equorum vngulis se de relinquunt.

Verum Pappenhaimius, relictis hisce belli crepundijs, in vrbe expugnationem sedulo intentus ingentem scalarum numerū Volfempyti parauerat: ad summi ducis Imperium expeditus, & promptus. Falchembergus è contra sua senatui probata virtute ad animosam, fortemque vrbe propugnationem ciuibus, atque Administratore accèsis, in Albis litore quatuor passuum millia procul ab vrbe iusserat propugnaculum excitari: vnde auxilia ab Electore sibi ventura sperabat. In perfectum iam, absolutumque opus com meatibus, sulphureique pulueris ingenti copia, & quatuor muralibus tormentis inuectis, firmo illud præsidio muniuit; quamuis Pappenhaimius, Holfatizque dynasta omnibus viribus laborassent, vt illud munimentum interpellarent: vt potè suis destinatis impedimento futurum: & sexcentis peditibus illud inuasissent aliquot equitum turmis succedentibus auxilio, nihil aliud inde tamen quam suorum cædem, dedecusque retulerunt. Maximo sanè vrbe commodo illud propugnaculum excitatū est quòd illac com meatus, omniaque necessaria tuto transuecta in vrbe inueherentur: & Cæsareorum itinera obsidentium turmæ, excurrentiumque per agrum, sæpe ancipiti oppressi malo cæderentur impunè.

Tillius, vt vrbem arctius vrgeret, in quodam saltu inter Presteri, Cretzholtique munimenta, abscessa radicitus sylua, castra locauit; quo commercium inter vrbem, Cretzholtumque tolleret: vbi dux Befsus præerat; qui cum ex aggesta raptim tellure tantum propugnaculum erectum vidisset: nec à Magdeburgensibus conditum eo consilio: vt iusti exercitus a sultibus obsisteret: continua ab hostibus tormentorum verberatione quassato vallo; perforatisque loriceis, Cæsareis annuit de transfugio: sicuti postea, cum octoginta præsidiarijs, & quatuor muralibus tormentis secum adductis, ad Cæsarea signa se transfudit: Eius legatus fidei tenax, damnata ducis perfidia propugnaculum cum quatuor, & viginti peditibus tuendum suscepit: quod adèd innicta virtute, incomparabilique fortitudine tutatus est: vt quinquies Cæsareos eum nonaginta eorum cæde de munimenti ascensu depulerit; nemine prorsus ex suis amisso.

Obstupuit Tillius hostium fortissima pectora: admiratusque virtutem, eos vincere citra eorum vulnera, necemque cupiebat. Tanta est virtutis vis, atque potentia: vt etiam hostium mentes in admirationem sui, amoremque

Cæsari
urbem a-
crius vr-
gent.

Obfessi
propugna-
culū con-
dunt.

Bessus ex
Suecis ad
Cæsareos
transfu-
git.
Eius Le-
gati fides
& virtus.

remque trahat. Precabatur innoxios missilium iactus, ne tantæ virtutis bellatores ferirent. Verum telum tormento emissum legati brachium auulsi; & cum eo propugnaculi amplius tuendi spem omnibus eius socijs abscedit. Quare deditis magnus honor habitus à Tillio est; legatoque permisit, vt ad curandum vulnus in urbem proficisceretur. Verum socij, qui in illius propugnatione loci illi impigram, fortemque operam nauarant; recusato in urbem transitu, Cæsareis cohortibus adscribi vnanimes voluerunt.

Hostibus ad Imperialia facta desidio.

Tillius felici initio bellum auspicatus ad Besterum signa conuertit; quod centum Magdeburgenses propugnabant: qui cum Cæsareas copias inter se ipsos, & Gabellarum propugnaculum longius extendi vidissent; vt se in urbem reditu intercluderent; relicta statione plena periculi, se Gabellas composito agmine receperunt: in quas facile erat auxiliares cohortes induci; & in quocumque aduersæ fortunæ euentu in urbem adreperere.

Tillius varia operat.

Tillius turrim propè pagum Craccaum quinque muralibus tormentis impeti iussit; quam quinque tantum milites tuebantur; qui vbi ex alto maiorum scloporum destinatis ictibus plures Cæsareos sultulissent; turri pluribus locis terebrata, proscissaque ad ima munimenta descenderunt: è quibus cum ter Cæsareos reiecissent; tandem multitudine superati ad vnũ obtruncantur: quòd aliquando seueritas opus sit, vt lenitatis, quæ audacibus, ac temerarijs animum facit; spes omnis hostibus adimatur; ne singulis exiguis munitionibus expugnãdis damnosa maioribus rebus mora afferatur. Hæc est militaris prudentia; cuius est nulla certa, ac præfixa mensura; sed longo discitur vsu; & ex varijs euentorum momentis ipsius diuersa semper exercitatio dependet. In occupato Craccauo Tillius munimenta perduxit; vt pluribus circum positis stationibus, prorsus urbem clauderet. Magdeburgenses rati Cæsareos Gabellarum oppugnationem animis agitare; vt Albis pontem acquirerent; profundius deprimere fossas, altius loricas educere, extendere propugnacula, in latera porrigere munimenta; & adeò veloci, citoque opere omnia perfecta sunt: vt Tillius de oppugnationis exitu dubitaret. Eodem tempore Comes Mansfeldius vetus Buccaeni propugnaculum septuaginta militibus custoditum exiguo labore cepit.

Seueritas aliquando vtilis.

Obsessorum sedulitas & diligentia.

Tillius priusquam in Gabellis oppugnandis exercitum implicaret; alia minora propugnacula prius superanda putauit; ne se maiora parantem præpedirent. Omnibus igitur circum munitionibus occupatis, cohortis præfectum cum trecentis peditibus nauigijs impositis, aduerso flumine Gabellas subire iussit; eodemque tempore reliquas copias à terra illas inuadere. Nauibus vecti cum breuioribus vadis arenæ inhaesissent; laxatis illis nauium compagibus, fluctibus hauriuntur: ducentis quoque, qui à terra in arcem impetum dederant; momento à præsidio cæsis. Cæsareis tamen nihil territi infortunio sociorum pergunt obmoti propius loricas Gabellis accedere, vt defensores, ponte adempto ingressu cinitatis excluderent.

Tillius Gabellas oppugnationem pergit.

Cæsareorum impetum fortunam.

*Rex Sue-
cus de sub-
ueniendo
Magde-
burgo co-
gitat.*

*Suecus
Saxonis
ducis a-
nimum
sentat.*

*Pernicio-
sum Mag-
deburgen-
sum con-
siliium.*

*Vuittem-
berg.*

*Imperia-
les Gabel-
las intrat.*

*Obsess in
urbē ve-
terem se-
cedunt.*

Rex interea Suecus obsessæ urbis auxilium sollicito animo volutabat : Verum adhuc se Cæsareis imparem viribus esse sentiebat . Per internuntium cum Saxonis Electore precibus egit; vt ad hoc opus secum sua arma coniungeret. vel saltem liberum suis copijs per Saxoniam transitum daret. Cui Elector se neutrum posse concedere respondit: nisi apertum bellum in suam prouinciam trahere, suosque populos ad extremam perniciem agere vellet. Addidit Rex, ne sui alloquendi saltem potestatem negaret; spe concepta, se posse Saxonem eloquentiæ viribus in suum obsequium, societatemque inclinare . At neque colloquium impetrauit, Saxonem varia cau-
sante .

Magdeburgensibus certa Saxonis subsidiorum spes erat ; quòd illis difficillimum videretur: Saxonis ducem nihil malis amicæ urbis commotum, non auxilio vltimo penè discrimine periclitantibus socijs venturum . Habito Magdeburgi iterum ab Administratore consilio, communi sensu decretum est; vt deserto Gabellarum propugnaculo, ad urbem tantum tuendam milites deducerentur . Pessimo sanè consilio, & maximè pernicioso, cum summi ad vniuersum bellum momenti propugnaculum deseruerint ; cuius difficilis expugnatio vel poterat diu Imperialium conatus infringere, vel distinere .

Venturi Succis Regis obsessis auxilio didito rumore, grauior cura Tillio incessit ; ne ancipiti prælio pugnare cum binis hostium copijs cogeretur. Aliquot igitur peditum legiones, & equitum turmas Calegiam misit, vt quocunque euentu Regem venientem distinerent . Tertio nonas Maias cum nullus in Gabellarum propugnaculi fastigio consisteret ; nullusque omnino in loricis præsidarius miles appareret; insidias veritus Tillius hostiumque dolos, hæsit animo, an illud munimentum inuaderet : tandem iussis aliquot strenuis militibus illud explorare, & silentium nemine interpellantibus respondente, non dubitauit quin hostes propugnaculum reliquissent; sed actis cuniculis, tormentarioque puluere impletis, ad destinatum tempus, igne concepto, in aerem occupantes vellent excutere: Suos igitur ad noctem vsque ab ingressu continuit ; sed nullis fraudibus, insidijsque detectis, perniciosum hostium miratum errorem in Gabellas intrauit . Tunc Tillius spem certæ victoriæ concepit; cum ciues, impellente in exitium fato, in obliquum agerentur; damnosaque consilia capescerent. Iussit reliquum pòtis excindi (nam hostes in digressu exusserant cætera) loricaeque contra urbem perduci .

Ciues, cum non eum fructum ex propugnaculis extra urbem erectis, quem sperassent, se retulisse vidissent ; vt omnes ad tuenda præcordia vndique vires euocarent ; suburbia funditus diruerunt; vrbe insuper noua iniectis flammis incensa, ne illa hostibus ad tutas stationes militum vsui esset: & vt urbem veterem maioribus copijs, collectis in vnum viribus, tuerentur ; in illam auitis domicilijs valè dicto, se cum rerum charissimis receperunt . Sic corpus, grassante intus veneno, quidquid virium, quidquid

ammi-

amuleti ad cor euocat defendendum; sic extremis partibus incipitur mori. Magnæ vrbes nunquam satis munitæ putantur; non quod fortibus propugnaculis, & mœnibus, profundisque fossis cingi non possint; sed quia ^{Magna vrbes difficile defenduntur.} ad vastum mœnium ambitum defendendum ingens propugnantium numerus opus sit. Pappenhaimius cum sex peditum legionibus inter nouæ vrbes busta tetēdit ponte ex nauibus flumine constrato, ad Schembechum traiectis cohortibus; ibi in vrbe perniciem castra munit.

Ita Cæsareis obsidione urbem prementibus, nouum belli consilium ciues coegerunt; in quo magno animorum ardore obstinatio, si quando ^{Obsessio abstinentia in urbe tuenda} aliàs, vrbes defensio decreta est; Suecici spe subsidij, quod literis se propediem Rex missurum receperat; eosque de omnibus admonuerat; que cum Saxonæ Duce de transitu egerat; regia fide astricta, se non illos in tanto discrimine, quod sua causa subijissent; deserturum. Hortabatur vt forti, præsentique animo essent; Cæsareisque clarissimi nominis vrbe digna virtute resisterent; se breui cum vniuerso exercitu affuturum.

Vrbes partes defendendæ cuique attributæ. Falchembergo, præter summum armorum Imperium, Haidechi portæ tuendæ cura data est; totamque illud mœnium spatium; quod à suburbio Sudemburgo, vsque ad Chrecheni portam excurrit, Carolus Haanonius in ea parte curare iussit; quæ à Crecheno vsque ad piscatorum litus porrigitur; quod aliquot ciuibus tuendum delinatum est. Chiliarchus legatus Trostus Albis portam cum ponte defendendam suscepit: munimentum post maius templum erectum, Gerardique propugnaculum Administratori propugnandum demandatum. Supererat inferius vallum, cuius custodia reliquis ciuibus commissa est; qui varijs se agminibus partiebantur: diu, noctuque instructis ordinibus tota vrbe incedebant ad imperia intenti, quo patriæ pericula deuocarent Neque mulierum, impuberumque turbæ in tanta trepidatione cessare licuit. His ferendi commeatus, cibosque, & rem tormentariam in mœnibus consistentibus ciuibus onus iniunctum. Sic rebus constitutis, murale tormentum in turre fastigium traxerunt; cuius crebris ictibus vrbes nouæ Cæsareos impetebant. Contra quos tertia diei hora, ita Falchembergo, quamquam ægrè annuente, quod eruptiones paulatim deterendo præsidium numerum bellatorum inimuant; maiusque damnum, quam commodum asferre soleant: quadringenti præfidarij, duce Anaonio eruperunt ex vrbe, adeoque valida impressione in Cæsareos illati sunt, vt momento sexdecim millitibus cæsis aggerem effodientibus, aliquot etiam in vrbem captiuos abstraxerint; aucto insuper magno sarculorum, ligonumque numero. Capti asseruerunt, si paulò vterius ea eruptio prouecta esset; procul dubio futurum fuisse; vt Pappenhaimius ^{Pappenhaimij discrimen.} eo impetu caperetur: qui promouentibus ad vrbem loricas instabat. Feliciori euentu iisdem sub vesperam eruperunt: nam prima impressione, quadraginta Cæsareis occisis, ingentem commeatum prædam in vrbem auexerunt.

*Palida ob
fessuram
in Impu-
riales er-
ruptio.*

Puduit Falchembergum suæ ignaviae, & inconsulti timoris; quòd ita agrè ciues erumpere pateretur; excitatisque fortibus suorum exemplis ipse etiam in hostes vadere, ad ostentandum strenui ducis, peritiquè decus, cum lectissimis peditum manipulis destinavit; ne ab insano vulgo sua timiditas carperetur; quod imperandi gnarus, a pugnando pauidus abstineret. Egressus igitur vrbe, adeo stipatis, confertisque ordinibus, composito, fortique gradu, in Cæsareos inuectus est; vt obuias militum stationes turbatas in fugam auerterit; Rubicum propugnaculum recuperaturus, nisi tota hostium legio integris viribus late danti terrorem se protinus obieciisset; qua impulsus centum quinquaginta Cæsareis prostratis, octo captis, in urbem edito suæ virtutis experimento, ouans rediit.

Verum erant hæ ludicræ leuiorum certaminum nugæ; quæ nihil ad belli summam proficiebant. Tilius vt dedicationem clementiæ spe facta ciuibus maturaret, eximeretque se scuitiæ nota; quæ in urbem per vim captam exerceri à militibus solet; ad Administratorem, senatum, & Falchembergum literas dedit; suadens, *vt aequissimis acceptis legibus dedicationis, rebellionè damnata, ad fidem erga Cæsarem, officinque redirent; hoc non improbatum Suecia regem, cui semper sana consilia, debitaque à vestigatibus suis principibus veneratio placuisset.* Tilio responsum à senatu est *Non displicere sibi de dedicationis conditionibus agi; sed tam hoc etiam ad ceteras socias liberae civitates, Saxonique ducem, & Brandenburgi Electorè, cum quibus fœdus percussisset: spectaret; sibi non licere illis inconsultis, quicquam de pace agere. Quare illum orare, vt fidem publicam daret, qua legati impunè ad fœderatos proficisci possent. Interim satius esse inducias fieri, atque hostilia intermitteri.* Tilius data publica fide, pollicitus est, *se mandaturum, vt eorum legati quocunque libuerit, securi deducerentur. Quoad inducias vero pertinere, non esse de re Cæsaris rebus tam prosperis immerari: proinde quando non aliud pro eorum indemnitate decernerent; se illis obsecrari, quidquid incommodi deinceps acciderit; non sibi, sed ipsis esse culpa dandum.* Senatus quidem legatos adlegit; sed insana incuria non misit; quod in rebus afflictis solet accidere: quibus mentem fatali violentia auferente, optima consilia in irritum cadunt. Immo eadem die ter ex vrbe in Cæsareos magno impetu eruperunt; qui non intermissio labore, productis loriceis, urbem propius accedere maturabant: aliquot etiam in effossos cuniculos flammis iniectis; sed infelici euentu, cum vnus in authores ignes excusserit. Sed nulla acerbior pestis, molestiorque ciues iuxta, ac milites affligebat; quam continentes ignearum bollidum iactus; quibus tecta, domus, discurrentesque per urbem ciues corripiebantur. Sed assiduo, quotidianoque malo sedulo ab obsessis occurrebatur; qui orta incendia subito superfusus aquis, extinguiebant.

Iam Cæsarei ab Haidecho in fossam penetrauerant; vnde cum igneæ bolides in urbem perpetuò torquerentur: Falchembergus; vt illam molestiam auerteret; ab illa statione Cæsareos deturbare animosa eruptione tentauit; sed nullo operæ pretiò in urbem post pertinacem, diuturnamque pugnam

pugnam regredi compulsus est. Dum hæc agerentur Fortembachius in Cæsarea castra peruenit; qui statim educi aliquot propugnacula iussit; ex quibus supernè ciues assiduus missilium ictibus ferirentur. Cæsarei quoque in vrbe noua propugnaculum condiderunt; in cuius fastigio tormentis collineatis, interiora vrbis continuis missiliū iactibus habebant infesta: verum à ciuibus citò fuit illi molestiæ consultum; Cæsareis ab eo munimento tormentorum tempestate depulsis; quorum plura tormenta, a dactis vehementi impetu in eorum ora pilis, distorta, ad iaculandum inepta reddita sunt.

Decimosexto Kal. Iunij maxima trepidatione conclamatum ad arma tota vrbe est; quod in hostium castris sollicitus Imperialium discursus, scalarumque apparatus aduerterint; timuerintque ne vndique ab vniuersis copijs inuaderentur. Sed illam parantium impetum speciem Cæsarei consulto ciuibus obtulerunt; vt vniuersæ terrore impressionis faciendæ ad deditiorem præfractos ciuium animos proclinarerent; sed illi obstinatissimis animis non solum de deditiōe faciendâ nihil omnino cogitarunt; sed audaciores in dies se ad resistendum omni studio expediebant. Quare Tullius, desperata vrbis deditiōe, sedulo curauit; vt turrim, cui excelsæ nomen, tormentorum concussu dirueret; quod ex illa in castra collinata tormenta plurimos lacerarent; monimentumque ad Albim extrudam expugnaret; eo consilio, ne vrbe aggrederetur, priusquam illa duo obstacula sublata funditus tollerentur; quæ stantia nisi iam subuentium moenia (tragem obliquis ictibus dedissent):

Eodem die ea mœnium pars, quæ vrbe nouam spectabat, quassata ingenti ruina prociderat; illa eque in vrbe facilis patebat ingressus. Falchembergus cum pluteos, & vineas agi per fossam ad mœnia vidisset; in Cæsareos rursus erupit; quorum sexaginta caesis, vnoque capto, vrbeni composito agmine, repetijt pauci sanè interfecti pro numero aggredientium, ac Cæsareos vndique perurgentium.

Non cessabant interim horribiles tormentorum mugitus terrere, diruere assiduus pulsibus vrbe; nec intermittebant operarum labores, loricas, vallum, munimenta, ad fossæ marginem vsque producere. Decimo quarto eadem Kal. turris excelsa corruit; sed non quæ Cæsarei sperabant cuius nimis fossam impleri cupiebant. Ciues in foris, ac latioribus compositis excubias agebant; ob flammarum timorem. Interim abdicato senatu, alij in id munus ex more suscepti sunt. Eorum quidam, qui magistratu abierant, cui Kelleuieno cognomen, ex vrbe secretus elapsus Tullium adiit; ac recondita patriæ arcana illi aperuit.

Ciues, cum vrbis excidium vicinum esse animaduertent; vt à furore ad mentem redire viderentur; chirographum Comiti porreuerunt; quatuorque tantum dierum inducias, nequaquam demisso animo, postularunt; quo possent electos legatos ad Electores, Lubecumque mittere; Aiebant se quidem cupere facere deditiōem; sed tamen ea lege, vt vrbe a summi-

stratorisque privilegia in eodem vigore perseverarent. Simlavit Tillius se ijs ci-
nium petitionibus indignari; veritus ne illos oblata vtrò aliàs clementia
insolentiores, procacioresque reddidisset; syngraphamque discepit; sed ni-
hilominus rei gravitatem expendens misso in urbem turbicine, eos ad
amplectendam Cæsaris deditone clementiam hortatus est: istaque am-
plius Marchioni subiecit, esse tanto principe profus indignum, velle pergere
ruina cadentis urbis inuolui, obruique rebellium pereuntium cruore.

Verum hæc Tillij mitiora consilia animorum illam peruicacissimam di-
ritatem nequaquam mollire potuerunt. Interim ciues tormentarij pulue-
ris copia defecerat: & pneumolendinis, & trusatilibus molis terebantur
diu, no Ætque materie, quibus affatim abundabant; vt illum conficerent.
Tertio decimo eadem Kal. iussit Tillius fossæ machinas admoueri; qua
in urbem nouam prospectus est. Primæ, vt à Pappenhaimij ardore pro-
notæ primis noctis cadentibus tenebris instructæ, dispositæque sunt:
quamquam à ciuibus multum laboratum est: vt opus interpellarent.
Iamque vndique bellicum increpnerat: quo ad mœnia inuadenda vniuer-
sus exercitus accendebatur: animaduenteruntque hoc ciues ex vario to-
eis castris imperialium discursu; nec aliquid idcirco quieti, somnoque in-
dultum à ciuibus est, singulis momentis hostium impetum expectantibus.

Primo iussus est Pappenhaimius cum Gronfeldij, Vangheri, & Sabelli
legionibus ad urbis nouæ latus aggredi mœnia; in qua parte nihil sibi pe-
riculi ciues timere ab hostibus videbantur; quod scalæ antea muro applici-
tæ breuiore, quam mœnium altitudo poscebat, compertæ fuissent. Hofatig
duci negotium datum, vt parmulam ante Chrescheni portam inuaderet.
Comiti Mansfeldio iniunctum, vt cum Tillij legionibus in Haidechi mœ-
nia impetum daret; & quod inter pontem, & flumen interiacet; cum Cæ-
saris cohortibus cæteri duces adorirentur.

Pugnæ symbolum, succedendique mœnibus erat omnium muralium
tormentorum emissio; quæ simul eodem tempore displodenda erant. Ni-
hil tota nocte dedita opera motum a Cæsareis est: vt obsessos vniuersi
impetus expectatione continuis agendis vigilijs fatigarent. Ita profus
euenit. Nam cum ciues mane altum vbique silentium in castris, ac pro-
fundam quietem sensissent: ad capiendum somnum in sua domicilia pluri-
mi recesserunt; adeo vt urbs nudata presidio omnino videretur; infrequen-
tibus vbique custodijs, vigilibus etiam, qui remanserant in ipsis stationibus
somno sopitis; in medijs quoque vitæ periculis fessa sibi aliquid indulgen-
te natura. Ciuibus suis indormiētibus malis, Pappenhaimius sollicitus ex-
cubabat; vt sibi illas deciperet laureas, quas sola vigil virtus fronti circum-
dat. Itaque cohortium perfectis accitis.

Pappen-
haimij co-
rario im-
petum in
urbem sua
dentis.

Amici, inquit, Deus nostra vota secundat, conatusque nostros propitior for-
dana felicitas. En Magdeburgenses profundo obruti somno altum quiescunt; ac
si nullus omnino hostis mania pulsaret; pacatisque rebus belli discrimina nulla
terrerent. Fata certè illis insensa nobis illos cadendos obrudunt, nostrosque per-
mittunt

instunt arbitrio prosterndos; si strenuè uti presenti occasione sciemus? Rare ubiq; vigilia semisomnes nocturno lassata labore dormitant; intermissa custodia, nullus in mœnium loriceis aspicitur, nullus se pro muris ostentat. Quin imus audacter, & quiescentes opprimimus? Nemo in repentino, inopinatoq; malo, somno celeriter excusso, arma capere, nemo ad signa concurrere in ordines ire confusus, neque instructo agmine irruentibus nobis noscet obistere; ante vulnera sentient; quàm nos imminere, adesseq; animaduertent. Immo primo sopore strata corpora cum profundius mortales curas edormiunt, vix adactis ad præcordia vulneribus, excitantur, & somnum pleriq; morti continuant: ensium iectibus vix somni stoliditas depelletur. Si diutius pulcherrimæ conficiendæ hostis occasionî, parandiq; bellici decoris desides immorabimur: donec pectoribus vicina mortis obstrepente natura terrore, vel aliquis classici cantus ferale sono ciues, prædianiq; experrecti ad mania conuolent; quæ nunc vtrò se facilem victoria præbet; concurrentibus vndiq; in media pericula ciuibus; acerrimeq; pro aris, ac focus, pro patria, charissimorumq; pignorum salute pugnantibus, difficillima postmodum, ac eruentissima fiet. Ex tuto igitur armati contra inermes, ac nudos, alacres, & audaces contra somni torpore vecordes, ac stolidos dimicabimus. Eamus igitur ante iussus à duce symbolum. Soli captæ orbis gloriam nostris commilitonibus præcipiamus. Nec erit de pœna fracti summi ducis imperij timendam: nos ut viros precocis industria, citaq; virtutis, ac impatientis moræ laudabit; nobis partam gloriam effusè gratulabitur, si cæpta audacter Calites fortunabunt. Eat per omnes cohortes tessera militaris, sanctissima nomina, nostræ fidei Catholica firmamenta. I E S V S, M A R I A, omnes candida tania dextrum brachium Cæsarei commilitij insigne deuincient. Equitibus nunc mereri pedibus libeat. Ego prius in muros emitar; non ut vobis bellica virtutis decus eripiam; sed ut primus belli discrimina subeam. Festinemus exequi destinata ne nostri consilij in Tilly stationibus emanantes; ruore, ipsi quoque aliquid de nostra gloria decerpant; quam soli nobis ad aternam pulcherrimi ausus famam cupimus comparare.

Summo assensu exceptæ ab vniuersis ducibus Pappenhamij voces nemine auso gloriosis conatibus contraire, ad ducum imperium se strenuè expediunt operi milites. Vnusquisque primus in mœnium fastigia eua- dere impigre statuit. Dum Cæsarei corpora curant, armaq; parant: Falchembergus, qui in extremo eommisæ suæ fidei, virtutiq; vrbis discrimine, cæteris dormientibus, excubabat: Administratore, & magistratu in consilij aulam vocatis, vultu anxio pallore suffusus inquit.

Hoc altum totis hostium castris silentium aliquod malum arcanum nobis coqui demonstrat. Quiescimus certè, nullo pronocante ad mœnia hoste; sed hæc importunam quietem, aliqua acerbior clades excipiet. An creditis ferocem hostem nostram ruinam anhelantem cessare? Scilicet qui prius agendis loriceis, promouendoq; vallo, ac eruendis cuniculis insudabat; nunc insolita incuria segnis obdormit. Perniciosiora molitur, peiora animo mediat; &

*Admini-
strator ad
deditionem
inclinat.*

& ne-

Et nescio quò causata sint ista silentia, & in quod acerbius maluit eruptione-
 Adhuc nostrorum robur clauis, assidua vigilia, non intermissi labores, tre-
 bra certamina ciues iuxta, ac presidarios confecerunt. Continentes pugnae
 de bellatorum semper aliquot numero detruerunt; ad exiguum summam pre-
 fidiarj milites; edere. Excelsa turris, unicus hostium terror, lanienaq; cor-
 ruit impulsu tormentis; ad tam vastum moenium circuitum defendendum neq;
 duplo maior propugnantium numerus satis esset. Sicuti cum suppetunt vires,
 nunquam dedendam urbem suaderem: ita nullum dedecus puto ad vltima
 compulso, omnibus rebus defictis, desperato omni subsidio, honestas deditio-
 nis leges cum hoste pacisci. Dementis, temerarij; est, inbecillis, imparibusq;
 viribus potentioribus repugnare: atq; à fureti hoste urbem impetu senere ca-
 pi: cum nequaquam amplius defendi possit. Ego censerem, si ita vobis videbitur,
 melioribus conditionibus, quam fieri possit; urbem esse dedendam.

Pappen-
 bergius
 in urbem
 irrumpit.

Falchembergo perorante; cum ceteri responsum pararent; ecce confu-
 sus mulierum ciuiumq; puerorumq; vagientium sonus auribus obstre-
 puit; vocesque trepidæ clamantium ad arma auditæ. Illum terrorem de-
 derat Pappenbergius; qui tacito agmine in novum propugnaculum ad-
 motis scalis, ascenderat; deiccta illa exigua militum custodia: porrectis
 alter alteri manibus, sese in urbem demiserant: fixisq; in moenium fastigio
 Imperialibus signis; primaq; militum statione, concisa, celsam ingemi-
 nabant, *IESVM, MARIAM*, ciuitatemq; captam inclamabant. Ad funestas
 allas irruentium hostium voces, fremitusq; iugentium, trepidantiumq;
 tota vrbe imbellium ploratus inconsulti à sero illo consilio, attonitiq;
 profugerunt proceres illi. Ciues pariter iniectis humeris temerè, ac
 raptim amictis, incompositi, semivadi sese proripiunt ex domibus, è tra-
 tis dissonis discurrentium clamoribus exciti; omnes improniso malo per-
 culsi. Ferebantur incerto, vagoq; in diuersa gradu, ignari, quò tenderent:
 Subsistunt identidem pauidi, tentiq; quò pereuntis patriæ maiora discrimi-
 na vocent. Mulieres, impuberes, senes, cæteraq; imbellis turba, quos
 nulla alia quàm lachrimarum tela armant, in preces effusi ruunt ad
 templa; si votis, ploribus, passis manibus litare possent; propitiareq;
 Cæleste Numen, quod iam dudum ab ijs auersum urbem illam reliquerat
 armis Imperialibus excindendam.

urbis cap-
 ta trepi-
 dario.

Falchem-
 bergus con-
 tra Cæsareos
 vadit

Falchembergus dux summæ virtutis, experientieq; militaris inopinato
 discrimine deprehensus; vt erat præ sentis, fortisq; animi; ne suæ fidei, ci-
 uibusq; decisset; concito gradu cum aliquot milium globo currit, vbi
 maior hostium multitudo, frequentioraque agmina dimicabant; elataq;
 feroci voce, pugnaci vultu ardorem animi præferente ciues, ac milites
 accendit ad pugnam; stricto ferro in confertos hostes ruit; inconditis
 sociorum cohortes in suos ordines intruit; tantq; impetu in Cæsareos in-
 currit, ac tantis animis illam vadentem audacter in hostem sequuti sunt
 ciues; vt ea terribili impressione impulsæ Cæsarei pedem retulerint. Nul-
 lus erat ciuium, qui non in tanto discrimine fortissimè dimicaret: & ad
 fortif-

fortissimi decus exemplum auctis ipso animi impetu duplo viribus, conformaret. Voce, manuq; terrebatur hostes: ferro, umboneq; propellebat; cum moschettariae glandis ictu in vno duce tota ciuitas corruit. Nam Falchembergo cadente, omnis est prostratus reliqua spes salutis adempta: vnoq; eo vrbs tota vulnerata solo procubuit.

*Falchembergo
cadente.*

Restitui aliquantulum pugna ducis Schmidij intercursum visa est; qui coactis aliquot promptissimorum manipulis, hostem ubiq; victorem facto impetu, ad eum represserat; vt primis ordinibus, secundisq; obrutacatis; sublati omni Falchemberghi casus terrore, Caesares vsq; ad moenia propulerit. Verum huius quoq; ducis virtus, accepto graui vulnere, languens vterius gradum promouere non potuit. Qui humeros nuro cadenti supponit; sibi ipsi tumulum struit. Hec ciuitas inuidabili Numinis lege ferro, ac flamma excindenda erat: inanis idcirco, vanaque omnis in illa seruanda mortalium industria, ac futilis labor.

Audito in castris Pappenheimij ante cantatum et assicatum in moenia impetu, illi quisque alienae inuidus gloria succensuit; quasi ipse solus vellent captae vrbs decus, ac titulum ferre: querebanturque se ab eo fuisse in ea expeditione preuenos. Duces, Chiltarchi extemplo, ne Pappenheimio expugnatae vrbs tota cederet gloria: vniquisque moentium partem sibi à Tillio destinata inuadant; sed non adeo felici eventu, vt Pappenheimij cohortium auxilio non indigerint: siquidem Holfatie dux qui ad Krocheni portam moenia aggressus fuerat, tantum ibi hostium robur offendit; vt procul dubio summotus cum caede fuisset; nisi Pappenheimij agmen ingressum propugnantium terga sulphureorum missilium grandinae vulnerasset. Hic ipse Marchio Administrator fortissime praeliabatur, qui multis perfolius vulneribus precipue ictu minoris tormenti citre debilitatus se altero genu excipiens, cum amplius stare non posset, à circumfatis Caesareis captus ad Pappenheimij praetorium militum brachijs vna cum eius cubiculario, ac haeretico concionatore elatus est.

*Reliqui
exercitus
indignatio
in Pappenheimio*

*Administrator
vulneratus
capitur.*

Ex alia parte Mansfeldius ad Haidechi partem segniter rem gerebat: ad pontis portam eodem languore à militibus certabatur. Neque hic minus Pappenheimij opera militum opus fuit: cum ibi tantum veterani milites, paucis admodum ciuibus, fortissime depugnarent: maleq; admodum fuisset cum Caesareis actum; nisi fugatis ubique hostibus, Pappenheimij manipuli subsidio socijs inuadentibus festinassent: qui effusa in defensorum terga tempestate missilium; cedentesque humeros propugnantium eos ancipiti praelio circumuentos in eodem vestigio pugnantes mori, liberumq; Caesareis aditum in urbem relinquere coegissent.

*Pappenheimianus
socijs
auxilium
impetum inuenit.*

Illac omnis equitatus cum reliquis copijs forenti impetu in urbem irruit. Hic ferro, flammisque certatim milites grassantur. Caues ipsi, omni spe salutis abiecta, in patria lecta ignibus sauebant: atque ferrijs, ac ira, doloreq; impotes facti, ne opulentissima ciuitas inuisibilis hostibus cederet preda, vltro auita domicilia cremabant. In armatos iuxta, ac moentes,

mes, imbelemq; turbam victoris ira grassatur promiscua: impuberum, senum, faminarūq; cædes. Militaris auaritia, libido, crudelitas sese in omnia scelera effudit. Reuulsis edium repagulis, refractisque claustris, virgines contuprantur. Matronalis honestas militum effreni licentia incestatur. Aliorum incerta fuga, variæ ex ædibus efferentium prædas, repetentiumque discursus, & ex diuersis clamoribus quidam mistus funestissimus sonus aures obtundebat. Virginum pudorem tueri conati parentes pulsati, obruncatiq;. Ventus ipse Diuinæ iræ satelles, & licitor ita vehementi flatu auxit incendium: vt intra duodecim horas maiorem vrbis partem populatus absumpserit: & sex maioribus templis cœnobijsque amplissimis combustis, vix centum, & triginta nouem ædibus flamma pepercerit: quæ ad flumen sitæ ab infima plerunque plebe, tenuique popello incolebantur. Cathedrale delubrum, & templum deiparæ Virgini sacrum a monachis, ac militibus vix à furentibus flammis seruata sunt.

Magdeburgi miseranda ciuitas. Ecce excisa funditus ciuitas Saxonix, atque adeo totius Germanix pulcherrima ob denegatam obstinato animo Cæsari reuerentiam; quam exhibuisse nihil dedecoris, aut minus libertati conueniens fuisset admissum. Recensere eos, quos ea clades abripuit; aut flammæ hauferunt; superuacuum reor: cum nullus ferè victoris iram, aut ignes effugerit. Florentissimæ vrbis excidio Tillius illachrymatus est: quando fortasse alius insigni parta victoria, vltimaque impiorum, rebelliumque ciuium ruina esset effusè latatus: ægerrimèque tulit illius pulcherrimæ ciuitatis excidium: seipsum acerbè incusans: quod non ad illam seruandam idonea ducibus mandata dedisset. Cruentis propè lachrymas fudit: cum à Superstitibus ciuibus, miserrimisque Magdeburgentium reliquijs, stupra, incestus, atrocissima militum scelera narrabantur: cum gauderet honore victoriæ: sed scruitiam, flagitiaque auersaretur.

Adhuc hesterno incendio Monachorum domicilia, diuæque Mariæ templum fumabant: cum milites indignati cupitam vrbis expugnata prædam incendia vorasse: nihilque sibi de victoriæ manubijs contigisse: rati in illo cœnobio, tanquam in tutissimo asylo electissimas opes, ac pretiosissima quæque ciuium condita esse: ad illud vno agmine confluxerunt. Nec illos sefellit opinio. Ciues etenim cum ignearum bolidum iactus timerent: rerum charissimas in illa sacrosancta domicilia contulerant: arbitrati religiosorum hominum Catholicorū testæ apud Catholicos milites plus venerationis habitura. Verū omnes Religionis leges cupiditas soluit: omniaq; sacrosancta auri libido pessundat. Ingens fuit ex illo cœnobio elata præda: spoliaq; inestimabilis pretij ex illis domicilijs auecta. Nullus fuit adeo arcanus locus, nullus: ita conditus recessus, quæ immensa opum sitis scrutata non fuerit. Subterraneas domos, profundos fornices auri insanæ famæ quam solertissimè conquisiuit. Hæc fuit illius Magdeburgensis tragediæ cathastrophe: qua acerbiores, truculentioresque Germania, atque adeo ætas nostra non vidit.

Tunc

Tunc secundum fuit Ciuitas Magdeburgum excisa: cum à Cæsare Augusto imperante, quo tempore ex piscatorio vico, ac prater nauigantium receptu mœnibus septa, & ciuitas constituta, florens, ac opulenta semper stetit in columis: donec à Vuandalis, Pannonijs, & Bohemis fuit euersa. Deinde à Magno Othone in maiorem magnitudinem; splendoremque restituta; nunc denuò impellentibus fati, suis ita sceleribus depositibus, fuit extincta.

Vndecimo Kal. Iunij Tillius urbem inijt, Cathedraleque templum re-
 ctâ contendit; quod pueris, & mulieribus, & paucis militibus, qui in illud
 deplorata vrbs salute, confugerant, plenum reperit. Omnibus à clemen-
 tissimo duce concessa libertas; panisque datus trium dierum inedia penè
 confectis. Deinde sordibus templum abstergi, lustrarique ritu Catholico
 iussit. Aliquot verò milites, qui se in vrbs angulo munierant, incolumes
 abire permisit; oblati vtrò stipendijs, si in Cæsareis castris mereri voluif-
 sent. Aliquod viri nobiles à clade superstites capti sunt; vt ex redemptio-
 nis pretio milites aliquam pecuniam corradarent. Prædicantes cum co-
 niugibus, & liberis ipsius pedibus prouoluti acriter obiurgantur, veluti
 illius miseri populi seductores: & in Molendinorum præfectura custodiri
 iussi. Mitius certè, quam ipsorum impietas promerebat; cum illis actum
 puto; qui omnium eius vrbs malorum potissima causa extitissent.

Ita rebus compositis, redijt in prætorium; edixitque, vt commeatus,
 quorum ingens copia in vrbe reperta est, infelicibus illis, quibus ferrum,
 ac flamma pepercerat; æquis portionibus diuiderentur; seueroque edicto
 cauit, ne quis inter macerias, ruinasque tectorum latentes opes perquire-
 re auderet; aut aliquid in vrbe prædari. Deinde paucis illis ciuibus ad se
 vocatis, bono, præsentique animo esse iussis, urbem tradidit incolendam.
 Mox copias omnes in mœnibus, & stationibus partitus præsentibus co-
 hortium ducibus, & primipilis in maiori templo sacris interfuit. Dum Ca-
 tholici mystæ hymnum, *Te Deum*, lætissimis cantibus modularentur; om-
 nium tormentorum fragor: totiusque exercitus minora tormenta dispo-
 dentis hilares salutationes simul pariter tonuerunt. Si Carolus magnus
 Saxonico bello ex vrbe Magdeburgo, antiquata inanum Deorum religio-
 ne, Sacrificulos, superstitiososque cultus eiecit; Tillius etiam Lutheranis
 ministris exactis, elutis nouissimæ superstitionis inquinamentis, Catho-
 lica: fidei candorem reduxit: quem anno M. D. XXII. impiissimus transfuga
 cucullatus nequissimè defœderat.

Marchioni Administratori, quam diligentissimè vulnera curabantur.
 Inuisebant illum sæpius Pappenheimius, Lauenburgus dux: ægroque, ac
 languenti lenium verborum solatia afferebant: addebantque insuper nul-
 lum principem illo magis proditum fuisse: ciuibus ipsius arcana, & quid-
 quid pro communi salute in vrbe à proceribus decernebatur, Cæsareis du-
 cibus aperientibus. Tillius curauit, vt vrbs ædes, ac ruinæ cadaueribus
 mundarentur; ne putrescentium fœtor aliquam luem halaret in ciues.

Qua

Tillius in
 urbem in-
 greditur.

Prædicā-
 tes obiur-
 gantur à
 Tillio.

Tillij e-
 dictū pro
 ciuibus.
 Magde-
 burgensibus.

Pietas
 Admini-
 stratori à
 Cæsareis
 ducibus
 impensa.

Quadringenta supra sex millia cadauera flumen abripuit. Virorum, mulierum, ac puerorū cadauerum strues ex ruinis erutæ sunt: & per sex continuos menses semper aliquot exanime corpus repertum est: & vix per tot dies ciuitas cadauerum sordibus, & corporum tabo fuit absterfa. Quadringenti circiter ciues ex innumerabili propè multitudine censebantur. Mirum sanè dictū est: quòd illorum ciuium plures, qui captiui Femerlebum traducti fuerant: iterum incendijs inuoluti perierint. Orta siquidem, incerto authore, repentè flamma, miseros illos hausit: paucis inter tumultum ignes declinantibus.

*Tillius
electorem
Saxonem
de Mag-
deburgi
causa do-
cet.*

Tillius literis Saxoniz ducem de excidio Magdeburgi vr̄bis admonuit: subtexitque ruinæ causam: quòd à Cæsare deficiens Imperij hostium partes malè sano consilio peruicax sequuta fuisset. Suasitque illi ne cum hostibus fœdera iungeret: aut arma sociaret: ne in eiusmodi clades ipse cum suis ditionibus laberetur. Hæ literæ audaces nimium visæ sunt Electori: & eò magis quod secundæ eiusdem exempli per tympanistam illi reddita fuissent. Visa est à Duce minimè principe per tympanistas, & tabellarios missis literis sua nimis amplitudo contemni. Et sanè Tillius, in quo per omnes numeros se virtus explicuit: in Electorem non satis vr̄bano errore deliquit. Sed illud mite, facileque ingenium de opulentissimæ vr̄bis victoria extulit aliquantum, inflauitque: ne ita magni principem debito cultu veneraretur.

*Electoris
Saxonis
responsio
ad Tilli.*

Respondit Elector, ita tamen, vt in ipsis verborum officijs eminenter istius erroris castigationis verborum aculei. Magdeburgi dolebat excidiū: atque acerbissimè querebatur de tot Christianorum millibus barbarissima inhumanitate trucidatis. Illud sæuissimum facinus spem omnem ad diuturnum tempus futuræ pacis in Imperio abruptisse. Significauit præterea sibi eum gratum facturum: si aliquem suorum fidum Torgauium mitteret: vt illi res maximi momenti communicaret. Interim à vexandis Protestantium oppidis: prouincijsque abstineret: nullas pecunias in militum stipendia extorqueret: ne maioribus gliscerentibus malis detrimenta grauiora orirentur.

*Rex Suec-
cus Mag-
deburgi
causam do-
lens ul-
time mi-
natur.*

Rex Suecus amicæ vr̄bis funestissimum exitum suspirans, quàm dolentissimè audiit: iraque frendens per sanctè iurauit: obtestatusque Superos est: se illam sociæ vr̄bis cladem egregiè ad æternam omnium seculorum memoriam vlturum: etiamsi regno, ipsaque vita vindicta statuta esset. Suū caput omnibus diris deuouit: nisi Cæsareis illam stragem citò remetiretur: Illius tamen vr̄bis excidij culpam Sueco Regi plerique Protestantes principes impegerunt: quòd tam vicinus ruenti succurrere distulisset.

Idcirco ille ne obloquutionibus, & maledictis sua dignitas carperetur, ac obiectam sibi iniquè culpam purgaret: publicis literis vulgauit causas, quibus Magdeburgi ruina sibi danda culpæ non esset.

Aiebat primum ipsam vr̄bem sui ipsius excidij causam extitisse: quod auarè, malignæque in difficillimo tempore suas opes, pecuniamque ad condu-

conducendos milites protulisset. Culpam deinde Magdeburgi ruinæ in ipsos Protestantés Principes regerebat: qui suis copijs per eorum provin- Rationes cur Mag-
 cias transitum denegassent. Tertio fuisse illum veteranz Cæsarei exercitus deburgi
 virtutis conatum: qui numero, bellandi peritia, atque audacia suis copijs excidium
 longè præcelleret: quæ Germanicum nec dum vsûm bellandi didicerant. culpa dâ.
 Præter id quòd equitatu Cæsareis multò erat inferior: sibi multum immi- dâ Saxon
 nutas copias esse: quòd plurimas peditum cohortes, atque equitum tur- Regi non
 mas in Pomeraniâ, & Megalopolis occupatis oppidis diuisisset: & idcirco st.
 insani futurum fuisse: si temerè Tillij, Pappenheimijque copijs suum exer-
 citum imparibus viribus obiecisset: & bellicum decus tot laboribus par-
 tum, & exercitus tantis dispendijs coactos contra militaris disciplinæ le-
 ges amisisset. Subijciebat postremò nihil sua arma in Cæsareis ab ea op-
 pugnatione depellendis profutura fuisse: cum plures ciues parricidæ, suæ-
 que patriæ proditores Magistratus secreta consilia, decretaque hostibus
 patefacerent.

Non desunt malè rerum gestarum Principibus excusationes: cum nul-
 lo alio, quàm mortalium iudicio damnentur: adulatrice mortalitate om-
 nia eorum dicta, ac facta probante. Quamquam plerique & fortasse rectè
 putarint ad Magdeburgi casum Suciæ Regem cõnuisse: vt illius vrbs
 excidium asperatos à Cæsare Germanorum principum animos alienaret:
 illiusque terrore Saxoniz ducem, Brandenburgique Electorem ad suas
 partes tandem sequendas propelleret: quando in sua studia illos trahere
 alia ratione non poterat. Consilium probauit euentus. Nam ij principes,
 qui hætenus ancipites inter vtrasque partes pependierant: ab ea clade
 manifesta ad Suecos propensione inclinauerunt.

IOSEPHI RICCI BRIXIANI

Clerici Regularis Congregationis Somaſchæ

DE BELLIS GERMANICIS

Liber Quartus Epitome.



MAGDEBURGI excidium Protestantium Principum animos asperat. Rex Suecus occupato per insidias Perlino, Brandenburgi Electorem in suas partes compellit. Sueci Gripsualdo potiuntur: Megalopolim bello petunt. Ad Balgenum Casareos cadunt; primumque Tillij agmen carpunt: qui vicissim capto Tangremundo Suecos in sua castra compellit, persequiturque quocunque abeuntes. Saxonem ducebello urget; Saxoniamque deuastat: & Lipsiam

Erfurt.

expugnat: sed à Sueco Rege acie superatur. Valida auxilia ad Regem Suecum ab Anglo Rege mittuntur. Fritzlau à Cattorum principe capitur, & diripitur, & Mindenum expugnatur. * Bicurgium à Suecis occupatur. Illustriores Franconia urbes ad Suecos deficiunt. Rostochium, & Fulda deditur Suecis. Crebra Imperialium ad Suecos transfugia. Saxonis ducis tentatur animus ad ineundam cum Casare pacem. Saxones domitis Luititijs, in Bohemiam mouent, Pragam in fidem accipiunt. Hannonia à Sueco insidijs excipitur. Francofordia Suecicum praesidium admittit. Hoecſta, Alisum, Mocuntiacum, Spira, & alia plura oppida in Sueci Regis, & Mansfeldium oppidum in Saxonum potestatem venit. Suecia Regina ad inuisendum Regem in Germaniam se contulit: qui ad Helueticos legatos mittit: ut in sua federa trahat.

MAG-



AGDEBVRGI excidium sicuti liberâs Germaniâs vrbes, ac populos terruit: ita Protestantium Principum adhuc in âcipiti stantium, vtrâ partem sequerentur, ad Suecos animos proclinauit; inuisamque magis Austriacam fecit potentiam; quòd in liberâs Respublicas, ob illi denegatum duntaxat venerationis obsequium tam immaniter sânijsset. Dolebant vehementer sociâ vrbis ruinam; cum qua clementiùs, ac mi-

Magdeburgi excidium Protestantium animos avertat.

tiùs poterat agi: si quid in Austriacos minus amicè peccasset. Quâ enim ipsius perfidia ferro, ac flamma, tot insontium, imbelliumque cede punièda erat; si sui iuris nullius principis subiacebat Imperio? Fremebant barbara feritate sublatum florentissimum Germaniâ totius emporiù, ex quo ciues in omnes vrbes, opes, & merces omnis generis partiebâtur: tacitisq; atq; iratis animis vltionem destinabant, si feliciùs Sueci Regis conatus, & res Superi promouissent. Exspectabant vt ille propiùs arma proferret: quo iunctis cum eo viribus, apertum in Austriacos bellum susciperent: inuisumq; iam diu, eorum sibi demerent iugum.

Rex Suecus interea simulans se de Magdeburgo obsessio succurrendo cogitare (Nundum enim eam vrbes Cæsarea arma domuerant) decem peditum legionibus, & octoginta equitum turmis Koppenichum se contulit: eodemque die Ottemburgi Comitem ad Brandeburgi Electorem legauit; vt ab illo Kostrinum, Spandauum munita oppida pro fidei vadibus, societatisque pignore, & commeatus insuper ad alendos milites postularet; data regia fide, se illa protinus redditurum, vbi suppetias Magdeburgo tulisset. Postulati causas subnecebat; non quòd de ipsius dubia fide aliquid dubitaret, quam probè sciret constantem, intemeratamque esse; sed quòd eius ministrorum infidos animos metuebat: qui sibi aditum in quacumque receptus occasione claudere potuissent; quemadmodum cum ad Garzium Cæsareos infectaretur: sibi præsentem, maximo suo incommodo, Imperialiumque vtilitate, Kostrini portæ clausæ fuerant. Ottemburgus commissam sibi legationem frustra obiit; pollicente Marchione, se nouos ministros illis oppidis præfecturum, cum mandatis: vt Suecos omni ope iuuant, quotiescumque necessitas exegisset.

Rex Suecus: Brandeburgi Electore felicitat.

Rex experimento cognouit, hoc negotium non esse per legatos cum Electore transigendum. Tertio itaque idus Maias quinque equitum turmis selectissimâ iuuentutis, & mille moschettarijs custodibus corporis, & quatuor currulibus tormentis secum abductis, Perlinum contendit: quo etiam Elector, qui fortè aberat protinus aduolauit. Regi vrbes ingredi non placuit, neque ad aliquod domicilium diuertere: sed ambo in syluam, quasi in arcanum cubiculum secesserunt ibi melius, quàm in regiarum aulis sericis peripetasmatis conuestitis, quibus astus, fraudesque teguntur; magis syncerè de rebus præsentibus loquuturi. Multam diem mutuis traxere colloquijs.

Rex Suecus Perlinum contendit.

Q

loquijs.

*Arcana
inter Sa-
rum Re-
gi & E-
lectorem
colloquia.*

loquijs . Elector breuem temporis moram à Rege, qua de illis rebus suos consiliarios confuleret, postulauit : qua concessa, Rex Marchione habente Senatum, Principes scæminas ex vrbe obuiam sibi ad officium progressas, præcipuè Palatini viduam, posito Regiæ Maiestatis supercilio comiter salutauit ; à quarum digressus alloquijs, iterum cum Marchione de fèdere ineundo sedulus egit . Elector sui tenaciòr propositi Regis voluntati, assentiri, sed nutante, fluctuanteque animo recusabat : quo Rex animaduerso ; nouum inijt sui assequendi voti consilium .

*Regis Sue-
ci simu-
latia.*

Iam nocte appetente, Rex ibi diuersari se velle simulans iussit tendere prætorium : cum re vera in urbem compelli, atque ad aliquod palatium diuertere peroptaret. Peractis igitur cum Marchione, & Matronis verborum officijs, ad tabernaculum ire maturat. Sed Matronæ, vt egregiè hospitalis, suauiorisque ingenij Regem in sylua eam noctem agere non passuræ omnibus obsequijs suauiter coegerunt ; vt in urbem ingrederetur : ibi melius pro regia dignitate, ac merito eum habitum iri .

*Senari
Perlini
accedunt.*

Inijt Perlinum itaque Rex mirante illum populo, totaque aula venerante. Ducenti equites, & mille moschettarij vna cum illo ad corporis custodiam in urbem intrarunt : reliqui foris, præbitis abundè comteatibus, optimè accepti. Equites aliquot admittis peditibus ad prætorium in statione excubias acturi locantur, ceteris à Ciuibus domicilijs exceptis. Nox, ablegatis negotiorum curis, inter mutua gaudia, atque omnes hilaritates exacta ; quamuis vterque in arcano inter dubias maximè res animis æstualet . Rex iussit suos, qui extra urbem tetenderant, urbem, quasi suo iniussu redeuntis Regis excipiendi specie propiùs accedere .

*Causa cur
Brandeburgi Ele-
ctor Regi
Sueco nō
assentia-
tur.*

Mane iterum negotium suscipitur . Elector nouas subinde, maiorefque difficultates affererat. Bellum quod ex suarum iactura rerum, ditionisque incipit ; damnum est certum, sed dubia victoria. Hæc maximè Electorem prohibebant, quo minus Regis postulatis annueret ; sed grauiorem rei negandæ rationem altiùs animo tegebat. Quia sapientis principis est, non omnia sua arcana aperire, nudareque omnia consilia . Omnium maximè, quod siluit, Electorem mouebat, timor, ne contra se arma Cæsarea concitaret : contraheretque fluxæ fidei notam. Præterquam quod optimè sciebat totius Imperij arma rebellantia ; consternatosque omnes Germaniæ ad bella contra Ferdinandum Principes, Bohemorumque rebellium conatus infelices exitus habuisse ; nihil exteri Regis validos impetus ; nihil maximorum nostræ ætatis ductum virtutem Austriacos euertisse : immò illis triumphorum, victoriarumque materiam, ac segetem ministrasse . Nam Bohemiæ regnum abrogato libero eligendi, regis iure, illi ceteris suis hæreditarijs ditionibus addiderunt : exactus ab eorum armis à suis prouincijs Palatinus Elector, Dissipati Pannonij, fæderatorum Protestantium copia,

conci-

*Imperia-
rium vr-
Bordia.*

conculsa; profligatus Mansfeldius, domitus Halberstatis, eiectus sua Megalopoli dux, Rex Daniæ subactus; nec tantum Cæsareis armis terræ Germaniæ, sed Italia etiam bello concussa; Mantua inexpugnabile propugnaculum, munimentumque capta, & direpta.

Erat Regi apertius, ac liberius ingenium: nihil in arcanis secessibus animi occultabat, ne alios irretire fraudibus videretur: nec se penitus tamen amici fidei credere, ac fortunæ temeritati volebat; ut de sua incuria ac nimia facilitate sibi postea conquerendum foret; si receptus necessitate compulsus reditu intercluderetur. Addebat non sui commodi, sed aliorum gratia in Germaniam mouisse. Quare illos, à quibus esset accitus, iniurè facere; si non promissa ad bellum auxilia præstarent; quod pro eorum libertate, saluteque suscepisset; nimium suæ regiæ dignitati ab illis illudi; qui se ingentibus pollicitis in Germaniam accersissent; negarentque postea præsentia subsidia. Ferdinandi sceleratam ad summum culmen, fastigiumque excessisse; retrò lapsuram sperandum esse; cum Suecica arma tam paucis diebus ita prosperos, magnosque profectus habuissent.

Ab oriente sole, usque ad dimidiam primam noctis vigiliam huius negotij transactiones tenuerunt; neuterque nec dum etiam à suis postulationibus, decretisque abstulisset: nisi aulicus quidam in cubiculum ingressus nescio quæ in Marchionis aurem susurrasset; ubi scilicet regiam exercitum circumfusum. Hic inexpectatus nuntius Electoris animum perturbauit; abruptoque post pauca verba colloquio, pallido vultu commotæ mentis signa prodens cubiculo excessit. Rex eminentem in Electoris ore turbationem intuitus, sua iussa perfecisse copias animaduertens, garrulus in sinu, quod Elector ea potissimum ratione, armorum scilicet admotore terrore, in sua vota flecti facile posset; cum mens à suo consueto habitu aliquo potenti impulsu abducta non ita agrè agi possit, quocumque libet. Ita profus euenit. Elector siquidem cum se regijs armis septum, captiuumque magis Regis, quàm hospitem vidisset; dissimulato metu, se illius precibus flecti, postulataque rationibus victus concedere simulauit. Sic largimur aliquando, quod negare non possumus: Regis indulgit optatis: quæ à se ea armorum violentia potuisset extunde-

Sueci regis contra Brandeburgi Electorem violentiæ.

Electores cum Rege Suecico consensit.

Rex solemniter se sacramento obstrinxit; se oppidum Spandam, Maddeburgi rebus compositis, redditurum. De Kostrino nihil decretum, tantumque est: cum Rex ex inueterato solertium mercatorum more, plurima poposcisset, ut aliquid obtineret: Electorque omnia negasset; ut aliquid concedendo, multum largiri videretur. Ipse Chuliarhus Axelus Suecus, cui illius oppidi custodia, curaque crederetur, suam fidem intercurando Regi, atque Electori obligauit; illud oppidum ad Regis arbitrium redditurum: cum scilicet Magdeburgo esset obsidio de-

pulsa. His ita peractis Suecorum præsidium Spandaum ingreſſum eſt: Perlinum Electoris redeuntibus præſidarijs: ſuis etiam cohortibus Rex Brandenburgum, & Rotonam muniuit.

Suecicæ præſidium Spandaum ingreditur.

Rex Suecus Magdeburgo ſubſidio tendit.

XVII. kal. Iunij Perlino diſceſſit Magdeburgo Imperiaſium exercitum depulſurus; ſed ad eò tardo, lentoque gradu, vt eo vix die quo vrbs exciſa eſt; Suecicus equitatus ad Deſaſum peruenerit. Auſtriaci lætabantur, quòd Sueco res non ad ſua vota procederent: bellique negotia à Proteſtantibus cum Rege tranſacta falſa, ſimulataque eſſent. Quod licet illum in Germaniam ingentibus pollicitis elicuerint: fallendo tamen fidem, in Sueciam redire eundem cogere deſtinarent; ne dominum experirentur: quem belli ſocium, auxiliaremque accerſiſſent.

Magdeburgi ex-tidium Suecum Regi valde commouit.

Magdeburgi caſus ſicuti inexpectatus, & repentinus, ita magis perculit animos Proteſtantium: illamque conceptam pectoribus audaciam propediem in Imperialium perniciem erupturam ea cogitatione futuri mali repreſſit: quod ſicut Magdeburgum munitiſſimam urbem Cæſarei facilè domuiſſent: ita nullo ferè negotio cæteras debiliores ſubaſturos eſſe. Sed præ cæteris Sueci Regis animum valdè commouit: quod penè in ſuis ipſius oculis, Suecicis nequicquam de propinquo minantibus armis, vrbs amica & ſocia fuerit expugnata: multumque ob id de ſuæ potentia exiſtimatione apud Germanos principes eſſe detractum: angebatque ea cura Regem, ne cætera libera ciuitates ob Magdeburgi cladis terrorem eſſent ad Cæſareos deſecturæ.

Tillius obſtraſurcum Regi pergit.

Tillius ſex dies in caſtris ad Magdeburgum moratus, reparatis munimentis, quæ tormenta diſſecerant: impoſitoque vrbi firmo præſidio, cui comitem Philippum Mansfeldium præfecit: accepto nuntio Suecum Regem Tangremundo, non procul inde recedente, cuius mœnibus ſuas vndas Albiſ flumen allidit, acceſſiſſe: illicò flumine ponte conſtrato: tràducto exercitu, contra Regem feſtinat: ratus ſe opportunè venturum; vt illum ad vniuerſi prælij fortunam experiendam prouocaret. Verum enim verò Rex cum eas vires ſibi deeſſe cognoſceret: quibus cum veteranis copijs continuis victorijs aſuetis tutò poſſet, nec temerè di-

Sueci cū Imperialibus videntur.

micare: ſe, ſuoſque intra munimenta cohibuit. Nihil tamen idcirco ſe Cæſareos timere monſtrauit: cum crebris validiſque eruptionibus Imperiales quotidie ad velitandum laceſſeret: aſſiduiſque leuibus certaminibus fatigaret: ſui nihilominus augendi exercitus cupidus, Tangremundo relicto, in Pomeraniam proficiſci decreuit; quod non ea erga ſe Germanorum principum ſtudia, Saxoniz præfertim ducis; quæ ſperauerat, ſibi que illi promiſerant, experiretur: verebatur tamen ne receptus ſui inſequendi, inuadendique Cæſareis animum faceret: aut copia dum nihil molitur, ſed eò otio languerent. Hoc Regem perpulit, vt aliquã expeditione ſuſciperet ſatis gnarus, otij mala, negotio diſcuti: multumque bellicam laudem minui: partis acquieſcere: neque vltèriùs ad maiorem

famæ

famæ, gloriæque splendorem forti animo festinare : * Gripfualdi vr̄bis expugnationem, quam solam Cæsarei in Pomerania tenebant; conficere statuit. Illam Hornus regis iussu à capto Dariuno laxiori obsidione septam afflixerat.

* *Quon-
dam Vitti-
ritum,
Gripfual-
do. Sues-
succedens.*

Brandeburgi Marchio Elector statim vt Regem illam expeditionem parare cognouit : captata occasione illum de Spandauo reddendo ex fœderis legibus interpellauit; cum Magdeburgo exciso, pro cuius subsidio illud oppidum Regi tradiderat; non esset amplius, cur ad tutum receptum illud teneret. Rex fidem suam liberare nõ recusauit: ac decimo tertio kal. Iulij deducto inde præsidio, Spandauum Marchioni restituit; sed illa inexpectata petitione ira succensus, quòd ægerrimè ferant Principes etiam ad breue tempus illis mutuo data repeti ex iure : die sequenti instructum exercitum Perlino insensus admouit. Nocte, nec fixis tentorijs nec castris metatis, per tubicinem caduceatorem ciuibus denunciauit; se velle in vr̄bem cum vniuerso exercitu introire; ni statim portas aperiant; se illas sibi ipsi vi illata patefacturum; disertèque obtestabatur; si quid à militibus insolenter actum esset; nullæ sibi, sed ciuibus esse culpæ vertendum.

*Brand-
burgi E-
lector sua
repetit op-
pida à
Sueco.*

*Regis
Sueci in-
cõra Brã-
deburgiũ
Electõrũ,*

Tam acribus minis territis ciuibus, præsertim Electore, qui candicante aurora Succicæ copias acie dispositas ante mœnia, tormenta que contra arcem collineata confexerat. Arnheimi Saxonix ducis Mariscalli opera multum, diuque frustra laboratum est; vt Regem Electori conciliaret; nihil eo de suis petitionibus remittente. Nullæ Regem Arnheimi rationes fledebant: Non esse in quemquam iniuriosum; neque iniquè facere illum, qui sua æquo repetit iure, suumque depositum sibi reddi contendit. Verum nec leges, nec iura suis cupiditatibus aduersantia principes norunt. Non est cum ijs sacramento, ac legibus contendendum.

*Rex Sue-
cus Perli-
no oppu-
gnationẽ
minatur.*

Summa negotij fuit, quòd Rex Spandauum sibi iterum tradi iubebat, totamque Electoris ditionem sibi fieri velt igalem, tantaque ira exarsit: vt iusserit ad primum tormenti ictum arcem tormenta reliqua fulminantia diruere.

Rex probè sciebat Electorem nisi metu ad suas partes propelli non posse; ille Palatinam viduam, ceterasque principes feminas sequestres, fecialesque pacis ad Regem legauit; vt cum eo de pace transigerent. Tot illustrium feminarum conglobatæ preces Regis animum mollierunt.

*Electõr
ad Regẽ
Principes
feminas
legat.*

Dictæ Electori pacis leges. Vndecimo kal. Iulij Rex iterum Perlinum intrauit; ibique ea nocte acta, mane Spandauo, Brandeburgo: ac Rottenuo præsidium imposuit: voluitque Electoris ditionem cum Megalopolis; & Pomeraniæ prouincijs triginta florenum millia in mensem in sui equitatus stipendia conferre. Kostrinum etiam Regis arbitrio permissum. Rex Perlino discedens iussit omnia tormenta displodi lætitiæ militaris insigne: quod omnia ab Electore postulata sui voti compos obtinisset. Librato-

*Pacis le-
ges inter
Electõrem
& Regẽ.*

res non inanibus ictibus, vt mos est in aliquo publico iubilo, quo vanas festo tantum tonitru auras diludimus, sed insertos ferreos globos excusse-

*Rex pec-
cunia E-
lectõr im-
perata di-
scidit.*

runt tormentis: quæ quia pleraque erant in arcem collineatâ in concussis mœnibus impressa barbaræ feritatis vestigia reliquerunt.

Rex Moschi ducis legatos audit.
 Rex pacatis, & compositis cum Marchione Electore ex voto rebus, exercitu ad Freinwaldum in naues imposito: secundo Visurgi flumine Stetinum iterum vectus est: vbi legatos magni Moschouïæ ducis audiit: qui sui Principis nomine pecuniam, & milites ad Germanicum bellum offerebant. Rex quamquam vndique milites cogeret: oblationem tamen Moschi Principis recusauit: legatosque Regijs muneribus donatos dimisit: & ad decretam iam Gripfualdi expeditionem suas cogitationes, curasque conuertit.

Rex ad Vitirutiâ obsidendâ conuulsi.
 Paratis itaque omnibus, quæ ad vrbium expugnationem faciunt: propius eam urbem instructo exercitu tendit. Gripfualdum Antiquis Vitirutiâ inter Sundium, & Volgasum in Pomeranici maris litore iacet: illius terrarum tractus studiorum, literarumque sedes. Abest Stetino sexaginta passuum millia. Sueci cum animaduertissent ciues singulis diebus mane plura maioris pecoris capita ad pascua ex vrbe emittere: quædam equitum turma illa prædari constituit. Egressi igitur in apertam suburbanam planiciem, cum nulla omnino apparerent armenta: puduit illos pedem referre, nullo edito militaris virtutis, audaciæque opere: quando ab vrbis vigilibus conspecti fuissent. In gyrum itaque ad ludicri certaminis speciem, oblectationemque decurrunt, ea mente, vt enuissis ad pompam contra urbem minoribus tormentis, in suam stationem redirent: sed incauti vigiles quasi hostis cum omnibus viribus mœnia subire minaretur: ad arma iteratis, trepidisque vocibus clamant. Nec morâ præsidium se tota mœnium lorica præterdit.

Præsidij in Suecorum erumpnos.
 Præfectus vrbis tribus equitum alis stipatus in hostes erumpit. Vix porta pedem extulerant: cum præfectus ardore pugnandi ante alios celeriori cursu prouectus incôsultus in hostes equites rapitur: socijs nequicquam suadentibus, vt contractis habenis inter ordines iret. Sueci animosius invehente se hoste, lento se gradu recipiunt: quo se cum alia equitum turma, quæ in subsidijs ad dubios belli euentus non procul inde substiterat: iungerent. Hic simulatus Suecorum receptus præfectum Perusium, Liburnorumque equitum ducem audaciùs in hostes illatos in interitum traxit. Hostium siquidem multitudine circumuenti, dimicantes tamen strenuè ceciderunt. Stratis ducibus Cæsareos fugientes effusò cursu assequuti alios obruncant: plures capiunt; multos hausere vicinæ paludes: in quas à fuga se imprudentes immiserant: perpauci in urbem incolumes redierunt.

Sueci urbem tormentis pulsant.
 Sueci fuga hostium illecti propius urbem succedunt; libratisque in altioribus tumulis tormentis, nulla mora mœnia pilarum tunsiōne diuerberant; eodemque tempore tympanistâ Bannierius muro iubet accedere: obsessisque deditionem tubæ sonitu imperare. Negarunt animosè, abscessèque Cæsarei se tantû dedecus admissuros; seque impigrè ad mœnia tuenda

tuenda ingentibus animis instrunt. Quare acrius, vehementiusque Suecica tormenta fulminant. Decimo eadem kal. summo mane obsessi tantis viribus in Suecos pedites eruperunt: ut eo impetu impulsam aciem turbarent: sed equitatus intercursum, auxilioque restituta, atque ex utriusque vno conferto agmine in urbem Cæsareos propulerunt.

Sueci iterum tympanistam ad obsessos caduceatorem mittunt: æquifimas deditionis condiciones se illis facturos promittunt. Cæsarei, qui cum suo Duce Perusio conciderant animis; aures Suecorum oblationibus præbuerunt. Cæsarei urbi Sueco deditio. Sublatis hostilibus hæc data, acceptæque deditionis leges.

Ut præfidiarij cum armis, & sarcinis, explicatis de more vexillis, fumibus accensis, instructis militari consuetudine ordinibus, urbe egrederentur: irentque impunè Rostochium: qui damnato in Megalopolim eundi consilio: flexo itinere iterum Grippwaldum reductis impedimentis Pegrotziû versus ineunt iter. Quo cognito Bannerius ducem Hallum cum suis cohortibus, & turmis illico misit; qui Cæsareos eo transitu intercluderent. Cæsarei repentino hostium aduentu territi non arma expediunt: non se ad defensionem parant: rati Suecos fœdera seruaturos. Verum hi rupta repente fide, eos partim obtruncant: partim capiunt; omnesque ignavia, perfidiaque penas, quod munitissimum oppidum tam turpiter hosti traderint, meritas luerunt.

Sueci Grippwaldum ingressi: fortunæ suæ felicitatem mirati quod validis, optimisque septem munimentis oppidum obtinissent: quod difficillimæ expugnationis, si illud usque ad vltima Cæsarei propugnassent, laboriosissimique operis, ac cruentissimæ pugnae futurum omninò erat. Erectus post moenia agger quatuor, & viginti pedes patebat: fossæ profundius depressæ, aquisque restagnantibus plenas: exterius pomerium crebris, firmis vallibus præfixum, comitatibus, reique tormentariae copiæ affatim ciuitas affluebat. Vnus præfecti casus oppidum perdidit. Non dementius à duce, aut præfecto delinquitur: quam cum se temerè mortis periculis obijcit; quia in vno capite periclitatur publica salus: cum prudentibus debeant pugnare cum hoste consilijs; atque certaminis periculis abstinere.

Tillius ratus Suecicæ Regem Imperialium armorum terrore discedere, deque reducendo magis in Sueciam exercitu; quam de proferendo vltimò bello cogitare; Tangremundo copijs à capto Magdeburgo, promotis paucorum dierum oppugnatione eam urbem ad deditionem compulsi; Tillius Catos in vadis. aliaque per multa minoris momenti oppida cepit. Sed quia principes Protestantes vndique congestis militum auxilijs copias nouis delectibus angebant: non opportunum arbitratus vires in arcium obsidionibus detineri, de suorum ducum sententia in Catorum principem à Sueci Regis partibus stantem magnoque animi ardore ingentes copias parantem, arma conuertit. Indignantibus maximè Austriacis, quod eius ditione medias Imperij interiaccente prouincias, si ipsius vires maiora incrementa fecissent: Batavorum, Suecicæque Regis fretus auxilijs non solum Imperia-

In Catto;
moti belli
causa.

lium armorum profectus suo interuentu, abrupturus esset; sed etiam omnes vicinos Catholicos afflicurus. Qui cum essent debilioribus ad resistendum viribus (Mocontiaci siquidem, Coloniae Electores, Monasterijque principes, ac Fuldanus Abbes Cattis finitimi sunt) necesse erat, aut Imperatorem validis illos copijs à vicino hoste tueri: quod alijs exercitibus enervatis, multum de Austriacis viribus detruisset; aut hostilibus armis oppressos ad fugienda belli mala cum Cæsaris hostibus consentire.

Satius igitur ratus ex militaris legibus disciplinæ hoc tollere impedimentum, Landgrauiumque opprimere antequam magis illius coalescerent vires; deinde Saxoniam ducem belli terrore in partes Cæsaris proclinare; quod nullis iteratis precibus à suo certo neutrius partis iuuandæ consilio poterat amoueri; quibus principibus Sueco, ademptis, bellum superato rege, facile poterat profligare; in Catto duxit exercitum.

Cattoris
provincie
fertilitas.

Ea regio omnibus rebus, vno excepto vino, nisi quæ Rheno præteditur; abundat; metallorum ferax præcipue cupri, & plumbi. Salsis fontibus scattet; quibus sal in usum provinciam conficitur; pluribus urbibus frequens;

Quondam à Carolo V. auctore Philippo Landgrauio rebellarat; sed ingenti prælio eo perdomito, ac capto ad fidem redierat: nunc denuo ab Imperatore desciscens Suecica signa sequebatur.

Tillij ad
Catos li-
bra.

Tillius antequam provinciam bello peteret, optimum censuit illos populos literis admonere; *Ne iuuenili, seruidoque sui principis ingenio, se in obliquum abripi paterentur: qui inique, ac perfide ab Imperatore defecerat, ut exterum regem Germaniam communem patriam bello vexantem parricidam sequeretur: illum Gripfualdi cum Sueco rege ad patriam perniciosam iniqua inire consilia. Proinde se illis enixe suadere, ne redeuntem reciperent: se illis validis auxilijs adfuturum: quibus facile possent partem libertatem, tranquillitatemque tueri. Hac vna ratione posse ab ijs bellum auerti, si ipsorum domino rebellante: ipsi stabiles in fide persisterent.*

Tillius
Cattis ab-
sinet.

Verum Tillij literæ nihil eos populos commouerunt; cum natiuo exacto principe, alij nihilominus domino seruiendum foret. Quare impigre, ac sedulo ad Imperialium vim repellendam arma parabant. Sed Tillius cognitis Suecorum profectibus, veritus ne se absente, magis, ac magis in dies eorum conualescerent arma; reiecto Cattorum in aliud tempus bello, comite Gratzio, quem cum sex peditum millibus, præmiserat, reuocato, alijsque ducibus inde reductis, iter retro remensus propius hostem promouit exercitum: præsertim cum maiorem equitatus partem Altemburgi, ac * Melocabi reliquisset.

* Coburg.

Rex Sue-
cus Me-
galopoli-
tano: pri-
ncipes ac-
seris.

Rex Suecus interea Gripfualdo expugnato, cum accepisset Federicum Adolphum; & Ioannem Albertum Megalopolis duces, qui sua ditioe depulsi Lubeci libera vrbe priuatam vitam tolerabant: non spernendam militum manum comparasse; Regiæ suæ maiestatis putauit esse, illos in suam provinciam restituere; atque miseros principes patrio solo extorres Suecicis armis asserere; vt eo clementiæ opere Germanis principibus testa-

retur;

retur, se bellum magis aliorum commodo, quam sua causa suscepisse. Promoto itaque ulterius exercitu, varia oppida eiecit Cæsareis, nullo fere labore occupauit; vt facilem reditum illis principibus aperiret. Cæsarei siquidem reliquis prouinciæ locis desertis, quæ tueri disperfis quaqua versus armis, minimè poterant; vniuersas vires Rostochium, Vismarumque contraxerunt; vbi facilius iunctis armis, Cæsaris iura defendere, Regique Sueco obsistere possent; ac eius prouinciæ possessionem dubiam, incertam, infestamque reddere. Hoc Rex Imperialium animaduerso consilio, Anclammum tutissimis propugnaculis communiuit: vt circumiecti agri Imperiũ securum ab hoste faceret, tutumque receptum suæ copiæ in quocunque dubij Martis euentu, haberent. Bannerio cum sex bellatorum millibus iusso Rostochium, Vismarumque oppugnare; ipse cum reliquis copijs prædabundus totam prouinciam cucurrit: vt & Cæsareos armorum vicinitate terreret, & eos populos ad fidem erga suos principes reuocaret.

Inter hæc Megalopolitani duces, ne soli in propria causa segniter agere viderentur; conflatas copias ad Suerinum expugnandum ducunt. Inter arcem, & urbem castra locare decernunt; vt hostium distractis viribus mutua eorum auxilia castrorum interiectu præpedirent. Idcirco Chiliarchus Relinchenus traiecto flumine Schelfo suis locum stationibus occupare contendit; sed cum citiùs, quam par erat, se conspiciendum dedisset: ciues satis in tempore in arcem cum suis rebus confugere potuerunt: ac tympanorum, tubarumque sono ad arma cæteris excitatis, ad tuenda menia confluere. Nullo igitur repugnante, vrbe occupata, arcem illico adoriuntur. Hic enim verò propugnantium virtus emicuit; pluribus enim hostium inuadentium cæsis obtinendæ arcis spem ferè omnem ducibus ademerant; nisi sulphureo puluere, tormentorumque farcimentis deficientibus, præsidij duces se honestis conditionibus dedidissent. Dum hæc à Megalopolitanis ducibus agerentur, Suecorum manus Gustraum, Bulzauum; & Chiliarchus Montoyus oppidum Plauum aggressus occupauit.

Post hos felices rerum euentus, Rex insigni pompa, & faustissimis omnium populorum acclamationibus, & plausibus nepotes suos in avitam Megalopolis ditionem restituit; sacramentoque seruandæ suis principibus fidei Megalopolitanos adigit. Festis diebus ex voto peractis, Rex ibi diutiùs non cunctandum ratus; sex equitum millibus, & moschettariorum equo merentium mille, & duabus sclopettariorum legionibus Burchum processit; vt armis Tillio propiùs ostentatis, Pappenhaimium inopinantem aggredere; atque receptu intercluderet. Verum ille repentinum Regis impetum timens longè viribus inferior Magdeburgum secessit; frustra illum Ringrauium sequente.

Rex Pappenhaimij incautè opprimendi spe deiectus copiarum partem Albim trajcere iussit; quæ facili pugna Tanghermonda, eiusque arce, expulsis Cæsareis potitæ sunt. Congesto deinde quàm maximo potuit, linteum numero, flumen nauali ponte constrauit; per quem in aduersum

Megalopolitani principes in arma confluxerunt.

Suerinæ principibus deditur.

Megalopolitani principes in suam ditionem restituntur à Rege.

litus

Rex al-
bim pen-
sibus in-
spici.

Albim.

litus equitatu traducto, duobus moschettariorum millibus urbem firma-
nit. Hic propugnacula, atque optima munimenta extruenda curauit; do-
nec agmina, quæ in veteri Brādeburgo reliquerat, aduentarent. Albim etiā
ponte ex nauibus connexo flumen iunxit; atque vtrunque validis de mo-
re propugnaculis sepfit. Vtroque igitur in fluminis littore positus tutissimo
in loco constiterat vtrumq; ea flumina veluti insuperabiles fossas hostibus
obicūrus, commeatusque abunde ex omnibus litoralibus oppidis in sua
castra secundis fluminibus conuehenda habiturus.

Austria-
os vires
cognant.

Austriaci felicibus Sueci Regis ausis, allatoque nuntio Suetiæ Reginam
cum sex bellatorum millibus propediem affore in Germania; ac magnis
hostium bellicis apparatus terri; ad frangendos Suecici belli impetus
vndique auxilia cogeant. Rex autem Suecus continuatis secundæ fortu-
næ fauoribus vtens de recuperando Magdeburgo cogitauit; vt Saxoniz
duci propiūs accederet, cuius armorum societatem, coniunctionemque
ad perficiendum bellum sibi apprimè necessariam putabat. Quare con-
uersa subito exercitus fronte, Volmerstadum versus iter intendit; copijsq;
ibi in statiuā, atque in vicinos pagos, & villas equitatum omnem partitus
substitit Tillij consilia, & conatus expendens. Ille Regis progressibus au-
ditis, iterum Albi transmissis, copias omnes Phengarum redaxerat.

Non retro
signa con-
uertit.

Rex vbi Cæsareos propiūs aduentasse cognouit: atque iam Holchi le-
giones, & Montecuculi agmina in Borgstado, Angeroque vicis sexdecim
passuum millibus à Tangremundo recedentibus constitisse; illuc copias
omnes adduxit; eo consilio vt hostem inuaderet imparatum; antequam
aliquid de suo aduētū sentiret. Clam igitur profectioe submissis tubarum
sono conclamata, Balgeno in Albis littore sito. tribus equitum millibus,
& quingentis moschettarijs equitibus, Cæsareis castris, quibus Montecu-
culus præerat; accessit; iussoque comite Ortemburgo cum equitum cen-
turia præire, mox totum subsequi equitatum, Austriacos ad eò repentinus
inuasit; vt illis nec ad equos è stabulis educēdos, ne dū sternendos aut frē-
nādos spatium habuerint. Quare maior Imperialium pars nullo accepto
incommodo, cæsa, plurimi capti; tria signa militaria hosti cum omnibus
impedimentis ablata. Maior duplò clades Cæsareis esset illata; nisi in vi-
cinis paludes, & saltus effugium Austriacis patuisset. Triginta tantum om-
nino è Suecis cecidere; inter quos Carolus Ludouicus Lautrechij palati-
nus; qui tribus tormentarijs glandibus vterum traiectus occubuit.

Rex Sue-
oni Cæsa-
reos ca-
dit.

Holchi
virtus &
ferocia.

Holchus primis, & alteris inuadentium, cadentiumque clamoribus ex-
citatus, potuit dum socij premerentur; suos raptim tamen armare: atque
in aciem instructos educere: qui irruentes hostes tanta virtute excepit; vt
diu anceps victoria pependit; sed tandem hostium multitudine super-
tante, Holchus referre gradum cōpulsus est: quod ad eò stipatis ordinibus,
obuersa semper in hostem fronte, inuehentes se acrius fortissimè repellens
obijt; vt nudo stationis loco hosti relicto, per paucos suorum amiserit: præ-
dæ tamen impedimenta fuerunt: quæ festinatio, vrgenque assiduus ho-
stitium

stium impetus abduci prohibuit. Quatuor, & viginti peditum cohortes hac tora nocturna pugna deletæ sunt.

Dum Cæsarei oppugnarentur, duæ regiæ legiones Volmerstadum Tillij stationem procurrerunt; ea mente, vt illum incautum intra munimenta aggrederentur; sed ea inter densas etiam noctis tenebras expeditione conspecta, vix dum à Cæsareis cantato classico, recessere. Tillius tamen insidiarum metu suos à persequendo hoste continuit.

*Suorum
inanis co-
natus.*

Rex de valido hostium numero certior factus perniciosum putauit tot victorijs partam gloriam, audentesque animis continua rerum felicitate copias in apertum discrimen adducere; sed illa nocturna victoria contentus, receptui cecinit; Bilghenumque copijs promotis; ibi totum eum diem qui eti, curandoq; corpori indulsit. Quarto Kal. Augusti conclamatis submisso tubarum sono vasis, ne Tillius se proficiscentem assequutus inuaderet; in pristina statiuâ redijt; Cæsareos maximè sibi infensos, iratosque ob receptum nocturnæ cladis dedecus à tergo relinquens.

*Suici Ro-
gis disces-
sus.*

Tillius, qui longo interuallo socijs præcuntibus opem ferre non potuit; serò aduertit erratum: non boni, cautique ducis esse, primum agmen mediâ aciem ita præuertere, aut postremum longè à reliquo exercitus corpore recedere; vt carpentibus hostibus, illis succurri non possit. Verùm ea clades non est ita Tillio culpæ danda, vt illi duces crimine vacent. Immò ab ijs grauius peccatum est; qui vt laxius, commodiusque tenderent: magnis itineribus præcesserunt; vt triginta passuum millia præter solitum lentius incedentis exercitus morem vno die confecerint. Quod si non Tillium ob hostis viciniam post cladem blandiri suis necessitas compulisset: graues certè à Montecuculo, & Holcho pœnas admissi criminis exegisset; quando eas Bernestenius à Suecis occisus temerarij consilij abundè dedisset. Hæc duo maximè studia Imperatorem decent: Mathematicæ disciplinæ cognitio, & hitoriarum lectio, quòd illa eligere aptum castris locum, munire, expugnareque vrbes doceret; hæc copiarum saluti consulere, seruareque exercitus admoneret.

*Ductum
error in
momento
exercitu.*

Ingentibus irarum æstibus Tillij animus fluctuabat ob acceptam primi agminis cladem: vlcisique egregiè suorum stragem sollicito pectore volutabat. Quare intra ipsa munimenta Regem adoriri decreuit; sed antequam conceptum animo facinus auderet; quosdam in Regis castra submisit, qui tormenta adactis in spiracula, quibus ignis concipitur; ferreis clauis, occæarent: Vuerbenoq; subderent faces; vt regias cohortes distinentibus flammis, tutius hostem posset adoriri; sed quibus negotium datum erat, deprehensi laqueo inconsultæ audaciæ supplicium iuerunt.

*Tillij ira
o' acci-
ptam cla-
dem.*

Tillius octauo idus Augusti regijs castris propius accessit. Rex ad hostem aduentatam copias in tria agmina intra munimenta partitus, subeuntem opperiebatur; iussitque varijs in locis incendia excitari, vt Tillius sua destinata à submissis perfecta esse putaret. At non idè Tillius munitis successit, sed continuis tormentorum ictibus ea quati, ac dirui iussit.

*Tillius
Suecia
castra ter-
mè ris ovr-
berat.*

fit. Rex tormenta continuit; vt illa confixa clauis Tillius, sicuti mandaue-
rat, cogitaret: qui ratus ita profus esse, neque Regem ideò displouisse tor-
menta, quòd occæcata esse reperisset; propius Suecos promouit exerci-
tum; quem vbi intra tormenti iactum Rex esse conspexit; contorta subitò
missilium è tormentis grandine, plures Cæsareos discerpit.

*Tillius
discipul.*

Quare Tillius sua spe frustratus retrò reduxit exercitum; & quamuis
Sueci egressi, referentem pedem vrgerent; nullum tamen Cæsareis incom-
modum attulerunt; quia confertis ordinibus, stipataque acie animosè vni-
uersi committendi prælij necessitatem vitarunt. Suecorum studiosè vulga-
runt quatuor Imperialium millia eo die cæsa: cum mortuorum mille nu-
merus non excederet. Sic Tillius Regi liquidò demonstrauit, se verè impe-
ratorio dignum paludamento esse quamuis Rex illum contemptim de-
charchum consuesceret appellare.

*Tillius
Suecos ad
pugnam
tentas e-
licere.*

Tillius iterum Regis munimenta tormentis insitit verberare; nec ta-
men Rex importunè laceffitus è castris erupit. Sexto easdem idus tertio
exercitum Tillius pugnaturus in aciem eduxit; libratisque tormentis, Re-
gem ad prælium classici iteratis cantibus, prouocauit: qui neque idcirco
dedecus putauit pugnam longè inferiorem numero detrectare. Tillius si-
mulato receptu, hostem ad se vrgendum è castris elicit. Baudius, & Rin-
gravius cum suis agminibus in abeuntem ferociter procurrerunt; sed Cæ-
sarei citius, quàm Tillius destinauerat; substiterunt; obuersionisque ordinibus,
adeo acri impetu in vrgentes Suecos inferunt gradum: vt primis ordinibus
primo impetu prostratis, vniuersa hostium acies impulsæ de sua salute du-
bitarit. Baudius equo suffosso cadens extremum vitæ discrimen adiit:
igneæ glandis icus partem ephippij abstulit. Dux Bernardus Vinmarien-
sis equo pariter interfecto, destitutus in pedes; nec tamen in tanto certami-
nis ardore, furoreque plus ducenti vtrinque milites ceciderunt.

Rex prohibuit suis laborantibus alios integros è castris subsidio pro-
dire: ne paulatim accurrentibus vtrinque auxilio cohortibus, ingraue-
scens pugna in iustum glisceret prælium. Itaque suos in castra tubarum
cantibus reuocauit. Nonerat enim feras vulneribus irritatas crudeliùs
sequere; hostesque superioribus cladibus ira furentes in vltionem, augente
impetum dolore, vehementiùs præcipites ruituros.

*Tillius
inbetur in
Saxoniam
copias im-
mittere.*

Insigni militari peritia hi duo strenui duces se inuicem sequebantur: al-
tero ab alterius insidijs solerti, sagacique consilio præcauente, dum me-
liore, opportuniorèque sui conficiendi hostis occasionem nauiter expe-
ctaret. Tillius igitur cum vidisset cum eo duce sibi rem esse: qui non ad ho-
stis arbitrium, cupiditatemque pugnaret; satis animi, viriumque sibi hosti-
bus ostentasse visus, exercitum inde reduxit, quòd comneatum penuriã
milites paterentur. Insuper à Cæsare mandatum acceperat, vt copias in
Saxoniam induceret: quo cum Electorem suam voluntatem proderet, ani-
mumque cogeret aperire: seque amicum, aut hostem iungendis armis, sta-
tiniſque militum concedendis, aut vtrumque negando declararet.

Nu-

Nutant perſepe regum conſilia ; hærentque in ancipiti præſertim quando cum potentioribus ipſis negotium eſt. Cæſareus Senatus Palatino, Halberſtado, Mansfeldio, Danoque Regi intentatis armis, terrere conſueverat : eiufdem conditionis Saxonem ducem ratus, nulla Suecici exercitus viciniæ, Proteſtantiûq; principum virium habita ratione, in ſuas partes belli minis cogi eum poſſe cenſebat: cum vis allata potentibus eos magis aſperet, quàm terreat. Satiùs eſt in bellis occultos hoſtes habere, ſed eos Optimam principum conſilium. roſcere, quàm cogere; vt ſe tales apertè, hoſtilemque animum prodant. Quia arcanis odijs inſenſi, nulla, aut admodum exigua hoſtibus auxilia ſubmittunt; at ſe hoſtes profeſſi, omnes ſuas exerunt vires, vt quem palam oderunt, toto impetu ſternant.

Iuuabat hoc Tillij conſilium Suecici exercitus à Pomerania, & Marchia diſceſſus; atque hoſtium auxilijs nudata viciniã. Reuocatas igitur in Fuldanam ditionem omnes copias, iuſſit ſecum arma coniungere, vt ſimul ſociata iuſti, validique exercitus robur efficerent. Erant hæ quadraginta peditum cohortes, & quinque, & triginta equitum turmæ duce comite Farſtembergo; quorum pars maior à Catholicis fæderatis principibus mercede conducta, in Cattorum Landgrauij ditionem irrupturæ; niſi eas Tillius ad ſe properè accerſiſſet. Tillius ex omnibus præſidijs cohortes deducit.

Nonis Auguſti quadraginta Anglicæ naues Sundani ſinus littoribus appulerunt; quibus octo eiufdem gentis, & Scotorum peditum millia vehabantur deſtinata Sueco Regi ſubſidia. His præerat Marchio Hamilthonus, Chiliarchusq; Leſeus Suecus; qui expoſitis copijs, Stetinû primò, deinde citatis equis, ad Regem ſe contulit; vt quo agmen ſtectendum eſſet, mandatum acciperet. Rex Anglus Regi Sueco auxilia ſubmittit.

Marchio Hamilthonus ſicuti clariffimi ſanguinis eques quadraginta viris nobilibus colebatur; atque in domeſticis rebus, illi veluti aulici obſequabantur. Euntem ſex, & triginta Alabardis armati præbant; ducentique ſclopettarij ſtipabant latus. Tanti igitur ſpiritus, & excelsi animi dynaſta Sueci Regis indignatus Imperium, ſeorſum à Rege ſuis tantum copijs belare cupiebat: vt Regis ſui nomen, ditionemque, non alieni gloriam, fortunamque proneheret; magna ſpe ductus ſe, dum vndique Cæſar armis Suecicis vrgeretur; maximos progreſſus eſſe facturum. Sed Suecus nullum ſuæ gloriæ ſocium patiens, ad Anglum Regem ſcripſit; vt Marchioni præciperet; vt ſecum iunctis viribus, ſuis pareret Imperijs: quo validiori belli impetu Auſtriaci impellerentur. Hamilthonus Anglus Sueci Regis indignatur Imperium.

Angli Regis auxilia maximum rebus Suecicis momentum attulerunt. Liberæ nãque ciuitates, Germaniæq; principes, qui diu hæſitabant ancipites vtram in partem inclinarent; conſpectis tum demum præpotentis principis auxilijs, à Sueco Anglia ſtante: Guſtano, deſertis Auſtriacis, adhæſerunt. Quorum defectione iratus Tillius iuſſit comitem Fuccarum maiorem Catholici fæderis ſtatorem, qui iam Franconiam ad fidem redire compulerat, nouis militum ſupplementis auctum Cattis inferre ſigna, Plures Germania vrbes, & Principes à Cæſare deſerunt.

signa, atque omnia ferro, ac flamma corrumpere.

*Fuccari
mina à
Cæsaribus
sperantur.*

Hic cum in Cattorum finibus constitisset: ut malum, si posset, mitiori medicina sanaret; ad magistratus, & vrbes litteras dedit, quibus sui aduentus causas aperiebat. *Si debitam Cæsari præstarent obsequium, neque fidem mutarent: se innoxias inde copias abduclurum: sua mallent suum transfugam principem sequi: se omnia ferro, igneque vastaturum, & quod sola mina non possent, vim allatam effecturam.* Verùm illi qui Tillij minas, ac monita spreuerant, omninò Fuccarum neglexerunt.

*Lædgrauius
suis
auxilio
uenit.*

*Non mi-
dus sup-
pmentis
Rex Sue-
cui acci-
pit.*

Interim obstrepentibus ad Cattorum confinia Cæsareis, Landgravius accepto valido à Sueco Rege subsidio, opportunus aduenit; ut suos vectigales ab Imperialium violentia defenderet: & ad Vachum castra muniuit. Rex Anglicas copias auxit, additis quatuor Suecorum milibus; qui nuper è Suecia nauibus aduecti magnum tormentorum numerum attulerant. Illa erant ex cupro constata corio tota contexta. Quare cum se bellicorum numero Cæsareis parem vidisset; in tria agmina seceuit exercitum. Vnum secum ad Vuerbenum retinuit; alterum Mariscallo Homo attribuit: tertio Chiliarchum Todum præfecit: omniaque sollicita mente aduertebat: quò conglobata Imperialium vires impetum daturæ essent. Tillius namque Fuldanis copijs firmior Saxoniz bellum immabatur; nisi Elector partibus Imperatoris accederet. Saxo itaque Lipsiam omnes copias traduxit. Rex gaudebat in sinu quòd Cæsarei Saxonem irritarent: ea enim ratione sperabat, illum tot iniurijs offensum secum tandem sedus esse initurum. * Calegiam ad Albim flumen in superiori Saxonia conditam inter Brandenburgum, & Lipsiam, quatuor, & quadraginta passuum millibus Magdeburgi recedentem profectus in res Saxonicas intentioni cura excubabat: dum Tillius acceptis Aldringheni, Tieffembachijque agminibus, quæ nuper ab Italia, direptaque Mantua, aduenerant: Saxonem vndique septum vrgeret.

*Vuittem-
berg.*

*Cæsari
Saxonem
duci pre-
mune.*

*Tillij ad
Saxonem
duci mo-
dica.*

Verum antequam aperto bello Saxoniam inuaderet: Sciamburgum Chiliarchum, & Maternichium ad Electorem legauit; qui dicerent non esse amplius tempus, quo in ancipiti, ac incerto inter utraq; partes dubius haberet: sed sua arma Imperij viribus iungeret: et communibus consilijs, & opibus Suecum Regem Germaniæ insolenter, ferociterque insultantem comprimerent: & quando arma sociare cum Cæsare recusaret: milites exanthoraret, & copias dimitteret: Sueci expellendi curam omnem Imperatori relinqueret: interim statina Cæsareis copijs pararet. Addebatque insuper Tillius se Cæsaris iussu nullas in posterum moras, aut dubia, ambiguaque responsa esse passurum. Proinde eius celsitudo se excusatum haberet, si Cæsaris iussis obtemperans in ipsius prouinciâ infestus incurreret: se illum etiam, atque etiam hortari: ut tot belli mala, atque incommoda demitteret: Imperij venerabile caput, supremumque principem vereretur.

Hæc legatio ita Electoris animum asperauit; ut omnem simulatam etiam erga Cæsarem reuerentiam penitus abijceret; responderetque non

minus

minus iratè, quàm animosè, se magis Imperij legibus, ditionique propria, ac Evangelica veritati, quàm immodicis Caesaris cupiditatibus teneri. Proinde se nolle iniquis armis sua arma coniungere: neque Casareas copias in sua alere prouincia: obtestarique se omnium malorum, quæ sequutura essent: culpam ministrorum Caesaris impotentia esse reponendam: qui Protestantium precibus ad Imperatorem aditum præcluserint: nec fuerint ad ipsius aures eorum querelas peruenire: docuerintque impiè initum contra Protestantes bellum esse pium, & iustum. Citius futurum, ut maximo suo malo disceret Imperator: non esse bello optimè de Imperio meritis principes laceffendos: nec ita compensandos Electoralis pilei Saxonici labores: quos tuendi Imperij tantùm causa suscepisset: neque ingentibus impensis, quas pro ipsius incolumitate fecisset, eas esse vices rependendas: quorum beneficiorum memoria si Casari excidisset: barere altiùs mortalium mentibus: inmissa à se in Palatinum arma Saxonica: ut eo ab usurpato regno depulso, Bobemiam domitis rebellibus, recuperaret: se nullis laboribus percipisse; ut Austriacæ domus felicitatem proueheret. Angi se vehementer quòd in Caesaris caput, omnia futura mala ruitura essent: immunibus inserim eius ministris, qui malorum causam præbuisent.

Saxonie
ducis ad
Tillium
responsio.

Effusa querelis, & expostulationibus ira, Elector in verborum obsequia, oblationesque officiorum delapsus legatos dimisit. His Tillius ab internuntijs auditis, gratias egit Electori: quòd suos legatos admiserit: non tamen eius verborum officia, sed ipsam operam Casarem postulare: ad quam præstandam se illi iterum suadere; seque arma expediturum, ut illum inuito extorqueret: quòd propediem ipse sensurus erat.

His ita repetitis, ne diuturniori mora defensionis parandæ Saxoni tempus daret; Saxoniam infestus aggreditur; omnia quæcunque procurreret, ferro, flammaque demoliens. Marspurgum Pappenhaimij comitis opera cepit.

Tillius
Saxoniam
aggreditur.

Hæc ciuitas inter Saxonie, Turingieque fines sita, tres tantum leucas Lipsia distat Halam versus. Ibi milites ingenti præda ditescere potuerunt prætiosis spolijs inde auectis. Vucisensellium exercitus deinde positus castris obsedit, ubi etsi nullum præsidium urbem tueretur, ciuibus tamen defensionem parantibus, momento capta, direpta est: sex tolerum millibus recusatis, quos ad direptionem redimendam miseri ciues obtulerant. Idem infortunium * Cardabianca, Mechalanumque tulere: quæ insuper præter cætera mala iniectis ignibus conflagrarunt. Eodem belli impetu Pegauum, Zeitziun, aliaque oppida capta, ex quorum manubijs, & spolijs astatim milites ditati ad reliquarum urbium excidium cupidis animis ferebantur.

Imperiale
armis
progreffus in
Saxonia.

Eriburg.

Quibus suorum cladibus valde commotus Elector grauitè cum Tillio litteris de suæ prouincie direptione conquestus est. Eisdem excusationes afferebat: quas paulò antè legati retulere: orabatque summis precibus: ut à regionis vallatione abstineret. Verum nihil Tillij animum flexere illæ

Dum Sa-
xo Casar-
eis ira-
scitur.

Saxonis

Saxonis querimoniam : immò cuncta armorum impetu proruebat : vt Electorem cladibus , incommodis , pessimo sanè consilio , vt docuit euentus ; ad fidem erga Cæsarem reuocaret : aut è suis stationibus , & munimentis Sueciæ Regem ad prælium extraheret . Elector , vt est magni animi Principis , nullis malis infringi ; neque aduersæ fortunæ cedere impotentia : sed contra audentius ire ; Tillij insolentia , Imperialiumque sæuitia ira fremens iniurias vlscisci infenso animo destinabat ; conductumque ab Altemburgo duce exercitum : qui quatuor , & viginti millium summam æquabat : Torgauiam promouit .

*Vltionem
destinat.*

*Tillius
Lipsiam
ducit e-
exercitum.*

Tillius verò suis cæptis insistens Lipsiam copias adduxit : commeatusque , rei tormentaria apparatus , ac pecuniam illis ciuibus imperauit : adiectis minis , nisi postulata vltro nulla iniecta mora , proferrent : se vi adhibita expressurum : quidquid ipsorum cupiditas denegasset : & vt minas nequaquam inania esse verba atque irrita demonstraret quadraginta bellatorum millibus sub ciuum oculis explicatis , agrum duodecim circû passuum millia diripuit . Responsum à ciuibus est : *se nihil nisi de Electoris consensu , voluntateque posse decernere .*

*Tillij mi-
na.*

Ad quas voces Tillius arctius urbem exercitu sepsit : iustaque obsidione se urbem oppugnaturum minatus , Magistratui significari iussit , *nisi exemplo Cæsarem præsidium in urbem acciperet : se urbem diripiendam militi concessurum .*

Ciues nihil tam abrupta mali denuntiatione perterriti , statuerunt se vsque ad Electoris aduentum , aut missa ab eo subsidia tueri . Tillius in erectioribus tumultis tormenta librauit . Ciues in suburbij , quæ septentrionem spectant : subdidere faces : ne ijs Cæsarei commodioribus stationibus vterentur : quo quamuis Tillius aliquot cohortes ad extinguendum incendium miserit : pertinacius tamen flante Borea , flamma extingui non potuit : displotis insuper ab urbe tormentis , Cæsareos milites summouentibus .

*Tillius
Lipsiam
tormentis
quærit.*

Iratus igitur ea re Tillius de medio die tormenta in vrbis muros excussit : atque in urbem igneas bolides noctu vibrauit quamquam tectis innoxias : omnibus ad extinguendos ignes certatim currentibus . Tillius eodem die ab vniuerso exercitu iussisset urbem inuadi , nisi suburbiorum ardentium flammis prohibitus substitisset .

*Dux Sa-
xo legato
misso Sue-
ci Regi
auxiliū
implorat.*

Elector oppugnatione Lipsiæ audita , Principis vrbis discrimine sollicitus Harnheimium suarum copiarum duces ad Sueciæ Regem misit , oratum contra Cæsareos auxilium : qui in suis castris in Imperialium consilia intentus se continebat . Omnibus benevolentia , humanitatisque significationibus exceptus à Rege Saxo legatus : cum animi lenitate , suauitateque morum vnumquemque cuperet demereri . Dicere siquidem solitus erat , benignitate magis , clementiaque populos , ac milites deuinciri , quam graui , seueroque supercilio : hoc magis Reges venerabiles facit : illæ cariores , acceptioresque animis vestigalium .

Har-

Harnheiminis vasta Imperialium confilia, acerbioresque contra suum Principem iras, quod contra Suecos arma capere, suasque copias cum ijs iungere nolisset, apta, oratione explicauit; subita auxilia pereunti Lipsiæ supplex deprecatus: cuius ruentis casus non Electoris tantum ditiones, sed omnium Protestantium res esset penitus obruturis.

Ita enim affatus est, Regem Saxoniam Cæsareis armis euertere, eiusque Principem omnibus Austriacis viribus oppugnari, tuam Maiestatem non latere arbitror, & Rex: sed huius iniquissimi belli causam verso, ut scias. Quid enim post antiquam, diuturnam, integra fide mutuam cultam inter Cæsarem, & Ducem Saxonem amicitiam Austriacos egit in Saxoniam perniciem? Nulla certe acta à nobis in eos hostilia, non fracta amicitiae iura, non cogitata rebellio, aut aliquod contra Imperium facinus deprehensum, in Saxonem Ducem Cæsareos amicos armauit. Hoc solum, quis crederet? arma in illum Cæsarea concitauit: quod non tuum hostem professus iunctis cum Austriacis consilijs, & copijs, hætenus contra te vel multoties sollicitatus bellare constanti animo recusarit. Hoc Cæsareos exercitus in Saxoniam excidium immisit: hoc Austriacos tam impium efferauit in bellum: nec ingentium Ducis in eos meritorum, cum rebellante Bohemia, Palatinoque totam Germaniam ad arma ciente, conscripto exercitu, pro Cæsare bellans perduelles provincias pluribus illatis cladibus, contusas ad fidem redire coegit: nec præteritæ amicitiae recordatio illos à tam iniqua expeditione continuit. Vagantur tota Saxonia prædabunda Cæsarea copia: vicos, pagos, vrbes, direptis incolarum fortunis incendunt: nec Ducis iterata, submissaque preces pro suorum vtegalium salute precantis à tam fero incæpto, iniquoque bello eos abducere posuerunt. Quid peccatum in Cæsareos à Duce Saxone est: ut illi sint tam indigna, acerbæ, atque atrocita ferenda? Nisi facinus est flammis, ferro, vastatione prouinciæ, incolarum cade plectendum, non contra te pro Cæsare stare: non in Suecos armatum in bellum prodire: non te Saxoniam viribus persequi. Vide quod scelus sequisimo bello castigent. Dux Saxo nullius obnoxius Imperio; nisi quantum exigit imperatoriae debitum Maiestati venerationis obsequium: medium inter vtrumque intra suæ prouinciæ limites, inter frementia circum arma quiescere statuit: non est igitur vel inuitus ad arma contra te capienda cogendus: illataque violentia Suecica arietandus in bella. Quæ ratio meo Duci cum Austriacis est: ut pro illis contra te pugnandum sit? Missis nuntijs, legationibus, precibus, minis admittis, illi seduli insiterunt: ut contra te caperet arma: suas in Suecos duceret copias. Dux tamen constanti, obfirmatoque animo nihil de suo consilio decedens suam potius vastari prouinciã: diripi indigenarum fortunas; vri agros, villas, atque vrbes excindi passus est: quam contra te aliquid hostile tentare: ut est generosi animi Principis nullo allato terrore de suo proposito deici: & adeo non acceptis cladibus fractus cum Austriacis in Sue-

eos arma sociavit : ut etiam comparatis copijs , iniurias propulsare , atque ulcisci festinet . Sed quia suis tantum viribus præpotentia Cæsaris arma è Saxonis finibus arcere non potest ; nec latè prouinciam populantem hostem accidere : tuum supplex postulat auxilium ; pro cuius causa , quòd tibi hostis esse noluerit : tanta belli incommoda patitur . Ardent villæ , pagi , vrbes , tota Saxonis vastatur : quòd contra te facere pro Cæsare recusarit . Nullum maius à tuo amicissimo Principe summi , absolutique amoris insigne expectare potuisses : quàm ut tua causa omnia sua , vestigaliumque fortunas in casum daret : atque immanissimis hostibus relinqueret diripiendas . Hoc solum vel nullo precante , tuum animum in ipsius defensionem deberet accendere : tuaque arma ad Saxonum vindicandas iniurias in Cæsarem prouocare : quando nulla alia te causa in Imperiales impelleret . Traiecisti Balticum mare : formidabiles copias Germaniæ litoribus appulisti : ut mox seruitura tuis hostibus prouinciæ iniectum penè demeres iugum : atque Austriaca depressa potentia , profugos , eiectionisque Principes , quorum nullum est in te meritum : nec aliqua pro te suarum dispendia rerum tulere : suis ditionibus restitueres : tua tantum regia benignitas , & erga oppressos , & infelices miseratio Germanicum traxit in bellum . Hic tuorum armorum scopus , hoc tuæ bellicæ virtutis propositum : ut tu ipse prædicas , quanto uerò ardentius , & promptius tua auxilia meo Principi debes impendere : qui , quia contra te sua tela stringere noluit ; omnibus belli cladibus , ac malis affligitur ? Nullum instorem , gloriosoremque titulum moto in Austriacos bello prætexere potes : nec æquiori pro causa dimicare , quàm eum Principem tuis armis tueri , qui nullo alio nomine opprimitur , nisi quòd in te bellare negarit . Ille tuam supplex postulat opem , sua omnia tuo subdit arbitrio , ego uerò , si tua regia maiestas me liberius sineret loqui : illi tamquam debitam exigerem , & ueluti iure obstrictam deposcerem : cum tua causa belli periculis suas omnes fortunas obiecerit , quem si ab iniquissimorum violentia armorum tegere animo proposueris : toti Germaniæ , atque adedò uniuerso Christiano orbi testaberis , te in Germaniam cum exercitu non alieni raptorem , sed miserorum vindicem bellatorem uenisse .

Sueci Regis respō-
sio .

Rex qui ueluti subessor plagis dispositis , prædæ imminerebat : simulauit Lipsiæ , Electorisque salutem exiguæ sibi curæ esse ; remisitque admodum , & frigidè respondit .

Electorem seipsum in ea mala præcipitem coniecisse : eas clades ei iure , ac meritò contigisse : quòd Magdeburgo cadenti nullas suppetias ferre uoluisse : sibi que auxilio oppressæ urbi properanti aditum præclusisset : quòd stante , eo ueluti clypeo , ac propugnaculo obtento , se tegere potuisset . Nunquam illum in suum animum induxisse : ut salutaria , utiliaque momentibus aures suas dederet , donec ad præcordia adacta uulnera illum , seriùs tamen sapere docuissent . Hoc constanti , pertinacique erga suum Cæsarem præmium amicitia deberi ; quam ad extremum usque spiritum fidissimè coluisset ; quam si secum arma maturius iungendo , salu-
briter

briter abruptisset; terribos Austriacos nimia suorum hostium potentia, accepturos fuisse, non duros ad arbitrium pacis leges. Notum esse quod tenderent Austriacæ Monarchiæ consilia; illam sibi totam Europam inie-
 Et liberis Germaniæ urbibus iugo, subactisque Imperij principibus provin-
 ciam destinare. Se quidem ipsius principis malis non mediocriter commo-
 ueri; sed cum ad alias expeditiones vertenda sint arma, aliaque se bella
 distineant; non posse petitum auxilium concedere.

Iterat preces Harnheimius instat, vrget omnium supplicationum im-
 pulsibus. Si liberatoris Germaniæ gloriosum ille titulum ferre velit; si
 ut fama vulgavit; in Germaniam eo nomine transmisisset; ut ab Austria-
 ca tyrannide oppressos vindicaret; citam opem ferret Principi iniquis ho-
 stium armis impulso: Regiæ esse clementiæ superiorum culparum obliui-
 sci. Errasse quidem Electorem, oblata vtrò Suecici Regni societate recu-
 sata; sed ministrorum consilijs deceptum; imprudenter aliquando noxia sua-
 dentium. Ipsum probe scire magnos etiam Reges, quamvis summa pote-
 statis, omnia sua conferre solitos ad ministrorum arbitrium: ut cum cate-
 ris dominantur ipsi in ministrorum potestate sint; proinde insonti Principi
 alieno errore abrepto auxilia poscenti succurreret; maximam laudem, &
 gloriam de asserto duce Saxone relaturum.

Rex qui nihil magis votis omnibus peroptabat: quàm eius Principis
 arma suis adiungere; cum eoque amicitiam, ac societatem inire; se Har-
 nheimi precibus victum, adductumque simulauit: promittitque se Lipsiæ
 properaturum auxilio; quamquam aliò maiores bene gerendæ rei occa-
 siones vocarent; atque in Electore tuendo omnes suas vires, opesque im-
 pensurum: quem sciret maximè omnium Cæsareis armis affligi: & ut a-
 micorum offensæ grauiores sunt; iniquiusque sociorum feruntur iniuriæ:
 impatientius illum mala sibi à Cæsareis illata tolerare: mortalesque prope-
 diem scituros, quanti inter Austriacam amicitiam, candoremque Sueci-
 cum interesset. Verum quia boni, peritque ducis est; se tutum in ea re-
 gione prætare; in quam monit exercitum: quo secunda statina, tutumque
 receptum habeat: addidit se nihil de suspectis Lipsiæ ferendis tentatu-
 rum: nisi Elector urbem * Calegiam sibi ad belli sedem, & armamenta-
 rium, receptumque tradiderit: & primogenitum fœderis obsidem, ac
 commilitonem, suorumque gestorum testem, & locorum ducem bene-
 uolentiæ, vtriusque: fideique pignus acceperit. Bina insuper mensura
 stipendia militi solueret: cum non ita facillè futurum esset, ut se Saxonico
 bello explicaret.

Illi minuti exilij, & pœnæ capitis plecterentur: qui malignis consilijs
 Electoris causam prodidissent: aperuissentque Cæsari arcana consilia; se
 consiliarios huiusmodi detecturum. Præterea non æquum esse arma pro
 vindicando Electore, vlciscendoque stringere: & illi pro arbitrio inte-
 grum sit pacem, rupto fœdere, cum Imperatore componere. Idcirco

R 2 fœdus

Rex Sue-
 cus Saxo-
 ni ducis
 auxilio
 ire decer-
 nit.

Vuitre-
 berg.
 Sueci, Rom-
 gis postu-
 lata.

fœdus sacramento fanciret: se numquam in quacumque fortuna: etiam si auitæ prouinciæ perdendæ forent: siue pro sua, sociorumque salute tuenda, siue pro hoïte bello persequendo ab eo fœdere recessurum. Pessima sanè alieni auxilij indigentium conditio: quibus durissimæ leges à potentioribus imponuntur: easque miseri coguntur accipere.

Arnheimius per celeres nuntios Electorem petitionum Sueci Regis admonuit. Quibus auditis, Elector non solum nihil earum rerum Regi postulanti recusauit: neque Calegiam tantum, & primogenitum filium, sed Saxoniam omnem, seque ipsum Regis fidei, ac voluntati commisit: vnumque menstruum stipendium militi numeraturum: pro altero vades daturum pollicitus est: sumpturumque penas ad Regis voluntatem de ijs ministris: qui acta secretò in consilijs Cæsari prodidissent.

Saxo Elector omnia petita Succo Regi concessit.

Impensius omnia, quàm polcebatur, promittit: nulla enim necessitate premente, vel dura est recusanda conditio. Huic Electoris promptissimæ in omne Regis obsequium voluntati Suecus maiori fiducia regio plane animo voluit respondere. Nullas se illi fœderis leges præscribere: satis fidei ostendisse ducem, cum se, suaque omnia Suecorum arbitrio credidisset. Se dura tantum, acerbaque postulasse: vt illius fidem experiretur: an constans, dubia ne foret: & an Austriacam amicitiam omnino ex animo expulisset. Cæterùm si vnum stipendium militi solueret: fortius illum, ac alacrius pugnaturum: impensamque breui magno fœnore compensaturum.

Regis Sueci, Saxoniæ & Brandenburgii.

Conuenere tandem, vt mutuis colloquijs vna cum Brandenburgi Electore congregarentur: & de præsentibus rebus, inferendoque simul Cæsari bello coram, remotis arbitris, agerent. Brandenburgi Elector est adhibitus tertius: non solum quia Rex illius arcibus & oppidis eo bello vti maximè cuperet: sed etiam quia ipse Elector nimium patebat omnium iniurijs; si Suecia, Saxonia, Pomerania, Sundio, Megalopoli conspirantibus, ipse vndique ijs armatis regionibus septus Cæsaris partes obstinatio sequeretur: à quo nulla sperare poterat auxilia.

Rex Suecus Lipsiæ mensis.

Rex decimo septimo kal. Octobres Tubinum duodecim passuum millibus procul Lipsiæ peruenit: iussis prius sexdecim pedum, & tribus equitum millibus subsequi festinato: non omnibus tamen copijs Verbeno abductis. Ibi Rex cum Electoribus de belli gerendi ratione transigit: & mutuo se fœdere iungunt. Inde in publicum forum progressi sacramento quisque coram populo, & proceribus suis obligat fidem suam omnes suas vires, & opes pro communi salute, libertateq; defendenda se in perniciem Cæsaris impensurum. De quo inito fœdere tota Saxonia in publicæ lætitiæ argumentum de nocte festi arere ignes: & tormenta displosa hilariter tonuerunt.

Non tamen præcipiti consilio statim in arma itû est: sed Rex censuit cûstando Tilliû pugnacè ducè prælij cupidum superandû, vrgendûq; paulatim:

tin; donec Cæsareæ copiarum commeatum penuria dilaberentur. Quod non erat factu difficile. Nam Tillius in hostili regione, cunctis circum infestis bellum gerens ab omnibus auxilijs procul aberat; quibus etiam circummeundo, instando, premendo in ipsa quoque Saxonia poterat prohiberi. Interim super venturam ingentem bellatorum manum; quibus exercitus auctus se Cæsari formidabilem, & Austriacis viribus parem poterat ostentare: præcipue si Tillianas copias premeret fames. Quo casu ambigendum non erat; quin plurimi ne inedia perirent; ad Suecica signa transfugerent; sicuti paulò antè acciderat; cum Valtaini copiarum exauthorata fuerunt.

Sueci Regis consilijs.

Saxoni de belli cunctatione Regis sententia non placuit; quòd maiori Saxoniarum parte armis Cæsareis occupata, reliquum prouinciæ duobus maximis exercitibus alendis commeatus sufficere non posset: à Tillio exhaustam iri Saxoniam; timidam esse omnem, imbecillamque defensionem; illud omnium esse pessimum bellum; quo tantum hostiles ictus eludimus, non infigimus vulnera; quòd non solum defensor suarum virium imbecillitatem traducat; sed etiam victoria nihil nisi de suo afferat præmij; & nihil acquirat, sed suum accipiat; & iacturam tantum, non lucrum ferat. Quod si interim militum subsidia ventura erant: Cæsar pariter maiora vindique eodem tempore comparare poterat auxilia. Non esse amplius differendum; neque augendarum magis virium tempus Cæsari concedendum. Sed cum ad hostem obtinendum essent satis validæ copiarum: opportunitatem eius conficiendam occasione nullatenus amittendam. Esse difficile post casum surgere; facile verò ante lapsum stare. Tandem perpulit Regem modestè illum timoris accusans, quasi cum Tillio congredi vereretur; ut hostem nactus subito cum eo configere acie decreuerit.

Saxo Electoris sententia refragatur.

Sueci Electoris assensu.

Interea dum Tubeni consultitur; Lipsia expugnatur: Nam Tillius iussis cessare tormentis, cum amplas ad inuadendum ruinas dedissent; ad mediam noctem urbem aggredi destinauerat. Siluere etiam ab urbe tormenta; quòd Cæsareis spem ciuium deditiois fecit. Quamobrem Tillius per tympanistam Magistratui significauit: se maximè de futuro urbis excidio dolere; & quod ipsorum pertinacia miserandum spectaculum Magdeburgi simile edere cogeretur: sicut obnuntiabat, se protinus effecturum: nisi ad illud vltimum inuitamentum, actutum dederent urbem.

Ciues, qui in Miserrimæ urbis Magdeburgi ruina pernicitatis fructus aspexerant; nullo ex tribus missis ad Electorem nuntijs regresso (hi fuerant à Cæsareis intercepti) paucis conditionibus pacti sunt deditioem. Nihil de auita religione mutaretur. Ipsidem ritibus liceret ciuibus operari. Nihil omnino ciues agere cogerentur; quo obstricta Electori sacramento fides violaretur. Non adeo numerosum præsidium urbi imponeretur; quod ciuium commoda impediret. Præsidarij Electorales cum armis, & sarcinis explicatis vexillis, funibus accensis, urbe exirent. Decimo sexto kal. Octobris mille Cæsarei in urbem intrarunt. Vangleto Chiliarcho præse-

Lipsia deditur Tillio.

*Anno Li-
pſiæ igna-
uē Cæſa-
reus cecidit.*

Œo. Paulo poſt in ſigni turpitudine, ſedaque ignauitæ nota Pleiſenbergum caſtellum ſe dedit. Cum ſeptem equitum turmis, & aliquot peditum centurijs præſidij præſectus exiuit; qui Tillij iuſſu in pacatum à Cæſaribus deducti ſunt.

*Fædera-
torū Prin-
cipum de
inuaden-
do Tillio
decreta.*

Dum Tillius circa Lipſiam hæretet ignarus quod ſe belli fulmen, tempeſtaſque maneret: fæderatorum Principum communi ſententia decretum eſt; illum vniuerſis viribus aggredi; antequam illi Aldringhenus; Tieſſembachiuſque iungerentur. Rex itaque præſectus ad ſuos iuſſit, quotieſcunque res poſtularer, ad pugnam incundam expeditos eſſe. (necdum enim illi Lipſiæ caſus, expugnationeque innotuerat.) Sociari ſua fæderati principes arma; magniſque animis, ac paſſibus contra Tillium recta contendunt. Illi qui Tillianum præſidium cuſtodix caufa in tutum abduxerant; trepidi ad Tillium recurrunt; admonent, Electorem eò inſtructo agmine proficiſci. Nec ducem nuntij ſeſellere. Elector ſiquidem, vt regionis, locorumque peritus per nota viarum compendia primum agmen ducens duas horas ceteris anteuertat.

*Electo-
r Saxo in
Cæſareis
duciſ.*

Ad hunc nuntium Tillius valido præſidio vrbe munita, præſecto Vanghlero; vt omnia tuta à tergo relinqueret; in apertos campos copias eduxit; & quia circum planities ſpatioſa procumbit; niſi quæ ſurgunt nemora, aut depreſſius ſubſidet tellus: omnem agrum circumluſtrabat oculis, ſi quæ altiorem ſitum ad caſtra munienda, vt loco ſuperior ſaltem eſſet hoſtibus, inueniret. Quemdam tumulum ad Podleuitzium quatuor paſſuum millibus à Lipſia ſe ſe modicè efferentem notauit: ibi metari caſtra decreuit; non ſolum, vt eminentiori loco, ſitusque melioris commodo hoſtem excluderet; ſed etiam ne inuitus compelleretur ad pugnam. Plerumque enim magis prodeſt æquitas loci, quàm virtus. Magnam igitur equitatus partem ad tumulum occupandum properare iuſſit. Qui quia equites Electoris eodem procurrerant; ſe inuicem aſſequutis, commiſſa vtrinque pugna; locum Saxonibus contra pugnantibus, ægerrimè tenuerunt.

*Tillij
ſi ſe con-
ſilium,*

*Tillius
Aldrin-
ghenū, &
Tieſſem-
bachium
acceſſit.*

Tillius illicò educere munimenta; figere vallum, excavare fossas, librare in fronte tormenta: eodemque tempore per citatos tabellarios Aldringhenum, Tieſſembachiumque iuſſit magnis itineribus properare: vt ſecum ſua agmina iungerent: ad eſſe cum hoſte certandi tempus: non amplius poſſe differri vniuerſi prælij committendi fortunam: aduentare Suecum paratum ad pugnam. Simulque cohortium ducum conſilium, ac præſectorum cogit. Eum penes quidem erat ſummum armorum Imperium: ſed abſque aliorum conſenſu, non pugnandum cum hoſte cenſebat: nec eſſe vnius prælij fortunæ res Cæſaris temerè committendas: ſed altiùs deſoſo vallo, erectiſque aggeribus caſtra munienda, expectandaque ſociorum auxilia: quando eminentiori caſtrorum ſitu Sueco præcellerent; copias munimentis continendas: donec certior hoſtilium copiarum numerus afferretur.

Pappenheimius pugnacis ſeruore mentis abductus ferociter ſuccla-
mabat.

inabat. Quis hic importunus ignavusque pugna timor nos ab incendo cum hoste certamine auocat? aut qua subita iam suscepti mutatio consilij alia vicia pauidis subiicit mentibus? Nudius tertius tota Saxonia hostes sollicitos venabamur; ut illos adepti statim aggredieremur: ipsius affultamini castris; ad certamen crebris tubarum cantibus, frequentique classicorum sonitu provocauimus: immo emissis in ipsius munimenta tormentis, ex vallo illam excutere frustra tentauimus: nunc verò timidi à nostrà ipsorum virtute degeneres intra munimenta ipsorum impetus expectandos decernimus? Quid virium nobis ex illo decessit? aut qua validiorum copiarum hosti accessio facta est; ut cum eodem hoste confugere formidemus? Idem agminum robur, eandem animorum vigorem in nostris copijs intueor: idem hostilis exercitus, siue ex Suecis, siue ex Saxonibus constat; nam unum tantum aspicio; sed ex Saxonibus est; ac proinde ex tyrone, collectioque milite conflatus; quem seu nostrà felicitas, seu ipsorum dementia nostris armis concidendam obtrudis. Nos verò tam praclaram perdendi hostis, consciendique belli occasionem fugiemus? Imbelles, enervus veluti sumus ad veterana Caesarea arma vanescere: quibus semel prostratis, amplius dubium non est; quin Suecus copijs auxiliariis destitutus nobis campo cessurus sit: ceterique Principes perduelles Saxonis terris cladibus alienis malis edocti rupto fœdere à Sueco desciscant. Quid expectamus, ut nostrà desidia beneficio Suecus, & Saxo simul arma coniungant? Tunc ego quoque pugnam vitandam decerno; cum extrema dementia sit cum duplici hoste ancipiti certamine dimicare. Ex Saxo se nostris ulterò induis telis; dum audax suis tantum viribus nobis certaturus occurrat. Nullus Suecus adest: suo scelere perduellionis amentem temeritas nostris gladijs obiecit; non innoxia arma cum illo, ut rumor sparserat, Suecus. Cum Saxone tantum maioribus duplo viribus dimicabimus. Primo ipsa illum incumbens acies impetu prosternemus; quo momento ferè attrito: etiamsi recens viribus ingruat Suecus; cum nostris victricibus copijs victoria animosioribus pugnare non audebit, & numero, & animis nobis inferior. Eundem igitur in hostem puto; dum adhuc procut est Suecus; dum hostis temeritate uti licet; & nostris ausis propitia fortuna tantam egregiam belli occasionem profligandi largitur.

Verum bonus senex Tillius in cuius sententiam Sciamburgus rei tormentariae praefectus pedibus ibat: Pappenheimij animosum magis, quam sapientem consilium fortunam Caesaris precipitem dare passus non est: inconsultoque in ancipitem vnus praelij casum exercitum rapere; multaque rationibus conatus est ceteros duces à tentanda dubij fortuna certaminis detertere.

Si pugna, inquit, ad bellica tantum experimenta virtutis edenda, parandumque Martis iniuncti decus iniremur; nullusque fortibus dexteris miseretur nostrorum principum casus: ego sane statis effecta iam senex inuictiles vires in senile corpore, robustiorisque statis vigorem animi renouarem: atque alacer pugnam deponerem: ut aliquod gloriosum bellum facinus au-

R 4 jus

Tillij
ratio ym-
pnam da-
natis.

Jus honestè clauderem hos ultimos dies ; turpissimumque bellatoris dedecus arbitrarer prælium detrectare : at cum nobiscum certantibus , si iniqua meliori causâ plerumque fortuna reflauerit , aciemque nostram infensa perculerit , vrbes , prouinciæ regna , imperia periclitentur ; pendeatque in nostrorum ensium capitulis omnium salus , ad fortuitum , inopinatumque casum aliquem ruitura ; tot longo annorum usu doctus , diuturnaue inconstantis certaminum sortis , militarisque disciplinæ experientia cautior factus censerem fortunam Cæsaris vnis his copijs innixam non esse in vnus prælij discrimen dandam . Quales , quantaque sint hostium vires penitus ignoramus . Hæremus in ea regione , in qua contrarijs sacris , pugnantiumque inter se religionum odijs , in omnia infestâ , quocumque vertimus pedem , incurrimus ; si , quod ne fuerit Deus , acie ab hoste victi fundemur . (bono enim duci clades magis timenda , quàm speranda victoria) nullum præter Lipsiam patet effugium : nullus tutus ad receptum locus occurrit : quocumque superata signa volumus , in hostica omnia nobis incidendum est ; ipsaque Lipsia adeo debili munimento sepitur ; vt pro suo nativo acceptissimo Principe vix duos tormentorum ictus pertulerit . Sed quando etiam tot acceptæ cladi milites superessent : vt urbem à circumsidente hoste tueri possemus ; aded procul à nostris , & pacato distamus in ipsa hostilium prouinciarum viscera prouecti ; vt prorlus fieri non posset ; vt aliquis nobis auxiliarius exercitus subsidio veniret ; desperandæ essent omnes omnino suppetiæ . Plurimi nostrum frumentatum , pabulatumque excessere castris ; non eo numero constat exercitus : vt contra fœderatorû principû vires in apertis campis pugnare possit . Illos arbitror expectandos , vt nostræ gloria , victoriæque participes sint ; nisi eos lixarum , colonumque loco habere malimus . Interim trahendo moras Aldringhenus , Tieffembachiusque à me per citatos tabellarios acciti cum veterano , strenuoque milite , & copiarum flore tempori superuenient . Alios etiam à Colnuiensi Electore conscriptos ad hoc ipsum subitò accersemus . Vnum , alterumque diem certamine differendo , non exedet arma rubigo ; nec situ quiescentia marcescent : sed nobis hæc mora maximum commodum comparabit . Vbi Rex miles felix , animosus , & promptus consistat , quid molliatur , quid parèt nos omnino latet . Cum ad Verbenum tormentis ipsius munimenta quateremus ; quando id nulla nos alia militaris disciplina doceret ; didicisse debuimus ; non esse horario certamini perpetuam gloriam , ignominiamque credendam . Suecus toties à nobis eius insultantibus castris prouocatus nullo dedecoris , turpisque notæ metu ad hostis arbitrium laceffentis ad pugnam , dimicare non censuit . Eum non puduit vniuersi prælij vitasse discrimen . Nos his copijs quibus totius stat salus Imperij tantis impensis , labore , industria ab Imperatore conductis præsumus tantum , ducesque sumus ; quas maximè saluas velle debemus : non in exitium impellere , cum ex harum incolumitate tot populorum securitas pendeat . Vestrum est omnium consuetum effatum ; militarem artem aliam omnino esse : quàm insanum vulgus existimat ; quod illud pugnare tantum vnicum munus . ac proprium

prium militis putat; eum sit omnium militaris disciplina postremum cum hoste certare. Pugna sicuti fugienda non est cum necessitas exigit; ita nulla premente necessitate, vitanda; ne vno aduersi praelij ictu rerum nostrarum vniuersitas concidat. Militia in armis incanui à puero Martis studia sequutus; semper inuitus, coactusque pugnaui. Me nescio quæ fati violentia, aut opportunus rerum bene gerendarum articulus traxit in praelium. Feci quidem semel vltro ad Lintzium hosti potestatem pugnandi; sed ingenuè fateor; quamquam ea pugna feliciter fuso hoste, successit; postea tamen periculum illud, in quod me imprudens inieci, exhorruui; quod per tot annos partem bellicam gloriam in summum discrimen adduxerim. Occulto aliquando bellorum Numini ad pugnam vocanti parendum: permittendumque, ut arcana vi fati trahamur; sed non semper nos à Deo ad certamen impelli censere debemus: atque in hoc stat omnis militaris prudentia, quam nulla litteræ, aut præcepta nos docent: sed diuturnus bellandi usus, & comparata diu tractandis armis experientia.

His inueteratæ, probatæque tot bellicis experimentis virtutis summi ducis rationibus assensere cæteri duces: & Pappenhaimius quoque; quamuis incensus pugnandi desiderio acquiescere visus est: mussitabat tamen identidem, ducis prudentiam, ignauiam, sapientiam timorè, & optimum consilium demissum animum vocans.

Rex interea, & Elector de rerum hostium statu per fidos exploratores edocti raptim inito consilio, decernunt medios Cæsareos deprehendere; obiectaque tantum parte copiarum deceptos ad pugnam allicere. Vbi igitur ad compitum peruenerè, in quo viarum diuortia in regionis varia deducunt; Elector flexit ad leuam, Rex dexteram tenuit. Quatuor tantum passuum millia aberant à Cæsareis castris. Saxones breuiori expeditiorique via profecti primi in Imperialium conspectum venerunt.

Tillius conspecta hostium paucitate: nec dum apparentibus regijs, falsos de Saxonum cum Rege coniunctione copiarum allatos nuntios ratus; suum agmen ita instruxit; vt terrorem hostibus potius, quam sibi salutem posset afferre: quia aciem latissima fronte explicarat; vt vno oculorum intuitu tota lustrari, cognoscique posset.

Fœderatorum principum agmina vt validiora, & firmioribus armis instructa ante prima signa locauit. Ala sinistra Pappenhaimio attributa; in dextera Fruttenbergo curare iussit; medium agmen Tillius ipse tuendum desumpsit.

Acie ita composita, Saxonica copiarum incondita, & fere palantes gradiebantur. Substitere ad quandam fossam, meliusque ordines instruxerunt. Mediæ aciei præerat Elector, dextrum cornu Arnheimius; sinistrum Bindauffus ductabat. Saxones Tillium in tumultu habentem castra inuadere non ausa Suecorum aduentum præstolabantur: nec interim aliquid à Cæsareis mouebatur. Quando Pappenhaimius iniussu ducis cum aliquot cohortibus ad velitandum cum hoste descendit. Initio leue primum confertur

Rex Suecicus & Saxo Elector in Cæsareos fertur.

Imperialium exercitus ordo.

Saxonico exercitus ordo.

Pappenhaimij ducis agmen.

feritur praelium; seque utriusque præ metu continere videbantur; mox inuehantibus se acrius Cæsareis, certamen adeò creuit; vt iustæ propè pugnae speciem referre videretur. Pappenhaimius audaciùs intra hostium agmina prouectus ab hostibus vndique circumuentus ab eo discrimine se amplius explicare non poterat.

Tillius
Pappèhaimio
suo
cessit.

Irato pedum plausu quatiebat tellurem identidem iracundia fremens Tillius. Quòd Pappenhaimius contra iniçi decreta consilij pugnam ferocis animo vellet: firmam tamen illi bellatorum manum subsidio misit: vt inde illum patefactis hostium ordinibus, expedirent. Quorum aduentu Pappenhaimius resumpto animo, audacior adeò non retulit pedem: vt etiam repetito vehementius impetu vterius in medios Saxonum ordines raperetur.

Tillij
aliqui
ad
Duces.

Tillius nimia Pappenhaimij audacia confligere cum hoste compulsus: necessitati parendum ratus: ne duo equitum millia, duasque legiones hostibus concidendas desereret. Pugnetur, inquit, quando ita fieri necessitas cogit: & aliorum temeritas trahit in praelium. Deus adsit nobis propicius: nostraque arma caelesti auctet ope: & simul fulminis instar singula præteruolat agmina: insitque omnes se ad pugnam intrinere, expedireque tela: quando suos recipere tuto non posset: & quia soli, ventisque fauebant, misit qui faces Podloutitzio suburbio iniicerent. Deinde ab altiori loco concionabundus cohortium præfectos, Turmarumque duces alloquitur.

Fideteis conuulsiõnes, in quòd nos discrimen Pappenhaimij audacia, & nimius pugna arder immiserit. Si illum cum suo agmine in medijs hostium ordinibus circumuentum proterendum deserimus: dabit ille quidem meritas temeritatis sue penas; qui meo iniussu, contra uniuersorum ducum statuta confessus in hostes incurreret; sed nos validi agminis proditores æterna apud mortales Librabimus infamia; quòd nihil cadentium sociorum miseris vocibus moerere, nihil facto nostrorum cladis aspectu miseri inuicem hostium semitæ moerendos deseruerimus. Absit à nostra gloria hoc turpissimum impietatis dedecus; vt lectissimas conuulsiõnes vel temere in hostes illas fardiffimè deseramus. Sociorum periculum acuerit inertium ignauiam, ne dum strenuissimorum ferociam militum debet. Neque ad uestra inflammanda pectora, concitandosque animas aliud quam tubarum cantus, tympanorumque sonitus opus esse puto: qui non ad ducis suadentis voces fortiter pugnare; sed bellica gloriæ stimulis acti decertare soletis. Percepimus decerpere laureas, victoriasque parrere assuetis nihil aliud quam perpetuam laudem, æternamque decus ante oculos ponendam puto. Hoc salum dotea quòd hic hostis, cum quo vobis dimicandum est, dignus non sit, qui uestra fortitudini, virtutique componatur; uestrisque casibus cadat. Saxoniarum copias Austriacis armis sapius victa, fusaque Cæsareis plures dedere causas triumphorum. Albis Saxonum cadaveribus constrictis communi sanguine eruenens effluxit; cum Federicus perduellis prælio victus, captusque una bona libertatem simul, ac ditionem amisit. Statim ac hi duces rebellantia contra Cæsares efferunt signa: vna vi-

Etoria

Horiarum materiam illis præbent. Ex quo Saxones suis ducibus auctoribus à Catholica religione, atque adeo à caelesti Numine rebellaverunt; elanguit illa Saxonica ferocitas, ac eorum bellica virtus tota consenuit. Non igitur difficile erit hos cælo innixos perduelles primo impetu, ac pondere ipso incumbens aciei fugare. Eia agite fortissimi duces inclinatis bastis pleno passu alacri, promptoque animo vadite in hostes; diplosa tormenta suis fragoribus bellicum canant, & simul agmina hostilia dilanent: Ego adero testis cuiusque virtutis: una vobis ad pugnam meo exemplo præibo.

Nec mora itoto exercitu tesera militaris, IESVS MARIA, elatoque brachio libratoribus emittendi tormenta dedit insigne. In suos quisque ordines obstinatus vincere discessit. Tormenta scdã dabant Saxonum stragem: validiora agmina in hostes inuicta vehementi impetu loco primos ordines pepulerunt.

Cæsares cum Saxonibus prælium intant.

Fluctuabat cætera acies instante acrius Cæsareo: iamque Saxones fugam parabant. Altemburgi dynastæ equo deiecti: vt vix inter procurfantium equitum turmas in equos resiliere potuerint. Arnheimi tamen legiones, Bindauffi & Vitztumbi adeo valide Imperialium impressionem sustinuerunt: vt aciem iterum iam nutantem restituerint. Et quia Saxonica arma impulsæ fugam circumspicere videbantur: non defuere, qui effuso cursu subditis calcaribus equis, victoriæ nuntium Viennam attulerint.

Saxones à Cæsareo urgentur & fugantur.

Iam Cæsarei hostium impedimenta rapiabant: vixque Tillius poterat suorum agminum inlustratos ordines retinere; qui prædæ, spoliiorumque cupidi direptum Sarcinas properabant; præsertim Croneberghi; Sciamberghi, Vanguardique legiones de tumulo, quem tanta industria, laboreque retinuerant, delapsæ, pars vt impedimenta prædarentur; pars vt muralia tormenta occuparent. Cum Rex Suecus, quem difficiles angustiae cuiusdam aditus fuerant remoratae; expedito celsitibus saltu se explicans primos in Imperialium aspectum copiarum ordines protulit. Ipse alæ dextræ præibat; mediam aciem Tauffellus ducebat; sinistrali cornu præerat Hornus: medium post agmen Hebronus Chiliarchus, & Hallus cum suis cohortibus in subsidijs locati sequebantur. Rex vt erat procerus ante alios, vastoque corpore, vno intuitu rerum statu explorato; notatoque cæleri ætimatione locorum situ, vento, sole, pugnam secum ipse decernens festino interkursu vniuersis lustratis agminibus elata voce sic omnes affatur.

Sueci exercitus ordo.

Non opus est verbis, milites, ubi certandum est armis: nec suadere necesse est ubi sociorum periculum stimulat, ac accendit ad pugnam. Saxonum acies tota conciditur: sociorum agmina Imperialium impetu proteruntur. Nos abesse longe putabant; ideo Saxonum paucitate contempta ad prædam verius, quàm ad prælium præcipites in aciem ruerunt: cum collectio, tyroneque milite rem sibi futuram arbitrati. E tutis castris, munitoque loco egressi; quod erat maximè nobis optandum; vtrò se temerè nostris ensibus obtulerunt. Ipsorum cupiditas, inconsultaque audacia nostris armis impedit. Si circa eorum munimenta harendum fuisset; vel intra vallum aggrediendi,

Sueci Regis oratio ad milites.

diendi, anceps victoria, difficilis, cruentaque futura erat. Nunc hostem pugna implicitum in plano tenemus, locus illos superior: non eminentiora castra, non circumducti aggeres à nostris armis tuentur. Patent hostilis aciei nostris ensibus latera. Procurrite igitur densatis ordinibus in malè sibi agmina coherentia: date pessum cohortes ferè in ipso certamine dissipatas: repentinus, inopinatusque turbatos noster terrebit incursum: atque ancipiti pralio pugnare coacti terga nobis cadenda præbunt. Saxones tam opportuno, potentique subsidio animati iam in fugam coniecti acriores iu aciem redibunt: accepta vulnera ferociùs ulturi: nobisque hostium terga ferientibus, frontem audaciores obuertent.

Sueci in
pralium
ingrediun-
tur.

Quibus dictis accensis ad pugnam animis, Rex iubet equitatum confertis collem ordinibus subire; in quo Tillius cum exercitus robore, ac flore constiterat; vt aduerso Cæsareis vento pugnaret. Vbi in conspectum venit diducto in duas partes agmine, è media acie equites moschettarios emisit; qui in Cæsareos contorta missilium grandine, plurimos prostrauerunt. Vbi tempestas illa defedit: secessit in latera ille moschettariorum equitum turbo; densatumque iterum equitatum in collem Rex iubet eniti. Eodem momento campestria tormenta è lucro prodierunt. Quà Rex collem saliebat, debiliores, ac ferè inermes milites custodiebant. Quare facile fuit de statione deturbatos fundere, dissipatosque fugare. Maior Liburnorum equitum edita strages; qui violentissimè Suecorum impressioni nequaquam pares loco pulsati in Picolominei legiones Suecorum impetu reuoluti ordines incubitus ipso turbarunt. Ad hunc hostium impulsu suos Tillius à persequendis Saxonibus reuocabat: cum iam hoste fugato superuacuus foret eorum labor; spe ductus densatis iterum ordinibus, stipataque acie, sæuienti Sueco posse resisti. Sed vbi semel ad prædam solutis agminibus discursum à militibus est; omnia ducum tenuentur imperia.

Liburni
equites cõ-
cipiantur.

Sciamburgus
rei ca-
dit.

Iam Sueci deiectis Cæsareis, collis fastigium prehenderant; imminabantque tormentis; huic obuiam turbini Sciamburgus rei tormentaria præfectus; vt suæ fidei credita tueretur, occurrit: sed in ipso conatu strenuè pugnans à Suecis occiditur. Marchionis Rangoni legio quamuis ferè inermis bis, terue restituta pugna; in ipsum regium agmen impetum fecit; & quamquam trecenti pedites cecidissent; Suecos tamen ad eò cecidit; vt dubitandum non esset, quin dubia, aut cruentissima victoria futura fuisset; si ceteri istius legionis virtutem sequuti in ferocientem Suecum fortiter stipatis ordinibus irruissent.

Pappen-
haimius
in Suecos
incurrit.

Pappenhaimius interim conspecta sociorum strage; quàm hostis vbique iam victor edebat: relicto Saxone, in Suecorum latus conferta acie infestus incurrit: & quasi adacto cuneo aperit Suecorum ordines: Rex tamen ijs restitutus, Pappenhaimij impressioni resistit: circumlatisque per pugnantem aciem oculis, notat suum sinistrum cornu sede tormentis Imperia libus lancinari: iubet agmen subito ab eo pernicioso situ discedere: totamque

tamque sui agminis mole in Pappenhaimium immiffa; ad lenamque flectere compellit. Verum ille pulsus pertinaci pugna postremum Regis agmen adoritur. Hic enim verò pugna adeo refouit; vt Suecus tum maxime de victoria dubitarit.

Prælii & iracundia

Hebronus, & Hallus Chiliarchi Pappenhaimij discessu metu soluti, fluctuantem Cæsaream aciem conspiciat; instructis iterum ordinibus hoc reliquum Imperialium virium robr inuadunt. Cæsarei nihil circumfusus hostibus territi quamquam in orbem pugnare cogentur: edunt miranda egregia, inuictæque virtutis exempla.

Saxones ceteri iam fuga palantes nullo hoste premente; immò Suecica pugna implicito Hebroni, Hallique exemplum sequenti ad deserta signa iterum reuertuntur; collectoque animorum vigore, redeunt ferociores in pugnam Cæsarei vndique impulsis, ac cæsi hostium impetum amplius sustinere non poterant; seròque illos erroris deserti collis penituit; quod sanè illis victoriam eripuit. Nihilominus Tillius, qui inter agmina volitabat; vnà cum Cronebergo, & Gratzio suos vbique ordines restituens disiectos conglobabat: nec vili muneri optimi, peritique ducis deerat. Vbi satis validam bellatorum manum coegit; se in aduersos concitat Suecos. Quocumque ille ferocissimus rapitur turbo: hostium cædem facit, & fugam: proterit obuia quæcûque adeo: vt iterum victoria hæserit in ancipiti.

Saxones in pugna reuertuntur.

Rex tantam Imperialium virtutem miratus, quòd Tillianæ copiarum quibus turbatæ solutis ordinibus, tam diù resisterent; recentem, integramque equitum alam eò submisit; vbi circa tormenta à Suecis, & Cæsareis certabatur: ratus hoc futurum esse pondus; quo Suecicæ copiarum Cæsareas prægrauaturæ essent. Hæc valida equitum procella concussis omnino, disiectisque Cæsareis, tormentorum statione potitur; quibus subito in hostium terga conuersis, adeo fæda Imperialium oritur strages; vt omnino tunc res Cæsarea fuerit conclamata.

Imperialium virtus indomita.

Cædebantur vbique Imperiales copiarum; cadebant vbique integra agmina. Tillius ipse accepto graui vulnere tardatus vix à Cronebergo de media acie, stipataque hostium turba subducitur. Omnes Lypsiam versus fugam intendunt. Solæ veteranæ legiones eodem stantes vestigio duorum exercituum impetum sustinent; cedere fato potius quam loco decernunt; referre gradum pulsæ, ne dum vertere terga nesciæ in eodem passu hostibus immoriuntur; inuictos hostes fortiter summouent; & dum Suecis ferociter totis viribus obluantur; pluribus vulneribus confossæ cadunt. Vnum plurimi intentis in os mucronibus circumstant: nullus tamen deficit animo; immò corporis efferabat ad resistendum vires. Quid Findlandij intentatum reliquerunt, vt incredibili virtute stantes loco mouerent? pellere ntque vestigio? Vnusquisque multorum impetum excipiebat; cædebatque temerè illatos; plures vnus vulneribus interibant. Quando miseri turpiter, atque ignauè ab equitatu destituti nec Regem vincere, sed ne e vinc i ab hostibus potuerunt.

Imperialium cades & fuga.

Veteranarum legionum virtus.

Vincendo difficultas.

Ego

*Equitatus
in præliis
dånatur.*

Ego hic obiter dicam equitatum ad pompam magis, quàm ad solidum robur in exercitiis militare ostentareque potius ordinum pulcritudinem: quàm quòd satis virium illi insit ad pugnam. Plerumque enim ab equitum aliis incipit fuga; statim ac vitæ periculum aliquod viderint; cum ad euadendos celeres habeant equos; subditis illico calcaribus, se fuga pugnae, vitæque periculis explicant. Pedites verò ipsa standi necessitate coacti, cum nulla habeat timor fugæ auxilia; acrius pro sua ipsorum salute pugnant; resistuntque validiùs; cum nulla in fuga sit spes salutis; & turpius, & plures in ipsa fuga à persequente equitatu cédantur.

*Tormèta
bellicam
virtutem
opprimunt.*

Rex, qui cum obstinatis vincere, aut mori amplius certare nolebat; reducta suorum acie, in Cæsareum agmen inssit conuersa tormenta disploidi. Durissima sanè bellicæ virtutis conditio; quæ violentissima illa mortaliū laniena oppressa suum decus, viresque exerere, experiri que prohibetur.

*Suecus
victoriam
obtinuit.*

Ad furentium pilarum nimbum auulsa plurimis brachia; abscissaque crura: qui trunci exceperere se genibus, pugnabantque ferociùs: & cum morientium ferarum morsus rabidiores esse soleant; efferatiora tela vibrabant. Memorandum sanè omnibus sæculis inuictæ virtutis exemplum æternis laudibus prosequendū. Hoc sanè constat Suecum tot rebus hosti superiorem, vix post quinque horarum pertinacissimum certamen vicisse. Cadentes cæso noctis tenebræ receptui quodammodo victoribus ceciderunt; victosque à persequente hoste texere.

*Victoria
manubria.*

Suecica tormenta adeò frequentibus ictibus canduerunt; vt iniectus sulphureus pulvis subito flammam conciperet. Centum, & viginti Cæsareæ signa capta, omnia impedimenta, quæ plautrorum sex millibus vehebantur; omnia curricula tormenta, ex quibus quinque, & viginti partim Palatini signa, ac stemmata, partim Brandeburgi Marchionis, & Megalopolis ducum cæolata prominebant in Suecorum potestatem venerunt.

*Nemetus
occisus.*

Duodecim hominum millia ea clades absumpsit: quorum octo millia ex Imperialibus ceciderunt; ceteri plerumque Saxones. Acie tamen non plus quinque millia Imperialium cæsa, reliqui inter fugiendam ab hostibus intercepti; sed multò plures à rusticis, qui ad copiarum ferentium pugnam fragorem ad ardua exciti quidquid Lipsiam, & Podslouitzium via interiora, infederant; vt aut suis laborantibus præsto essent: aut Catholicos reditu Lipsiam interclusos occiderent. Maior pars eorum, qui se Lipsiam incolumes receperunt, à Comite Gratzio deducta est: qui mirum est quantum eo die fuerit in reparandis ordinibus, instruendisque legionibus, & colligendis à clade fugientibus, ceterisque omnibus obeundis, quæ ad impigrum, strenuumque ducem pertinerent: vt tam bonis ducibus de victoria dubitandam non fuisset: nisi præpropera, ac nimia Pappenheimij pugandi cupiditas optimè inita consilia, delinataque perfergisset.

*Pappen-
heimius
Imperia-
lium cla-
dis causa.*

*Tillius
vulnera-
tus.*

Primus capti vulneraque, quorum ipse suprenius dux Tillius tribus sclopettorum vulneribus debilitatus est: duo mamilla, & semorice dextro

impa-

impacta, tertium renibus adactum : sed omnia leuissima, vt vix præstriatæ cute profundius nullum descenderit . Ex quo clarè patuit eos maligna existimatione putasse religiosissimum virum magicis cantibus, aut Sagarum amuletis vsũ esse ; vt inter sulphurearum glandium procellas impunè volitaret ; aut indurata cantionibus cute, aduerso exceptæ pectore innoxie defluerent: siquidem qui pro religione decertat; nulla superstitionis labe polluitur .

Clariore præfecti, Chiliarchi, centurionesque, quos ea clades abripuit; fuere Federicus Siamburgus rei tormetariæ præfectus, Chiliarchus Theodoricus, Hotzmanus maior primipilus, alijque Chiliarchi, cohortiumque duces, ac turmarum præfecti ad centum, & viginti: vndecim etiam Chiliarchi legati perierunt . Adolphus Holfatiæ dux captus, sed breui ex sclopeti graui vulnere accepto extinctus est . Ex Saxonibus ceciderunt Chiliarchi Bindaußus, Starckedelus, Holmsdorffus, Spighelus, Caluitzius quidam Mäsfeldius comes, & vnus Sciamburgi . Ex Suecis Chiliarchus Teufelus, & equitum præfectus, Chiliarchique Hallus, & Kalembachius . Tillius, Saxonie duce Lauemburgo, & comite Frisemberggo & Cronebergo socijs obligatis Halæ vulneribus, ibi illa nocte à iactatione quieuit ; deinde Phengarum veclus est; vbi Pappenheimius quoque vulneratus substiterat .

Rex Suecus in castris eam noctem agere voluit ; vbi de clade Cæsareis illata admodum letus Saxonem ducem affatus est . Ab vtroque imperatum militibus ; vt fugientes quàm possent celerrimè persequerentur ; ne iterum in vnum collecti bellum inltaurarent . Plures religiosi viri castra sequuti in fuga intercepti ; & à Rege comiter habiti liberi dimissi sunt ; quòd etiam Catholicorum studia sibi cuperet demereri : de quibus dicere consueuerat (etiãsi Lutheranis erroribus imbutus) eos non ita à religionis veritate, vt vulgus putabat ; aberrare . In eo alloquio illæ Regis voces exceptæ, se Bauarum decharchum, (ita contemptim Tillium vocabat) vsque ad orbis deficientis extrema bello persequi velle .

Indignæ sanè generoso Rege voces, quod magni nominis ducem, tot egregijs factis illustrem, claro loco natum, tot gloriosum victorijs, singulari prudentia, modestiaque Imperatorem, quem hostes iuxta, ac sui milites verebantur ; tam humili, abiectoque Decharchi nomine appellaret . Sed Rex fortasse indignabatur, quod Tillius regia corona non cingeret frontem, nec sibi parem ducè putaret . Quasi parũ esset, exiguæque gloriæ ducè ad eam diem inuictum vicisse . Tillius nunquam cessauit iratis vocibus de Pappenheimij audacia, ardoreque pugne acerbissimè queri ; quod ipsius temeritate esset tanta clades accepta . Pappenheimius è contra Tillij militaris disciplinæ imperitiam suggillabat ; qui exercitus robur, promptioresque milites Saxonibus Sueco autem debiliores, inermesque obicisset .

Hæc pugna inter paucas memoranda ob ea incommoda, quæ secum traxit ; Auitriacis grauissimum vulnus impexit ; quòd res eorum adeo accidisset,

*Cæsarem
conditio.*

*Sueci Re-
gis leni-
tas erga
viros re-
ligiosos.*

*Rex Suae-
cus Tilliũ
Decharchum ap-
pellat.*

*Tillij
querela
de Pappenheimio.*

*A quo
Lipsiana
clades pro
fecta.*

cidisset: vt nec dum etiam sarciri ingens iactura potuerit. Hanc plerique acerbissimam calamitatem Austriacis euenisse senserunt; ob execranda, nefariaque scelera, quæ immanissima Germanorum barbaries Mantuæ aufa est. Oderit semper Italia funestissimæ sæuissimæ gentis memoria; quæ suo nata exitio, clades semper à rerum primordijs sibi, excidiumque intulit. Vtinam sicuti natura altissimis alpidibus, asperrimisque montium iugis Italiam à Germania secreuit; ita nullos in hostilem prouinciam valium aditus aperuisset; edidissetque cælo rupium culmina: ne gens nobis infensa (de Hæreticis loquor) in Italiam ad nostram perniciem posset irumpere. Sed his superfedeamus; ne refricatum vulnus dolorem acerbet.

*Cæsaris
Lipsiam
deserunt.*

*Rex Sue-
cus Mer-
spurgū per-
git eius
varia res
gesta.*

Rex Suecus summo mane tubicinem caduceatorem Lipsiam misit; qui suo nomine ciuibus ediceret; vt ad fidem erga suum principem redirent: & Tillij militibus, qui in vrbe à clade supererant; imperarent discessum; decernerentque, quam in partem proficisci, abireque mallent; se eos, quòcumque libitum foret; impunè deducturum. Illi duorum dierum ad deliberandum petitis inducijs, quòd res Cæsarea in ea vrbe turbata, confusaque esset: se ad iter expediunt. Visum est Regi miserorum votis annuere. Sed noluit vterius se rebus ad Electorem spectantibus immiscere; alienisque negotijs intercedere. Quare integrum de Lipsianis rebus Electori reliquit: ipse cum equitatus parte citato agmine Merfspurgum tetendit; vbi reliquias fusi exercitus Cæsareos duces colligere didicerat. Ibi plurimis interfectis, multos ex clarioribus cepit; qui cupidi libertatis, vt iuste victorum nomen vincientium glorioso mutarent, sua nomina, desertis Austriacis, Sueco dederunt.

*Cæsaris
ad Sueci-
ca signa
transfu-
giant.*

Merfspurgo Halam profectus urbem in deditioem accepit ea lege; vt Catholici se sacramento obligarent nunquam contra Regem, aut eius socios principes bellaturos. Hic quoque plurimi, deserto Cæsare Sueco dixere sacramentum. Verum hi de Protestantium sæce erant ad illum vsq; diem Austriaca signa sequuti. Sic vbique milites turpi transfugio ad Suecos deficiebant. Aliqui captiui Chiliarchi ad Electorem Saxonem missi, eiusque arbitrio traditi.

*Fides ab
Electore
violatur.*

Rex paucos dies populi impensis Halæ moratus viginti tolerum millia ciuibus imperauit; inde Turingiam versus mouit. Interim Elector Cæsareos vrbebat; vt Lipsia facerent ea conditione; vt numquam contra fæderatos cum Sueco principes arma tractarent; inuolutaque signa efferrent ex vrbe, permissum tamen illis est: vt secum arma, atque impedimenta exportarent. Sed quia cum solo præsidio pactæ sunt leges: plures Catholici præfecti, tribunisque, qui Lipsiam cum tribus curulibus tormentis à prælio confugerant, ab Electore vrbe exire prohibiti, ac dolosa cauillatione detenti.

Aldringenhus, & Tieffembachius, qui contento agmine properabant; vt se cum Tillio coniungerent; Lipsiana clade audita, in Anelbergi ditio- nem flexerunt.

Suecico

Suecico exercitu è Saxonia profecto, Gulielmus Cattorum Landgravius tribus peditum millibus, & equitum mille sexcentis, ac duobus curulibus tormentis arci Tritzlauo Archiepiscopi Mocuntini successit; edixitque oppidanis; vt sibi traderent arcem, ni extrema pati insana obstinatione velint. Sed illi contemptis Landgraviij minis, defensionem strenuè parant; quod illis supremum attulit exitium. Deiecta siquidem porta, ferreaque crate perfracta; irrumpens miles oppidum repente diripuit; nequicquam prohibente Landgrauio; qui stricto contra suos milites gladio, populum à militum insolentia tueri; voceque ac minis, ac vulneribus discurrentes ad prædam suos deterrere conabatur. Sed quia militibus ingens agrestium turba erat admixta, vt seuum, feroxque hominum genus, neque ferro, neque intencitatis pœnis, illam sirentem, cupidamque colluuiem potuit continere; quin duabus horis totum oppidum fœde, ac crudeliter prædaretur. Neque sacris templis, religiosorumque hominum domicilijs pepercit illa infamis mortalium labe: dilapidata sacerdotum supellex; nudatæ aræ, templa spoliata; resque sacras cauillati, sacerdotalibus velamentis amicti, sacrata indumenta deridenda populo traducebant.

*Gulielm
Cattorum
Landgra-
uij res ge-
sta.*

*Cattorum
crudeli-
tas; ac im-
pious.*

Ex oppidanis duodeuiginti tantum ea clade desiderati sunt; sed ex præfidiarijs militibus non initus est numerus. Landgraviium in hanc traxit vltionem illius loci præfectus; qui immodicus lingua salibus, maledictis, ac mordacibus contumelijs illum prosciderat. Quocirca captus præfectus Zregenhaimum in vincula deductus est. Inde digressus Landgravius in aliquot Liburnorum equitum turmas incidens leui eos prælio fugauit.

Tillius cuius pectus Lipsiana magis clades, quam accepta vulnera torquebat; cum nouæ subinde colligēdi fusi exercitus reliquias difficultates orientur; illud identidem repetebat, se malle acie cecidisse, quam tantæ cladi esse superstitem; dummodo Pappenhaimius, qui omnino pugnare voluerat, victoriam de proltrato hoste deportasset. * Pheugarum cum ipso Pappenhaimio profectus, ibi duodeuiginti equitum turmas inuenit.

*Tillij
vices de
Lipsia-
na.*

*Halber-
stat.*

Nono Kal. Octobris vulgatis litteris, significauit, quò suis palantibus à clade militibus esset eundum. Alesfeldium inde migravit; quem ob hostium timorem Episcopus Ioannes Rheinardus Maternichius cum toto clero; vniuersisque victi exercitus reliquijs abeuntem sequutus est; ibique paucos moratus dies maiorem militum illum quærentium numerum collegit. Illinc ad Coloniensem Electorem misso tribuno, illum de Lipsiano amisso prælio, rebusque omnibus, quæ acciderant, ordine docuit; enixè precatus, vt subsidia quam primùm, & quam maxima posset, militum mitteret; quibus exercitum instaurare posset; obstareque hosti, ne fieret rerum felicitate audacior; ac maioribus viribus firmior: cui etsi semel velificata fuerit fortunæ tenerritas; non tamen diu prosperam fore putandam esse.

*Tillius
auxilia
impleat.*

Interim precibus Cęleste Numen propitiaret; auerteretque à populi sceleribus Diuini Numinis iras: qui tam acerbas pœnas Lipsiano prælio à suis fidelibus exegisset.

Elector tres peditem, & duas equitum legiones illico Tillio auxilio submisit; qui Visurgi flumine ponte constrato, copias traiecit. Duodecim etiam curulia tormenta cum sarcimentis, sulphureoque puluere Hamelia accepit.

Paderbornensis.

His copiis, abductis à circumiectis oppidis præsidijs, Vuasurgum Teudertensis episcopatus terendit. Hic Regem Suecum Franconiam ingressum esse nuntium accepit; decreuit idcirco Fritzlarum in Cattos exercitum ducere.

Rex Suecus sua victoria præcipue admodum.

Rex Suecus Halæ arcem adeptus satis gnarus victoriarum nuntios quo maiores sunt, eò vehementiores concitare motus animorum: ad omnes Imperij, exterosque principes literas misit; vnumquemque supplex orans ne Casareos vires colligere, seque à clades inerent reparare: secum sua arma coniungerent: vt Germaniæ libertatem communibus viribus, tuerentur, pro qua ipse mare transmiserit. Catholicos omnes tam Ecclesiasticos, quam seculares certos fecit, recepitque interposita regia fide, quando secum fœdus inijsset: se omnes ea ratione, quam Galliarum Regi promiserat, accepturum; atque idcirco Noribergam, Vlmam, Argentoratum nuntios legauit; qui hanc suam voluntatem illis populis aperirent. Interea Magdeburgi, Pheugarique episcopatibus Ludouicum Hanalthum præfecit; atque earum regionum, & militum curam Ichneideruino mandauit. Deinde habitis aliquot de bellicis rebus cum Electore consilij, Bicur-
gio copias promouit.

*Erfurt. Rex Suecus Bicur-
gium ag-
greditur.*

Hæc ciuitas totius Turingiæ longè clarissima ad flumen Gerā sita Archiepiscopo Mocuntiaci subiecta sed publica litterarum sede, & studio illustrior: frumento, vinoque affluit; agro fertili, amœnoque, multum propterea à finitimis dynastis expetitur: opulenti, nobilibusque; ciuibus frequentissima. Vbi Rex adfuit; senatui denuntiauit; si sua benignitate, clementiaque frui vellent, Martis violentiam, armorumque impetum formidarent, ac dederent urbem. Responsum à Senatu humanioribus, submissisque verbis est: *Se Mocuntiaci Antistiti fidem suam iureiurando addixisse; & ideo ab eo se supplices petere: ne ciues cogeret esse periuros.* Sed quia vbique arcanos hostes principes habent; secretaque odia in illos aliqui gerunt; repente nihil tale meruente Senatu, duci Gulielmo Vinmarenfi porta vrbis nihil statione militum reclamante, obsistentem; patefacta fuit; qui cum aliquot equitum turmis in urbem ingressus effecit; vt Senatus mutato consilio, se ad Regis voluntatem conformaret. Rex ea vrbe potitus protinus illam cingere fossa, sepireque propugnaculis, ac firmare munimentis instituit.

Bicurgij porta patet Suecis.

Ciues libertatem à Sueco Rege petunt.

Ciues se animum, benevolentiamque Regis demeritos rati, quod citra belli, ac obsidionis incommoda vrbis portam aperuerint; ab eo supplices precati

precati sunt; ut nullo vrbi imposito præsidio, se libertate donaret. Verum ille se pluribus esse ratus inuisum respondit; se amico, beneuolque animo in urbem ingressum, non ut illis libertatem eriperet: sed ut se tutum ab occultis hostium petitionibus faceret: non esse secum ab illis iniquis agendum: quàm Saxonia, Brandeburgique Electores egissent: qui belli consuetudine, ac legibus cognitis, munitiores vrbes sua fidei, tutelaque credidissent; ut securo insidiarum animo, omnique defectionis metu vasuo, tutis omnibus à tergo relictis, quidquid superesset à fronte animosius, alacriusque domaret; se nunquam suarum copiarum curam, salutemque aliena diligentia consueuisse committere: sed potius alienas vrbes suis militibus tradere custodiendas: cuius muneris erant adeo periti, ut Sundij ciues ultrò illos ad suam urbem tuendam accerserint. Quod si totam, integramque Megalopolim prouinciam suis antiquis ducibus magnanimus restituisset: multò magis urbem Bicurgium se suis ciuibus seruaturum. Cogitarent eam urbem adeo procul à Succia abesse: ut illis verendum non esset, ne illam suo Regno veluti conterminam vellet adijcere: in quod pacata, assertaque ab Austriaca impotentia Germaniâ, nulla alia præda, quàm gloria onustus, regredi destinauerit. Pro certo haberent se Catholicos iuxta, ac Protestantibus eadem estimatione metiri: quòd eque ambos amaret.

Hoc vnum studebat Rex Suecus, ut à Catholicorum animis eam cogitationem auelleret; se ideo in Germaniam ingenti exercitu transmisisse: ut Catholicam religionem, iuncta superstitione Luteri, profusè extingueret, ne cum Catholicis ferro bellaret; si posset illis dolis, verborumque humanitate ad sua signa sequenda pertrahere. Cum verò Protestantes alloqueretur; illud identidem inculcabat; sua arma eò collimare; motique belli scopum esse; ut Euangelicam religionem, Lutheranamque fidem tota Germania proferreret.

In templum postea, atque Monachorum cœnobium è sacra Diui Benedicti familia in amœno collis modicè accliuus è media vrbe surgentis dorso constructum ingressus Abbatem cum ceteris monachis venerandum Regi obuiam prodeuntem humanissimè excepit; ac inter loquendum cum de Mocuntiaci Electore fortè mentio incidisset; Abbati suasit, ut cum eodem Electore ageret; ut suas copias à Catholicorum principum fœderatorum exercitu reuocaret; se nullas cum Electorum nemine simultates exercere: nec bellum contra eorum aliquem suscepisse; in modò cupere se vehementer cum vnoquoque fœdus inire. Verum enim verò cum violentum imperium timorem comitem habeat; formidolosumque sit in inuitos dominium; noluit se ancipiti Magistratus fidei credere. Natiuus quidem princeps potest ex tuto fidere vectigalibus, at violentus se nunquam in ciuium animos illapsurum speret; ut quæcumque occasio se dederit, impositum iugum non exuant. Idcirco Rex voluit certis legibus cum Magistratu transigere: non tam ut urbem in sua fide firmaret, quàm

*Saxones
quondam
Bicurgi
domini.*

vt Saxonie duci faceret gratum; cuius maiores ad eam urbem adiecerant oculos: præsertim cum à Senatu regiminis causa populo dissidente, hic ad Mocuntiaci Antistitem, ille ad Saxonem ducem confugit; vterque protinus auxilia militum tulit; sed Saxones Mocuntinis exactis, urbem tenuerunt: Quæ iurgia adnitente maximè Imperatore Maximiliano; & Herbipolis Episcopo pacata, sublataque sunt.

Velim populi suis infensi principibus discerent; satius esse pacem exiguo à suo Rege, ac dynasta mercari; quàm rebellando bellum plurimo comparere: fit enim persæpe; vt dum principibus suis modica negent, maiora exteris tribuere cogantur; vt flagrante bello se alienis viribus tueantur.

*Bicurgio
prescripta
leges.*

Leges Bicurgi ciuibus dictæ à rege fuerunt.

Primò, vt ciuitas à Mocuntiaci Episcopo deficiens Sueco Regi, ac Saxoni Electori diceret Sacramentum.

Secundò, vt mille, & quingentorum militum præsidium acciperet: qui à Suanzemburgi, & Gleichi agris alerentur.

Tertiò, opportunis in locis ad Saxonie ducis arbitrium ciuitas munitur.

Quartò, vt in quacunque rerum difficultate Saxonie principibus in eam urbem pateret effugium.

Quintò, Electorales scribæ Saxones pro Mocuntinis dicerent iura: quibus ex Ecclesiasticis pronentibus stipendia soluerentur.

Sextò, vrbis regimen senatui traderetur.

Septimò Ecclesiasticis omnibus, qui ex vrbe vellent exire: impune proficisci, bonaque sua vendere liceret: & vt ciuitas securius, & diutius in fide duraret, seruaretque præscriptas leges: Suecie Regina in ea suam regiam sedem locaret: atque Catholicorum impensis, qui ex vrbe discederent: Stettenheimium palatium ipsius prætorium ornaretur. Durissimæ sanè contra Catholicos leges, quæ omnino ijs aduersari videntur: quæ de Suecie Rege diximus Catholicorum animos sibi conciliare cupiente.

*Suecus
Rex ad
Gotham
oppugnã-
dam par-
tem exer-
citus mit-
tit.*

Ita compositis rebus, duce Gulielmo Vinmarenfi vrbi præfidere iusso, pridie nonas Octobris vrbe excessit: copiarumque partem ad Gotham expugnandam Turingie pariter urbem misit, quæ Gothos à se originem deduxisse se iactat: ipse cum reliquo exercitus robore Turingie syluam bidoemenus: Mansfeldiam arcem ex transitu occupauit: capto interuenandum eius Imperiali præfecto, qui nullo vicini hostilis exercitus metu ex arce venatum profectus totum illum saltum canum latratibus perfonantem incuriosus errabat.

*Imperia-
lium do-
lor de Li-
psiana
clade.*

Iam Viennam ad aulam Cæsaream Lipsianæ cladis tristissimus nuntius allatus, & eò acerbior, quod paucis ante oris: lætissimum de parta victoria, sed nimis intempestiuum acceperat. Tam atroci nuntio percussa ciuitas, attonitaque, ac stupens hæsit aula: ijs diris omnibus deuotis,

qui

qui Saxonem armorum violentia in partes trahendum suaserant. Angebat Cæsareos non tam felix Sueci Regis fortuna: quam duorum Electorum liberarumque urbium secessio, omnisque reparandi exercitus, nouaque cogendi auxilia spes omnis penitus fracta.

Rebus Italicis, Mantuanoque bello offensum Galliarum Regem; et si reddita suo Regulo Mantua, parumper eius lenitas iras. Angliæ Regem ob ademptum Genero Electorale decus, & auitas ditiones infensum: fractos fœderatorum principum animos. Italos principes ad ferenda pecuniarum, aut militum auxiliâ parum idoneos; ob concepta in Germanos Mantuæ direptione odia; & quæ maior forsitan cura torquebat; Valstaino accepto ante alios militum animis, summæ inter armatos exercitus auctoritatis; ad tractanda feliciter arma nato abrogatum importunè armorum Imperium.

Hæc anxio versabant animo Cæsarei; & cum malis sicut ingentibus, ita insuetis nec opportuna consilia expedirent: nec ingruenti maiori malo consulerent; fiebat, vt in tam tristi iustitio tota vrbe trepidaretur. Sola, vnaque sarcindæ cladis in vltimis vectigalium conatibus, in Lotharingiæ duce, in Ecclesiasticorum pecuniarum subsidijs, in præpotentis magni Etruriæ ducis consanguinei sui auro, dynastis, pugnacibusque viris affluentis auxilijs spes erat. Sed præcipuè firmabant, erigebantq; animos sperata ab Hispania subsidia: quæ etiam si Belgicis, Italicis bellis, aduersisque Indorum rebus implicita feram, languidamque opem promissura videretur: nihilominus opibus, auro, diuitijsque potens; vt potè quæ per tot annos nulla bellorum incommoda pateretur; sed bella exterarum prouinciarum vectigalibus aleret; principibus viris, ac opulentissimis dynastis frequens, qui & ordinum militarium prouentibus; & Sicilia, Neapolis, Mediolani, Indorumque præfecturis, à quibus non nisi auro onusti, thesaurisque diuites abeunt: opibus potentissimi sunt: accisis Imperatoris rebus magna sufficere poterat auxilia. Illinc ad reparandum bellum Austriacis spes sola fulgebat.

Rei Cæsareæ dis-ficultas

Aditur igitur Hispanus legatus: rogant subita supplices in tanta rerum difficultate subsidia; ne Rex Suecus sibi imparatis, recentique clade fractis insultet. A summo etiam sacrorum Antistite, militum, pecuniarumque opem enixissimè, iniecto etiam metu, precantur ne Rex Suecus scilicet subacta Germania, attritis Imperialium viribus, in Italiam immisiss Barbarorum agminibus antiquas Gothorum clades, bellaque renouaret; quemadmodum vox Regis per occasionem de destinatis expeditionibus in procerum confessu loquentis fuerat audita; incertoque authore vulgata, illum sperare se aliquando Romæ cœnaturum, inuisurumque in Hispania suorum posteros vectigalium.

Austriacis Hispanos subsidia rogans

Sueci Regis minas

Cæsareis Angliæ Regis preces contempnunt. & minas

Horum igitur certa auxiliorum spe surrexerunt à clade maioribus animis Austriaci adeo: vt Angli Regis preces Lipsianæ cladis occasione erepti Palatinatus restitutionem Genero postulatis contempserint: & quam-

uis Anglus legatus publicis, ac priuatis officijs sedulo niteretur; nunc augendo metum, nunc spem melioris euentus faciendo, nunc sui Regis intercessionem in rebus Germanicis componendis pollicendo, à Cæsare obtinere: vt profugus Palatinus in suam ditionem restitueretur: nihil tamen admotæ preces Austriacos flectere potuerunt; nec minus additæ minæ; nunquam à bellis quieturam esse Germaniam: donec Palatinus suis prouincijs extorris alienis miser erraret in Regijs.

Regis Sueci in Franconia armorum pro-fectus.

Rex interea Suecus suæ felicitatē fortunæ sequutus se ad maiora nouis subinde progressibus prouehabat: & ex itinere Hannebergi in Franconia ditionem adeptus Kenigshouenum Herbipolis Episcopi oppidum contendit: nec caduceatorem ad ditionem petendam mittere dignatus abscisso imperio, ciuibus præcepit: vt acutum sibi traderent vromem (tantum mortalium animi rebus felicibus intumescunt) displosa tormenta Regi dedere responsum. Quia ciuium audacia Rex ira accensus, iussit illico proferri tormenta, mœniaque repetitis sæpius ictibus dirui. Assiduo pilarum incussu turri prolapsa, oppidanis obnuntiauit: vt fœminas, & impuberes, infantesque vrbe emitterent: nisi ferro, ac flamma cum cæteris eos perire mallent: quibus acerba quæcumque, atque vltima destinasset.

Suecorum dices mæ-nobia.

Tam horribili obnuntiatione metu exanimis oppidani libero se Regis arbitrio dediderunt: quibus pacata iam ira pepercit. Dux Ernestus Vinmariensis oppido præfectus est. Commeatum ingens vis, armorum, curuliumque tormentorum, & rei tormentariæ magna copia inuenta. Illius munitissimi oppidi expugnatio valdè eius episcopatus Catholicorum animos terruit. Quare collectis rerum carissimis se in munitiora oppida contulerunt. Alij verò missis ad Regem legatis, Catholici ritus, sacrorumque vsum ab eo petebant: quo benignè concessio, tranquillo animo in suis sedibus quieuerunt.

Hi Suecici in Franconia profectus iam ceptum Francofordiæ ad Mœnum conuentum soluerunt: quòd omnes Catholici armorum Suecorum metu inde diffugerint. Libeat Franconiæ præcipua quædam cognoscere: vt quæsit Germaniæ prouinciarum natura, positusque videamus: locorum siquidem notitia multum ad rerum seriem, armorumque transitus, & agminum discursus sciendos conducit.

Franconia descriptio

Franconia in ipsis Germaniæ mediterraneis iacet. Ad Austrum Suetiæ, & Vindeliciæ contermina: ab oriente illam Bohemiæ, & Turingiæ fines excipiunt: qua spectat ad occidentem Vangionibus committitur: ab Aquilone verò ad Cartos vsque, Turingiamque pertinet: Fere tota campestris, nisi quæ molliter alicubi accliuos colles exurgunt: pratorum, viridiorumque amœnitatē delectabilis, frumenti, vini que ferax: cæterarum frugum copiosi prouentus. Plures syluæ ad venatum vbique frondesunt.

Incolæ sicuti à Sicambri antiquam originem recognoscunt: ita omnium Germaniæ populorum se nobilissimos, & generis claritate omnibus ante-

antecellere arbitrantur. Multis fluminibus tota rigatur præcipuè Moenus, Salasû, Nicer suis humoribus illam interfecant. Quinque in illa principes dominantur. Mocontiæ Elector, Herbipolis, Bambergæque Episcopi, Norbergæ Burgraviatus, Comes Rheni palatinus. Herbipolis Episcopus vnus omnium Franconiæ dominatus titulo honestatur.

Hinc Galli reges originem trahunt: quando Ferramundus Rex Galliæ inauguratus est: hanc prouinciã Marcomiro suo fratri reliquit. Illustriores Franconiæ vrbes censentur Herbipolis, Bamberga, Coburgum quondam Melocabus, Colombachium, Rotemburgum, Francofordia, Mocontiacum, Norberga.

Nullò fere labore magnam huius prouinciæ partem Rex occupauerat; quod Cæsarei omnia loca, quibus infederant, reliquissent; vtpote inferiores numero cum Sueco non ausi congregi. Rex Herbipolim versus motuit; cuius ciues nullo edito hostilis animi signo, patefactis portis, Regem in urbem accipiunt. Cæsareum enim præsidium Marichurgum ad venientis Regis famam profugerant: exceptis arcis propugnatoribus, qui nullis Regis obnuntiationibus territi, rupto pontis, quo iungitur Moenus, latiori arcu, vt ad moenia successu Regem excluderent: munito loco maximè freti, suaque incorrupta stabiles fide, arcem fortiter propugnare decernunt.

Sueci nequicquam tormentorum prohibentibus telis, quæ in subeuntes perpetuis iectibus Cæsarei iaculabantur; solidissimis asseribus pontis arcu sarcito, traiectoque flumine, arci exercitum circumfudere. Parmulã inde ante portam extructã Sueci magno impetu aggrediuntur; sed pari virtute repulsi; sepius tandem multo suorum sanguine repetitis impressionibus hostibus ægerrimè deturbatis, in illam insiliunt. Portæ deinde succedunt, vt illam eodem victoriæ fauore perumpant; sed Cæsarei densato agmine, prætentis hastilibus, Suecos pugna absistere cogunt: donec Rex aliquot legionibus in fossam demissis, ancipiti prælio Cæsareos distineret. Sed nihilominus fortiter, atque impigrè illi vtrobique sufficiunt; Suecosque vulnerant, quos non semel tam vltèriùs se esse pronectos fortasse pernituit.

Verùm ibi feruente pugna, Rex arbitratus, quod erat, aduersam arcis portam infrequentem defensoribus; ibique totum Imperialium conatum, atque impetum esse: ad illam tentandã aliam expeditã strenuorum peditum manum submisit. Qui exigua illa militum statione fugata, in inferiorem arcis partem ingressi iam propugnantium terga ferro cæsuri erant; cum Rex per caduceatorem arcis præfectum admonuit; adesse iam tempus arcis honestis conditionibus dedendæ; quas ipse dare, & recipere paratus esset. Satis illum egregium bellicæ specimen præbuisse virtutis. Verùm ille constantior nihil animo fractus, quod Sueci arcis inferiora tenerent; respondit, se tum demum reliquum arcis hosti cæsurum; quando vitam in ipso certamine posuisset.

Rex animoso præfecti responso iam non dubius arcem ferro, atque vi

Herbipolis arx capitur a Suecis.

non verbis expugnanda esse; totius exercitus vires admouit. Præfatus spem omnem in tormentis muralibus collocarat; quæ circumquaque librata in confertos Suecos certis, ac propè destinatis ictibus emittebat. Rex in portam tormenta dirigi iussit: quam mox violentissimis globorum pulsibus ictam perfractamque deiecit. Hic enim verò vtrinque strictis ensibus collato pede fortissimè certabatur. Suecis in arcem per ensium mucrones telaque peruadendum fuit.

Centum, & quinquaginta ea pugna ex propugnatoribus periere: duces, centurionesque nobiliores capti: plus trecenti ex Suecis desiderati, ingens numerus vulneratus. Duci Rebellio viuere permissum est: quod Regijs locum, in quo thesaurus defossus erat, ostenderit. Plurimæ opes, resque pretiosissimæ in arce repertæ. Argentea simulacra, gemmæ, pretiosique lapilli, signati argenti ingens modus, curulia tormenta, telaque necdum vsu aliquo detrita, quibus septem bellatorum millia armari possent, inuenta; vt nulla vnquam maior, aut opulentior præda Sueco contigerit: aut ditiores manubias ex direptis vrbibus exportarit.

Sueci Regis erga Patres Capuccinos venerandis.

Rex admodum humanum, benignumque se erga religiosos viros præcipuè Patres Capuccinos exhibuit: quos detecto capite semper alloquutus nunquam eos sustinuit audire: donec eius pedibus prouoluti humi iacerent, nec erecti starent. Et quia eorum vnus à quodam milite fuerat interemptus; persanctè iurauit, se ab eo acerbas sumpturum pœnas, statim ac reum casus aliquis prodidisset, illud addens verè regium: contra armatos, non inermes esse tela stringenda: præcipuè contra eos, qui rebus humanis vale dicto, totos se rebus cælestibus addixissent. Omnino probitas vitæ vel pannosa, leucopheataque; etiam furenti Marti se venerandam prebet: atque in sui cultum, reuerentiamque flectit armatos. Rex arcem adeptus loca tormentorum ictibus diruta refici, aliaque noua addi munita iussit.

Regis Sueci obmunitationes ad Bambergæ Episcopum, Forchii.

Iurati Imperatoris deficiunt ad Regem.

Hac rerum felicitate Rex, secundisque ausis maiora in dies vasto animo complexus Bambergæ Episcopo significari mandauit: nisi suam ditio- nem militari impotentia diripi, vastarique vellet: has cum suo clero leges acciperet. Trecenta aureorum millia quamprimum solneret: præcipuas arces * Locoritum, Cronachum sibi traderet: & in posterum tantum pecuniarum sibi penderet: quantum fœderatorum principum exercitui tribuisset: à quo sua agmina reuocaret: ac omnino datam socijs Catholicis fidem abrumperet. Omnibus etiam Franconiarum vrbibus vulgatis regijs litteris innotuit: se liberum religionis Romanæ Catholicæ vsu omnibus concessurum, qui suas partes exactis Imperialibus, sequerentur; alioquin omnium malorum, quibus vexarentur: non in se, sed in eos esse culpam reiiciendâ. Plures populi post Lipsianam cladem, Imperiali parte languente, & quasi timide fugaci, in Regis fidem, potestatemque venerunt. Excusandi sanè, cum excidij, mortisque terror, & præseps hostis minax fidem mutare, vel nolentes impelleret.

Inter

Inter hæc aliquot regia equitum ala Rottembergum prouecta Pico-
lonine, copias adeptæ fuderunt: parte impedimentorum erepta. Deinde
Vertheimo occupato, Rottembergum progressæ eam urbem in deditio-
nem acceperunt; quam Catholici foederis milites tuebantur; qui vicini
hostus occasione cum nulla mitterentur stipendia, & ciuitas soluendo non
esset; consternati, detractis de hæstis imperialibus vexillis, se Sueco agmini
violato sacramento, iunxerunt. Noriberga etiam præfidiarijs Imperialibus
fuga dilapsis, cum maior vrbs pars Lutheranis habitatoribus coleretur; se
Regi Sueco addixit.

*Sueci Præ-
conia pos-
suerunt.*

Itaque Franconia ferè omnis in Regis potestatem peruenit; in cuius
copijs tanta erat omnium rerum affluentia, vt cuncta venalia minimo sta-
rent. Quare vndique milites ad danda Regi nomina confluebant; iamque
exercitus ad sexaginta bellatorum millium summam excefferat. Tanta
Regis Sueci prosperitate Tillius commotus; è re Cæsaris sibi visum non est
iterum vniuersi certaminis tanto inferiorem militum numero experiri for-
tunam; sed fatius duxit copias in statiuam partem: tuerique ab hostium in-
sultibus fines. Mobile ille fortunæ sciebat ingenium; quæ eodem semper
stare vestigio nescit; sperabatque tempore procedente, Regi aliquando
inimicam fore: quem tantis fauoribus promouisset. In vicinis itaque sta-
tiones diuiso maiori copiarum numero, ipse cum reliquo agmine supera-
to Mæno in Vangiones profectus est.

*Sueci Ra-
gis formi-
dabiles ex-
pæ.*

Getzius verò è Quadis decem Imperialium millibus in Luititios in-
gressus prouinciam illam stipendia militibus admetiri coegit; & vbi ex-
tundi pecunia non poterat, ferro, ac flamma milites populabantur. Qui-
bus irritatus iniurijs Saxo Elector suas copias à Lipsia Torgauam, atque
inde in inferiores Luititios tendere iussit; quorum aduentu Cæsarei territi,
finibus excefferunt: sed in discessu etiam maximè noxij Altesbergum inie-
cto igne cremarunt.

*Luititij à
Cæsaris
affliguntur.*

Plerique putant Saxonem ducem à Lipsiæ receptæ die nihil contra Cæ-
sarem tentaturum fuisse: etiam si foedus cum Sueco Rege percussisset: nisi
rapinæ, incendia, cædes, quibus à Cæsareis Luititij exindebantur; iterum
illum pro salute prouinciæ arma capere compulissent; cum vniuerso e-
xercitu à victoria cessando manifestè ostenderet; se nec dum etiam ex ani-
mo Austriacos penitus abiecisse.

*Cæsares
Saxonem
ducem ir-
ritant.*

Lacessi quiescentem principem non oportuit; maximè cum illi vici-
scendæ iniuriæ suppetunt vires. Tuenda tantum confinia erant, atque ab
inferendis belli incommodis abstinendum; cum veteris amicitia nec dum
post mutuas offensas exolescentis signa monstrasset; ac ducem, cuius mite
ingenium ex præteritis eius gestis nolle inolescere videbatur; facillimè
lenitum, Sueco Regi suspectum, dubiæque fidei Cæsarei reddidissent. Illi verò
male sano consilio cessantia ducis arma temerè prouocando, eius magis
alienatum animum asperarunt.

*Alte-
berg
AT
Saxo*

*Cæsares
de concu-
liando ducem
Saxonem
no cogi-
tant.*

Viennæ tamen omnino opportunum aulicis visum, quacunque ratione

Saxo

*Cæsarei
de concili-
liando du-
ce Saxone
cogitans.*

Saxonem conciliare; vt præpotentis principis Sueco adimerent' auxilia; ne cum duplici hoste bellare cogerentur. Missus igitur ad eum Hispanus legatus, vt cum eo de pace agere institueret; Imperatumque Cæsareis ducibus est; ne contra Saxonem aliquid molirentur; & ab eius finibus cõpijs abductis, sinerent legati de pace officia cum pacatiori, tranquilliorique animo Electoris obiri. Quare Hamheimius nemine repugnante totos Luititios recepit.

*Brand-
burgi Ele-
ctor nihil
in Cæsa-
reos mo-
net.*

Marchio etiam Elector Brandenburgi quamnis fœdus cum Sueco sanxisset; nihil tamen ab ipso mouebatur; nec bellum ab ea parte; vt sibi promiserat Suecus, in Imperiales ardebat. Quocirca necessitate magis impulsus, quam sua sponte, aut infenso animo cum hostibus fœdus ferisse videbatur. Aliquam sanè militum manum ad Perlinum coegerat; sed in statuiis magis in Suecorum, Imperialiumq; conatus intenti latebant; quam aliquid hostile auderent.

*Rostochi-
um deditur
Sueciæ.*

Rostochij præfectus, qui ad eam diem urbem contra Suecos fortissimè propugnarat: Lipsiana clade audita, omni venturi subsidij spe prorsus amissa; vltima etiam omnium rerum difficultate compulsus Suecis, Megalopolitanique ducibus his legibus deditit urbem.

*Deditio-
nis condi-
tiones.*

Primò, vt præfectus, duces, centuriones cum suis militibus omnes expediti in armis cum duobus muralibus tormentis, & vno campestri: dummodo tamen eorum nullum Sueciæ, Megalopolisq; insignia impressa haberet, vrbe egrederentur.

Secundò, centum sulphurei pulueris cados, tormentarij finis alterum tantum cum moschettarijs glandibus, centumque ferreis pilis, cum omnibus impedimentis, & militum familijs exportarent.

Tertiò, Volfempytum in tutum deducerentur; aut si illud oppidum obfideretur, ad aliquod aliud Visurgi amni adiacens à Cæsareis custoditum, obsidesque Sueci vsque ad deducendum reditum darent.

Aliæ etiam diætæ deditiois leges, quæ ad mutuam vtriusque partis securitatem, cauendosque dolos in urbium deditioibus præscribi solent.

Septimo igitur Kal. Nouembris tria peditum Imperialium millia, & ducenti, & duæ equitum turmæ Rostochio excefferunt. Hæc manus cum ad Visurgis fines peruenisset; præfectus à castrorum magistro Vuansfeldio Bonincaufeno vndecim turmarum equitum duci se iungere iussus est; vnâque ire * Pheugarum urbem oppugnatum.

*Urbis
descriptio.*

Hæc vrbs inter Saxonicas celebris Oltemi fluminis vndis alluitur. In media vrbe collis exurgit; in cuius fastigio planicies latè se explicat; vbi duo templa condita sunt; quorum alterum Cathedrale, cætera Canonicorum medio foro circumfusæ occupant ædes. Ibi nullus præter Canonicos habitat; illaque pars ciuitas dicitur; reliqua ima suburbia censentur.

*Cæsarei
vrbem
occupato.*

Vrbis imperium penes Episcopum est; quem cum Lutherana impietas cum suis Canonicis à cultu Catholicæ religionis abduxerit; nunc laicis, vsurpato impiè Episcopi, Canonicorumque titulo, potestati cessit: Cæsarei prolatis

prolatis tormentis, circumductoque aggere, obsidium vr̄bis incipiunt: iamque pars muri impulsā tormentis diruta satis amplum in vr̄bem aditum dabat; cum tormentarijs pilis, sulphureoque puluere deficiente: obsidione abire coacti sunt.

Ab obsidione discedunt.

Mansfeldius Magdeburgi p̄fectus ad se eam manum accersuit. (Bannerius Sueci Regis legatus tunc eam vr̄bem decem bellatorum millibus obsidebat; si obsidio ea appellanda est; qua vna tantum vr̄bis pars clauditur.) Verum comes citō animaduertit illud aduocatum bellatorum agmen sibi maiori in consumendis com meatibus detrimento, quam in tuenda vr̄be vtilitati futurum. Verimontium itaque Rostochij quondam p̄fectum Vuenslebum, Bonincausenum verō longiūs cum suis quemque agminibus amandauit. Quibus rebus cognitis Bannerius cum numerosa militum manu ad Bonincausenum adoriendum festinauit; quem assequutus paucis occisis, fugauit.

Inde Vuenslebum ad alterum Imperialium agmen innadendum copias traduxit. Cæsarei repentino hostium aduentu pauidi, cum nec in hostem numero pauciores erumpere auderent; nec intra vr̄bis septa ob rerum omnium inopiam se tueri possent; hosti se dedere statuunt: ac dum cohortium duces ad paciscendas deditōnis leges in castra contendunt, milites, qui se in diuersa rapi, trahique crebra, ac trepida ab hostium aspectu fuga videbant; erectis vexillis, vno agmine ad Sueci Regis stipendia violata fide, neglectoque sacramento transferunt. P̄fecti omnes, vexilliferi, primipilique capti.

Cæsares ubique a Suecis caduntur & fugantur.

Cæsares cohortes ad Suecū Regē deficiunt.

Nec segnius rem gerebat Gulielmus Cattorum Landgravius: nam decimo septimo kal. Nouembris cum tribus peditum millibus, & sexcentis, ac decem equitum turmis, & quatuordecim curulibus tormentis ad Mindenum obsidendum progressus: quod Cæsarei milites tuebantur; tanta missilium violentia mœnia institit verberare; vt p̄sidiarij metu trepidi arma, inpedimenta que pacti vr̄bem Catto tradiderint. Gotthingenum abeuntes Cattorum manus custodiæ causā comitata est. Paulō post captum Mindenum Gronsfelti comitis milites tres Langdrauij equitum turmas repentino in illas facto impetu conciderunt.

Cattorum Landgrauij bellum conatus.

Landgravius intellecta suorū strage, quadringentos, & quinquaginta equites misit; vt sociorum cædem vlciscerentur: qui nihilo secius à Gronsfeldto protriti ex inconsulta audacia dedecus, & vulnera retulerunt, Landgravius interim Hoxterum in deditōnem accepit. Quare veriti Fuldani ciues ne suum agrum victores popularentur; legatis ad Lādgrauium missis se eum suum principem, non autem Sueciæ Regem accepturos polliciti sunt: dummodo ab agrorum incendijs, ac direptionibus suos milites contineret.

Fuldani ciues se Landgrauio offerunt.

Fulda in fidem accepta, ac Hersfulditi Episcopatu occupato, Cattus latè circumductis armis, finitimos terruit; ipsiusque magis, ac magis in dies crescente potentia, Vuestfaliæ finitimi Catholici, pacem, ac fœdus

Landgraviū supplices poposcerunt; quibus ille respondit.

*Incestus, incendia, rapinas, quibus Tulliani milites Catos sedissimè de-
formarunt, exigere sanè; ut eadem mala Vuestfalia Catholicis reme-
tetur; præcipuè ijs, qui pecunias in bellicos sumptus fœderatis principibus
tam promptè sufficerent; sua nihilominus nativa benignitate, lenitateque
prohiberi: quominus iisdem malis eos affligeret; quæ Cæsarei Cattis populis
intulissent: præsertim cum in suam potestatem se venturos pollicerentur.
Neque tamen idcirco ita eorum fidei credere: ut sponsionis implendæ, ob-
ligandæque fidei pignora accipere nolit. Quamobrem se ijs edicere, ut nisi
infra octo dies Federicum Fustembergum provinciæ præfectum cum grauiori-
bus senatoribus ad se mittant; qui de pace ineunda, accipiendisque in pro-
vinciam Cattorum copijs secum paciscantur; traderentque sibi castella Vuel-
lum, Ghiffichum, Kallembardum, Belekum, Brilum, Morsburgum, Ni-
derbachum, Vuertemborchum: ut ijs sua præsidia imponeret: eamque pecu-
niam penderent; de qua conuenirent; parent animos omnes belli calamita-
tes, atque incommoda pati; sin facerent imperata: suas copias in provin-
cia indemnes, innoxiasque futuras pollicetur.*

Landgra-
uij de Ca-
saris que-
rela.

Eius po-
sulatoriū
acribitas.

Vuestfalia
cuius cō-
stantia.

Nimis duras, acerbisque eas leges à Landgrauio præscriptas ij populi censuerunt; quare cum inter deliberandum hærerent ancipites: nihilque expedirent, ut se ijs rerum difficultatibus explicarent: responderunt; se ad primates de ea re protinus relatuos. Qui immodica auarè, impotentèque postulat; asperatis nimia petitionum insolentia animis, nec illi quidem exigua conceduntur. Vuestfalij siquidem iniquissimas Landgrauij conditiones auersati, coactis repentè copijs, & delectibus habitis, irruentem hostem fortiter repulerunt.

Imperia-
lium con-
sultatio-
nes.

Viennæ interim à Cæsare cum proceribus aulæ de rebus præsentibus in arcanis conuentibus consulebatur. In quibus, ut paulò ante memorauimus, decretum fuerat; ut Hispaniarum Regis legatus Saxonis Electoris diffidio sequester pacis intercederet. Tunc eius legationis munus obibat Marchio Caderettus vir summæ prudentiæ, eximiæque dexteritatis: hic ducem Paradisum Dresdam Regis internuntium, interpretemque voluntatis ad Electorè misit à quo benignè, ac comiter acceptus, sic eū affatur.

Hispani
legati ad
Saxonem
Electorè
alloquiū.

Nihil omnibus Germania tumultibus, turbatisque rebus Catholicam Maiestatem aequè angere, dolereque quàm orta inter ipsius Electoralem celsitudinem, Cæsareamque Maiestatem discordia: quæ eo nocentior, periculosiorque erat: quò inter duos principes quondam mutuis officijs, & obsequijs antiqua, stabilique amicitia coniunctiores intercederet: quòd odia ex violati amoris ira nascentia acerbiora soleant esse, quàm quæ inter hostes solitos exardescunt. Nihil damnosius utrique posse contingere: quàm mutuis se vulneribus, ac cladibus consiciendo, deprimi Imperiale fastigium; Saxoniamque captiuam barbari Regis fieri veltigalem. Nihil gratius, aut iucundius utriusque hostibus futurum; quàm illud exitiale, ad mutuum gliscens exitium inter utrosque diffidium. Catholicum Regem hereditario, auitoque Saxo;

Saxones duces amore complecti: nec in ullos Germania principes esse animo propensiori, quàm in Saxonem Electorem. Ideirco nihil sibi maiori curæ esse; quàm ut illud funestissimum bellum, quod & consanguineum perderet, & amicum excinderet, omnino pacaret. Nullo illum maiori dolore torqueri; quàm cum illos, quondam amicos armis discordibus dissidentes videret: Quos Catholicæ Regis sensus probè noscens Marchio Caderettus supplex illum orabat; ut præteritam, antiquamque amicitiam respiceret; præcaueretque futura mala; quæ ex illo inauspicatissimo bello profectura erant. Offensas deleteret ex animo; mutuam rediret in gratiam; exponeretque causas, quibus à Cæsaris amicitia descivisset; Marchionem sui regis nomine, omnem operam impensurum; ut res, compressis simultatibus, componantur. Interim utriusque conquistores singulos destinarent: qui controuersijs inspectis, ea malorum remedia admouerent: quæ illis curandis opportuna fore viderentur. Marchionem sicuti regium ministrum decet, omnem daturum operam, ut asperitatibus omnibus complanatis, inter utrosque mutua pacis fœdera sanciantur.

Hæc à Paradiso multo cum verborum ornatu, efficaciaque dicta præsentès proceres maximopere delectauerat; multumque ipse Elector percepisse voluptatis ex leni eius vultus subrisu visus est; sed noluit cum suis de responso consulere: verum hæc subito reddidit, cum in æquiori, iustiorique causa sit facile respondere: inexcogitatæque responsioni plus iustitiæ inesse videatur.

Sic igitur Elector se maximam Catholica maiestati gratiam habere: quòd nec ardens inter se, & Cæsarem eius consanguineum bellum antiquum ex illius animo erga se amorem expulerit; sed pristinam integram seruaret benevolentiam. Se hanc legationem, quæ tam excelsi regis nomine obiretur, plurimi facere; utpote, quæ incunda tota Germania pacis rationem afferret; quam cupere principem, ut dei Ministrum oportet: magisque populorum commoda curare, quam privata utilitati consulere. Toti iam orbi innotescere causas, quæ se ad capienda contra Cæsarem arma vel nolentem, ac inuitum impulerint; ut eas opus non sit verbis expromere. Testem adesse Germaniam: quæ tragicos Saxonie euentus popularium cades, oppidorum incendia, bonorum rapinas, aliaque militum flagitia madentibus lachrymis oculis irata spectauit. Inter tot malorum iliades hoc vnum sibi fuisse solatio; quod non primus belli causas, ac materiam obtulerit discordiarum. Immo se diu incredibili patientia non ferenda sustinuisse; ne cum amico pacem abrumperet. Quod si pudendam eius principis inertiam, ac turpe dedecus non putasset: qui ignauus, excors suam ditionem impune diripi, vastari agros, spoliari suos vectigales finit: nunquam se gladium stridenturum fuisse; quem à Deo pro suorum salute, dignitateque sua tuenda accepisset: quem etiam antequam nudaret: se ijs supplicem verbis usum esse; quæ ipsorum hostium animos, immo feras ipsas, nedum Cæsaris duces, ministrosque leniuissent: patientiam tandem importunè, insolenterque lacescitam

Saxonis
ducis ad
Legatum
Hispaniæ
responsio.

tam in furorem erumpere; nullumque perniciosiorem hostem esse: quam quem iratum angustia faciunt. Tillium, Aldringhenum, Tieffembachium rapinis, incendijs, cadibus, sui superbum contemptum vel inuitum armasse, ut suos populos, Electoraleque decus ab iniuria defenderet. Se intimo, ac acerbissimo dolore cruciari, quod bellare cum Casare, armaque in ipsum tractare cogeretur; illa siquidem in sua sibi ipsa intendere viscera videbatur. Obtestatum se sapius duces Casareos esse: ut eo bello abstinerent: ne in populos ita dire sauirent: sed suas preces, obtestationesque fuisse neglectas; secumque ita contemptum actum esse; ut non ita parui gregarius purpuratus habitus esset. Quod si Electoralis dignitas, & Saxonie principis amplitudo nullo se honore, existimationeque faceret dignum: sua saltem fidei, obseruantiae, amorisque plena gesta, qua superioribus annis ipsi vidissent: cum Bohemiae diademate recusato: Palatinum illud damno Caesaris usurpantem bello infectatus est; atque a Casare cum totius Saxonie viribus contra rebell. s. fidus, constansque stetit; meruisse, ut sibi plus honoris haberetur: plurisque sua preces estimarentur: sibi nequaquam persuaderi posse, ut ij magni, summi que duces suo consilio tantum, iniussu Caesaris infecta signa Saxonie intulerint: neque illius teterrimi belli fragores, ac strepitus in intimis aulae penetralibus non sonuerint: consciusque omnium malorum, qua Austriaci Saxonie fecerunt: Caesar non fuerit. Toti terrarum orbi inuotescere Casarem prius fregisse amicitiae vincula; cuius consilia eò collimabant, ut praecipuum Imperij membrum, atque adeo omnes Germaniae principes opprimeret. Idcirco ut ignaui, inertisque notam effugeret: suaeque fidei commissos a Deo populos tueretur; erat omnino armis immodicis votis Caesaris obsistendum: se quidem nullius rei maiori desiderio incendi; quam pacis: ut extinctis bellorum incendijs, toti Imperio pacis tranquillitas uriretur: sed eò malorum res esse deductas; ut affecti Imperij corporis sit salus penitus desperanda; cum vni tantum illius membro adiuuendam medicinam, non totum corpus prima restituendum sanitati curetur. Se non posse coram Sueciae Rege armato, victoreque in federatorum principum oculis aliquid de pace transigere; quod in se eorum victricibus armis concitatis belli incommoda, cladesque transferret. Quod si de vniuersali pace constituenda ageretur: se vires suas omnes, conatus, operamque collocaturum: ut tandem pax omnibus populis optatissima pingeretur.

Sed quia lenem, ac mitem principum perorationem decet esse; posita verborum acerbitate, sedataque ira, Elector iterum Hispaniarum Regi gratias maximas egit; quod suo intercessu conciliare iratos animos, et tuncque bellum dirimere niteretur.

Cæsaris
ad omnes
principes
Catholi-
cos moni-
ta.

Hac irata, atque acri Saxonis responsione Cæsar commotus; cum nulla pacis spes amplius superesset; ad omnes Catholicos Germaniae principes litte ras misit; quibus eos disertè monebat, opus esse in vnum conferre vires: ut pro Imperij incolumitate, religionisque defensione Succii regis, federatorumque principum in omnium excidium impie ruentium nefarijs con-

nati-

natibus occurratur: qui suae perfidiae inanes iniuriarum, offensarumque citulos praeferebant.

Protestantes ad eò rebellionis furore abripi ut exteri, barbarique regni iugum pati mallent: quàm vero, natiòque principi natura iure seruire. Cacos, imprudentesque non advertere exteris copijs alendis, munitioribus arcibus Sueco tradendis, ipsos tyrannidem constituere: quam eorum viribus, opibus, obsequijsque firmatam tolli, ac conuelli postmodum difficillimum sit: à qua nihil praeter religionis libertatem, expeditamque ad omne facinus viam poterant sperare.

Neque ipsa opulenta sacerdotia, pro quorum impia possessione tam proteruè pugnarent, ipsis cessura esse: cum tyranni sit non solum usurpare ditiones, ac prouincias eripere: sed etiam populos omnibus fortunis euertere: ne diuitiarum freti potentia rebellent. Imperatoris munus exigere, ut pro Catholica fide tuenda, pro Imperio ab iniquis hostibus vindicando, non solum hereditarias prouincias bellorum incommodis obiectaret; sed etiam sanguinem, vitamque ipsam impenderet. Proinde enixè rogare principes omnes: ut secum quàm maxima possunt celeritate omnes suas vires, atque arma coniungant: quò Lipsiana clade ferociens Suecus communi impetu proteratur. Illum tandem Germana virtuti cessurum: Superosque ipsos pro sua causa, ac Religione Catholica pugnaturum: etiamsi superioribus diebus in scelerum penam suos Lipsiana clade ceciderint.

Nunquam Ferdinandus in has supplex preces descendisset; si cum res ^{Casari error in} Aultriacæ centum armatorum millibus staret, non se ad principum Germanorum arbitrium tam formidandis viribus exarmasset. Ita principi etiam in altissima pace agendum, ac si aliquis hostis mœnia pulsaret; bellumque propediem contra se exarsurum foret.

Dux Bauarus, qui suam prouinciam, ut totius Germaniæ opibus incolarumque frequentia florentissimam, ita hostium iniurijs magis obnoxiam, insidijsque facilem peti videbat; illam à propinquo belli incendio securam, immunemque facere cogitauit. Ad Galliarum itaque regis, aut proprio consilio, aut quia cum cæteris socijs principibus ita conuenerat, studia se vertit; quem sciebat cum Sueco Rege fœdus amicitiamque iunxisse.

Admonet Germaniam in Lutheranorum potestatem, ditionemque venturam nisi celeri accursu ipsorum impetus comprimantur. Sociasse hæreticos arma, in Catholicorum excidium acerbissimis odijs conspirasse. Iam volitare tota Germania insolentia Protestantium arma. Imperium undique iam validis hæreticorum pulsibus quati: usurpari illius Ecclesiæ bona, cuius se ille primogeniti titulo gloriose iactabat. Magnificum Christianissimi cognomen, quod quondam eius maiores pijs armis uniuerso Christiani orbis consensu meruissent; postulare, ut Catholicam religionem pro viribus tueretur: atque illud Imperium ab hæreticorum iniquitate defenderet; cuius dignitas, ac splendor ab ipsius olim maioribus defluxisset; & sceptrum gloriosum

riusum Francorum nomen omnibus seculis reddidisset. Nihil clarissimam expugnata Rupella famam illi apud posteros profuturam; si Lutheranam pestem sineret tota Germania bacchari: & quantam illi virium in Gallia decesserit; tantundem, plusque etiam in alia prouincia parare; si permitteret, ut exteri, Lutheranique Regis furor Catholicos in Germania impotenter affligeret. Peruasuram potentiorum in Galliam teterrimam hareson lucem: si maiores, firmioresque figere in Germania radices fuisset.

Nihil Bauari obstationes Galli regis animum pepulerunt, ut rupto Suecico federe, arma in hæreticos pro Cæsare sumeret, quod vano religionis obtentu veræ belli cauæ tegerentur.

Galli Regis ad Bauariū ducem recessio.

Gallus igitur Bauaro ita respondit; *se nunquam Sueci Regis amicitia, ac federi vel minimum adhesurum: si de religione eo bello certatum, Catholicosque oppugnatum iri dubitasset. Sed quia sciebas Lutheri, Caluiniq; labe adeo sedatam esse Germaniam: ut in ipsis etiam Catholicorum principum aulis, ac penetrabilibus proceres, purpuratique eodem rabo sordescerent, & in ipsis Catholici federeis copys plurimi hæretici stipendia mererent; ut ad augendum hæreticorum in Germania numerum, Suecorum arma accersenda non essent. Ideo nihil se religionis causa moturum, quæ Suecorum arma non coucitasset; sed omni studio cum Sueco Rege acturum: ut non ferro, sed ex æquo, & bono res turbidæ componerentur.*

Saxones Bohemiū inuadunt.

Dum hæc inter principes agerentur, Saxones, cum profectis alio Cæsareis, in Luititijis nullus hostis occurteret; nullaq; obsisterent arma: prouincia de facili occupata; in Bohemiam pridie nonas Nouembres promouent gradum: primum agmen Turriano comite sene ducente, cuius statim impetus in quoddam castellum Schluekenauum; quo comitem Mansfeldium paulò ante Cæsaris munificentia donauerat: se violenter effudit. Incolæ omnes ferè Catholici, in quos Saxonum veluti in inuisissimos hostes omni belli clade sæuitia efferbuit.

Varij eorum progressus.

Inde Terschenum munitius oppidum prouecti, prolato bellico apparatu, illud oppugnant; obsidunt tantisper Cæsarei loci munitione confisi. Sed tandem paucorum virtus multorum violentiæ succubuit; oppidumq; honestis conditionibus dederunt: pleraque etiam oppida eiectis Cæsareis, subegerunt. Raudonitzium præfertim, quod quia à folis Catholicis coleretur, Hoffirchenus vnus Austriæ procerum, qui in Saxonico exercitu militabat cum equitum mille ingressus, captis nobilioribus ciuibus, diripuit. Opulentissima præda potitus est miles, expilatis diuitum Hebreorū domicilijs; quam diuturna pace collegerant.

Imperialiam terram & fugam. De Fridlando uana suspicio.

Hæc Saxonum in Bohemiæ campos effusa multitudo adeò Pragenfes ciues terruit; ut plerique conuafatis carioribus rebus, partim Viennam, partim Budouissam se celeriter proripuerint. Dux Fridlandus quoque, & Maradius cum pluribus asseclis inde fugerunt: Fridlandus tamen vltimus excessit ex vrbe. Quod vulgo sermones præbuit, iniecitque suspicionem, ne vellet ad Electoris stipendia in acceptæ vltionē contumeliæ transire: immò

mana-

manavit in vulgus illum vtrò suum obsequium Saxoni obtulisse. Quod pessimè comparatum sit, ut peiora semper malignè mortalitas suspicetur.

Vallstainus ruentem Tillij fortunam videbat: prospiciebatque Cæsarem in summa rerum omnium difficultate sibi iterum deferre armorum imperium coactū iri: in quòd nemo præter se, toto Imperio ad conducendos exercitus idoneus censeretur. Magni animi nunquam maiori gaudio efferruntur: quàm cum ad se illi confugere compelluntur, à quibus repulsam, aut contumeliam indignè tulerunt. Hoc enim verò omnem vltionis dulcedinem præstat. Tillij clades, iacturæque erant Vallstaini vinida spes; qui ad suum fidißimum familiarem dicebat identidem. *Non præsidet exercitus Vallstainus, neque Casarea tractat arma: Superis, meoque Casari habeo gratiam; qui huius accipiendi dedecoris mihi occasionem ademit. De biles ad primum fortunæ aduersantis impulsus prosternuntur. At non ego sanè ad Lipsiam pugnam amisissim; nec me hostes de eorum statu inscium imprudentemque deprehendissent. Cæsar exauthoravit, qui Sueci arma non pauet.* Hæc Viennam etiam ad Imperatorem deferebantur.

*Vallstaini
verba de
Lipsiana
clade.*

Tillius à Lipsiana clade quasi attonitus hac, illac errabat: si fortè aliquo præclaro bellico facinore acceptum abstergere dedecus posset: cum Fuccari, Aldringhenique copijs sua arma coniunxit. Duodeuiginti peditem millia erant, centum, & octuaginta equitum turmæ: quas, cum Inferiores Catos transeuntium more agminum euertisset: in Fuldanum agrum illico traduxit. Ibi de Sueci Regis progressibus, de hostium rerum statu certior factus, cum Lotharingi ducis exercitu, & Gesoduni principis copijs Cæsaris subsidio comparatis censuit sua arma socianda: deinde vtrò hostem insequi, atque iterum ad pugnam ingenti animo pro-uocare.

*Tillij de
bello re-
parando
cogitata.*

Saltzbarg.

Ad Fuldam igitur iustravit exercitum explicatisque in aciem militum ordinibus, vultu senili quidem, sed iuuenilem vigorem spirante ita suas copias alloquitur.

Hic hilaris omnium vestrum militaris ferociae plenus aspectus; & expe- dita ad serendas cum hoste manus alacritas efficit; ut mihi Suecus acie vicisse non videatur. Numerosas hic peditem cohortes, integras equitum turmas, copiosaque agmina lætus intueor; ac si nullus nostrum Lipsiana clade ceciderit; vel totidem pari virtute milites ex sociorum sanguine pullularint. Neminem vestrum arbitror esse (quantum ex omnium oculis cruentum quiddam, feroxque micantibus conijcio) qui iterum cum hoste confligere, præliique euentum experiri non cupiat: ut ostendat casum aliquem potius, aduersamque sæpe fortibus viris fortunam; quam veram virtutem illi tribuisse victoriam. Nobis tunc fuit cum duplici hoste, acie ancipiti dimicandum. A tergo ruens pulsauit humeros Suecus, dum Saxonem funderemus; dum victoricia signa fugientium tergis insisterent; quatientem à tergo sensimus hostem: fuitque iam victrix in prementem ponè frons aciei

Tillij oratio ad suos milites.

T

ciei

ciei vertenda, & dum hic quoque hostem fortiter pelleremus; dissipatum Saxonum agmen iterum restitutum acrius ad amissum decus reparandum redit in pugnam; sic nos medios duplex hostilis acies inclusit: hostium tamen multitudine circumfusi; atque in orbem pugnare coacti eodem vestigio mori potius, quam terga turpiter vertere hosti volumus. Quorundam temeritate magis nos hostes, quam propria virtute vicerunt. Nam etsi tanto numero pauciores, dubiam diu tamen fecimus victoriam: nostraque virtutis Sueco admirationem iniecit; qui de victoria penitus desperasset, si nobiscum numero paribus illi pugnandum fuisset. Nos aduersum fatum aliquod inuitos traxit in pugnam: nondum comperto, an hostes simul arma iurxissent. Infirmum igitur vulnus maiori virtute sanandum, atque eadem clades hostibus remetienda. Nullum vestrum esse puto, qui fortissimorum commilitonum eadem pari illata clade ulcisci non optet. Bellorum Numinis causam contra impios sacrilegos, religionisque contemptores tuemur. Ipse sua assertoribus fidei animos, viresque sufficiet: ut immanissimum barbarum Germaniæ Imperium insolenter affectantem acie vincamus. Terrebit occulto Numine hostilem aciem; aduersariorumque animos trepidatione arcani pavoris afflabit. Me ducem audacter vadentem in hostem, & necdum obductas vulnerum cicatrices nouis hostium ictibus rumpere peroptantem sequamini; & sicut militare dictum postulat sacramentum, nemo sua deserat signa, obstrictamque Cæsari, ac Catholico sederi iureiurando fidem pugnando strenuè seruet. Siquis hostium congressum trepido animo pauet, huic edico; ut acie excedat, ne degeneri timore, turpique fuga, cæteros turbet, aciemque confundat.

Imperia-
lium mi-
litum a-
lauritas.

Has Tillij voces ardenti, vehementique affectu prolatas alacris exercitus clamor excepit: hastarum, vmbonumque pulsu quatiens arma militum vulgus certaminis desiderium testatum est. Maiora, minoraque tormenta in argumentum lætitiæ displosa, tantum edidere fragorem, ut ad pugnam Suecos, fœderatosque principes eo strepitu pronocare viderentur. Hoc militum ardore antequam deferuisset Tillius utendum ratus moturus erat Herbipolim; ut Suecum ab ea oppugnatione diuelleret; quando allatum est, non urbem solum, sed etiam arcem se hostibus dedidisse: & Franciscum Hazfeldium illius urbis Episcopum se Mocontiacum recepisse.

Arnheimius
Præ-
gam fe-
pissus.

Arnheimius interea Bohemia nullo obuiio hoste potitus: cognito Præga terrore, trepidationeque ciuium, magnis itineribus eò festinat; suosque ministros vsquequaque dimisit: qui fugientibus edicerent: ut in urbem ad sua domicilia redirent; se liberum quarumcunque religionum usum libentissimè concessurum. Verum promissa timentium ciuium fugam siltere nequiverunt. Quare bellico more tubicinem caduceatorem ad cæteros ciues misit: qui illis urbis deditioem imperaret.

Opti-

Optimates, cum nullum adesset præsidium, nec vllæ auxiliare cohortes urbem propugnarent: in has deditiois leges cum hoste conveniunt.

*Pragæ
Saxones
obtinens.*

Vt milites in urbem admittendi non insolentiùs cum civibus agant, sed honestæ more militiæ se gerant.

Nihil grauius in urbem consulatur: quam vt milites domibus suis ciues excipiant.

Templa, sacrataque loca sacrosancta, iniolataque sint: & Ecclesiasticis qui in ciuitate remanerent: nihil damni, nihil inferretur iniuriæ.

Purpurati, proceresque regni, atque vrbis Senatores non hospitari milites cogentur: non in vincula conijci, aut illis redemptionis pretium possit imperari. Si quis secus faxit Gubernator vrbis præficiendus eum seuera pœna mulctet: ciuesque ab iniuria defendat.

Postularunt insuper ciues, ne fidem Cæsari datam abrumpere, neque violare sacramentum cogentur: aut dona sibi collocata, concessæque gratiæ eriperentur.

Huic conditionum capiti ab Arnheimio responsum est: se Saxonæ Electori de hac re decernendum integrum referuare. Senatus Pragensis hospitia militibus destinaret. Iudei quoque vrbis inquilini his deditiois legibus non excluderentur. Ciues nullas turbas excitarent, sed in Electoris Saxonis fide tranquillè quiescerent.

His conditionibus mutuo acceptis, quindecim equitum turma, & tredecim pedum cohortes in urbem ingressæ sunt. Vix Saxones vrbis pedem intulerunt; cum omnes decreto quondam Imperatoris eiekti, exules, profugi in urbem vno agmine redierunt: bona sua publicata iterum repetentes. Agrestes efferum, ac barbarum hominum genus plus cæteris ausi insolescere Saxonum sequuti partem Ecclesiasticorum bona, ciuiumque fugientium fortunas rapere, Cæsareos milites, si forte quempiam palantem adipiscerentur, obtruncare.

Electo Pragæ deditioe audita, illuc cum alijs decem armatorum millibus, vnâ cum Altemburgi duce, & Turriano comite, cum ornatissimo equitatu profectus est. Fridlandi Palatio exceptus rebellium capita inter nœnium pinnas palis infixâ magnifico inclusa feretro in Hussitarum templum delata solemnî pompa tumulari, ijsque inferias suo ritu dari iussit. Plurimi proceres, & numerosa prædicantium colluies celebrandis parentalibus affuerunt.

Dum hi perduellibus iustis soluendis intendunt: pridie idus Nouembris Chiliarchus Christophorus Haubaldus Suecus cum sex equitum turmis ex Baudiana legione, & aliquot moschertariorum equitum centu-

*Dux Saxo
Pragæ
intrat.*

*Rebelliù
capita tumulari.*

rijs Regis iussu Herbipoli, & Caroloftadio profectus diu, noctuque citato agmine per tenebras Hannauo successit; deiecta violento astiochi impulsu arcis subsidij porta, in arcem ingressus ad illam cucurrit; quæ arcem nouam à veteri dirimit; agminisque interiectu, vnus milites, ab alterius præsidio seiuunxit.

*Sueci Hã
nauo suc-
cedunt.*

Parte veteri nullo negotio occupata; nouæ præfidiarij impigrè in arma confurgunt; quod reliquum erat vrbs strenuè defensuri. Vtrinque plurimi cadunt. Haubaldus ciuium, præfidiariorumq; cædibus abstinere, temperareque victoria cupiebat. Quare vtrisque per præconem edixit, vt positis armis, dederent urbem; se mitissimas deditiois condiciones facturum. Verùm illis in proposito tuendæ vrbs tenaciùs hærentibus, Suecus, vt eorum frangeret pernicitiam; in urbem displodi maiora tormenta iubet; ciuiumque edita strage, diruta mœnium parte, patefactaque ianua, quæ urbem veterem nouæ connectit; erat omnia ferro, flammaque vastaturus; nisi supplices ciues, præfidiarijque deditioem pacisci trepidi properassent.

*Hannauũ
occupant.*

Postularunt à Sueco milites vt sibi armatis cum sarcinis abire liceret. Negauit Suecus, sed præcepit, vt præfidiarij arma deponerent; ciuesque in suas quisque ædes migrarent; & qui ad Suecica signa transfugere vellet; id è vestigio decernerent. Cæsarei solita perfidia, quadraginta exceptis, ad Suecicam militiam adscripti. Aliquot ibi duces vulnera Lipsiana clade accepta curabant; ijs libertas, quam sui impendio sanguinis compararunt, falsijs astrictis, ac diaphasmatis delibutis adempta; nihil militum stomachum mouente vulnere tabo.

*Comes &
præfectus
vrbs per-
fidia infi-
mulatur.*

Loci comiti, ac præfecto, qui deditioem abnuerant, vincula iniecta. Fuit multorum opinio, nec vana ex toto, comitis, & præfecti consensu, perfidiaque Suecos urbem repentino impetu occupasse; quod ad primos hostium tumultus conatus est ciues à sensu eius rei, tuendæque vrbs auertere: suadendo in urbem ingressos, esse amicos, & socios Amburgo à se accitos. Comes verò in suspensionem perfidiæ venit; quòd à Tillio oblatum maiorem militum numerum recusauit. Arsit postea vehementiori rebellionis infamia; quòd illum Rex Suecus omni studio fuerit humanitatis amplexus regia munificentia donarit.

*Hannauũ
agvi ser-
uitutas.*

Hannauo ager non latè sanè patet; sed omnium rerum ferax; & eo nihil Sueco Regi ad impediendos Cæsareos, & belli subsidia commodiùs: quòd non plus duodecim passuum millia Francofordia absit; & inter Kintzium, & Mœnum, vbi hæc flumina suas inuicem miscent vndas; interiaceat.

Hannauo potitus Haubaldus firmiora munimenta, prominentioraque ad latera propugnacula ex recenti muniendarum arcium disciplina, & arte construi iussit; ne pari facilitate, qua captum fuerat, amitteretur; voluitque Veterania ad muniementorum structuram non solum conferret impensas; sed etiam ad oppidum muniendum suffi-

ceret

ceret comineatus; edicto cauens insuper, ne quis in posterum Catholici fœderis copias, ac Cæsareos re vlla iunaret; si quis minus audiens dicto foret, insolentiæ militum prædæ cessurum.

Rex vt non minus litteris, quam armis in Catholicos dimicans armorum suorum iustitiam populis demonstraret; in publicis Herbipolis, agrique locis edictum affixit; quo omnem Franconiam de sui in Germaniam aduentus causis disertè docebat.

Se ob damna sibi, & consanguineis suis illata coactum esse ad iniurias propulsandas anno superiore cum exercitu in Pomeraniam mare transmittere; vt ab ea prouincia, & Megalopoli latrones aliena vsurpantes imperia armis expelleret. Se Superis iustiori fauentibus causæ, insignes victorias obtinuisse; exactos hostium impotentia principes suis ditionibus reddidisse, ac tyrannicum iugum de populorum ceruicibus decussisse. Sperare se Cæsareos eò rerum victricibus armis acturum; vt æquiora, lenioraque respicere cogerentur; propediemque perpetuam tota Germania pacem constituturum. Se non ad alienas ditiones, prouinciasque inuadendas mare, & tot fluminum obiectus superasse; sed ad populos impotenti oppressos imperio, miserosque principes asserendos. Nihilominus non cessare hostes ab alienis ditionibus aggrediendis; bello Saxoniam, præcipuum Imperij membrum contra Imperialia iura omni clade excindere ausos; Electorem idcirco tot malis oppressum in maxima omnium rerum difficultate Suecica arma in suum subsidium accersere compulsus esse. Se credidisse Catholici fœderis principes cognito Suecorum amorum sensu, & quò sua consilia spectarent, quid Suecicus exercitus conaretur, in suas partes transituros: aut à neutris staturos. Verum post ictum cum Saxone fœdus, sociataque arma, vidisse se plura Ecclesiasticorum agmina suorum hostium signa sequi: seque bello inconsultò lacescere: nihilominus gloriosam de suis hostibus deportasse victoriam. Neque tamen idcirco Catholicos fœderatos à Suecis persequendis absistere: immo in dies magis ipsorum contra se arma inualescere. Quocirca se ex militari disciplina optimè vsurum victoria: illiusque fructus ex Martis legibus decerpturum: se antequam Franconiam bello peteret; Bambergæ & Herbipolis Episcopos de suis consilijs amicissimè per literas monuisse: obtulisseque illis æquissimas pacis condiciones. Verum tantæ humanitati, comitatuque illos armis intentis, tormentorumque ictibus respondisse; se idèò pari violentia, asperitateque cum illis acturum: cepisse se urbem Herbipolim; omniaque illius tractus oppida, vt ubi militia verba parum procederent, armis repugnantium contunderet contumaciam. Nemini conquerendi locum esse relictum, si ipse eadem hostibus suis, vt armatum, bellicosumque Regem deceret; pari ferocia reponeret: quæ illi sibi, suæque religionis principibus intulissent. Neque tamen se ita ultionis cupidum esse, vt Catholici putarent: sed pacis amantem potius studere, vt optimis legibus prouinciæ res turbidæ tranquillentur. Quare

cum magna Franconia pars nulli principi suam iureiurando fidem obstrinxerit, atque ij, qui Episcopo Francisco dixerunt fidei sacramentum, ab ipso nullo operæ pretio, aut causa deserti uiuerent sine rege: se statuisse aliquem Prouinciæ præficere, donec pacem Superi darent. Proinde post vulgatum edictum ad præstitutam diem omnes proceres conuenirent: ut sibi sacramento suam fidem obstringerent: se omnes in suam regiam fidem, clientelamque recepturum: liberumque religionis usum, priuilegiaque omnia integra, sacrosanctaque seruaturum.

Rex Suec.
cut.
Franco-
nia pro
Regem
creant.

Rex à vulgato edicto Gustauum Hornum Franconiæ cum summa potestate præfecit; illi parte exercitus attributa: ut exploratis hostium consilijs, eò arma conuerteret: quò tenderent hostium conatus. Ipse verò, cuius vota non in vna Franconia quiescebant: multarum nauium classi copijs impositis, secundo Mœno flumine Hannauum aduehitur: Millemburgo, Asburgoque ex itinere expugnatis, Steinheimium vnus diei itinere Francofordia distans prolatis tormentis subegit. Præsidij omnes in Regis fidem, militiamque accepti. Ibi Rex substitit, comitemque Solmsum Francofordiam misit; qui illis ciuibus denuntiaret, ac tutum decernerent; uellentne in urbem Suecicum præsidium accipere; an armorum impetum experiri, quorum potentia omnes circumiectæ regiones aut vltro, aut victæ cessissent.

Obnuntia-
tionibus,
Fræcofor-
diam ad
deditionem
compellis.

Ad quas Regis obnuntiationes coacto senatu, consulunt ciues num in urbem Suecorum esset admittendum præsidium, regisque mandatis obtemperandum. Vltro, citroque commeant internuntij. Rex veritus, ne se ciues longiores trahendo moras, eluderent; propius copias admouit; ac quatuor passuum millia procul ab vrbe confedit: ciuibus interminatus excidium, ni extemplo præsidium admitterent. Quare ciues satius rati cum Rege precibus agere; quam contumaces eius in se iram concitare: ad eum legatum mittunt: qui ornatissima oratione, ac quæsitissima eloquentia precatus à Rege est: ne ciuium pacem, quietemque armorum terrore turbaret: ne obstrictam Cæsari fidem violare compelleret: ne sua priuilegia in Imperij sinu, tutelaque quiescentium abrogaret. Attentis auribus Rex orationem excepit, istaque ex templo reddidit: *Se dolere quòd puerilibus annis nullam dedisset operam Eloquentiæ: neque facundiam coluisse dicendo: ut aptè doctissima orationi responderet: se tantum in Grammatica puluere constitisse: primaque duntaxat literarum rudimenta posuisse. Itaque nihil se de oratorum fontibus haustum reddere posse; quam illud: quod rudibus annis didicisset.* **DEBERE OMNEM CASVM**

Sueci Re-
gis diu.

Franco-
fordia
Sueco Re-
gi se de-
dit.

REGI. Ad quod non minus sapienter, quam acutè dictum sensere legati se operam precibus ludere, regique parendum. Cum eo igitur liberum per urbem Sueci exercitus transitum paciscuntur. Ciues, senatusque iureiurando cauerent, se nemini nocituros, aliaque conuenta sunt: quæ in faciendis pacis fœderibus conueniri solent.

Vrbs

Vrbs Francofordia secundum Mœni littus tota porrigitur. Ex Franco-
rum transitu vrbi inditum nomen. Cum eo tempore, quo Carolus magnus
bello Saxones perfequebatur; illi in sinistro fluminis littore castra munij-
ferent; Carolus in dextero tetendisset: qui loco inuento, quo flumen aperit
vadum; traductis silenti agmine copijs, Saxones improuisus adortus ingēti
clade cecidit. Quare Francofordia locus appellatus. At vbi Saxones con-
fiterant, Saxenhausenium vocatum; quod Saxonum moram, aut domici-
lium notat. Constructa deinde in vtroque littore ciuitas, atque mirabilis
operis ponte commissa. Ab Oriente ad Hannau agrum pertinet: ad Au-
strum ad Tarodunū ditionem procurrat: ab occidente Mocuntiaci domi-
natum attingit; ad Aquilonem ad Veterauiam vsque protenditur. Hæc
nostra ætate frequentissimis nundinis vrbs celebris est: atq; omnium merc-
cium opulentissimum Germaniæ totius emporium. Præcipuè locupletif-
simis lectissimorum voluminum bibliothecis clarissima.

*Franco-
fordia vr-
bis desert-
ptio.*

*Vnde Fræ-
cofordia
dicitur.*

Electioe etiam Cæsarum inelyta, qui in ipsa ab Arnolpho primo crea-
ri solent: bullæ aureæ à Carolo quarto lege lata, vt si duo ab Electoribus
Romanorum reges contingeret renuntiari: alter alterum in circumiacen-
te Francofordiæ planitie expectaret: atque alteruter imperio cederet: aut
litem collato cum riuiali pede certando finiret. Victori portæ illico pande-
rentur; Regemque illum proceres, ac populus salutaret. Hac lege quon-
dam de Imperio à Biemino Manerba nobili Brixiano Federici secundi
Imperatoris Heroe cum Othone ex prouocatione certauit; victoque an-
tagonista, Federico suo Imperium addixit: & ab Henrico Landgrauio è
Turingia cum Corrado Federici Secundi Filio; & à Ludouico Bauaro, &
Federico Ausriaco, & à Guntero Suarzburgo, & Carolo quarto pugna-
tum est.

*Lex dueli
li inser
imperij vr-
nalis.*

*Biemini
Manerba
nobilis
Brixiani
bellicum
facinus.*

Rex postera die instructo ad iter exercitu partitus ordines, libratisque
ad agminis latera tormentis, placido, lenique vultu detecto capite, clarif-
simos quosque salutans per vr̄bem transijt equo vinctus; Hoecstamque ver-
sus, qua ducit ad Rhenum via progreditur. Nihil æquè populorum ani-
mos, beneuolentiamque demeretur, quàm lenitas regia; nihil quod magis
alienet, quam superbum illud, seuerumque supercilium, & rigida ceruix se
in nullius mortalium obsequium inflectens.

*Sueci Re-
gis leni-
tas.*

Rex Suecus omne studium in id collocabat; vt sibi populorum amorē,
gratiamque conciliaret; atque humanitate, comitateque ad se veneran-
dum alliceret. Nec benigno vultu magis, quam seuera militari disciplina
suos milites à rapinis, ac procurribus continendo, sui admirationem in
Gentium pectoribus excitabat. Nullus extra ordines ad populandum;
nullus ex agmine se subducens ad prædas manipulus discurrebat: nulli
palantes per agros ad agrestium damnum milites visabantur. Quæ Sueco-
rum continentia eò acceptior incolis erat; quò infestior Cæsareorum in-
solentia grassabatur.

*Suecorū
militum
continentia.*

*Rex Sue-
cus Hoec-
stam ex-
pugnauit.*

Rex Hoecstam post aliquot tormentorum pulsus expugnauit. Præsi-
diarij

diarj communi perfidia inter Suecicas cohortes transcripti. Quare sicuti torrens eundo passim influentibus aquis cælestibus imbris augetur: iamque tumens aluco, neque obiectis aggeribus coerceri, castigarique potest; quin reuolutis in arua vorticibus, omnia secum trahat; sic nouis subinde additis transfugarum militum incrementis, regiæ copiæ, viresque crescebant.

Francosfordiam
regredi-
tur.

Die sequenti Francofordiam regressus est, vt cum Cattorum Landgraui, Veterauizque comite, de belli profequendi, conficiendique ratione vnâ confuleret. Magistratus Regi sacramento fidem suam promisit; ille vicissim sua auxilia, præsentemque opem vrbi pollicitus est; ratumque se habiturum, quidquid Lipsiano conuentu fuisset constitutum. Adfuit etiam Georgius Cattorum Landgravius è Tareduno; qui sui obsequij, fideique vadem arcem Rufeltheimum tradidit Regi. Quarto nonas Decembris Hoecstam redijt; ibique militaribus spectaculis diem festum agi ab exercitu iussit: ob Francofordiam citra sanguinem, ac vulnera occupatam.

Germani
Ecclesiasti-
fici, Regis Galli
opem ad-
uersus Sue-
cos implorant.

Quo tempore Germani Ecclesiastici cum Suecicam rem secundissimo cursu ferri conspicerent; legatos ad Galliarum regem destinarunt; qui omnium nomine supplices illam maiestatem orarent; vt sibi contra euertentem, vsurpantemque omnia Suecum opem ferret, tuendosque susciperet.

Boissens.
Galliarum
Rex Mo-
was exer-
citiu du-
xit.

Qui Germaniæ tumultus, bellaque sollicito animo versans ad Galliarum fines exercitum promouet; vt vicina bello ardente prouincia, suum regnū à propinquis periculis tueretur. Cum enim è propinquo extera perstre-
pant arma, contra fortuitos bellorum euentus princeps ostentare se debet armatus: suosque copijs munire, firmareque fines. * Sueffionum igitur comite vniuersæ Galliæ præfecto; prouinciarum præsidibus de suæ expeditionis causis edoctis, Metas ad Belgij fines collectas raptim copias tra-
duxit.

Saxones
Mansfeldiam in
deditionē
accipiunt.

Interim Saxonice res, quæ felici socij regis fortunâ non mediocria ceperant incrementa fortunatiùs in dies ad maiora efferebatur. Nam Mansfeldia oppidum in superiori Saxonia firmo præsidio, comitatibus, & armis apprimè munitum victum Saxonum iugum accepit. Mœnia quidem pluribus in locis tormentorum ictibus profcissa ceciderant, sed validum præsidium si partes suas strenuè explere voluisset; poterat facile oppidum ab hostibus propunare. Verum perfidiæ labes omnes Cæsareos corripuerat; vel ita fato urgente; vel Regis omnia ad ipsum impotenter transferente fortuna: vt ad primos Suecorum impetus, timidi vel turpiter ignaui conciderent animis: vel spreto militari sacramento, ad Suecica signa desciscerent. Mille quadringenti tritici modij, quingenta vini dolia; atque ingens salitarum carnum vis in oppido inuenta.

Liberarum
urbium co-
munitus de-
cretum.

Liberæ ciuitates Amburgi conuentum habuerant; in quo decretum fuerat; vt tres legiones militum scriberentur. Primam Bremensis Episcopatus, cum Luneburgi, Zelli, Branfuichij, & Lubeci episcopatus, Hildethaimique mille nongentorum, & quinquaginta peditum, equitum verò cen-
tum

tum septem, & viginti conducerent. Alteram sexcentorum quinque, & septuaginta peditum supra mille, & trecentorum sexaginta sex equitum Megalopolis ditio, Razburgi episcopatus, & Lubecum ciuitas cogerent: Tertiam Holfatiæ duces, & Schuerinenfis episcopatus quadringentorum quadraginta octo peditum scriberent.

Singuli suas legiones suis sumptibus alerent; hac de causa tantum, vt *Amburgum cum cæteris vr- bibus non consentit.* Cæsareos, fœderisque Catholici milites Saxoniz finibus inferioris expellerent. Vniuersarum copiarum Duci Georgio Luneburgo traderetur imperium; qui Sueci Regis auspicijs bellaret. Vrbs Amburgum cæterarum vrbi-um decreta contempsit: quod paulo ante ab Imperatore amplioribus priuilegijs, ac honoribus aucta speraret ipsius ope suas cum Dano Rege controuersias compositum iri: vt ingrati animi notam effugeret.

Cæsar bellorum tempestatibus tota fluctuante Germania, cum hinc premeret Suecus, illinc hæretici fœderis principes imperium vrgerent; & *Cæsaris de Suecico bello sollicitudo.* à Lipsiana clade in immensum crescerent hostium vires: ipse quoque ad contrahenda vndique auxilia omne studium, ac operam contulit; exterofque principes legationibus fatigauit: vt secum contra impios hæreticos pro Catholica religione tuenda pium bellum susciperent. Lotharingum *Dux Lotharingus bellum pro Austria suscipit. Salzburg.* ducem religiosissimum principem; id enixè etiam duce Bauaro postulante, suas traxit in partes: qui vt impulsam Catholicam fidem suis armis in Germania fulciret; duodecim bellatorum millia conflauerat; quo validò agmine, vna cum * Gesoduni principe ad id pium bellum prodierat; & cum Tillij, Aldringheni, & Fuccari copijs arma coniunxerat: eo consilio, vt in Catos bellum vna transferrent.

Tillius à duce Bauaro suæ prouinciæ populationem timente è statiujs copias educere iussus Rottemburgum expugnatum, direptumq; ferro, ac flamma funditus euertit. Oxenfurtum etiam factò impetu cepit: inde occupando Vertheimo animum adiecit: ac tria misit peditum millia, qui improuisi vrbem inuaderent: sed Rex Suecus de Imperialium consilij ab exploratoribus certior factus ingens suorum agmen in insidijs in Tuberi valle collocarat: manda ueratque præfecto: vt oppidum desereret: quo auidius, & negligentius Cæsarei graderentur: qui in insidias præcipitati à circumfusis hostibus conciduntur. *Tillianis fruuntur insidia à Suecis.*

Dux etiam Lotharingorum equitum turmæ infelici sanè nilitiæ rudimento, ijsdem insidijs exceptè perierunt; quorum signa cum alijs quatuordecim ad Regem missa victoriæ trophæa. Impedimenta victoribus prædæ *Cæsaris à Suecis caduntur.* fuerunt. Tillius suorum strage audita, Noribergam versus iter ingreditur: arcemque Liectonauiam in deditioem accepit: atque in Hanspachi vsq; ditionem infesto agmine prouectus diuitem prædam in castra ex direptis oppidis retulit. Nec defunctorum tumultis militum auaritia pepercit: nam cingulum adamantibus distinctum Marchionis cadaueris capiti impiè detraxere.

Tillius ubi in Noribergæ conspectum venit: commeatus, & pecuniam *Tillius Noribergam obsequatur.* ciui-

ciuibus imperant: sed vtraque illis recusantibus impertire: urbem obsidione circumdedit: intercipiendisque comitatibus, populandoque agro in omnium rerum angustias adegit. Quare ciues iam cepta urbis munimenta perficere institerunt: & nulla non die ad iuuentutem animandam; distindendosque hostes Ioannis Georgij Salsmi comitis agminis milites ad velitandum cum Cæsareis ex vrbe erumpebant.

*Tillius
obsidione
soluit.*

Lanffen.

*Tillij in-
fortunium.*

Tillius ex frequentibus, & numerosis eruptionibus eam fore difficilem oppugnationem ratus ob validum præsidium, aduenarumque frequentiam, triginta bellatorum millium numerum excedentium, obsidione soluta, copiarum partem * Lauiacum, partem donandam in statina dimisit: iam viginti passuum millibus Noriberga recesserat cum fortuito incendio centum, & viginti tormentarij pulueris cadi arferunt, tanto Tillij dolore, vt cuidam suo familiari dixerit mœrens à se auolantem fortunam videre: neque tamen idcirco se optimi militis muneri defuturum. Nihil aduersis casibus animo frangi conditionis humanæ fastigium excedit.

*Imperialium
consilium de
Saxonibus oppri-
mendis.*

Tieffembachius, ac reliqui duces, qui in Bohemia pro Imperatore belabant: audito Tillij Noriberga discessu, omnibus illius regni militibus in vnum agmen collectis, alios etiam quam plurimos poterant euocarunt ex Quadis, vt Lemburgum profecti Tillianorum ope Saxones medios cōprehenderent: de quo Imperialium consilio monitus Arnheimius in tempesta nocte, cum alto silentio cuncta quiescunt: sublatis nullo tympanorum sono, aut tubarum clangore è stationibus signis, pluribus legionibus intentissimo agmine eodem festinat: & vbi ad duo passuum millia Limburgo successit: suas copias instruxit in pugnam.

*Inter Cæsares &
Saxones
pugna cō-
mittitur.*

*Cæsarei
in tutum
abierunt.*

Verum non adeò tacito agmine potuit properare: quin venientem Cæsarei animaduerterint: qui & ipsi vt hostem occuparent explicata acie primi in aduersos inferunt signa. Atrox vtrinque editur pugna; qualis inter infensissimos mutuo cieri solet. Steterunt vtrinque immotæ acies, nec tantisper vestigio cedebant: cum acrius Saxonibus promouentibus gradum, Cæsarea acies inclinat: pugnaque excedens stipatis ordinibus in oppidum redijt. Tam felici pugnae euentu audacior Arnheimius Cæsareis edicit: vt illa statione illico excedant. Illi contemptis Sueci ducis imperatis, se tuendo oppido expediunt. Igneas idcirco bolides intra tecta incipit Saxo torquere: quibus quaquaverfum iaculantibus flammæ, ædes plurimæ conflagrarunt. Sed quod præcipuè Cæsareos terruit: magnam comætarum vim ea pestis absumpsit. Quocirca Cæsarei traductis per pontem in aduersum litus copijs, eoque postea combusto, in pacatum abiere, omnibus rebus victorum relictis arbitrio.

*Lotharingorum
infortunium,
Maitpca.*

Idem prope infortunium Lotharingorum legio tulit, quam Conquistor Ossa paucis ante diebus Alifum miserat: non solum vt illam urbem validiori præsidio muniret: sed etiam vt milites à belli incommodis recrearet. Excipiendi enim erant ipsius iussu ciuium hospitij, ac priuatis sumptibus liberalius alendi: atque idcirco quatuor florenum millia nobilibus impe-

imperata; cæteris verò ciuibus edictum: vt sufficerent commeatus. Quo cognito Mariscallus Hornus Lotharingos inde expellere statuit. Educis ^{Hornus} igitur è stationibus copijs, recta pergit Alifum. Tubicinem præmisit; qui ^{Lotharingos} Lotharingis suo nomine denuntiaret; vt actutum ex vrbe facefferent. ^{persequitur.}

Præsidij præfectus, iussit pro se muralia respondere tormenta; quæ in conferta Suecorum agmina nullis inanibus incidentibus telis, ingentem stragem laceratis cohortibus, ediderunt. Hornus medio die iterat per duos tubicines iussa; & ad magistratum scripsit; *se vrbis salutis causa, protestantisque populi, quem maxime incolumem vellet: Martis rigoribus abstinuisse. pepercisseque belli violentia: proinde rogare se eos, vt Lotharingos vrbe eijcerent, se eis omnem opem laturum polliceri.* ^{Sueci Alifum Civibus excidium imminuit.}

Præfectus nihil ciues de deditioe cum hostibus agere passus est; sed illis suavit; vt iunctis secum viribus, illam urbem à Suecorum tyrannide, direptioneq; tuerentur. Hornus vbi irrita verba nihil proficere vidit; armorum vim admouendam ratus Molendinum extra urbem sexaginta Lotharingorum statione defensum aggressus, depulsis propugnatoribus, expugnauit. Aliquot Lotharingi primo impetus feruore concisi cæteris proculdubio Suecorum ensibus perituris, nisi dux quidam Gallus ante ordines prodiens suo intercessu, vitam illis miseris impetrasset. Ex hoc molendino vrbis propugnaculo imminente; Suecus cuncta vrbis tormentis abradebat. Hornus iterum ciuibus, ac Lotharingis edicit; vt dederent urbem, ni vltima pati velint: Lotharingi idcirco cum capto ab hoste molendino, urbem iam hosti viribus inferiorem, ad resistendumque minus validam animaduenterent; cum impedimentis, & armis discessum incolumem pacti ad suum exercitum redierunt. ^{Sueci Alifum perierunt.}

Aliso capto Chiliarchus Imidbergus cū quingentorum moschettario- rum præsidio præfectus est. Moenium ruinæ subito restituit; aucta nouis propugnaculis munimenta; sed præcipuè molendinum ex quo eminentiori loco erat despectus in urbem, de fossa circum vallo, additis aggeribus, & loriceis firmatum: omniumq; in eo commeatum, rerumque bellicarum theca extracta est.

Hæc expeditio ad Vuimpfenum, aliàsque Niceris fluminis vrbes acquirendas Suecis aditum patefecit. Tillius vbi Alifum obsideri didicit; numerosum fortium bellatorum subsidium laboranti vrbi submittere destinauerat; sed cum Lotharingorum ignauiam, qui missi fuerant; inter eundem cognouissent; Halam deflectere cogitarunt; sed Hornus valida Suecorum manu itinere intercepta, obsessaque via, de suo consilio deiectione retro, vnde venerant, redierunt.

Sueciæ Regina absentia Regis impatiens in Germaniam transmiserat: Suecia Regina aliquot dies Volgasti morata Lypsiam profecta est; ibique Regis iussu ^{ina in Germaniâ adu-} sublitit eius aduentum expectatura. Interim Suecicæ cohortes trajecto Rheno omnem circa Mocontiacum regionem effusè populabantur; ^{tas,} quæ ab vno latere cingitur flumine, ab altero profundè depressa, lataque fossa

fossa sepitur; quæ illam instar valli muniebat. Quatuor agrestium, & duo Hispanorum millia transitum tuebantur; qui vbi diu Suecis fortiter obstitissent; non tam hostium virtute, quàm multitudine victi loco cesserunt. Sueci conati sunt insuper ad Vualsum Rhenum ponte conseruare; sed ab Hispanis, huic incommodo fuerat maturè consultum.

Iunctis verò cum duodecim millibus armatorum Landgrauij copijs, cum totius exercitus robore per Vangionum collium altiora capto circuitu, procul ab hostium aspectu Rhenum transmittere cogitabant. Hispani animaduerso hostium, è sublimioribus locis Rheni traiciendi consilio, omnes naues, ac lintres perforatis alueis deprefferunt; ne ijs Sueci ad necendum pontem vti possent. Sed ab Hispanis prudenter destinata vnus abiectus piscator elusit; obruta ingenti naui notata, indicataque Suecis, qua ergatis è profundo fluminis in litus extracta; sarcitaque Rhenum trecenti milites traiecerunt.

Inter Suecos, & Hispanos pugna.

Hispanis ad arma excitis cohortibus, duo de viginti equitum turmis Sueci occurrunt: ferociterque instant, atque acrior pugna conferitur, quàm pro numero dimicantium. Sueci tormentario puluere diuturniori pugna consumpto; sensim aduersa semper hostibus fronte, stipatisque ordinibus, se in vicinum saltum recipiunt; cuius aditum hastatorum phalange sepsere: qui temerè subeuntes inclinatis hastis, exceptos impactis in ora cuspidibus feriebant.

Tamdiuque Hispanorum impetum sustinuerunt: donec totidem milites eadem naui flumine superato, commilitonibus laborantibus supervenerunt: mox aliæ, atque aliæ cohortes, & turmæ traiciunt, quibus auctum Suecicum agmen ex saltu erumpens de illa statione Hispanos inferiores numero deturbarunt: at non citra cruorem, ac vulnera, cum illi sensim more suo & pedem referrent, & glandium nimbū è sclopiis in hostes effunderent. Sueci postea magnificè iactarunt se, inuitis Hispanis, in ipsorum oculis flumen superasse.

Oppertim

Rex Suecus Banconam obfides.

Rex vt tuto copias in litus posset exponere; locum aggeribus, ac vallo munierat: atque noïo recens excogitato inuento, litus ita præseperat: vt tormentis, e nauibus desilienres incessi non possent. Traducto igitur per otium exercitu, quoddam propugnaculum * Banconæ vicinum clausit obfideo; vbi protinus excitatis lorice, erectisque munimentis, altiori, opportunoque loco tormenta disposuit. Præfidiarij hostium multitudine, ferociaque territi tutum pacti discessum Regi propugnaculum tradiderunt.

Inde Banconæ Rex circumfundit exercitum. Vrbs editis per intervalla turribus, & mœnibus antiquæ structuræ munita ad sustinendum tormentorum impetum, recentisque bellandi artis violentiam eludendam, haud satis valida erat. Præsidium non ita facilem Regi cessurum traiectum fluminis ratum, illud pro aggere, ac munimento hostibus obiecturum; nullum, quâ obiaceret Ciuitas Rheno, propugnaculum excitat.

Sueci spe prædæ, quàm opulentissimam fore militum manavit in vulgus; ingen-

ingentibus animis in fossam defiliunt : nulloque mortis metu , præsentis
 haltis hispida propugnantium phalange contempta, per mœnium ruinas;
 quas tormenta dederant, enituntur : non minori virtute præfidiarij repu-
 gnant; præsertim Philippo Sylua Lusitano promissis eos ingentibus ani-
 mante ; sed cum speratū Mocontiaco subsidium nullum apparet, & tri-
 duo mœnia tormentorum quassata ictibus procidissent; Sueci densato ag-
 mine depulsis propugnatoribus , per patentia mœnia in urbem irrumpunt,
 obuios quosque armatos primo illo impetus feruore trucidant; militarif-
 que barbara impietate omnia sacra, ac prophana diripit insolentia. Insu-
 per, nequid malis afflictæ Ciuitatis deesset; penè tota flagrauit; excitato ab
 ebria muliere Bataua per imprudentiam incendio.

*Sueci in
urbem ir-
rumpunt.*

Rex inuentis in vrbe nauigijs , sublicijs , & tignis flumen amplo ponte
 construit; per quem cæteris copijs, apparatuque tormentorum traducto,
 in Mocontia cum belli impetum vertit. Iam præfidiarij ad Banconam vici-
 nis furentibus armis, ea omnia parauerant, quæ ad urbem tuendam opus
 futura videbantur. Et vt sunt ad quæque rerum initia ardentissimi plebis
 animi ; extruendo intus aggeri, porrigendisque in mœnium lætera propu-
 gnaculis plurimum laborauit ; admouentibus etiam fœminis operi man-
 nus. Verum debilia admodum, vt pote antiqua urbem munimenta cinge-
 gant : nec diutiùs Suecorum moratura impetum videbantur.

*Rex Sue-
cus Mo-
contiaci
oppugnat.*

Quatriduum tamen præsidium restitit violentissimis impressionibus
 oppugnantium, in quibus è Regijs Chiliarchus Arcellius tormenti ritu
 crure multatus, sex cohortium Duces occisi: plurimi vulnerati fuerunt .
 Verum cum diutiùs tueri infirma urbis munimenta non posset : à Rege po-
 poscit inducias; quo de deditiois legibus cum eo agere posset. Quibus à
 Rege impetratis, honestissimis conditionibus, quas à victoris clementia,
 accipi fas erat, urbem Regis potestati concessit . Nono Kal. Ianuarij plus
 duo militum millia cum sarcinis, & armis vrbe excessere: quorum pars ma-
 ior benignitate Regis illecti ad ipsius merenda stipendia transferunt . Erat
 hoc Sueci Regis peculiare humanitate Cæsareos ad sua trahere signa :
 eblandiri que hostium beneuolentiam morum suauitate . Qui sæpius dice-
 re consueuerat, fidissimam Regum custodiam esse clementiam .

*Mocontia
cum de-
ditur Sue-
co.*

Cum Mocontiaci casu ruentibus Imperialium vastioribus destinatis, 1632
 eoque lethali vulnere Ecclesiasticis perculsis, cathenati felices Suecorum
 armorum progressus Hispanorum ferociam, & Catholici fœderis princi-
 pum spem omnem ita fregerunt: vt ille terrarum tractus, qui ingentes ani-
 mos contra Protestantium Principum arma præ se ferebat : subito terrore
 attonitus bellicum vigorem, atque animorum alacritatem remiserit : ho-
 stesque è contra in maiorum rerum spem, ampliorisque felicitatis erecti
 totius sibi Germaniæ Imperium vastis cogitationibus pollicerentur : ex
 Mocontiaci, credo, opportunitate, quæ in Rheni litore surgens ad alia vici-
 na oppida subigenda aditum apertura videbatur . Nam ad primum Sue-
 corum procurrentium aspectum Baccaracum, Visbadenum . Hoffenum
 immi-

*Catholi-
corum tre-
pidatione*

*Suecorum
spes vana.
Mocon-
tiaci op-
portuni-
tate.*

imminentis excidij metu submisere se regi.

*Vinmar-
iensis in-
sidij Ma-
nheimum
interci-
pit.*

*Manhei-
mi deser-
ptio.*

Eodem tempore etiam dux Bernardus Vinmariensis de Saxonie principum sobole suam progeniem recognoscens, & illius Ioannis Federici genus propagatum, qui à Carolo quinto ingenti prælio victus, è suis ditionibus fuit expulsus: ad Sueci Regis stipendia paucis ante mensibus, cum quatuor armatorum millibus merenda transferat; & vniuersi exercitus, Castrorumque magiltri titulum obtinuerat; militari astu Manheimum occupauit.

Hæc vrbs vbi Nicer in Rhenum influit posita octo propugnaculis in latera prominentibus, fossaque circum altè depressa, munitur. Ab Austro ingens munimentum, quod à figura forcipem vocant, hostibus opponit; ab Aquilone duæ exiguæ insulæ è medijs Rheni vndis emergunt: quæ vtrinque flumine castigatæ ad Nicerem fastigiato terræ cuneo protenduntur; Manheimio Federisburgum annectitur septem propugnaculis septum; quorum duo in Manheimi viscera excurrentia vtramque urbem committunt, oualemque figuram ex vtraque perficiunt. Exteriora munimenta ad Rhenum pertinent; sicuti Manheimum ad Nicerem vsque porrigitur.

Dux igitur Vinmariensis se Cæsareum ducem egregie simulans trepidum agmen, & ad fugam concitum, quasi prementibus Suecis, ad portas vrbs admouit. Hispani contra cautioris gentis ingenium, transfugis nota symbola bene mentientibus Cæsareos rati in urbem hostes admittunt. Qui felicem insidiarum sortiti euentum, strictis illico gladijs Hispanos obtruncant trecenti fermè erant; seruatique Germanis, tribuni, præfecti in custodiam dati.

*Spira ad
Suecos de-
scit.*

Spira quoque quasi quodam torrente fortunæ vrbes in Sueci Regis sinum ingerentis in Succicas partes perfidè transijt, tot Imperatorum eximijis erga se meritis nihil pudorem mouentibus. Celebris est ob iudicium conuentum, ad quem totius Germaniæ dubiæ causæ referuntur; appellantque, qui litibus ceciderunt. Aequale ius habet aulico Imperatoris consilio olim Nemete appellata; sed prolato pomærio, quodam viculo intra mœnia, cui Spiræ à vicino amne nomen, incluso, hospitis villæ induit nomen.

*Megalopolitani
duces Da-
mitzum
recipiunt.*

Penes episcopum est rerum summa; qui antiquissimus Germaniæ censetur. Suecicis vbique prospere procedentibus rebus, Damitzum quoque postremum Megalopolis oppidum; quod à Cæsareis tenebatur, diuturna obsidione fatigatum victori cessit. Omnem conuentionum, tormentariumque puluerem, & quidquid ad pellendum hostem facit, absumpserant præsidarij; & cum dissipatis, fugatis vbique Cæsareis, nullum subsidium sperarent; equissimis latis ab hoste conditionibus, deditionem fecerunt. Quadringenti in Suecorum castra transfugerunt; iam enim omnes Cæsareos milites perfidiæ labes infecerat. Cæteri Albi transmissos, se ad Tilianum exercitum contulerunt.

Saxonica interea arma tota Bohemia impunè volitantia vrbus, populis

polis latè territis, Egram urbem populi consternatione ceperunt. Odingenti siquidem Saxones in vicino monte, in quo noxiorum ceruices à li-
 & ore scinduntur, se in conspectum urbis dederunt. Senatus ad præsentem
 hostem urbis portas claudi, ciuesque arma capere, atque pro mœnibus
 stare iussit: coiuitque frequens, vt de tuenda urbis ratione consuleret. Sed
 populus Imperialium dominatum perosus rerum nouarum cupidus se-
 natus insiã contempsit. Quidam vigil, qui in mœnibus excubabat: & arca-
 nis consilij cum holte confenserat: cum clausum Senatum & populum
 consternatum optimatum detrectantem imperia vidisset: adnoto igne
 murale tormentum tesseram proditiõis explosit: quo accepto insigne Sa-
 xones ad portam subito de monte decurrunt; sequiturque turma propius
 urbem prouecta, à vigilibus postulauit; vt porta Electori Saxoni aperire-
 tur; negauit tribunus se quicquam de ea re mandatum à suis maioribus
 fuisse: proinde subsisteret, donec Senatus consuleretur.

*Saxones
Egrã co-
pias du-
cunt.*

*Proditor
vigil.*

Interim magna circum ciuium frequentia, præsertim plebis primū sem-
 per turbas, tumultusque solitæ excitare, custodia multitudine obruta, Sa-
 xonibus portæ panduntur. Qui in urbem ingressi ciuibus immisti ad fo-
 rum conuolant, Senatumque insolentissimè obsident; nec inde prius se di-
 scessuros minantur: quàm hospitia militibus tribuantur. Senatus metu
 percussus cum populi iuxta, ac hostium violentiæ resistere nequaquam
 posset: se Saxonum potestati permisit.

*Egra in
potestati
Saxonum
uenit.*

Iisdem diebus Viennæ Principum, prouinciarumque ordinum habeba-
 tur conuentus, à quibus hæc Cæsar bellis vrgentibus, postulabat: vt ad tu-
 endos contra Turcas pannoniæ fines triginta octo florenum millia: ad
 Viennam, Laurinum muniendas vrbes ducenta millia, in præsentiu bello-
 rum vsus nulla interiecta mora, alia ingens summa penderetur: comnea-
 tus vbique ad alendos exercitus cogerentur: expeditus esset in armis:
 quicumque sacramento teneretur: vt eò festinaret, quo duces accer-
 ferent.

*Cæsar
postulata
in proce-
rum con-
uentu.*

Absoluto conuentu, actum est, iam cadente Tillij fortuna, de tradendo
 rursus Valtaino armorum imperio. Trecenta aureorum millia in bellicos
 sumptus Rex Hispanus obtulit. Rex Pannoniæ totidem florenum millia:
 Eggembergi princeps centum millia. Viennæ Antistes octo millia, Cen-
 tum millia princeps Cardinalis Dietrinstanus; Michnæ comes centum
 Bohemorum tolerum millia; ProCancellarius Imperialis Hallendorffus
 duodeuiginti millia.

*Pecunia-
rum subsi-
dia Cæ-
sari da-
ta.*

Electo verò Treuirensis suæ ditioni alia ratione consuluit; sibi enim à
 circumfusis hostibus periculum metuens, alienis infortunijs edoctus, cum
 & Mocuntiaci, & Herbiopolis Antistites Suecicis armis eiectioni sibi docu-
 mento forent, non esse serò suis rebus prospiciendum, & fractas Cæsaris
 fortunas ad se tuendum parum idoneas arbitraretur immo suas ehor-
 tes è præsidijs Treuirensibus euocasset; & Hispani Cæsarem tot vndique
 armis petatum malè defenderent; Castellum Hermetanum duntaxat
 otiosi

*Treuiren-
sis Anti-
stis con-
siliu.*

Trenirensis Elector in Galliæ Regis fidem contempsit.

otiosi tenerent; veritus ne eadem salutis esset discrimina subiturus; Hermetstaino prius summa dexteritate in sua potestate firmato, vndecimo Kal. Ianuarij Galliarum Regem tam hæreditariæ, quàm Electoralis ditioris patronum, protectoremque publicis tabulis edixit. Quod maximè Imperialium animos commouit; non solum ob eorum in illam urbem ius, potestatemque, sed etiam quod eiusdem ineundi consilij, audendæque defectionis alijs fecisset exemplum, aliumque Antistitem in eius locum sufficere tentarunt: quod perduellionis reus omnia in eum episcopatum iura in rebellionis pœnam criminis amisisset.

Imperiale indignatio contra Treuirensium Electorem.

Eiusdem noxæ labe damnabant hoc transfugium Hispani; quod Cæsare deserto, exteri se regis fidei credidisset. Quod si ad illum tuendum Cæsari tot hostibus circumuento deerant vires; erat illi ad Catholicum Regem veluti Lucemburgi ducem à Carolo quarto Imperatore illius episcopatus protectorem destinatum in illis tumultibus confugiendum. Quamuis, qui pro Archiepiscopo Treuirensi faciebant: hæc ab Hispanis obiecta firmissimis rationibus diluerent; quas ad alia grauiora properanti non est hic opus annectere: ne maiorum rerum narrationem morentur.

Suecorum militum insolentia.

Suevicæ copix præter solitam militum insolentiam, suis cupiditatibus moderatæ innoxix Francofordia transferant; sed vt omnia humana in deterioriùs faciliè prolabantur, ad ita effrenem licentiam eraperant; vt latronum more grassantes itineribus commeanium mercatorum negotia penitus interciperent. Quocirca senatus de militum insolentia apud Regem conquestus, obtestatus est; urbem non posse amplius pecuniam, & comæatus in exercitus alimenta, ac stipendia sufficere; quod sublatis mercium nundinis, quibus opes vrbis starent, omnis contrahendæ pecuniæ facultas deficeret.

Regis edictum contra milites graues satores.

His senatus querelis Rex valde commotus seueris promulgatis edictis, capite sanxit; ne quis miles subessor itinera infestaret; neve quemquam mercatorem cuiusvis religionis offenderet. At non ita à Cæsareis ducibus cautum Augustæ Mercatoribus est; quæ cum acerbissimè de militum iniurijs, insolentiaque cum ijs expostulasset; quod propter assidua latrocinia, nemine iter ingredi audente, commercia cum Francofordia cessarēt; adeò non mercatorum indemnitati duces Cæsarei consuluere; vt etiam magis in dies milites insolescerent.

Duderstada Landgranius pacis conciliator.

Rex Suecus Mocontiaci multorum principum legationibus audiendis vacauit; quas in eos dies bellica negotia distulerant. Præcipuè Duderstade Landgranium pacis conciliatorem ab eo appellatum cupidè audijt; qui sollicitus omnia sua in id studia, curasque contulerat; vt vniuersalem pacem tota Germania componeret; asseuerans Cæsaream curiam omnibus honestis conditionibus assensuram. Quamuis Rex affirmaret has esse Imperialium callidas artes; vt pacis mentionis interiectu continuum victoriarum cursum abrumperent; tamen ne omnino pacem auersari penitus videretur: ad Coloniensem, Brandeburgumque Electores. Lubecum

Pacis conditionum capita à Sueco Rege proposta.

vrbium

urbium liberarū caput hæc ab ipso præscripta pacis capita typis impressa vulgavit.

Primò, Imperiale tolleretur edictum; quo bona Ecclesiastica post transactionem Pofonij occupata restitui iubebantur.

Secundò, in toto imperio liber esset cuiuscunque Religionis vsus: nec aliquis religionem Catholicam colere cogeretur.

Tertiò, Marcomanis, & Quadis Bohemiæ pristinus rerum status redderetur: quem ante excitationes, regnante Imperatore Mathia, tumultus habuissent.

Quartò, Palatinus in suam ditionem restitueretur.

Quintò, Dux Bauarus Electoris dignitate se abdicaret; quam iterum Palatinus reciperet.

Sexto, Urbi Augustæ nulli fraudi esset ad pristinam Euangelicæ religionis vsus, opinionemque reuerti.

Septimò, Patribus Iesuitis veluti pacis turbatoribus Germaniæq; calamitatum causis toto Imperio interdiceretur.

Octauo, ad imperij salutem tam Catholicis; quam Protestantibus cœnobis, Monasteriaque traderentur.

Nonò, Cœnobis in Vuirtingis occupata pristinum habitum reciperent.

Decimo, Rex Sueciæ Romanorum Rex crearetur, utpote de Imperio optimè meritis, quod illud ab imminentibus periculis vindicaret.

Vndecimò, Impensæ in Imperialibus urbibus factæ præcipuè in Vuirtingis reformandæ Religionis causa sarcirentur.

Duodecimò, omnia Canonicorum collegia aquali Catholicorum, Protestantiumque numero supplerentur.

Ex quarum conditionum capitibus liquidò patuit: Protestantes non vastis solum affectare animis Germaniæ totius imperium; sed etiam opulentis sacerdotijs, & Episcopatibus velle Catholicos omnes euertere. Tantum in mortalium pectoribus cupiditas potest; ut nihil inter nimia felicitis blandimenta fortunæ difficile videatur.

Nec dum Rex Suecus Germaniæ litora appulerat; cum illum Protestantes sui Romanorum Regem destinabant: Catholicamque religionem proflus conuellere, vsurpare sacerdotia, ab exilio rebelles exules reuocare, in religiosa capita suo more sæuire, atque ab Austriacis humeris imperiale diripere paludamentum votis immodicis animis proposuerant.

Omnia eorum bona Rex fisco addixit qui Mocontiaco discesserunt, & ad ipsius edicta regredi recusarunt. Cæteris suæ mansere fortunæ.

Interim Liburni equites indomitum bello genus, Pragensem agrum continuus procurfibus infestabant; semper aliquot de Saxonem copijs inaudita audacia carpendo. Quare Hofkirchius comperto Cæsareos cum muralibus tormentis mouere Brandisum; misit aliquot Saxonum cohortes;

Protestantium vanitas.

Liburnorum genus quibus curfus.

tes: qui eos intercluso itinere, oppugnarent; si ulterius pergerent ire. Saxones in Liburnos equites valenter inuecti, ut improuiso percussos impetu nullo negotio fuderunt; redibantque læti spolijs onusti; plures secum captiuos pone trahentes.

Liburni equites fundantur.

Verum qui cladi superfuert nihil fociorum infortunio demissis animis; immo in vltionem efferati, ad eundem pugnae locum maiores numero redierunt. Erat cum ducentis moschettarijs integra equitum legio. De qua re ab antecurforibus Saxones moniti; ut virtuti adderent dolos; centum moschettarijs opportuno, superiorique loco in insidijs subsidere iussis; in apertum ad velitandum cum Liburnis procurrunt; nec segnius illi prouocationi respondent; sed à latere, à fronte, à tergo ita audacter Liburni saxonibus instant; ut nisi celeriori receptu, ad insidiarum locum pedem retulissent; parum illis processissent insidiarum: quin concisi Liburnorum equitum acerrima impressione corruerunt.

Inter Liburnos & Saxones pugna committitur.

Sed ut plerunque in fugientes hostes victoribus se se nimio ardore ferentibus solet accidere; solutis ordinibus, cedentes vrgent, premuntque validè donec in paratas insidias inconsulto impetu illati, in dissipatos, & sparfos moschettarijs ex insidijs exilientibus, vertentibusque iterum frontem fugientibus, trecenti ferè ex Austriacis obruncantur; reliqui maiorem hostium veriti numerum se se effuso cursu ab eo discrim. ne prortuerunt.

Liburnorum equitum clades.

Neque tamen idcirco ea clades feroces Liburnorum animos contudit: immo ut amissum decus aliquo egregio facto sarcirent; iterum Moldam octo, & viginti passuum millibus procul à Praga trajcere conantur. Sed fortuna plerunque fortibus infesta consilijs, strenuos Liburnorum conatus agrestium obiectu discussit. Hi siquidem ad Liburnorum transeuntium rumorem sexcenti ruentes in arma non solum eos à traiectu fluminis sumouerunt; sed etiam maiori eorum parte caesa, tria turmalia vexilla Pragam triumphantium more retulerunt.

Clades Saxonibus à Cæsareis reponitur.

Non diu tamen vindicta Saxones remorata est; vlciscendarumque cladum cito effulsit occasio. Tres namque Vallonum turmae Rakonitzio facto repentino in illud impetu, occupato, ibi quinque Saxonum cohortes è Chiliarchi Steinachi legione deleuerunt: paucis fuga saluti fuit. Neque hac vindicta contenti Cæsarei Chiliarchos Haugouitzium, Vuinzenium egressos Praga, ut hostium stationes explorarent, adorti, caeso, dissipatoque comitatu præliantes impigrè capiunt: Viennamque veluti rebelles optime custoditos ad Cæsarem mittunt.

Edicitur Hispanis ut Fridberga discedant.

Rex Suecus post hæc Hispano Fridbergæ præsidio edixit; ut ab eo oppido acutum excederet. Respondit præfectus se Philippi Syluæ summi ducis imperio prohiberi, quo minus Regi obsequeretur; proinde decem dierum spatium daret; quibus Sylua de ea re consuleretur. Ob id etiam aliquot eius vrbs primates Crucenacum Syluam adierunt oratum; ut præsidarios ex ea vrbe euocaret; nullumque aliud admotæ pre-

ces

ces tulere responsum ; quàm vt milites se à Sueco fortiter ex eorum munere tuerentur . Præfectus nihilominus cum nequaquam se Sueco parem futurum videret ; Brunfelsium milites deduxit ; vt saltem illud oppidum duplicatis viribus ab hoste defenderet ; ipse cum suis domesticis Fridbergæ substitit ; ne omnino contra Syluæ insula deseruiss: oppidum videretur .

Hoc audito * Hanoniæ præfectus moschettariorum equitum turmam Fridbergam subsidio misit ; iussitque Hispanum præfectum custodiri quod non ad constitutum se diem, sicuti promiserat, deditisset ; donec Rex de eo decerneret . Qui adhuc Mocontiaci, audiendis, mittendisque legationibus intentus ea omnia absoluebat ; quæ adulta iam hyeme in statuiis cessantibus armis ; ad futura belli ab exactæ prudentiæ ducibus perfici so'ent .

Hannau.

Iam antequam in Germaniam, atque Austriacos bellum pararet ; ad Protestantium auxilia, Helnetiorumque ferocissimæ gentis societatem adiecerat animum ; neque ad eam diem alijs ex alijs bellicis crisis interpellantibus destinata, Heluetios in mutua fœdera sollicitare potuerat . Commodam igitur tempestatem nactus equitem Radium suam consiliarum ad Heluetios legat ; qui opportunum omnium pagorum ijs diebus conuentum habebant : in quem Suecus legatus admissus ita Heluetios afatus est proceres .

Rex Suecus legatos ab Heluetios mittit ad pægendam eorum societatem .

Illati à Sueco Rege Austriacis belli famam, armorumque tota Germania furentium fragorem in his quoque vestrarum vallium secessibus insonuisse : quæque Regem in hoc difficillimum bellum impulerint ; vos coniectare arbitror, Patres . Non enim Gustauum Regem post diuturnos Sarmaticæ belli labores, suorum hostium victorem in suo Regno pacatis rebus, ac tumultibus quiescentem, nullo hoste laceffente in noua bella nisi urgentes causa trahere potuissent . Non bellicæ illum gloriæ cupiditas, non augendi imperij, alienarumque opum libido, non inquietis ingenij aliquis impetus, sed microrum quærela, iterata Principum Protestantium preces, ludibrio habitata Suecici nominis dignitas, facta sibi à Casareis iniuria in hoc bellum maximum impegerunt . Neque tamen in Germaniam classe, suis tantum viribus in Austriacos pugnaturus exercitum traiecisset : nisi quos iacentes suis armis erectum venerat : sibi bellanti cum suis omnibus copijs adfuturos præcasset . Venit ille Balticum mare emensus cum valido veteranorum militum robore in Germaniam : addidere se illi Saxonum Dux, Cassorum Landgravius, Marchio Brandeburgus, Megalopolitani duces, urbes liberæ, populi, prouinciæ quasi quodam felici cœtu fortunæ iunxere se Regi : vt inuisam, ac toti Germaniæ grauem Austriacam potentiam communi virium impulsu deuerent . Iustis non defuit fortuna votis . Lipsiano prælio fractis hostium rebus, tota Germania Rex victor exultat . Austriacis nusquam occurrere audentibus, alias subiicit urbes : alias ultra deditas in fidem accipit :

Oratio Suecicæ gati ad Heluetios

V. 2. pit :

pit : tantumque non ipsam Cæsaris regiam applicitis copijs obsidione circumdat . Hoc unum tantum ad suorum defyderiorum summam deest , vestra societas ; quam in istius molimine expeditionis vobiscum isto fœdere sibi iungere animo proposuerat ; sed bellicis negotijs se quotidie distinentibus , vobis hætenus sua vota distulit aperire ; quod bene factum aspirante fortuna puto ; vt nunc potissimum , cum ferè prostratis hostibus , debellatum est : vestram amicitiam , ac societatem appeteret ; ne vos cum Rege victore tota illum sequente , ac venerante Germania , fœdus percutere vereremini . Habet ille sanè expedita Protestantium Principum auxilia ; pecunias , com-
meatus , militum supplementa sufficiunt in bellum libera ciuitates ; sed nisi opem quoque sibi Heluetica virtutis adiungat : manca omnia , bellicæ magnitudine , ac necessitate minora sibi esse videntur . Vestra præualida arma sibi socia in his magnanimis ausis votis omnibus cupit ; quæ Austriaci inuisissimi nominis deprimendi tam opportuna occasione non desutura esse confidit . Quid enim inertia damno cessant otio : cum reliqui Principes , quibus animorum , corporumque libertas cura est : Sueci Regis auspicia sequantur : vt communia sacra , atque Euangelicam Religionem ascerbissimorum hostium ferè impietate sublatam restituant : & Austriacæ iam toti orbi formidanda potentiæ resistant ? Minabatur toti Europæ seruitium : cum centum armatorum millibus septa , iunctis cum Hispano Rege viribus , alios suis ditionibus exigeret Principes , quosdam armorum viuia terreret : alias raperet vrbes , alijs libertatem impositis præsijs , adimeret : Germaniam copiarum multitudine obrueret . Nunc exarmatam Superum beneficio , Lipsiana pugna contusam , prosterni penitus facilem : si paululum adnitemur , quid omnes simul moramur inuadere ? vt nostris rebus securitatem ab Austriaca potentia pariamus ? his vestris quoque vel libus rapaces iniectura manus : quamuis deiectæ montium crepidines , & insuperabiles rupium angustia vos valent : nisi maturè armis immodicæ eius vota frænentur . Vsurpata per dolos Constantia : occupata Lindavia , oppressa Veneti lacus ora inexplebilem Austriorum alieni cupiditatem abundè testantur : vobisque documento esse debent ; non esse diutius tanto discrimini pellendo segniter immorandum : dum attoniti , pauidi , fugaces victricium Sueci Regis armorum occursum per auia errabundi declinant . Vicinorum potentia semper timori est ; suspectaque omnis nimis robusta vicinitas . Vos subeat quoties vobis contra Austriacos trepido discursu fuit in arma ruendum : quoties validis præsijs munienda confinia ; & montium claustra firmis sepienda custodijs : vt circum hæc saxa frementia Imperialium arma à vestris finibus arceretis . Nunc in Italiam descensuris rupium aditus Cæsareis aperiendi : nunc in Germaniam , & Belgium ituris Insubribus , & Hispanis alpium fauces , & angustia pandenda : quas si clausas pro vestro iure tenetis ; vtrique intentatis armis se violenter , vobis inuitis incolarum exi-

tio ,

rio, per obseptas cautes perruptaros minantur. Hæc quotidianas ferè curas, & formidines vnus conatus absoluet: si reuocata auita maiorum virtute, resumptisque animis antiquorum vestræ ferociam, tremèndaque arma ex his vallium latebris proferetis; atque hinc Austriacos agmina vestræ ferocissimæ iuuentutis urgebunt; dum Rex Suecus ex aduerso eosdem validis copijs oppugnat. Num semper in his montium angustijs clausa Helueticæ gentis bellica virtus, ac ferocitas continenda? hæc saxa vestræ nationis fortitudini, ac strenuitati limites, metasque præscribent? Si quæ belli aliorum auspicijs, stipendijsque gessistis; pro vestro dilatando imperio, addendisque vestræ ditioni alienis dominatibus fecissetis: iam vos concisis ad Nouariam pro Maximiliano Mediolanensi duce Gallicis copijs, omnes insubres, maiorque Italiæ pars vestris legibus paruissent. Irrupistis sapius in Galliam, formidandaque signa in mediæ eius prouinciæ viscera intulistis vbique acie, semperque victores: eamque gentem Italiam, finitimasque prouincias bello euertentem pacem à vobis submisisse petere, atque iniquissimas condiciones accipere coegistis; ut impendens toti Galliæ à vestris armis excidium auerterent. Principes, Reges vestræ societatem, ac fœdera, missis legationibus, nundinantur annua vobis vel in altissima pace stipendia admensi: quod nunquam alijs nationi tributum, nec ullius gentis armorum existimationi datum esse meminimus; ut eius amicitiam, socialeque fœdus auro mercarentur. Vos Casares, vos Hispani, Gallique Reges, vos Itali Principes vel ingentibus pecuniarum aceruis in sua fœdera trahere summo studio conantur propter inuictæ vestræ virtutis opinionem, maiorumque vestrorum bellicam gloriam; qua in pluribus, ac difficillimis expeditionibus superioribus seculis claruerunt. Est idem in vobis vigor animorum, eadem corporum fortitudo, mentiumque constantia, si fortibus ausis pro vestrâ gloria, ac commodo eam extra has montium angustias exercere decerneris. Nulla maior, ac opportunior vestræ proferendæ ditionis occasio se poterat dare: quàm cum Sueco Rege bello Austriacos perurgente, auersis in se omnibus hostium viribus, vobis nuda præsidijs eorum latera inuadenda præbentur. Nullius negotij erit Forestes vrbes, Constantiam, Lindauiam, cæteraque Veneti lacus oppida vestræ ditioni finitima occupare: dum Austriaci in Suecos omnes suas vires moliuntur. Non est expectandum, ut illi coactis undique ab Hispanis, ac Italis, Catholicisque Principibus auxilijs Lipsiana clade accisas reparent vires. Dum illa trepidis nuntijs accersunt; dum bellum reuoluant, strenuè, ac celeriter occupandi; ne quod nunc factu facile est; laboriosum incerti mora postmodum fiat. Proinde si victoriarum participes fructuum, si immortalis gloriæ consortes esse cupitis; fœdus cum Sueco Rege sancite, iunctisque armis antiquam Helueticorum bellicam gloriam amulemini. Hoc presentium temporum poscit occasio: hoc sælix inuitantis Regis fortuna, Austriorumque nimie potentie formido, hoc commoda, securitasque vestrâ sua-

*Varia Hel-
ueticorum
procerum
sententia.*

*Heluetio-
rum respon-
sio ad Sue-
cum lega-
tum.*

Perorauerat Suecicus legatus cum procerum murmur³ obortum alijs alia
sentientibus; omnes tamen in eandem iurare sententiam; non esse in dif-
ficillimo negotio rerum summam secum inuolente inconsulto subito re-
spondendum. Itaque de hac re suis pagis singuli relatores se esse dixe-

runt; & de eo, quod ab ipsis in communi conuentu decretum,
sancitumque foret; se eum facturos esse certiores.

Interim Legatus Geneuam secessit; vt ibi
singulorum Heluetiorum ce-
tuum responsa ex-
pectaret.

(?)



IOSEPHI RICCI BRIXIANI

Clerici Regularis Congregationis Somaschæ

DE BELLIS GERMANICIS

Liber Quintus Epitome.



NORTHEMIVM à Suecis capitur, & diripitur. Rex Suecus Gustaburgum arcem condit. Spira, & Crucenacum illi deditur; qui Francofordiæ reginam suam uxorem excipit. Ab Horna Bambergæ, à Rege verò capitur Donaupertæ. Qui in Eliciæ fluminis transitu Eruarum ducem & Tillium acie vincit. Hic ex vulnere in pugna accepto paulò post moritur. Inuito Bauaro duce, Valtainus Austriacis armis præficitur; qui subito formidandas copias cogit. Ferdinandus ab omnibus Italiæ principibus postulat auxilia. Dux Lotharingus, indignante Sueco, sua arma cum Ferdinando coniungit. Variæ ad Casarem, & ad Suecum Regem principum legationes obeuntur. Hornus Hoecstam expugnat. Aliquot Suecicæ cohortes cum Casareis ad Locoritum pari virtute pugnant. Bambergæ Sueco adhæret: eiusque præsidium postmodum cadit; puniturque. Bauarus occupat Ratisponam. Ragozzius Daciæ Dynasta bellum contra Casarem parat. Brindauffum insidijs à Casareis occupatur. Bacchi aram nunc Baccharachum Sueci subigunt. Rex Suecus arcem Taffentraub condit. Palatinus Suecum Regem adit. Argentoratum, & Vlma ad eum deficiunt. Spira, & Herbipoli: Suecica præfalia civium conspiratione oberuncantur. Augusta tradentibus civibus à Sueco Rege occupatur. Inglostadium frustra ab eo bello petitur. Valtainus quadraginta bellatorum millibus in Bohemiam movet, prorsusque inde Saxones fugat. Rex Suecus in Vindeliciam copijs inductis, Monachium ingreditur. Bauari Sebusam captam diripiunt. Pappenhæmius Stadenum domat, Casarei, ac Bauari arma coniungunt.



VM nullum circumferenti bellum Sueco Imperialium agmen occurreret; immo cladibus attriti crebris perfidorum transfugijs, urbium, ac Principum secessionibus territi se se munitis oppidis continerent; Rex non solum nullo aduersante, quocumque arma admoueret, vrbes, ac populos in fidem, deditionemque recipiebat; sed etiam ipsas Imperij arces, Austriorumque munimenta, ac receptacula

ire perditum properabat.

Magdeburgum, quod Tillianis armis excisum superius memorauimus; reparatis munimentorum ruinis, sarcitisque mœnibus Austriaci valido præsidio firmatum bello fecerant sedem; Bannerius Regis iussu vndecim peditum millibus, duabusque, & triginta equitum turmis arctabat obsidio: vt deiectis Austriacis, eam urbem suo Regi subigeret. Iam contra quinque ciuitatis latera totidem tormentarios aggeres erexerat; in quibus constitutis tormentis, mœnia fulminum iactibus diruebat.

Magdeburgum a Sueci oppugnatur.

Præsidarij parum contra Suecorum vim muniti; cum & tormentarij pulueris, & commeatum copia deficeret; deditionem pacisci cum hoste, liberumque tantum per Saxones, & Quados discessum decreuerant. Dum de hac re Bannerius Saxonem Ducem per expeditum tabellarium monet; rogatque securum Cæsareis per eius ditionem commeatum; vt multa inter os, & offam solent accidere; Pappenhaimius vna cum Duce Gronsfeldio, cui petendæ bello Sarconie cura demendata erat, & Galassio, cui Bohemia armis affligenda contigerat; Tillio Vangiones cum reliquo exercitu perurgente, de illius vrbis statu monitus, statuit obsessis omnino subsidio ire.

Papphaimius Magdeburgum subsidio properat.

Colonia igitur egressus, quam maximum potest bellatorum numerum ex vicinis præsijs cogit: adscito Beninchauseno expeditionis socio, Magdeburgum versus mouit. Erant octo peditum millia; & duode viginti equitum turmae: nec vlla interposita tanto decreto mora, magnis itineribus eò festinato tēdebat, capris aliquot ex itinere oppidis, Mansfeldium Magdeburgi præfectum de suo aduentu per quendam rusticum monuit cum mandatis: vt ad suum conspectum, cum hitam cum Sueco pugnam vidisset: atque à se hostem bipartito inuadi: ex vrbe erumperet, mediosque hostes à tergo adoriretur: vt ancipiti prælio distracti facilius vtrinque prementibus Cæsareis, funderentur.

Sextum idus Ianuarij huic operi præstitit diem. Hæc epistola in perexigua papyro minutissimis characteribus exarata in crasso ad regionis usum panem inclusa ab eodem rustico ferebatur: cum à procurrentibus Anglis equitibus rusticus intercipitur: eoque diligenter excussio: nihil nisi illum panem reperiunt: quem nullam fraudem latentem suspicati: vt eum tantum comederent, abstulerunt: dimissoque rustico, qui ne vllum arcana doli

doli præberet indicium, suo itineri institit.

Equites dum panem contubernalibus partiuntur; delitescentem epistolam reperiunt; qua ad Bannerium, vt hostium consilia detegeret, perlata, ille inexpectato attonitus nuntio, cum se vndique ab hostibus inuadendum cognosceret; ne medius circunueniretur; veritus ne maior, quam ferebatur, hostium numerus aduentaret, prætermisso boni ducis officio, per exploratores cognoscendarum hostium virium, soluto obsidio, in munitiora loca recepit exercitum.

*Pappen-
haimij cõ-
siliũ de-
tegitur.*

Delusis itaque Suecorum recessu Pappenhaimij consilijs; suo dolo felix, cum omnibus copijs urbem intrauit. Eodem vesperi iussit Chiliarchum Kleinerum cum sua equitum turma, duobusque moschettariorum millibus, & tribus curulibus tormentis pergere Gommerenium, decem passuum millia inde recedens; excisoque flammis oppido, omnes incolas nullo discrimine internecone delere. Verum populus crudelibus Pappenhaimij iussis per rimas veluti deprehensus (parietes siquidem, quod aiunt, aliquando & ipsi loquuntur; & quæ in secretiori conclauis, recessuque cum amicorum fidissimis communicaueris; consilueris, ex illis penetralibus, aliquo prodente, emergunt) maiori ex parte fugit in tutum.

Cæsarei vacuum pene incolis oppidum diruerunt. Haufere flammæ quidquid commeatum exportari non potuit. Incendia in sublime euoluta vicinos latè populos terruerunt. In circumiectos pagos Mullinghenum, Holbeckum, Salzum idem militaris bacchatus est furor. Cardibus, rapinis, stupris, incendijs ad satietatem miles insanijt. Idem Barbyum tulisset excidium nisi incola callidiores militari astu Imperialium scruitiam accensis circum, & in ipso pago ignibus elusissent. Cæsarei siquidem hostium infidias veriti immanium animorum cohibita feritate, qua in infantium excidium rapidè ferebantur; illi pago accedere ausi non sunt. Metus semper, vel inuita scruitia, est sceleris comes, impiumque, & inhumanum terror plerumque percellit.

*Imperialium mi-
litum feritas.*

Tantum non Zestum eandem passus est cladem; nisi grassatores illos Pappenhaimij mandata equos Magdeburgum conuertere coegissent. Nuntius etenim allatus erat Luneburgi ducem ex Cæsarei occasione absentis exercitus, ad oppugnandum Volfenpytum excurrisse. Cum igitur omnino Magdeburgo abeundum foret; ne amplius Sueci illa vrbe ad distinenda, auertendaque aliò arma Cæsarea receptaculo vterentur; iussit propugnacula actis cuniculis funditus dirui; æquarique solo munimenta; incendi molendina, pontem euerti, duodeviginti tormenta flammaram violentia dirumpi, vnde viginti in Albi proijci, sulphurei pulueris cados maiori templo, mœnibus, maiori que vrbis parti subijci, vt concepto igne flammaram impetu solo euulsa, ac in sublime excussa in fragmina diffilerent.

*Magde-
burgum d
Cæsareis
iterũ ex
cinditur.*

Illud Magdeburgum paucis horis iterum iacuit excisum: quod olim Germaniæ splendor, ornamentumque censebatur. Ita illa ciuitas nescio quo

quo aduerso fato, aut maligno siderum aspectu condita iterum à Cæsareis euertitur; vt Germanorum turbinum tempestates in illam tantum sese effudi se viderentur .

Huius clarissimæ vrbis iteratum excidium sermones præbuit . Alij maledictis immanitatem Comitis proscindebant ; alij culpam in sæua Cæsaris iussu reijciebant ; cum tantum licere priuato duci non videretur , vt pro arbitrio nobilissimas vrbes posset euertere . Cæsarem comiti vrbis ruinam imperasse ; qui à natalibus vsque strictis in pugnum , plenisque concreto sanguine manibus nascens futuræ suæ crudelitatis præfagia fecisset . Atqui nullus fortasse Cæsarum mitior , clementiorque illo fuit . Qui cum de excindenda Canissa Turcarum receptu in consilio ducum ageretur ; vt ille exitialis iudus immanissimis hostibus eriperetur : solus illius vrbis misericordia commotus, cui nihil aliud erat illustrius ; quàm opportunitas situs , aliorum ducum sententiæ refragatus, non est passus vrbe[m] euerti ; etiamsi perniciosum Turcarum receptaculum foret .

Id ego non sæuitiæ, sed militaris fuisse prudentiæ consilium Magdeburgum demoliri, inutileque hosti facere: quod ob turbulentorū ciuium frequentiam, ac firmissima munimenta Cæsareis negotium facescere , nouaque bella ferere potuisse: dum illud Sueci occupare, Cæsareique retinere conarentur .

Sic aliquando brachia , cruraque scindimus, ne tetra serpigine lues totum corpus inficiat . Verum, qui arborem stirpitus non euellit; itolones cito ex radicibus conspicit pullulare . Nam vix Pappenhaimio inde profecto, Bannerius Magdeburgum latè solo fumans tetendit, residentesque iam flammam extinguere, miserabiles rerum reliquias ex ruinis effodere, mœnia reficere, erigere munimenta, pontem restaurare, molendina restituere multa sedulitate toto exercitu laborante, contendit . Sic interdum domus incensæ dominum in deformi area, interque cineres metalla quærentem videmus; quibus in eodem natali solo, quantumquam ruinis squalido nidulum ponat .

Bannerius etiam si quaquauersum ædes incendia populata vrbe[m] diruissent; aliquantum tamen tormentarij pulueris, funium, pilarum à Cæsareis aut per imprudentiam relictum, aut non inuentum, reperit; ibique tribus cohortibus ad loci præsidium relictis, cum reliquo agmine abiit . Cines, quos per Saxoniam patriæ occasus, Imperialiumque terror abstrulerat; ex occasione præsidij paulatim ad patrios cineres redierunt (tanta est in mortalium pectora patriæ amoris potentia ; vt etiam excisæ squalidæ areæ integris vrbibus præponantur) à vicinis adiuti quidquid poterant dirutum noua structura sarciebant . Magni viciniæ intererat illam vrbe[m] restitui: quæ exportandis, inuehendisque mercibus opportuna, & commodum nundinis celebrandis Emporium omnes circumiectos populos mercium frequentia dirabat .

Bannerius post solutæ obsidionis dedecus audacior, quòd Cæsareos non esse

esse ita, vt putarat, militum numero validos, intellexerat: obrutis fluuio tormentis extractis. Pappenhaimium in * Luneburgi ditionem ingressum iustus insequitur; qui ferro, flammaque se cuncta pessum daturum minabatur; nisi dux Georgius sibi à populis traderetur, aut non secum contra Suecos arma sociaret. Verum ille iam suas copias cum Bannerio coniunxerat; inierantque consilium vt in diuersa mouentes medium hostem deprehenderent.

Alter dexteram, alter leuam tenuit: sed irritò vtriusque conatu, Pappenhaimio diuersis tramitibus dilabente; cum probè nosset illos duos molossos se ad perniciem infensis animis insequari: intentissima cura cauebat, ne in insidijs ab hostibus exciperetur; quas pluribus locis sibi paratas esse cognouerat. Batteruem profectus à Brunsvicensibus com meatus, pecuniamque expressit.

De Luneburgo occupando cogitauit Burchdorffum incensum diripuit; alias arces, ac oppida populatus; Collecta vndique spolia, manubias, prædas insidiarum securus thesauris onustus victor ad hostium ludibrium * Hameliam se recepit incolumis, vt vtroque Visurgis litore potiretur. Persequutores veluti venatici canes cum inter dumeta lepus, aut sepimenta se condit, hæere tristes elapsam prædam nequicquam intento in diuersa oculorum intuitu perquirentes.

Castorum princeps, qui ipse quoque ad prædam accurrerat; vt è sociorum manibus effugientem interciperet, aliquot equitum turmas, quæ Pappenhaimio subsidio venerant, commissa pugna fugauit; & ne omnino frustra ad inane opus eduxisse exercitum videretur: Neoburgum metatis circum castris, obsedit; sed ante Pappenhaimius eam urbem, præsidiumque sexcentorum militum adiectione firmauerat: magnamque com meatum, sulphurei pulueris, & pilarum vim præcauens discrimen innexerat. Nec hostibus illuisse contentus, quietis impatiens Lembgouo, Heruordoque oppidis expugnatis, omnem circum iacentem regionem pecuniam solvere in militum stipendia coegit. Magnam copiarum partem in * Lupiensis comitatu in statua distribuit; ex quibus regionibus magnum auri pondus extorsit.

Dux Gulielmus Vinmariensis coniunctis cum Bannerio iussu Regis armis, * Mnnitio, & opere, ac situ munitæ urbi successit. Per exploratores cognouerant Sueci, trecentis tantum peditibus cum equitibus quinquaginta eam urbem à Casareis obtineri. Quare illius facile potiendæ spe adducti effosis circum aggeribus, extructisque loriceis, per præconem ciues, ac milites ad deditionem perhumaniter inuitant: ne tormentorum impetum experiri cogentur: armorumque furori pauci numero se temerè objicerent.

Obsessi tormentorum mugitibus, & iactibus obsessoribus respondere: illi hac iniuria indignati libratiss in eminentiori loco tormentis, urbem diuerberant; eodemque tempore dato in mœnia impetu, urbem adnotis scalis

Bannerius Pappenhaimium insequitur.

Sueci Pappenhaimium venantur.

Pappenhaimius iustus.

Hamelia.

Castorum princeps in arma profectus.

Lippa.

Gottin ghen.

Sueci Mnnitio opugnantes.

scalis inuadunt: & quamquam obsessi egregia virtute mœnia strenuissimè tuerentur: fortiolemque ederent, pugnam: quàm pro numero propugnantium: vrbs tamen cæsis, aut deiectis defensoribus capta, direptaque momento est.

Nulli militum victoris ira pepercit. Carthurius tantum præsidij præfatus cum suo legato, in custodiam tradit. Clariores etiam viros à gregarijs militibus victoris ira discriminat. Quare non minus vtile, quàm decorum est, inter arma aliqua inter milites excellere dignitate. Centum, & quinquaginta minora tormenta; septem pilarum millia apotheca tormētario puluere, ac fumbus plena à victoribus inuenta. Miserat Pappenhamius expeditam militum manum obsessæ vrbi subsidio: quæ in victores forte incidens: vt in repentinis vitæ periculis solet accidere: antequam stringeret enses, penè tota oppressa est.

Huius munitæ vrbs expugnatio, alias vrbes in Regis ditionem, potestatemque traxit: quæ ne in excidij, direptionisque se discrimen immitterent, vtrò deditere se Sueco: inter quas fuere * Duderitada, Colemburgum, Lauemburgum, Northemium: denique rota Esfeldij regio: maiorque præsidiorum pars ad Suecica signa transfugerunt.

Rex Suecus dum hæc à suis ducibus agerentur. Mocontiaci interea non cessabat cum suis purpuratis, & copiarum ductoribus meliora explicare consilia: quibus expeditius bellum susceptum conficeret. Accitis igitur in prætorium rei bellicæ peritoribus consiliarijs, de bello in commune consuluit. Alij feruidioris animi pugnaces serendi cum hoste manus cupidi ducis Vinmariensis sententiam sequuti in apertos campos efferendos exercitus: atque vna, aut altera pugna delendum nomen Catholicorum censuerunt.

Quid amplius aiebant, in arcibus, vrbibusque expugnandis futuri, ac facili labore pendemus? quæ plerumque parum munimentis firmæ, nudatæque propugnaculis, aut antiquæ structura mœnibus septa ad sustinendos tormentorum, inuadentiumque impetus imbecilla præsidij destituta de ineunda potius victoris prælio gratia, beneuolentiaque se spontè dedendo cogitabant: quàm inutili, inconsultaque audacia in se victoris iram, armæque concitare? Non rebus præsentibus expedit, vt in vrbiū, arciumque obsidionibus, expugnandisque oppidis frustra tempus teramus; dum hostis nouas comparat copias, atque habitis militum delectibus, iterum perniciosius bellum instaurat. Nihil vtilius, amicisque Austriacis est temporum mora; cunctando vires rescipiunt suas: cladisque nouis militum adiectionibus farciunt: sic semper sua incommoda reparant: qui aut arte, aut dolo, aut quacumque ratione primos vitare impetus potuerunt. Semel victis instandum, nec loco eos unquam, aut tempore quiescere permittendum; donec profusus fuerit debellatum. Imperator quamquam arario exhausto, pecunie indigus, atque inops copijs, auri tamen Hispani subsidijs, Italarumque supplementis: qui quanti in bellis Germanicis valeant, sæpè inu-

tute

Sueci captam urbem diripiunt.

Alia vrbes se Sueco permittunt. Duderitadæ.

Ducum de bello consilijs.

tute docuerunt : potest iterum amissos exercitus restituere . Non defuturus est illi in quacumque fortuna dux Bauarus ; qui iisdem cum illo belli causis urgetur ; & pecunias , & copias abundè sufficere potest : atque ex sua amplissima ditione militum supplementa deducere ; & quod plurimum refert ; agitur de armorum imperio Vastaino tradendo ; qui superioribus bellis ingens auri pondus undique corrasit ; & gloria cupidissimus , bellicam laudem anhelans quacumque difficilia , atque aspera aggressurus est ; quo se Catholicis commendabilem , suisque hostibus formidandum , ac terribilem reddat ; amulorumque inuidiam , qua semel impulsus summi copiarum ducis fastigio cecidit ; fortibus factis , magnanimisque ausis vincat , Vicina Gallia fremunt arma : quæ si ad Germaniæ fines accederent : non exiguum Cæsareis sunt allatura terrorem : ne cum Suecicis iuncta totam Germaniam bellorum tumultibus misceant . Hostium vulnera antequam cicatricem obducant : sunt nouis ictibus rumpenda .

Hæc ab audacioribus speciosa dictu animosè iactata multorum ducum mentes perpulerant ; vt acie tantum cum Catholicis confligendum ; neque expugnandis arcibus hærendum putarent . At Rex probatæ prudentiæ maturiori consilio in vnius pugne discrimen vniuersum partum ad eam diem bellicum decus dandum omnia militaribus laboribus comparata fortunæ arbitrio obijcienda non censuit ; antequam urbibus , & arcibus expugnatis , cuncta à tergo secura firmaret : atque ita suam sententiam peregit .

Nibil est quod me magis à pugnandi consilio deterreat ; cogatque mei feruori animi imperare : quàm exitialis alicuius euentus , temeritatique fortuna formido : qua sicuti in cæteris rebus humanis pro sua libidine dominatur ; ita in prælijs præcipuè summum tenet arbitrium . In acie paruis momentis saepe magni casus intercidunt : quos non potis est vlla ducum prudentia præcipi vel multa meditatione venturos . Vna aliqua vel Chiliarchi , vel militis vox temerè excepta , aut perperam intellecta , & cohortis alicuius nutantis , vel turmæ trepidantis aspectus , aut alius aliquis casus excutit de manu victoriam : atque ad lauream properanti duci iter sepius intercludit . Scitè explicetur acies : agmina in suis quaque ordinibus disponantur : tormenta aptè librentur , locus pugna æquior eligatur : sint veterani , animosi iuxta milites , ac duces : & copiæ virtute , ac numero hostibus superiores : victoriam vnus aliquis fortuitus euentus , quem nulla vnquam ducum peritia præcauisset : fortunaque iniquitas interuertit . Si penes tantum virtutem essent certaminum exitus ; nullaque se prælijs fortuna temeritas immisceret : tantum vestra fortitudini , strenuitatique fido ; vt nulla vererem cum hoste certamina ; immo confligendi occasione libens occurrerem : at cum æquale utrobique periculum sit : & in ancipiti , ac lubrico pendeat dubia fortuna præliorum : eò inclinatura , quod ipsius voluntatis impetus proclinarit : non temere cum hoste arbitror dimicandum : nec vna in summum pugna discrimen mittendam : nisi nos aliqua necessitas cogat ;

Regis oratio de ratione belli administrandi .

gat; quæ rarè in bellis permittit certandi tempora legere, aut aliquis hostium error; vel supina incuria, aut stoliditas animosa pugnandum suadeat. Lente cum eo hoste bellandum, quem tempus deteriorum iam dies rerum difficultas, & timor, crebraque transfugia militum faciunt. Dodecimum tantum bellatorum millia Pomerania litoribus exposuimus tantula manu in maximum, periculosissimumque bellum ingressus: ita propitiâ fortunam habui; ut frequentibus transfugarum incrementis ad eum numerum auctis copijs aduersi Casareis in campo stare possimus. Integra equitum alæ, cohortes, præsidia spreto militari Sacramento, se Suecicis quotidie signis adiungunt. Quocumque vertimus copias, aliquibus semper desertorum manipulis augetur; ut iam hostes militum paucitate laborent; seque intra arcium septa, urbiumque propugnacula claudant, timidi in apertum contra nostra signa prodire. Cunctando paulatim ita hostilia agmina devertentur; ut nec retinere quidem munitas urbes, ne dum nobis in campis occurrere sint ausuri. Haec belli administrandi rationem tutiorem, utilioreque arbitror: quæ citra nostrorum militum vulnere incrementam victoriam parit. Fateor sanè laboriosum, multique tedijs, ac difficultatis esse in arcium, atque urbium oppugnatione pendere; sed est etiam utilius, & maioris ad cætera belli compendij; dum ex earum munitatis bestibus foras excussis, latibula, receptus, & agros simul extipimus; subactisque urbibus pecuniam, militum supplementa, commoatus, statiuæque imperamus: atque omnium rerum Domini alimus bellum victorum impendijs, & eorum pensionibus, quos nostros fecimus velligales. Quid acie certaturi errandi totis campis hostes inquirimus? si intra arcium, urbiumque munimenta se continent. Obsidionibus prius extra illa receptacula eijciendi; ut cum illis acie dimicare possimus: quod nullius ferè laboris erit; cum singula legiones, & cohortes à se inuicem diuisæ faciliori Marte vincantur; quæ simul conglomerate resisterent. At enim nobis quoque in expugnatas arces, & urbes partienda militum præsidia; ac proinde copiarum pariter numerus minuetur; sentque ad resistendum debiliores. Ita profectò, nisi totidem ciues ex urbibus, & ex agris incolæ in deficientium supplementum deducerentur; gererentque strenuè nostrorum militum vicem. Sensim igitur lenta sanè gradu, sed tutiori, comitis urbibus, ac provincijs in arcium hoste compulso, arma ad ipsam Casaris Regiam proferemus: cui si animus sufficere contra nostra victorica arma procedere: tunc ad totum bellum conficiendum in rerum summam acie decernendum cum hoste suadeo: cum eo tempore pugnam necessitas impetret: nec nisi cum dedecore, existimationisque detrimento fugi certamen possit. Tunc nihil prorsus vercor de victoria: quod nostra copia longè numero, virtute, animis hoste fugaci, ac timido superiores nec mihi sint, nec sibi in ipso initi belli exitu defutura. Interim à Suecia, Pomerania, à Federatis Principibus, atque urbibus in castra venient militum supplementa: quibus solis bellum gerendum decerno. Proprijs viribus cum Principum Protestantium ope profligandum est bellum. Todus, &

Tubal:

Tubaldus ad distingendam Tieffembachium idoneis viribus pollent: Ghetzius in Quados, Saxonia Elector in Bohemiam inueſti Valſtainum urgebunt: ego Bauari Ducis conatus frangere poterō. Tuta igitur omnia à tergo præſtanda, ne quid aduerſum ingruens victoriam interpellet.

Hæ rationes dubios ducum animos in Regis ſententiam compulerunt: qui in aduerſis belli caſibus, ſi quos inſtabilis fortuna daret: tutum ſuis copijs receptum præberet; haberetque à clade perſugium, quo Franco-niæ latera tueretur: omnibus circum locis intentæ cura exploratis, nul-lum excitandæ arci commodiorem, opportunioremque ſitum eo angulo ratus, qui inter Rhenum, & Maynum Vangiones verſus ex aduerſo Mocon-tiaco porrigitur; ibi arci metitus eſt ſpatium; quæ ſeptem ingentibus propugnaculis munita, & duorum fluminum nauium patientium litori-
Arx Gu-
ſtaubur-
gii à Sue-
co Regi
conſtituitur.

Huic arci à ſuo nomine Guſtauoburgum inditum nomen: quamquam inſolens militum vulgus Catholicos iridentium per iocum, contèptum-que, præbyterorumque pœnam appellarit: quod in Mocontiacy conſpe-ctû ſita ſub Suecicæ potentæ ſeruitio vicinos Antilitites poterat conti-
nere.

Opportuna igitur mandata partitus, quibus opus abſoluèretur; Ianua-rio menſe nihil hyemis prohibente rigore, Spiram cum exercitu tendit: cuius magiſtratus cum nequicquam à Rege precatus eſſet: vt eam vrberem neutram partem ſequi permitteret: viribus ſuis diffidens; nec validi, vi-ctoriſque exercitus poſſet impetus ſuſtinere; ſalutem cum Rege paciſci-tur, ſicuti etiã * Vormatia, Landauia, Vaizemburgum præſidijs Suecicis re-ceptis, aliquam pecuniarum ſummam Regi mulctæ nomine pependerunt.

Franchentalia ſolum, Edelbergaque Hispanis præſidijs munitæ, op-timèque ijs rebus inſtructæ, quæ ad tolerandum obſidium ſunt opus; quam-uis acerrimis impreſſionibus tentatæ; reſtitere tamen inuicta virtute Sue-corum conatibus: hoſtemque data latè ſtrage mœnibus repulerunt. Sueci cum circa huiusmodi munitiſſima oppida diu pendere non eſſet admo-dum ſalutare: præfertim cum totis impunè currere prouincias exercitus poſſet: inde copias abducunt.

Iacet Franchentalia in latè patente planitie: media inter Vormatiam, & Spiram, ex recentiori militari diſciplina loricis, ac propugnaculis ſepta. Fuit quondam Vangionum arcium præcipua ante Pragenſem cladem à Federico ſuo Principe poſſeſſa: tunc Hispano præſidio tenebatur. Edel-berga in dextero Niceris amais litore ſurgit: qua bini montes demiſſo in lenem cliuero ſaltigio, ſe ſe camporum planitie committit. Hinc Pala-tini Regia, illinc caſtellum eminent Principum ſedes, antequam ambitione, alienique cupiditate Regni ſuis illi ditionibus pellerentur.

Rex cognito per citatos tabellarios Regi-næ ſuæ vxoris aduentu, Fran-
cofor-

*Arx Gu-
ſtaubur-
gii à Sue-
co Regi
conſtituitur.*

*Varia vi-
bes Sueci-
cū ingruam
accipiunt.
Vormi.*

*Rex Frā-
chentaliſ
frustra tē-
tat.*

*Franchē-
talia de-
ſcriptio.*

*Sueria
Regina
in Ger-
maniam
aduen-
tus.
Claves &
Gholdrin*

cofordiaiam, mox Hannouiam se contulit; ibique illam omnibus tenerrimi amoris significationibus excepit: paucosque dies Francofordiæ moratus, iterum Mocontiacum redijt. Ibi Neoburgi Dynasta ob Suecorum armorum viciniam aliquod suis * Menapiorum ditionibus incommodum timens Vdenshaini dominum Dusseldorffi præfectum, ac iuris peritum Disellum ad Regem legauit: qui ab eo supplices poscerent; vt suum principem neutri parti studere pateretur: hoc sibi Cameraci Dynastam eius apud Batauos legatum data fide recepisse: intercessurumque se Regijs armis, ne in sua ditione quicquam hostile Sueci milites auderent. Nihil fructus à suis populis relatueros quicumque prædabundi in Menapios hostiliter excurrissent.

Eodem alij vicinorum principum legati ad ipsum idem oratum venerunt. Sed omnes implicitis, ambiguisque responsis, suspensis inter spem, metumque animis, re infecta dimissi. Rex eos grauius obrestatus est, ne Catholicorum arma inuarent: nulla Cæsareis subsidia submitterent. Ex hoc maximè se intellecturum, an syncera fide loquuti suam amicitiam petissent. Verum nisi ijs cautum est; qui ab Austriacis partibus auulsi in Regis Gallorum fidem, clientelamque concessissent.

Mosella. Rex magni rerum suarum interesse ratus si Crucenaco munito oppido in Hailis fluminis litore potiretur; cum & vicinas arces ab hostibus illud adeptus faceret tutas & ad cetera * Obrinci amnis oppida expugnanda sibi aditum panderet: ad illud obsidendum cum omnibus copijs processit.

*Rex Cru-
cenacum
obsidet.* Tripartito urbem inuadit, quam tormentorum pilarum nimbo, perpetuaque missilium tempestate penè obruit. Eodem ardore, indomitaque audacia mœnia Hispani milites propugnabant: qui cum in bellicis rebus, præsertim in obsidionibus sint ex gentis ingenio inuictæ patientiæ, infractique animi, nulla pauoris insignia præbebant. Sed eum à Philippo Sylua Lusitano impigro duce non minus natalibus claro, quàm bellica laude illustri regerentur: mirum est quàm fortiter Suecorum violentiæ resisterent: Rex ipse tantum non sulphurea glande ictus interiit: certe vltimum vitæ discrimen adiuit. Dum enim suo more incautiùs, audaciùsque quàm supremum ducem, Regemque deceret, antè primos ordines prouectus, vt inuadentes urbem milites animaret: puer quidam ei literas porrigens maioris sclopi ictu confossus occubuit.

*Regis in
expugna-
tione di-
scrimen.* Ad quod Regis periculum Pauchi Dynasta Batauorum legatus, se continere non potuit: quin Regem verbis acerbis castigaret: *Quod nimis inconsultò animosius se se in certaminum discrimina inijceret. Ab eius salute omnium spiritum, libertatemque pendere. Cui salibus, diçterijsque respondit: nunquam Regem tormentensis ictum perijisse, ostenditque fatum, vt ubique, ita maximè in rebus bellicis dominari.*

*Crucena-
cum Regi
adicitur.* Eo periculo defunctus iussit acriùs urbem vrgeri. Tres in illam validi impetus facti: quæ plus mille septingentis tormentorum pulsibus tota dehiscens, tandem post quatuordecim obsidionis dies Regi ijsdem conditionibus

nibus deditur; quibus Mocontiacum se illi permisit. Stupentibus certe omnibus nimiam Regis felicitatem, qui munitissimam arcem tam paucis diebus quasi ex itinere domuisset; vel Hispanis acerrimè propugnantibus; quæ expeditio non ita facilis fore, nec ocreato Regi tam breui conficienda videbatur.

Rex inde in Vangiones inferiores regressus Hornum, Vinmariensemque ducem Gulielmum maiorem ducis Bernardi fratrem in Bamberga^{Bamberga capitur à Suecis. Et eodem tempore vocatur à Tillio.} episcopatum ire cum exercitu iussit; vt eam urbem aggredere^{Regis de cretū de pugna} tur; & Aldringhenum prohiberent; ne in copiis supplementa ibi milites scriberent; aliosque in eo agro bellicos instruerent apparatus. Nec mora facili pugna excidij metu urbem ad deditorem coegerunt. Quamquam vix pedibus portis illatis, à Tillio cum vtriusque partis mutua clade fuerint inde depulsi: coactique iterum Mayno traiecto, aliò copias abducere.

Rex verò cum reliquo exercitus robore ingenti tormentorum, rerumque bellicarum apparatu, datis mandatis, quæ ad seruanda Rheni oppida pertinabant: in Franconiam formidandus ingreditur: vbi iunctis cum Horno copijs, decreuit vniuersis viribus ad exercitum Catholicum ducere, & cum eo contra quàm senserat, prælio decernere; vel pugnam detrectantem cogere vel inuitum in aciem descendere. Itaque flexo dextrorsum itinere, propè Kitzingam inter Herbipolim, & Bambergam tunc Tillij armamentarium, bellicæ sedem copias promouit. Sed paulò post intellexit, Tillium sibi viribus, militumque animis inferiorem * Locoriti, & Crucenachi præsidij nouis additis militum cohortibus, firmatis; vt ijs oppidis seruatis, Franconiam contra Suecica arma retineret; eorumque progressus moraretur, in Vangiones superiores secessisse: vbi auxilia ex omnibus Cæsareis ditionibus contracta præstolabatur; quibus validioribus viribus cum Rege iterum acie configere, amissamque Lipsiana pugna bellicam existimationem suis hostibus, recuperare posset.

Rex Imperialium fuga maiorem animum sumens, speransque eos se^{Sueci Cæsares persequitur,} penitus vltra Danubium eiectione acie pauidos prostraturum; Hornum cum expedito agmine insectari Cæsareos iussit. Ille adeò festino, celerique gradu properauit: vt etsi illi citato agmine recedentes omnes à tergo pontes abruptissent: itineraque aut deiectione arboribus præpedita, effossisque ingentibus scrobibus inaccessa, imperuiaque fecissent: omnibus com meatibus, & quidquid Regijs copijs vsui esse poterat flamma corruptis, donec Valslaini subsidia in expedito forent: Hornus tamen quinto Kal. Martij in * Segoduni campos præter Imperialium expectationem, cum^{Nurimberg.} omnibus copijs ingressus ibi copias in latissima illa planitie recensuit.

Erant centum triginta equitum turmæ; peditum sex, & octoginta cohortes, duodetringenta grandioris formæ tormenta sequebantur. Iterum ordines in pugnam instruxit: suoque Donauertam versus Danubij litore

X

pro-

protenfam; quem illa ponte committit, clauditque pro arbitrio transi-
tum, itineri institit: admotisque Vilsburgo Anspachi marchionatus op-
pido copijs, præsidij præfectum per caduceatorem ad deditonem inuita-
uit: additis minis, iræque suæ oblato terrore, ni extemplo traderet vr-
bem.

*Suec Vil-
burgi ad
deditonē
inuitant.*

At inuicior comes Pappenhaimius præsidij præfectus nihil Sueci iræ me-
tuens, spretis minis, se impigrè ad propugnandum oppidum parat. Qua-
re Sueci obnuntiationes, & minæ intra verba tantum detonuerunt: cum
rebus suis non expediret in arcium expugnatione sedendo, cunctando-
que Cæsareis muniendi Danubij, intercipiendique transitus spatium da-
re: quod Tillius summopere cupiebat, Suecis circa arcium obsidia tra-
hentibus moras, nouis auxilijs firmare latera, munire frontem: Danubij-
que litora ad prohibendum transitu Suecum, copijs validioribus obti-
nere.

*Sueci Do-
nauertam
adorum-
tur.*

Itaq; Sueci sub Martij exitum propè Donauertam copias applicuere,
adortique subito propugnaculum ab Austriacis in collis dorso constru-
ctum cum imperfectis adhuc munimentis nullus sibi obuiam procedere
auderet: citra vulnera eo potitus, statim è sublimi collis fastigio urbem
tormentis maioribus instituit verberare: quæ cum vndique & tormento-
rum violentia, & inuadentium cohortium impetu, Suecis circunquaque
affilientibus peteretur: munimenta que, & turres contorta missilia perfo-
derent: Saxeni Dynasta Lauemburgus, qui octo peditum cohortibus, &
aliquot equitibus præfectus urbem vtcunque propugnabat: præpropera
desperatione subsidij, cum strenui sibi præfecti partes egisse videretur: vr-
bem hostium potestati deserere decreuit.

*Cæsareū
præsidium
fugit ex
urbe.*

Rupto igitur à tergo ponte, antequam Sueci ad inuadenda mœnia suc-
cederent: ac ruinas quas dederant tormenta aggredierentur: Ingolstadtium
cum suis cohortibus per noctis tenebras aufugit; fremente indignatione,
iræque Tillio: quod vrbs omnibus rebus ad sustinendam diu obsidionem
munita, propugnantium ignauia, ac ducis inertia, tam exiguo Suecorum
impetum fuerit remorata. Sueci in desertam urbem ingressi, sarcito ponte,
equitatum omnem Danubium traducunt, omnesque vicinos pagos, & vil-
las nullo hoste obuio insolentissimè populati sunt.

Licho.

*Regis de
inuadenda
Vindelici-
a consi-
lium.*

Rex verò de Catholici exercitus statu monitus, tribuno Schnedero Do-
nauertæ præfecto: propè Druissam castra promouit: totoque exigui sumi-
nis Schmutteri litore tetendit, in Tillij consilia intentissima cura conuer-
sus; Ille validis Bauarorum acceptis militum supplementis, pone * Liciz
ripas suum exercitum continebat. Rex suis ducibus in consilium accitis,
quæ ipse animo destinasset, aperuit: & quorum sua consilia tenderent;
fructumque, & commodum, quod ex parte subactaque armis Vindelicia
percipi posset: cuius fulcimento, quo magis Res Cæsarea nitebatur; aut
tracto in partes æquis conditionibus Electore, aut prouinciæ direptione

Au-

Austriacis erepto nullius propè negotij futurū erat Austria, auitiq; Cæsaris provincijs ac hæreditarijs dititionibus arma inferre. De quo habito maturo consilio, quamuis Lyciæ fluminis, cuius aduersum litus omnibus copijs Imperiales infederant: transitus omnino difficultatis plenus futurus videretur.

Rex tamen excelfo animo rebus maximè difficilibus solitus obluclari censuit vel Cæsareis prohibentibus transeundum. Aiebat enim *difficillimos quosque ausus semel hostes metu percussos magis terrere, turbareque attonitas eorum mentes animosissimos conatus. Bellica facinora quò magis ardua, si fortem, impavidumque animum ijs obeundis attuleris, eo feliciores, gloriosioresque euentus habere. Grauia enim, repentinaque belli pericula multæ deliberationis consilium non admittunt: quæ trepido animo metiri vilissimorum capitum, sicuti magna mente contemnere, Regij prorsus pefforis est.*

Hornus verò veteranæ virtutis, experientiaque dux cuncta circumspectare, saniorique consilio acuratiùs librare solitus Regis refragans sententiæ, inquit.

Mihi omnino perniciosum videtur inani conatu contra erecta in litore munimenta, atque impetum fluminis, loci iniquitatem, hostileque copias toto litore pratentas, è superiori lorica subeuntes paratas excipere, damnoosa prorsus audacia entis. Ardua sanè maximè expeditio, presentiumque periculorum refertissima, digna planè, quæ non temerè, cursumque sed graui, lentaque consideratione pendatur. An cum instabili rate, inæqualibus fluminis undis fluctuante, militibus non se inuicem modo elidentibus, sed etiam turbantibus munera nautarum flumen trajectent: scilicet hostem poterunt destinato ferire, aut de munimentis deicere. Cum Cæsareis, contra è solido, ac stabili solo in transeuntes certioribus ictibus iaculari; e-mittere in rates è fronte tormenta, aquas milites elucltantes missilium grandine impune obrære, summoaere contis aduectos, è præcipiti lorica scandentes missilibus deturbare facile erit. Vel si fert animus flumen pedibus vado transmittere; quanta difficultatis erit; cum aquis gutture tenuis mergentibus corpora cum hoste pugnare? cum elatis supra capita minoribus tormentis, ne superfuso humore madida nequeant in litus exseensione facta, displodi; nec in aquis, subsidente identidem alueo, vestigiaque subinde fallente, nutante, labanteque gressu, in hostem poterunt dimicare; cum ipsi interim incessentium Imperialium vulneribus patebunt; qui per iocum in militem extantia capita collimabunt. Si quid incommodi accipiatur; quos animos, quos ausus Cæsareos sumpturos putamus? In aliud tempus opportunius hanc difficillimam expeditionem arbitror reijciendam, petendosque bello Marcomianos: Et ad Cæsareum exercitum opprimendum eundem: quo conciso, quasi capite detruncato, cætera membra torpèbunt.

His Horni rationibus Rex nihil impulsus minime à sua sententiâ recessit.

Regis ad
Hornum
responsio.

fit sed alacri, ac viuido vultu, ferocique aspectu respondit. Nihil esse fluminis transitum metuendum: Bauaros iam perpetuis Suecorum victorijs ferè pauore exanimés, ad animosum flumen ingredientium cohortium conspectum trepidos fugam meditaturos. Ex agrestibus constare eorum militum supplementa; subsidiaque ex rusticis esse conflata scindendis aratro terris, quam tractandis armis idoneis. Fortunam præsto esse audacibus cæptis; deserere timidos, inertesque abijcere. Donauertæ propugnaculum optimè custoditum tutum receptum militibus prabiturum; si quid aduersi acciderit; quod ne fuerit Deus. Esse eas copias primum omnium conterendas; quæ sub veterano, vafroque duce disciplinam militarem edoctæ pristinum robur induerè, audaciamque primum resumere possunt: obiectisque ante oculos gloria; opibus prædis, quæ ex subacta Vindelicia comparari possent, perorant.

Alter.

Maior ducum pars Regijs vtilissima suadenti assensit. Qui quia optime norat quanto vsui ad reliquum belli essent oppida futura inter Liciam, * Hilaramque amnes sita, negotium datum est Horno; vt expeditis, electisque legionibus, vsque Vlmam infestus procurreret: quæ libera ciuitas benè munita, opibus, mercimonijs incolarum frequentia inter Germaniæ vrbes clarissima ferè tota fallacibus protestantium placitis, & doctrinis instituta Suecicis præualentibus armis à Cæsare ad Regem defectura videbatur.

Suecorum
expensio.

Itaque iussus est Horno, vt pollicitis, armorumque incusso metu, illius vrbs magistratum in Suecicas partes impellere; omnemque circa regionem lenitate potiùs, quàm, populationibus, meliorisque fortunæ spe ad Suecos sequendos allicere. Hoc ab Horno haud ægrè peractum est; omnibus circum oppidis inter Danubium, & Vlmam positis vsque Donauertam Suecici Imperij iugum iniecit. Nam cum plures illius tractus populi, vrbesque nullis propugnaculis sed antiquis mœnibus septæ intra sua viscera Suecorum arma victricia ad diripiendum, grassandumque parata, ni eorum imperiù acciperent, cõspexissent: territæ imminenti malo certatim deditione facta, pecuniam, commeatus Suecis ducibus aduehebant: quas Regis iussu suauitæ tractatione leniebant: studebantque id maximè, vt leniùs, mitiusque Sueci Regis imperium; quàm Austriacum experirentur. Sic sæuitia Suecicæ famam à Catholicis consulto vulgata, habitis perhumaniter populis, sustulerunt; qui se melius ab hostibus, quàm ab amicis accipi, non poterant non fateri.

Suecorum
miseri ar-
tes.

Augustus
in Suecos
Propensio.

Hi Suecorum armorum progressus Augustani magistratus animos impulerunt; vt in arcano Suecorum amicitiam appeterent; atque in Suecicas partes maiori ex parte inclinarunt. Etenim etsi validum externorum militum præsidium, ciuium frequentia satis ad urbem tuendam futura videbatur: Dux tamen Bauarus veritus, ne maior ciuium Protestantium numerus Catholicis potentior in Regem tum felicibus successibus exul-

exultantem propensurus esset; clanculum cum amicioribus egit; vt in urbem Catholicum præsidium admitterent; atque ita arcanis colloquijs, precibus, obnuntiationibus à quibusdam ministris obtinuit: vt duorum peditum millium cum duabus equitum turmis præsidium acciperent. Hi in urbem ingressi statim ciuibus exarmatis, portas, fora armamentaria, plantearumque stationes occuparunt.

*Dux Ba-
varus An-
gustã usque
pat.
Bavari
Angustã
occupant.*

Tillius, vt diximus, inter Liciam, & Archum flumina toto, qua porrigitur in longum litore, vsque Augustam metatis castris, firmisque munimentis se vallauerat; vt duo flumina Regi pro fossis, ac aggeribus opponeret. Rex verò traiecto Danubio opprimendo Tillio intentus quatuor passuum millibus procul ab amne Raino confedit. Et quasi aliud animo, quàm Liciæ transitum voluaret; intra munimenta quiescebat. Dum aduersi haberent hostiles exercitus; Vindeliciam prælijs, & bellorum tumultibus concussuri; non abs re erit pauculis lectorem de eius prouinciæ natura docere.

* Vindelicia, nunc Bauaria, totius Germaniæ feracissima prouinciarum centum quadraginta quinque Italarum passuum millibus in longum protenditur: centum verò, quinque, & viginti millibus patet. Qua Orientem spectat, ad Austriam vsque, Bohemiamque procurrit. Qua cadentem solem videt, Sueuia excipitur: ab Austro Rheticis alpibus clauditur: à Borea ad Franconiæ fines pertinet: campi copiosissimas tritici messes effundunt: parum vini ferunt. Sale, ferro, syluestribus omnis generis animantibus, præcipue suis affatim affluit: quos tota Germaniæ partitur. Villis, pagis, & opulentis urbibus frequentissima. Monachium Principum Regiæ ædium magnificentia conspicua plus Italicæ præfert, quàm Germaniæ structuræ. Iseum flumen mœnia præterfluit. Plurimis amnibus herbidum solum madet. Danubius totam interfecat.

*Bavariæ
Vindelicia descriptio.*

Rex etsi egregiè sua consilia hostibus teget; nihil tamen aliud alto pectore moliebatur: quàm Licia amne transmissa, Bauaras copias inuadere; quod adeo difficile videbatur; vt perniciosum prorsus, desperatæque temeritatis plenum censeretur; cum validissimis munimentis se Catholici in fluminis ripa vallassent. Sed Regi qui Baltici maris, & tot fluminum transitus inuicta virtute contempserat; illius riuus potius, quàm fluminis obiectus dedecori videbatur; nisi illum, vel à fronte hoste repugnante, traiectumque prohibente, cum exercitu transmisisset.

Sueui Regi audentia.

Dum itaque meditabundus spatiaretur in litore animi causa: flumen se ad Norcheimum aquarum flexu arcuare; non procul à Raino quatuor passuum millibus: surgentemque molliter à litore collem conspicatus, decreuit: vt ille locus esset suæ virtutis arena: ibique traductis copijs castra communijs. Libratis alto in loco tormentis Tillij castra cepit incesse: qui in sylua ex aduerso quasi in firmissima arce à Suecicis armis se tutum putabat. Duo, & septuaginta muralia tormenta in Catholicos collima-

Rex Suecicus Bauaricæ castra incesit.

Sueci in
Bauaros
vadunt.

ta; incredibili cejeritate subeuntibus certatim laborem militibus perfectum est opus. Alij pontem comexis simul trabibus moliebantur: vt Bauaris pangentium rates interciperent visum; magna excitabant ex viridibus arborum ramis incendia; quorum fumus in Bauarorum ora euolutus fabrorum conspectum adimebat.

Nonis Aprilis noctem pluuijs obscuram, & turbidam nocti flumen ponte constrarunt. Mane surgente Aurora, plures equitum turmæ traiecerunt; vt operas, ac pedites tuerentur; qui in aduersum transgressi litus ad pontis caput parmulam excitabant, quo reliquis copijs tutum transitum, receptumque facerent.

Pugna in
ter Suecos
& Bauaros.

Tillius ad Suecicæ audaciæ nuntium extemplo celeri passu eò pronectus leuis armaturæ equites contento agmine contra Suecos properare iussit, hostemque transitu prohibere; & parmulam aut caperent; aut operas impedirent. Quatuor erant equitum legiones; qui strenuè in hostem inuerti acerrimè dimicabant; alij subsequuti operas à moliendis propugnaculis auertebant.

Tillius Bauarum Ducem admonuit, vt cum reliquo agmine accedere maturaret; quod certam spem concipisset Lipsianæ cladis eo die, cæsis ad fatietatem hostibus viciscendæ. Ipse interim explicata in pugnam acie, ad ineundam fortiter pugnam milites animabat; quod nec dum Suecicæ copix flumen traiecissent; & ob id numero superiores in pauculos illos egregia edita pugna efficerent; vt illos nimix audaciæ peniteret.

Ex altera parte quatuor muralia tormenta in pontem collineauit; prope quem numerosam moschettariorum manum, intra ipsum teli iactum collocauit: qui pontem ingredientem impeterent. Nec dum effusam cælo caliginem solis radij dissececerant; cuius densitas dedita opera Suecorum conatus oculere videbatur, vt tuti imperatum opus possent absolvere.

Sueci pontem
transierunt.

Vangerius ante primos peditum ordines prius pontem impauide transijt. Bauari ter parmulam, alijs, atque alijs succedentibus, magno impetu adorti sunt; vt illam antequam perficeretur, acquirerent: sed hostilis equitatus eo die seipso maior, & fortior Bauaros multa cum cæde reiecit. Hic ardente vtrunque pugna, magnoque feruore in Suecos Bauaro dimicantè; curulia Regis tormenta in vterius litus ponte traducta in saltum non intermissis ictibus iaculabantur, tanto fragore; vt tellus, cælumque dehiscere viderentur.

Pugna in
ter Suecos
& Bauaros.

Bauaro duce cum reliquo exercitus robore superueniente, ingentibus animis Bauari redintegrant pugnam; acriorique impetu in Suecos pede illato, premunt vndique hostem. Sed Rex iam cum omnibus copijs ponte transuectus inclinatam iam suorum aciem inductis in pugnam reliquis cohortibus extemplo restituit; quibus & numero, & virtute longe Bauaros superantibus, pugna recruduit.

Tillius animaduerso periculo, cum iam loco sui milites pellerentur: &

tota

tota fluctuans nutaret acies: optimi ducis agmen oboquitatis munus obibat: cum timidus, circumspectantesque fugam acribus verbis argueret; strenueque dimicantibus animum laudibus adderet: ac vnumquemque admoneret annum integrum militari, vt vno die pugnetur, atque vna hora vincatur. Verum ibi irrita sunt Ducum hortamenta; vbi animos iam timor inuasit: abripit trepidatio aurium, oculorumque sensum; nec ducum imperia sunt audire: nihil nisi propriae vitae discrimina patitur intueri.

Bauari si-
giunt.

Tillius
cauiss.

Instabat fugientibus Suecus vbique iam victor. Tillius tormentariae pileae trilibris ictu altero crure vulneratus, & si diu fortissimo dolore distulisset, vehementissimo tamen cruciatu superante virtutem, deficiens inter brachia suorum exceptus elatus in tabernaculum est; vbi intercluso spiritu deliquium iterum passus mentem ægerrime reuocauit. Aldringhenus etiam capite graue vulnus accepit: qui ipse quoque pugna subductus, deferta acie, secessit. Quare aliquot Bauaræ cohortes suorum ducum consilijs, imperijsque destituta, quamquam ceteris fugientibus, Sueco fortissime repugnarent: tamen vrgenti acrius Sueco cessura, concidendæque erant; nisi dux Bauarus, suadentibus ita cohortium praefectis, ne suorum militum florem, ac robur amitteret; tubarum, tympanorumque sono receptum prope reme: reuocarique pugnantes intra munimenta iussisset. Illæ sensim referendo pedem, obuersa in hostem fronte, intra munimenta se receperunt.

Aldring-
henus
vulnera-
tus.

Suecus ab ipsis insequendis abstinuit; nec impetu munimenta tentanda putauit; & quod milites nimio pugnae labore fatiscencia corpora egre trahebant; & quod eo prelio, praeter vulneratos, plurimi cecidissent. Satis fructus, gloriaeque partem illi eo die visum est: cum & flumen inuito, obfidenteque litus hoste, transisset; ipsumque praeterea, commissa pugna, fudisset.

Bauari si-
intra ca-
stra reci-
piunt.

Plus mille Bauaros ea perdidit pugna; totidem Suecorum abripuit; dispar tamen numerus sauciorum, nam pauci admodum Sueci, Bauari plus mille quingenti vulneribus debilitati. Potiorem causam, qua Rex, fugato Bauaro, substitit; existimant plerique, quod tormenta crebris ictibus sylvam ita disecerant, lacerarantque; vt deiectæ arbores, abscissique trunci vsque quaque iacentes adeo impeditum fecerant iter; vt equitatu, ac pedatari non nisi solutis ordinibus, in hostem eundam fuisset: qui male praefertim in hostibus persequendis integri seruari possunt.

Bauaro-
rum cla-
des.

Nocte Bauari Ingolstadtam munitum oppidum ad Danubij ripas profecti sunt. Tillius tantis cruris doloribus, ex iactatione torquebatur: vt spiritu arctè meante, interclusoque fere conclamata esse ipsius salutem plurimi dubitarent; veritque sint, vt in tutum viuus posset abduci. Se Bauaris recipientibus, Suecus Raimun cum exercitu subijt. Nihil in eo expugnando laboratum est. Vix incolæ victicia hostis signa viderunt: cum reteratis repente portis, Suecos in urbem accepere. Ibi quatuor gnea tormenta, magnamque frumenti, reique tormentariae vim Suecus inuenit.

Sueci Rai-
mun oc-
cupant.

Ingolstadae intensissima cura, summaque sedulitate Chirurgi Tillij, Al-
dringhenique vulneribus medebantur. Sed Tillium ætate iam gravem,
merore simul, ac dolore confectum acerbissimis cruciatribus animi forti-
tudinem vincens, non diu mors remorata est. Dux Bauarus decum-
benti continuo assidens nunquam nisi cibi, somnique gratia ab ipsius cu-
biculo secedebat. Tillius ipse illius dolorem leniebat: suadens ne de suo
interitu tantopere quereretur, commouereturque: quem serum potius,
quàm opportunum dicebat: cum se viuento, vel alteri copiarum impe-
rium tradendum fuisset: vel exercitus amittendus: si illum amplius duce-
re perseverasset.

Habent, aiebat, bella, bellatoresque felicitatis, aduersitatique vices;
Tillius *non diu stare eodem vestigio fortuna potest: inter prospera, contrariaque*
Bauarus *ducem a-*
loquitur, *ria satis. O vitinam celsitudinis suæ commodo infelix Lipsiana pugna mihi*
spiritum abstulisset. Superest, ut te de duabus rebus admoncam; altera,
salutem tuam in eo stare; ut tua arma cum Imperatore coniungas; neque
vnquam ab ipsius societate, ac amicitia discedas: altera ut comitem Grat-
zium summæ virtutis ducem tuis copijs præficias. Ille tuos exercitus opti-
mè ducet; nec sinet V'altaini insidias illis quicquam officere: cum sit eius
aprimè artibus fraudolentis insensus. Tua tamen interest; & ita tuum com-
modum poscit: ut tuam erga Fridlandum propensam simules voluntatem;
submissoque celsitudinis tuæ fastigio, ab illo preceris: ut Imperialibus ar-
mis Succos à iugulo V'indelicia depellat; inquam si semel inferet signa, non
vidco quibus nam viribus inde possit expelli. Caterum nullius mihi culpa
conscijs, quæ in tuis copijs regendis peccauerim: nullam etiam à tua cle-
mentia veniam precabor. Optime vitam mihi pro eo principe impendisse vi-
deor: qui me vel indignum tantis beneficijs, & honoribus prosequutus est.
Hoc breue temporis spatium, quod mihi superest vita cum Deo, sacerdo-
teque in meis deplorandis humanis erratis absumam. Quamobrem tuam
celsitudinem supplex ora, quesoque: ut me dimittas, ut, si mei principis
gratiam promerui, non in senso mihi Numine moriar. Mox osculo Ducis
manum appetit; qui vix oculos à lachrymando continuit.

Comes hoc supremo erga amantissimum principem officio functus
Tillius *magna christianæ pietatis significatione decessit: tantoque suarum noxa-*
extingui-
tur. *rum dolore interiit; vt nemo præsentium eum prius cælo donatum, quàm*
Simulans. *terram reliquerit, non putarit. Obijt Ioannes Tserclas Tillij Dynasta po-*
stea comes Catholici fœderis exercitus imperator; tanto omnium bono-
rum merore; vt cum eo spem omnem, bellicæque virtutis decus extinctum
esse videretur: nulli suæ tempestatis ducum secundus, ob diuturnam rei
militaris experientiam, pietate, suauitateque morum insignis; incorrupta,
synceraque erga suum principem fide æternæ seculorum memoriz com-
mendandus; laborum supra fidem patiens, in expeditionibus celer, & se-
dulus, in pugnis acerrimus, & infatigabilis; ad subitos certaminum casus

pru-

prudētis , certique consilij : non tam militum imperator , quā pater .

Soli Sueci Regis felicitati cessit : cæteroqui magnitudine animi , ac fortitudine par . Semet , iterumque ab eo acie videns non tamen Regem timuit ; sed magno animo semper ultra pronocauit ad pugnam . Potuit sanè aciem instruere , apto loco ordines collocare , omnia ex præcellenti militari disciplina munita periti ducis implere ; ac non semel terrore actos in fugam milites cohibere .

Præclaro sanè elogio Germaniæ Iosue fuit à Catholicis appellatus ; quòd pro auita religione omnibus bellorum periculis sanm Catholicæ fidei deuotum caput obiecerit . Cultus corporis vulgari similis cibi iuxta , ac verborum admodum parcus : nulla vnquam in quemquam feritate defænit ; quæ martis comes esse solet . Acribus verbis potius , quā vlla dicta multa milites castigabat : suauitateque magis , ac seueræ continentiæ exemplo ; quam pænis eorum insolentiam coercerat .

Faciles ad eum aditus omnes diducto tabernaculi tiatiro , admittebat ; nulla respuebat morosus consilia . Per tot annos quibus exercitiis imperauit , nulla magnanimum eius pectus auri cupiditas mouit ; nulla eum pecuniarum fames pupugit : vt ne priuati quidem equitis , ne dum summi ducis censum æquarit : æquè hostibus , ac militibus suis acceptus . Hoc solum illi allatruit inuidiā : illum dignum fuisse , cui ab omnibus inuide- retur .

Tillio extincto Dux Bavarus rerum suarum statim accurata disquisitione perpendens , se omnibus fortunæ periclitari conspexit ; tum quòd nullæ essent omnino copiæ ; quæ vel ad solum Suecorum nomen non trepidarent ; tum quòd perito exercitus Imperatore careret ; fortunatumque Regem in suæ prouinciæ viscera peruadentem videret .

Subiere varia voluentem Tillij consilia ; verum illud de præficiendo cum summa potestate copijs comite Gratzio damnabat : illud arripuit , à Cæsare , Vallstainoque opis suis afflictis rebus implorandæ . Ad ambos trepidas literas dedit de rerum suarum periculo disertè docens : *Instare Vindelicia potentissimos hostes ; nisi valida , & subita aduersus ingruentem Suecorum procellam mitterentur auxilia ; se procul dubio victorum potentia obrutum iri .*

Bauar.
ducis .
Preces ad
Cæsarem &
Fridlandum .

Respondit Cæsar . *Se nunquam optimo principi de Imperio , de domo Austriaca optimè merito in quacunque fortuna defuturum ; eodem bello & nunque eadem de causâ peti : in eodem ambobus versari discrimine . Proinde cum de rebus communibus ageretur ; omnia sibi auxilia à se , Austriacisque omnibus certè polliceretur .*

Cæsaris
respondet

At Fridlandus , qui Bauaro obpræteritas similitates ex arcano erat insensus , ita callidè , ambiguèque respondit : vt nec omnino opem negaret ; spemque profus suorum subsidiorum eriperet ; nec certas suppetias se latiturnam promitteret .

Retulit primum consulendum esse Bohemia : quæ undique Saxonum armis

mis

Walfstaini
ad Baua-
rum ducem
reponfit.

vis oppresso in eorum potestatem ventura erat; nisi paribus viribus miscerentur omnia Saxoni occurreretur: atque idcirco se non posse presentem suis copijs Vindelicæ, deserta Bohemia, prospicere. Se tamen incessendis bello Suecorum socijs facturum; ut Regem Vindelicæ imminetentem ad ferendam Saxonibus opem auerteret.

Clam verò submisit, qui Duci Bauaro obnuntiaret; nulla à se penitus speraret auxilia; si comitem Gratzium suis copijs summo cum imperio præficeret. Quare dux ne in tanta temporum iniquitate Fridlandum irritaret; cuius opem, virtutemque sibi maximè opus futuram videbat; Gratzium à sui exercitus ductu penitens ablegauit. Desipit ille, qui proprijs meritis fidens in aula ad supremos honores enititur; nisi illa omnia principis commoda, absolutaque vtilitas comitetur.

Sed quia sæpe de Walfstaino incidet mentio: utpote contra Suecos summa cum potestate bellum administrante: nec qua ratione à Lipsiana clade, exauthoratus prius Germaniæ principum conspiratione, iterum ad armorum imperium sit à Cæsare euocatus, meminimus, regressi paululum retrò à Bauarici belli textu; ut in omnibus rebus satis curioso lectori faciamus: huic negotio exequendo pauculis immoremur.

Quomodo
uerò Frid-
landus Ca-
sarii co-
pijs præfe-
ctus sit.

Cæsar imperium Suecicis prementibus armis, atque ad hostem Germaniæ urbibus rebellantibus, impendentia pericula anxio animo euolebat: quibus res Aultriaca conflictabatur: & quamuis cum Bauaro duce confensisset, ut ex composito felicibus Regis progressibus retardatis, illius victoriarum cursum præpedirent; agendoque simulatè de legibus pacis, maiores contrahendi vires, reficiendique exercitus interim tempus acquirerent: verebatur tamen, ne Bauarus priuati commodi gratia, pacem cum Sueco sanciret: quòd solertium principum ingenium in grauissimis rebus solet esse maximè suspicax.

Cæsaris
animum
afficit.

Cæsarem sanè Sueci felicitas Regis angebat: quem nemine recusante, omnes Protestantantes principes sequebantur. Aultriorum agrestium penarum memorum, quas superioribus diebus dederant, contumeliam timebat: sed maximè omnium illum commouebat, ne Catholicici principes, se deserto, cum Sueco Rege sentirent; eodemque tempore sibi foret, & in hæreticos, & in Catholicos dimicandum. Præsertim cum Rex Gallus armatus in Germaniæ finibus constitisset: & per eos dies Bauari ducis ad Gallorum Regem datas literas interceptisset quibus cum eo seriò agebat; ut res suas pacis sequester cum Sueco Rege componeret. Quæ res turbauit maximè Cæsaris animum: quòd eius principis nutantem fidem videret; quæ nunquam dubiam, immò constantem futuram putasset. Recurrebat animo se ad ipsius principis vota, precesque Walfstaino abrogasse armorum imperium: atque ex illo rem Aultriacam retro præcipitem lapsum ferri cepisse.

Procerum igitur fidissimis in secretius consilium accitis, quamuis aut ipse cum exercitu contra Suecum Regem prodire: aut supremum copia-

rum.

rum imperium filio tradere statuisset; mutato tamen consilio, Fridlandi
 rursus opera uti decreuit: qui tam fidè, benè, prudenter contra Danum ^{Imperia-}
 Regem bellum administraret. Sed quia Cæsaream maiestatem dedecebat ^{isiam co-}
 contumeliam passo iterum spontè summam armorum potestatem offer- ^{piarum in-}
 re: rogareque recenti læsum iniuria, cum certo quasi repulsæ ferendæ peri- ^{teru Frid-}
 culo, ut supremi ducis dignitatem acciperet: quorundam Fridlandi ami- ^{lido pro-}
 corum officio, intercessuque usus est: qui illum de ijs, quæ in aula iactaban- ^{fectura}
 tur, manarâtque de optima in ipsum Cæsaris voluntatem: deque eius ma- ^{destina-}
 gna exultatione virtutis docerent: hortarenturque: ut libens imperiale ^{tur.}
 paludamentum indutus regenda Cæsaris arma susciperet.

Hac vix excepta ab aulicis Cæsaris voce, per celeres nuntios de Cæsaris
 destinatis in aula Bauarns admonetur. Qui Cæsaris proposito maximè of- ^{Bauar-}
 fensus: quòd superbum, iniustumque hominem: quem toto adnitente Ele- ^{ducis in-}
 ctorali consensu paulò ante exauthorarat: iterum se inconsulto, bello præfi- ^{dignatio}
 ceret: Equitem Donesbergum Cancellarium suum legatum ad Cæsarem
 mittit, qui illum prius de Sueci Regis minis Palatinatum sibi, Electorisque
 suffragij ferendi in Imperatore creando dignitatem eripere intentâtis ad-
 moneat: deinde de Fridlando Tillio subrogando expostulet. Legatus igitur
 ad Cæsaris conspectum admissus ita loquutus fertur.

Et si Suecica arma ex ultimis terrarum oris egressa ad Austriaci tan- ^{Bauar-}
 tum perniciem nominis, potentiam Cæsarum comprimendam Balticum ma- ^{legati cõ-}
 re transmisisse dicantur: unamque bello tuam domum impetere videantur: ^{tra Frid-}
 non tamen hanc esse reor Sueci Regis votorum summam: ut concussis ^{landum}
 (quod ne fuerint Superi) duntaxat Austriacis: decussioque à Germania ^{apud Cæ-}
 cervicibus Cæsarum ingo, hac laude libertatis assertæ contentus cesset à bel- ^{sarem}
 lo. Sed ut est cupida nimium, felicibus ausis velificante fortuna, maio- ^{ratio.}
 rum semper rerum humana mortalitas: qua nunquam partis acquiescens
 ampliora quotidie magis anhelat: sublimiora ille vasto molitur animo, al-
 tiora super sua regiæ sortis fastigium ambitiosa mente volutat. Scilicet
 ut quasi rerum Germania arbiter leges, regnaque dare, atque eripere pro
 arbitrio possit: principes suos beneficiarios, prouinciamque totam facere
 vestigalem. Iamque in eius sinum cæca, præcipitque insania tota ruente
 Germania, non procul abest à cupita desideriorum meta (si ullo termino
 humana vota finiuntur) cum tuis copijs Lipsiana clade concisis, fugasis
 ubique hostibus suis, plurimas vrbes aut illata vi bello domuerit: aut vi-
 trò deditas in fidem acceperit: iuuentque spontè auxiliariis equitum alis,
 & peditum cohortibus sui imprudentes mali Dynasta, Principes ad totius
 Germaniæ Imperium audaci gradu vadentem: scissaque exitiali dissidio in
 diuersa studia Germania, plures populi Regem cuncta belli procella euer-
 tentem sequantur: quàm qui amantes patriæ, Catholicæque religionis re-
 naces meliorem causam tuentur. His patriæ defensoribus minatur excidium &
 cladesque, ac ruinas intentat: præcipue in Dominum meum Bauarnum Du-
 cem sua tela collineat, immanequè bellum parat: quem scit tibi laboranti
 omni-

omnibus viribus adfuturum. Hunc suorum armorum sibi destinat scopum: in quem sua missilia contorqueat: ut hoc deiecto Imperij columnine, facile tota eius concidat moles. Huic se Electoris decus, Vangionumque ditione: quibus illum ob egregiam tibi nauatam Bobemico bello operam: digna tuo Imperiali fastigio liberalitate donasti: erepturum minatur. Iamque eius Vindelicia vicina perstreperunt arma: iam circa Danubij litora Suecorum castrorum fremitus auditur. Patet undique aperta prater paucas arcas, hosti irruenti prouincia, si semel in illam armatus inferet pedem: aut in Sueci potestatem, ditionemque concedendum est: aut nequicquam repugnando crudelis barbari cum maximo direptionum, ruinarumque discrimine victoris feritas irritanda. Tam fortunato, validisque septo copijs Regi vnus mei Principis vires procul dubio victa succumbent. Curret impune pradabundus tota Vindelicia: & qua paulò ante tuis rebellibus formidanda, tota Bohemia victricia arma circumtulit: Sueco cedit prada victori. Nec tamen in hoc extremo rerum suarum discrimine hostem perpetuis ferocientem victorijs sibi maguopere metuendam putaret: si aut tua presentia obtinere posset auxilia: aut cum tuis sua arma sociare. At quomodo à tuis copijs auxiliares cohortes poterit expectare: cum Valsztinnus meo inuictum Domino cum summo illis imperio presereris? Ille implacabili animo memor iniuriæ omuium principum sanè, sed præcipuè mei Ducis opera sibi illata, cum è sublimi supremi copiarum imperij culmine deturbatus in ordinem redactus est: non aliam maiorem, opportunioremque istius vlciscendæ contumelia occasionem cupere nesciuisset: quàm cupidè arripit: amplexabiturque auidè: ut hostes suos sibi nocuisse pœniteat. Gerit animos truces humilis offensa fortuna: dignitas priuati hominis non mutat ingenium. Gaudebit in senu, sibi que ipsi in arcano gratulabitur affulsisse dies tandem: quibus inuidi suæ infesti potentia ad se supplices tendere manus, suamque openi dissimulatis odijs, cogentur exposcere. Tunc armorum tumidus impetio auxilia inclamantium voces, precesque fastidiet. Tunc latus ex tuto gmulorum elades, ruinasque prospiciens, eorum ditiones hostili ferro sinet enerti, effusæ aduersariorum calamitatibus exultabit: nec eorum prouincias Sueco vastante, alia maioris momenti bellica negotia causatus nullas supplicias feret oppressis: deseret armis hostilibus proterendos. Hunc tu igitur superbum, inuisum, imperiosum, Principum osorem tuorum sociorum salute contempta, qui suarum fortunarum, propriæque impendio sanguinis Imperium undique rebellium armis impulsum suppositis veluti humeris fulcierunt: tuis copijs præesse iubebis? tuos exercitus ducendos asperrimo homini trades? Bauari Ducis in Austriacos merita adeò tenuia non sunt: ut priuati equitis rationem, officiaque illis potiora ducas: & præ Valsztaini opera parui illius beneficia putes. Odiosum sanè est merita memorare, perditæque gratiam illorum inuisa recensio: illa tamen expediam, non ut mei Principis tibi vilia merita faciam: sed ut cognoscas in tanto rerum suarum discrimine: quòd etiam tua causa subit: quòd amicitiam cum Austriacis colere

colere perseveret; quod à te stans Sueci Regis hostem se aperte profecturum non esse in Valstaini arbitrio deferendum; ut illi libeat pro voluntate auxilia nobis concedere, & denegare, missaque subsidia in medio rerum cursu renocare. Quando Federicus Vangionum Princeps usurpato Bohemæ Regno, coniunctis cum Daco Principe copijs insolenti procursum ipsis tua Regia portis insultaret: atque à tuo capite imperiale decus se direpturos superbe iactaret: meus Princeps contra perduelles stetit in acie, curavit in cornibus, ordines interequitans ad ferendas fortiter manus milites animavit: nulla fugit pugna discrimina. Fudit hostes fortunantibus Superis, eorum consudit audaciam hostili exercitu late conciso. Quæ victoria sanè tuum omnino firmavit imperium. Tua magnifica munera, quæ eius forti, fidelique operæ rependisti, locupletissimo testimonio ipsius merita, virtutemque profitentur. Cum igitur pro te, pro domo tua innumeris suum caput certaminum periculis obiectarit: cur tu nunc Vindelicia moliente bellum Sueco, nihil pensi habitis tot mei Principis laboribus, illi tua subtrahis auxilia? subtrahis enim verò: dum Valstainum supremum copiarum Ducem renuntias, dum illi amplissimum, ac dictatorium tuorum armorum tradis imperium; dum administrandum bellum ipsius arbitrio, ac potestati permittis. Nos certè in medijs Suecici belli periculis sedè destituet; diripi urbes, vastari prouinciam, agi prædas, cædi miseros incolas ab hoste patietur: de Bauaris non magnopere laborabit. Deerant ne in hoc amplissimo imperio militaris disciplina periti Duces: veteranaque virtutis Imperatores? dynasta, Principes probatæ rerum bellicarum experientiæ fortissimi bellatores, Chiliarchi, Tribuni, quos tuis armis præficeres? nisi hoc inuisissimum caput omnibus infensum Imperij principibus ad tua arma tractanda iterum renocares? Danico bello fidelem tibi operam collocarit: hostem uno, aut altero pralio fugarit; bellum summa felicitate consecerit: & si malo potius iudis rei bellicæ Regis fato, quam Valstaini virtuti victoriam illam dandum censerem; omnes Dani conatus ad infelices exitus vertente fortuna. Quæ prouinciarum de victo Rege accessio facta, quid terrarum additum huic Imperio est? omnes ille profligati belli fructus tulit: victoriæ bona in ipsius commodum redundarunt: vicit sibi, non Austriacæ Genti: congesti in eum summi honores: priuata modo fortunæ eques: inter Imperij Principes sedet. Fridlandiæ, Megalopolitanæque ditionis imperio donatus tanta fortuna incapax tumet: ex expilatis, direptisque improbè amicorum iuxta, ac hostium prouincijs ingentibus auri, pecuniarumque incubat malè partis aceruus. Potest ille sanè à te tantis opibus, ac honoribus cumulatus non æqualem se modo reliquis principibus ferre: sed etiam adiecto ad cætera supremo armorum imperio, se superiorem putare; cum videat futurum, ut suam gratiam sœderati Principes appetant, postulent opem, atque subsidijs indigeant: coganturque vel inuiti se suo arbitrio, ac potestati submittere. Hunc igitur Dux Bauarus suis rebus accisis supplex poscet auxilia: hunc humilis opem oratum adibit? se nouo, asperoque homini subi-

ciet?

sies? *Dij meliora, quam ut sibi submisso Bauaro Duce, sciaffet; mensq; Dominus ab eo auxilium imploret: qui cum te armorum imperium Valthaino detulisse cognouit; iure, ac merito dubitauit; ne tu rupto federe suorum armorum societatem recusares; atque operam Bauari militis veluti inanem, inutilemque reijceres. Sint ista sanè non ex vano coniectata: respue Bauarorum auxilia: solus Valthainus cum Imperialibus Aquilis uolitet tota Germania: pro arbitrio bellum gerat: nostra indignere subsidia: nos in nostris domibus quiescemus: sed cum Valthainus omnino tuo decreto, dum Suecum tota Germania persequitur, sparsurus sit bellum, Meus Princeps summis precibus à tua Cæsarea Maiestate contendit; ut Fuedeliciam ab Imperialium copiarum transitu, statuis, hospitissque facias immunem; neque suas Valthainum ad bellicos usus aliquid Bauaris imperare; quod erit totum, clementie tue, qua illam prouinciam semper es benignè complexus. Sic Fuedelicia validior poterit maioribus viribus Sueco irruenti resistere; si illam tentares inuadere; deinde orat, ut illam Austria partem; quam pro Bobemici belli impensis illi pignori dedisti, concedas; quia cum Suecus in Rationibus quotidie propius sua arma promoueat; poterit facilius obiecto illo veluti obice, Suecorum impetum remorari. Qua pars quia nisi cum uectigalis tibi pendendi onere accipienda non est; suam obligat fidem in id omnes suas collaturus vires; ut Austriam omnem, tuaque Maiestatis hereditarias prouincias ab hostibus tueatur: iamque validis conscriptis militum copijs, Danubij transitus tenet; atque firmissimis custodijs omnes aditus, per quos Suecus in vicinas prouincias posset irrumperere; habet obfessos.*

Cæsar, cæterique, qui aderant purpurati suspensis animis expectabant; quorsum Bauari legati euasura esset oratio; cum verò secus, ac conceperant mentibus, peroratum est: tum tacita indignatione fremere Cæsar, demutare Bauari minas, reliqui succlamare; alij etiam in Bauarum propensi Legati honestis petitionibus assentiri. Itaque diuersus animorum habitus erat in aula; alij Bauarum iure de Cæsare queri sentientibus alijs importunam omnino legationem maximarum rerum negotijs intercedentem vellicantibus. Sed Cæsar, dissimulata; pressaque altius ira, cum temporum angustia acerba responsa dare non paterentur; ea patientia, qua nunquam in Regia nisi per necessitatis fores ingreditur: sedato, pacatoque animo, hæc reddidit Donnesbergo.

Aula Cæsarea ante meridiem habitus.

Cæsaris ad Legatos missus.

Idem supremum copiarum Ducem Valthainum dici, iuberique exercitus Imperatorem; quod ducem nullus in tanta temporum iniquitate Valthaino bellico virtute par, equalique in milites auctoritate ad gerendum bellum foret habilior; eum esse acceptissimum militum oculis; summam eius bellicæ virtutis existimationem, maximam etiam ei conferre dignitatem. Militer nullius dicto magis audientes, quam Valthaini fore: solum ipsius nominis auctoritatem exercitus comparare, ad signa trahere milites posse: atque in tanta bellatorum caritate inuicem claudibus copijs, nouis militum supplementis augere. Necessitate se eò verum deductum esse: ut etiam cum Cæsare

sureæ

Jareæ dignitatis offensa armorum Imperium ei deferre cogatur : cui paulè ante illud ademerat . Proinde Dux Bauarus hoc non damnaret consilium ; quod sibi sola necessitas expressisset : illique nulli omnino incommodo futurum erat : cum eiusmodi Valtaino danda essent mandata : quæ toti Imperio , atque omnibus socijs principibus profutura erant . Interim se de petito Austria pignore maturè deliberaturum ; initurumque eius expediendi nominis rationem , ne Bauarum malè sua beneficia collocasse pœneret . His rebus agendis paululum modò superfedeat : dum hostis in viscera prouectus in Imperium furit : ne importuno rerum ciuiliu intercurso grauiora belli interpellet : sociaret modo nulla mora sua tam Austriacis arma , atque consilia : vt Sæcæum Catholicorum dissidijs crescentem coniunctis viribus opprimant : cui nihil magis proficit ad victoriam : quàm Imperij Principum discordia : quibus hætenus eò felicitatis processit : vt totius potiendæ Germaniæ spem audaci animo conceperit : sed se , iuuantibus Superis , propediem effecturum : vt nimia exultantis hostis insolentia repositis maioribus claudibus , comprimatur . Non sinat se Dux in diuersa exterorum blanditijs , ac promissis abduci : quæ enim in aliquod grauius incommodum precipitem agere possent . Cogitaret se omnibus causis pietatis , Catholica religionis , viciniae , affinitatis obstringi ; vt sua cum Cæsaris arma , atque consilia coniungeret .

His Valtaino nuntiatis ab exploratoribus , quibus affluunt Principum aulæ ; tanta ira exarsit ; vt rabie infrendens infensissimo odio in Bauarum raperetur ; visæque sint illi hæc recentes querimonix longè grauiores ; quàm cum ei fuit armorum abrogatum Imperium . Verum opportunum non erat conceptas animo iras aperire ; ne sibi iam fortunæ fauentis studia imprudenti odiorum in Bauarum professione præpediret . Necessitas interea , periclitansque Imperij salus , ac communis vtilitas diutius differri non patiebatur ; quin rerum bellicarum summa Valtaino iterum deferretur . Quare per internuntios cum Duce Alberto Cæsar agebat ; vt rursus omnium copiarum ductor gerendum bellum susciperet .

Ille quamquam in arcano nihil magis expeteret ; vt rei mora adderet pretiam ; oblatum paludamentum reiecit : de ijs grauius exoptulans , qui peruersis consilijs tunc Cæsarem in exitium rapuissent cum Imperio centum armatorum millibus stante , poterat nullo negotio totam sibi Germaniam subigere . Ducem Bauarum , vt suum Tillium extolleret : Hispaniarumque Regem ob Italum Casale , totum Imperium in discrimen dedisse , De suæ iniquitate fortunæ querebatur ; quod Cæsar , cui & beneficiarj debito , & natina animi propensione tanto studio , incorruptæque fide seruierrat : ita noxijs suasionibus tam faciles aures præbuisse . Quare se optimum censere non esse amplius id sibi vncris subeundum ; ne amalerum , inimicorumque impulsu rursus maiori tum contumelia ab eo dignitatis culmine deturbetur . Vbi varijs querelis fremens ira desedit : adiecit , nunc ad illos magnos scilicet Duces spectare actiis Imperij rebus , pro eorum solertia , ac

virtute

Fridlandi in Bauarum Duceum ira.

Fridlandi querela.

virtute consulere, qui Succum obterere, domare Saxonem, liberas ciuitates subigere thrasonica vanitate iactarent. Non esse sui nomis famam in aeterna labis, dedecorisque discrimen vocandam; si ipse tam excellentium ducum errata belli corrigere auderet. Itaque suis rebus melius consultum iri; si in priuata fortuna tranquillitate, quod reliquum vita supererat, inglorius, indecorisque traduceret; atque illa pace, quieteque fruere; quam Caesar, Bauarus, ceterique hostes sui, quo se opprimerent, pepere-
runt. Ab hac sententia nunquam se posse diuelli; si Caesar hoc sua relinqueret potestati. Qui si omnino copiarum imperium sibi velle tradere perseueraret; non posse se vel inuitum sui principis non obsequi voluntati: cui iam pridem fortunas suas, spiritumque deuouisset. Sed quidquid accideret, maiori cautela, maturitateque de hoc negotio cum Casare transigendum.

Fridlandus ad accipiendum armorum imperium inclinatur.

Apparebat, has querulas voces ex pectore irarum pleno, ambitioneque aestuante magis, quam priuatae quietis cupido erumpere. Itaque ministri Casarei subiecere; Imperatorem nimium suo malo cognouisse damnas, ex ipso exauthorato profecta: idcirco non esse rerum praeteritarum memoriam iterum refrendam; sibi ipsi culpa daret, quod ita facile mandatis Caesaris paruisset, quae, ut principibus id enixe poscentibus in speciem aliquid indulgeret: non ut ijs obediret, simulatè dedisset: denique redditam iterum dignitatem illi tantum honoris prouentum, ac cumulum allaturam; ut ad abolendam omnem praeterita contumeliae memoriam abundè sufficeret; si cum duplici laudis, gloriaeque incremento bello Suecico praeficietur. Non magis Caesaris, & publici commodi, quam ipsius utilitatis interesse: delatum supremi ducis honorem ab eo non repudiari. Principis aetna cum beneficiario non esse ad calculum reducenda; neque cum eo iniuriarum agendum: ne illi nos velle componere videamur, aut ex aequo cum eo sacramento contendere. Commodum accidisse, ut deuotum Casari animum, quem quondam profitebatur: non refugiendo ab illius obsequio patrefaceret.

Præsentium quidam Fridlandum paululum seductum à ceteris ita alloquitus est. At quæ maior per Deum, iniuriarum pœna à te potest de tuis hostibus sumi, quam ut vltro tibi decus illud reddatur; quo te inique tui hostes euerterant? Si hunc honorem reijcies, Bauarum, aliosque, qui id maxime timent, gaudio cumulabis; qui tibi dedecori, inertiaeque dabunt; quod armorum, atque in ipsum Casarem potestatem abiectionissimo animo recusaueris.

Valfstaini manus datur.

Hæc paucula in aurem dicta Valfstaini enim verò peruiuacem animum perpulere magis; quam quæ elata voce loquuti sunt ceteri. His impulsibus legatus Hispanus addidit aurei velleris equestris ordinis dignitatem; ut eo munere testaretur, eius erga Imperatorem obsequium gratum suo Regi futurum: cum illum ante præstitam Casari operam eo expetito Dynastis honore dignaretur: ex quo facile assequi posset, quanta ab Austriacis principibus sperare posset, illa augustissima familia è Suecici belli pressuris erepta.

Mira-

Mirabilis sanè bellicæ virtutis potentia, vt maximi Christiani nominis Principes priuatum hominem suum veltigalem supplices precarentur: quo delatos militares honores acciperet. Memorandæ verò Austriacæ domus angustia, quæ difficillimo tempore inter tot beneficiariorum, amicorumque nullia nullum aptiorem armorum imperio, peritioremque Valsstaino ad id muneris obeundum, gerendumque bellum inueniret. Magnum profecto fortunæ superbiam humanam irridentis ludibrium, vt cum regiæ dignitatis iactura subditus esset à suis principibus suppliciter adeundus. Verum age se submittat imperiale fastigium: admotis precibus in genua procumbatur; dummodo Imperium seruetur incolume, stetque securæ pro uinciarum, populorumque salus. Perditi est animi, cum necessitas postulat, non humili prece magnis viris supplicare. Retenta aliquando nimis superbè dignitas euertit imperia.

Valsstainus, qui optimè norat occasionem esse temporis florem, qui dilatione, ac mora flaccidit: non anmittendam ratus, oblatum honorem tandem his legibus accepit.

Primò vt Dux Fridlandus non Cæsaris solum, sed totius etiam Austriacæ domus, & præcipuè Regis Hispani supremus omnium copiarum dux summo cum imperio, dictatorialique potestate diceretur: nec ea sibi abrogari posset, nisi sex menses ante de ea re fuisset admonitus, nec administrati bellirationem reddere teneretur.

Secundò vt nullius superioris dignitatis, authoritatisque pareret imperio: & in eum nemini ius vllum esset, sed omnia pro arbitrio agere posset.

Tertiò vt nunquam ipse Cæsar, nec eius filius copijs, vel castris accederet, sed Bohemiæ Regno recepto, Rex cum suis aulicis Pragam migraret; atque ea habitaret in regia, eodemque tempore Balthassar Maradius cum duodecim millibus bellatorum in eo regno tam diu stationem ageret: donec pax foret tota Germania constituta: & hoc tantum ad illud regnum contumax retinendum, cum Bohemi sui Regis aspectus, præsentiaque ambitiosè cupidi amore simul, & metu in officio essent continendi.

Quartò pro summi Ducis bellicorum laborum stipendio aliqua ille præuincia in hereditarijs Austriacæ gentis ditionibus donaretur; & pro huius muneris auctario, aliud in imperio dominium acciperet ab ea parte; quam ab hostium manibus ereptam Imperio ipse esset additurus; quo ab Austriacæ domo, in vniuersum, ab Imperio verò præcipuus, ac peculiaribus ipsius industria præuijs compensaretur.

Sextò Fridlandus possit bona fisco addicta pro voluntate partiri: nec aulicum consilium, aut Cæsarei quæstores, aut singuli, aut vniuersi deijs decernerent, aut intercedere possent.

Septimò ipse solus condonandi penas, atque publicam interponendi fidem summa penes eum esset potestas.

Octauò & è contra nec aula, nec ipse Cæsar scelerum facere gratiam, multamque remittere posset, nisi dux Fridlandus illud ratum haberet: &

Y quando

Conditio-
nes armo-
rum Im-
perij ac-
cipiendæ à
Fridlan-
do Cæsa-
ri præserui-
ria.

quando id, se inconsulto fieret, quoad cætera tantum, non quoad fortunas, & opes, quorum arbitrium ad Fridlandum tantummodo pertineret, facta à Cæsare gratia censeretur. Hac de causa hanc addidit conditionem Fridlandus; ne Cæsare ad parcendum maximè propenso, in clementiam, misericordiamque prono, remunerandi copiarum duces Imperij neruos ex damnatorum bonis omnis Fridlando facultas adimeretur.

Nonò nihil transigi de Imperij pace, aut decerni posset, nisi Fridlandi in Megalopolitanam ditionem iura integra seruariantur.

Decimò expensæ ad bellum alendum necessariæ expeditè sufficerentur; Undecimò denique Cæsareque Maiestatis hæreditariæ prouinciæ copijs statim præbere tenerentur.

*Fridlandi
consilium
in acci-
piendo ar-
morum
imperio.*

His legibus Fridlandus suam potestatem firmatam voluit; ne Cæsaris benignitas iterum inuidorum querelis impulsâ illi armorum auferret Imperium: & ut milites scirent à suo supremo duce esse virtutis, fortiumque gestorum præmia expectanda; qui munificæ manu non tam exercitus compararet; quam profusè opes strenuis bellatoribus largiretur, & ut etiam militibus vellicandi occasionem Imperatoris absunderet; quod Imperij opibus in gratiosorum finem ingestis, exhausto nimis largitionibus erario, vix opes ad Cæsaream dignitatem, splendoremque aulæ retinendum, ne dum ad alendos exercitus, gerendaque bella suppetent.

Quocirca milites, qui non tam bellici decoris parandi causa, quam ut opulenti stipendijs ditescant, in arma proficiscuntur, à stringendo pro eo Cæsare ferro absterrebantur; qui pecuniarum inopia, nihil, quo bellicos labores compensaret, haberet: quod omnia penè antequam accepta prepropera liberalitate inconsultò profunderet.

*Cæsar
Fridlan-
do petita
concedit.*

Ferdinandus quæcumque Valtaino, quamvis iniquissima postulata concessit, & si obligatam fidem se non esse liberaturum cognosceret: ut ingentium rerum auidum hominem quacunque ratione ad accipiendum armorum imperium adduceret. Ea sunt cum principe pacienda, quæ ipsum largiri, ac dare non pudeat. Rarò immodicis promissis fides extat. Nihil Valtaino ad summam Cæsaris dignitatem, potentiamque deerat; quam ut Imperiali frontem cydari redimiret.

Authorandi iterum Valtaini Egghembergi princeps purpuratorum omnium acceptissimus Cæsari, Valtainique apprime necessarius negotium perficiendum susceperat; qui ob perpetua diffidia, altereationesque bellici consilij, in quod militarium rerum penitus rudes, & inscij admittebantur, qui tamen omnia se cedere, scireque inani garrulitate iactabant: perniciosum maxime rebus Austriacis esse censebat, vniuersis copijs peresse ducem, cui pugnandi, gerendique belli deesset arbitrium; ut dum mandata, consiliariorumque diuersiones Vienna expectarentur; parandæ victoriæ, concidendique hostis occasio elaberetur. Summæ authoritatis, dædicatoriæque potestatis duce ingruentibus vndique bellorum turbibus erat opus; qui cuncta celeriter expediret, ac pro arbitrio ageret, aula inconsulta, bellum

sicuti

Licet à Romanis in maximis trepidationibus præsentissimo malorum remedio dictator illico dicebatur.

Valstainus igitur Suecico bello præfectus quamuis podagra tentaretur; corpus, animunque ad bellicos labores fortiter perferendos expedit: ac subito ad conducendas septuaginta militum legiones diplomata ducibus dedit, pecuniaque ex ætario egressit. Duces, chiliarchos, centuriones, quorum forti opera quondam in superioribus bellis fuerat usus, aduocauit ad signa; militisque quadam maiestate precibus inuitauit ad bellum.

Turmas omnes nulla fere mora collegit; perinde ac si incusso telluri pede, quod ille Romanus inani iactatione se facturum promiserat; armatos exercitus fecisset erumpere. Nullum lapidem non mouit; vt ijs primis belli conatibus hostem terreret, amicosque demereretur; vt propterea ex legationis occasione ad Sarmatam Regem à Cæsare missæ; parferit in vulgus viginti Naulocorum equitum millia, validumque Pannoniorum exercitum Austriacis subsidio venturum; quibus ipse subnixus auxilijs Suecum facile profligare, ac de iere Saxonem posset.

Inter loquendum verò illud identidem subiiciebat, *nullum esse de religione certamen, nec de sacris, diuersisque ritibus dimicari sed vt rebelles prouincia, perduellesque dynastia excussim impie iugum cogentur accipere.* Hoc ideo assererat; vt quorundam hæreticorum ducum sibi animos conciliaret; quorum plurimos virtute bellica præstantes pluribus experimentis ipse probauerat; & ad suum traheret obsequium.

Multi igitur ex caluiniana, luteranaque hæresi Valstaini promissis illecti ad signa Cæsare confluxerunt. Et quia tam validis, numerosisque copijs conscribendis ingentibus belli impensis satis ipsius pecunia non erat; plures chiliarchos inuenit; qui de suo legiones militum conduxerunt, mutuo datâ pecunia; certi magno cum fænore, atque operæ pretij incremento sibi à Valstaino redditum iri; siue in statuijs ex hospitem fortunis illam exundi à ducibus pateretur; siue de hostium manubijs, & spolijs diuēditis expressâ integra fide persolueret. Coactas copias in Bohemiam nec dum totâ Saxonicijs armis occupatam, in Marcomanos, in Austriâ, in Quados in statiuâ dimisit. Tieffembachius eas in vniuersali totius exercitus lustratione recēsuit.

Arnoldinus, qui à Cæsare ad Sarmatarum regem ad petenda contra Suecum auxilia legatus fuerat, re infecta, nullo impetrato subsidio, dimissus Viennam redijt. Id tantum ab eo Rege obtinuit, vt reciperet se alicui purpuratorum persuasurum; vt clanculum milites scriberet; eosque turmatim palates in Quados missurum. Iussus est insuper Isolanus octo Liburnorum equitum millia authorare; quo veitum genere, siue leuis armaturæ equitum perpetuis procurribus hosti nihil infestius.

Interim Cæsar quasi in altissima pace, ac si nullus Suecus Imperium bello pulsaret, in tanto rerum turbine venationibus indulgebat; vt pectus impau. dum, terrorisque nescium mortalibus ostentaret: neque Suecicum bellum esse adeo terrore, vt esset alius, quam ministri opera, atque industria

administrandum. Nimum enim de sue nimirum maiestatis dignitate decessisset; si aduersus Suecum Regem ipse Imperator exercitus prodijisset.

Carolus ipse copia rum Imperator & duxo.

Atqui Carolus quintus omnium nostræ ætatis Cæsarum maximus, qui imperiali potentia Hispaniarum regna, opulentiores Italiae prouincias, nouosque orbes adiecerat, non solum contra Galliarum Regem ipse processit in bellum, sed etiam aduersum Saxonum ducem, Cattorūque Principem, & Ariadenum Aenobarbum in Africam copijs dux ipse præcessit.

Cæsaris pietas in Numine propitianda.

Cæsar tamen nõ solum ex insigni animi pietate versus In preces Diuinam opem in tanta bellorum tempestate sibi adesse votorum nuncupatione Superos fatigabat; sed etiam ad litandum, propitiandaque numina suos omnes vestigales impellebat. Nam toto Imperio prolato ad adorandum quadraginta horas augustissimo sacramento, ab vniuersis incolis supplicatum est: ipse detecto capite pedes, mystis sacra circumferentibus incessit. Quin etiam Cardinali Strigoniensi Roman ituro, vt purpureum tiaram de Pontificis manu acciperet; mandauit, vt ab eo tam humana, quam diuina subsidia in tanto Imperij discrimine precaretur: cum de religione, patrijs sacris, omnium Catholicorum salute ageretur: adderetque.

Protestantium hæreticorum mina.

Hæreticos ad felicem Sueci regis fortunam nimis impotenter insolescere; falsè dicaces iocari in myltarum principes; minitari identidem se velle limina Apostolorum inuifere. Immo vulgatum libellum esse typis impressum, Romæ fœdissimè ab Hispanis, atque Germanis per summam impietatem direptę narrationem paucis pagellis amplectentem. Hæreticorum opus illud fuisse autumant quidam; vt sacrorum Principi vrbs euertendæ desiderium aperirent. At iidem illi, vt rabiem intus in pectoribus grassantem occulerent; asserabant historiam illam in vulgus idcirco editam esse; vt Itali Catholici territi, cogèrentur eo allato timore, ne eadem à Germanis hæreticis iterum paterentur; valida Cæsari ad id bellum auxilia transmittere. Sed hæc vtcunque fuerint; nihil ad rerum summam proficiunt.

Auxilia à summo Pontifice contrahere: peticos postulansur.

Iussus est insuper Cardinalis Strigoniensis cū Pontifice de isto inter Gallum, Suecumque reges fœdere acerbissimè queri; ab eoque petere, vt Legatum Apostolicum expediret in Galliam, qui perniciosum illum religioni catholicæ, Romanæque Ecclesiæ nexum abrumperet. Mandatum est etiam Sabello duci Cæsareo legato; vt suo interuentu Cardinalis precibus adderet authoritatem; sicuti etiam reliqui Austriacæ factionis purpurati patres idè conati sunt: quorum vnus in eo sacro conuentu magno animi ardore multa de Cæsaris necessitate disseruit; multa de sui Regis optima in sedem Apostolicam voluntate, atque in ea tuenda expeditis auxilijs, promouendaque Ecclesia præfatus; eo æstu acerrimè orationis prouectus est; vt in mordaces querelas, acerbisque obnuntiationes affluerit: quas coram Summi Pontificis maiestate ab Ecclesiæ Principe efferri, plerique indignabatur. Pontifex tamen sedato animo multa patientia respondit; *Se grauitè ferrè, quòd ipse Cæsar posset iure à mortalibus carpi; quod, que patitur mala, suis manibus sibi ipsi conflare: cum thesauri ad vexandam Italiam, Mantuam dtri.*

Summi Pontificis responsio.

diripiendam, excidiumque ditioribus Ecclesiasticis intentandum; arma contra alpium iuga transmittenda impensi; ad pellendos in suas hyemes Gothos, exigendosque tota Germania sub polaria frigora Suecos satis futuri fuissent. Nihil Legatos ad Cæsarem missos precibus profecisse: ut illud immane bellum, exitialiaque arma ab Italia auerterent; ex quibus postea funestissima lues effluxit: quæ agros, vrbesque populata totam prouinciam sedidit deuastauit. Adhuc extare horrenda Germanicæ feritatis vestigia. Vastitatem, squaloremque regionum: quas illa pestis incolis exhausit: expilatasque vrbes illius gentis immanissimam barbariem abundè testari. Quo tempore ad amolienda vicini belli pericula, firmandosque validis stationibus fines congestos thesauros coacta fuit Ecclesia profundere. Veruntamen se animo angi vehementer: quod Cæsar circumfidentibus vndique hostibus, & belli, & ærarij, militumque difficultatibus urgeatur: se in tantas angustias adducto non desaturum. Quidquid pecuniarum superioribus impensis superfuit, id Cæsari libenti animo iussurum, sicuti Apostolicum munus deceret: cuius præcipua cura ea esse debet: ut sublatis hæreticis, Catholicos seruet.

Nec pollicitis defuit fides; statim ingens auri pondus ex Ecclesiæ promptuarijs extractum in vsus bellicos in Germaniam aduectum ad Cæsarem est. Et ut Pontifex humanis subsidijs diuinam adderet opem, indicta omnium scelerum venia, supplicationes toto orbe Christiano decreuit: perque suos Legatos hortatus est Principes, ut missis in Germaniam auxilijs causam Catholicæ fidei tuerentur.

Cæsar, ut omnia malorum remedia experiretur: Comitum Rabattam Gratianæ præfectum ad omnes Italiæ Principes legauit: ut eos de rebus Germaniæ doceret; quamque propè ad hauc nobilissimam Prouinciam inuadendam arma Suecica proferrentur; quæ subacta Germania, superatis alpium iugis, in Italiam procul dubio irruptura erant; ac proinde oraret, ut pro ipsorum etiam commodo ad distinendum alibi bellum valida ferrent auxilia.

Cæsar auxilia ab omnibus Italiæ Principibus implorat.

Nisi hanc legationem necessitas excusaret; quæ clausis ad alia omnia oculis, sua tantum mala considerat: importunam carperent aliqui. Italia, quæ adhuc vulneribus à Cæsareis copijs incussis suo cruenta sanguine; nec adhuc cadauerum strues, quas pestis congefferat, tumulauerat; indigenis vacua Cæsari militum supplementa submittet? tota adhuc Germanico ferro concisa, atque prostrata iacentem Germaniam eriget, quæ eam diripuit? repulsam idcirco ab omnibus Principibus, vno, aut altero dempto tulit. Nam Veneta Respublica inopiam ærarij causata, quod pro pace Italiæ seruanda vacuarat: omnia Legato pecuniarum, & militum subsidia negauit: qui vndique frementibus bellis, ad suam custodiam erant omnino retinendi: officiosisque verbis Cæsaris petitionem elusit.

Italarum Principum ad Cæsarem Legatum respicientes.

Pro Duce Mantuæ direpta misera ciuitas Legato respondit: nullis clausis feris æraria, camporum horrida facies, sine aulaeis, antiquoque nitore

prætorium; vix anaglyphæ, ac toreumata argentea ad ferendâ cœnantî Principi fercula satis erant: nuda atria tantum, solaque marmorum pondera intacta seruata; sinè amiculis, velamentisq; ducalibus promptuaria: ipse Dux ocreatus, lacernatusque peregrini potius, quam Principis habitus: totius ciuitatis squalor: enascentibus vbique ciuium infrequentia virgultis: ære alieno omnia obstricta.

Nihilominus videret sua Cæsareâ Maiestas, si quid vsui in tantis rerum suarum angustijs esse posset; illud exportaret; se quidquid reliqui sibi fortuna fecisset, militumque Germanorum cupido, libentissimè concessurum. Obmutuisset pudore suffusa ipsa impudentia ad tam tetrum omnium rerum aspectum aliquid ab eo Duce poscere: quem in omnium calamitatum, miseriarumque profundum feritas Germana deiecerat.

Parmæ dynasta respondit se esse summi Pontificis beneficiarium, nec aliquid de rebus bellicis ipsius iniussu se posse sancire; præter id quod petitis adeò fuerat in sua ditione grassata: vt vix decimo cuique mortalium pepercerit.

Respublica Genuensis ægruè se varia excusatione ludificata Cæsaream Legationem his tricis expediuit. Dissidia cum Allobrogum Duce, Galliarumque Regis arma in suis finibus minitantiâ: dubium quorsum euasurus esset Gallorum impetus: timor, ne sibi Rex Gallus succenseret, si contra fœderatum Suecum Austriacos eo bello iuuaret, vicinaque præpotentia arma in se irritarent; prohibebant quo minus subsidia Cæsari mitteret; pecuniam verò omnem in moliendis vrbis mœnibus exhauriri; impendique in iaciendâ portentosa portus mole; nec his operibus construendis pecuniæ satis suppetire. Cum Rex Hispaniarum plura decies centena numerum millia ciuibus debita, non solueret.

Dux Allobrogum ob ipsius propensam in Cæsarem voluntatem ad ferenda illi auxilia promptum, paratumque exhibuit; sed pecuniarum, & militum Legati oculis subiecit inopiam. Pestis mortales extinxerat; Montisferrati bella, quæ Austriorum gratia susceperat; pecuniam absumpserant; Hispaniarum Regem suam fefellisse fidem; qui, vt in Gallos stringeret arma plurima promiserat; pauca verò præstiterat. Quo circa omnes fortunas suas se cogi in id bellum impendere; vt egregia fide isto fœderi staret.

Magnus Etruria Dux Cæsari auxilia subicit. Magnus Etruriæ Dux, vt Cæsaris nepos, nihil morantibus temporum angustijs, omnes suas, quas poterat opes, & auxiliares militum cohortes liberaliter obtulit. Ita pariter se se in Cæsarem gessere Dux Mutinensis, Lucensisque Respublica.

Vienna mutatur. Cæsar, quia nouis vrbium Protestantium, populorumque accessionibus rem Suecicam maiora in dies capere incrementa videbat; quantumque ad erendos tumultus, nouarum rerum studijs, in consternationemque propensi Austriæ agrestes, Bohemiæque forent; quod hæresum venenis imbuti Catholicorum Principum indignabantur imperium. Viennæ nouis

uis additis propugnaculis, auxit munimenta, iussitque omnes suburbana^s ædes, atque palatia vrbi obiacentia funditus dirui; quo liberior, longiorque esset vigilibus circumquaque prospectus, nullæq; obiectæ moles tormentorum interciperent ictus; magno sanè ciuium moreore, qui suburbanas hortorum delicias magnis impensis, sedula industria à se per tot annos extractas momento Martis violentia eueriti ægerrimè patiebantur.

Ob illam querulam Ducis Bauari legationem; veritus Cæsar, ne ille iratus grauius aliquid consuleret; sollicitus per celeres tabellarios Bauarum causas edocuit: quibus impulsus Valtainum bello iterum præfecisset. Vnius Ducis illius virtute posse rem Austriacam stare; vnum illum oppositum Sueci felices hostis progressus non sistere modò, sed etiam in infortunia, ac clades inuertere: & vt Bauarum arctioribus nexibus sibi eo bello obstringeret; Ingostadij Imperij procerum conuentum indixit.

Aduere subito in tanta rerum trepidatione Mocontiaci Elector sua sede extorris, & profugus: Coloniensis, qui eandem sibi Collegæ fortunam ab hostibus metuebat: alijque Princeps, ac dynastæ, de quorum summa rerum in eo conuentu agendum erat. Coactus est etiam Bauarus interesse: qui omni abscessa mora, negotia omnia de ineundo cum Gallo Rege fœdere, ac societate incepta prorsus abruptit; ratus spem omnè sibi obiectâ eò duntaxat colli mare: vt se ab Austriorum societate auelleret. Quare ad parandum bellum, contrahendosque milites curas omnes intendit.

Principis
Germano-
rum con-
uentus.

Duo in eo conuentu sancita sunt: alterum, vt diode viginti bellatorum millium exercitus scriberetur: alterum, vt Papenheimius luis copijs summo cum imperio præset. Colomiam igitur accito copiarum, quæ scriberentur, imperium delatum est; mandatumque, vt suum exercitum sibi ipsi conflaret; atque in idipsum centum tolerum millia Augustani Vinelicorum à Bauaro Duce transmissa: quæ literis collibisticis Colonia Coniiti soluerentur: qui cum nouem militum millia conducendi curam suscepisset; vbiq; tympanorum, tubarumq; sonitus perstrepebant, peditum cohortes, & equitum turmas ad Cæsarea signa vocantium.

Catholico-
rum bel-
lici appa-
ratus.

Ridebat tantos bellicos Catholicorum apparatus infanum Protestantium vulgus; quod maiores Sueci Regis armorum profectus: quam re ipsa erant, sibi vasto animo figurabat. Catholicis propositis palàm libellis, insultit. Otiosorum sanè hominum maligna commenta, ac futile vilium animarum solatiump; impotentisque iræ inanis effusus impetus. Infanz magnitudinis tympanum in cuprea tabella incisum, plures religiosorum hominum manus pulsabant: deinde aliquot antitites in mensa pecuniam numerare irrmitum stipendia, ac diplomata ducibus promere, expedireque videbantur. Stolidum sanè, insulsum, illepidum, dignumque plebeio ingenio inuentum.

Insultum
Hæretico-
rum em-
blema.

Bauari Ducis ad Cæsarem: à Gallo Rege secessio Gallos Legatos, qui in negotij susceperant inter se iurgio commisi; dum alter in alterum male

Iurgium
inter Gal-
los Lega-
tos.

gestæ rei reggerit culpam: eoque altercatio processit; vt se inuicem singulari certamine prouocarint: certassentque profecto, nisi indictam pugnam interiectus procerum diremisset. Ambo citatis equis, ad Regeni diuerso itinere conuolarunt: ea spe, vt altero prior suis rationibus aures Regis imbueret. Perperam pluribus idem negotium perficiendum committitur; rem euertit agentium turba.

Colonienfis Elector non solum humana arma expediebat; sed etiam cęlestia parabat. Iussit enim à sacris oratoribus Sueci oppugnandi, tuendęque Catholicę fidei necessitatem è suggestibus pronuntiari. Suecum signa intulisse Germaniæ non asserendę causa libertatis: sed vt Catholicorum animabus compedibus seruitutis iniectis, nefariarum hæresum contagio cacodęmonis illas faceret vilia mancipia; & vt fidem dictis astrueret; quędam Regis numismata aurea, atque argentea suis ducibus, ac militibus distributa monstrauit; quibus se præbiterorum hostem palam, ac proinde Catholicę religionis profitebatur.

Rex Suecicus præbiterorum hostis.

Coloniam, Mocontiaci, Herbipolis, Osnapruchi, Vormatięque Antistites oppida, quę diu Regis impetum morari possent; munienda omni studio curarunt; quo beneficio temporis vtrentur: quod per tedia, & moras validas etiam dissipat copias. Et eo maiorem spem in expeditionum diurnitate ponebant; quod Rex hostis exterus semel copias amissas ob eius Regni distantiam, difficile nouis militum supplementis sarcire posset. Ille non temerè Catholicorum apparatibus illudens non ita suis victricibus armis fidebat; vt fęderatorum principum vires contemnuendas putaret; aut non sibi maiores parandi copias necessitas afferetur.

Rex Suecus sollicitus vndique contrahit auxilia.

Quare vnde sibi auxilia ventura sperabat, aut ab amicis, aut à socijs omnem operam dedit: vt validiores vires vbique contraheret, easque legiones nouis delectibus suppleret, quas belli labores, crebraque certamina minuissent. Cum Noriberga vrbe egit; vt suum præsidium acciperet; quę Regis obsequens voluntati, Chiliarchum Slammerdorffum cum valido præsidio admisit. Comitibus Solmi, Henrico, Gulielmo Ioanni Georgio diplomata dedit; vt peditum cohortes, & equitum turmas conducerent. Ingresso in vrbe præsidio decretum est communi consensu; vt ciuitas firmiter munimentis vallaretur; vt si bellum ingrueret, facilius hostes mœnibus arcerentur.

Sueci Regis legatio ad Italia principes.

Rex præterea sciens, quanti rerum suarum interesset; si Italia principes aliqua arte sopiret; ne Suecici belli terrore compulsi subsidia ad Cęsarem mitterent; iussit, equitem Rachein; antequam legatus in Heluetios proficisceretur; omnes Italos Dynastas obire; certioresque facere Suetiam nihil de ijs, quę vltra Iulias Alpes essent, cogitare; citra verò, de Germaniæ libertate reddenda laborare.

Suecorum bellici apparatus.

Interim pro Sueco Rege, Badę, atq; in Vuirtinguorum ditionibus Palatino Birchenfeldio duce milites cogebantur. Vna tantum peditum cohortis, & sex equitum turmę magna industria, atque labore collectę, traiecto,

to, ad Argentoratum Rheno, vicinos agros infestis incurfibus populatæ Offenburgum expugnare tentarunt: sed cum nec tormenta ad quatienda mœnia suppeterent; nec copiæ difficili operi perficiendo satis validè essent; iterum Rhenum transgressæ Palatino quoque duce reuocante, in suas stationes recesserunt.

Nuntiatum erat Sueco Regi, Lutharingiam bellicis apparatus totâ misericorditer: atque validas copias in suam perniciem parari. Quare sibi accessurum ratus; quidquid hostibus decessisset; ut tantum Cæsari subsidium adimeret; statuit hac super re ad Lotharingum ducem literas dare; qui iam pro Cæsare, inuita Gallia, faciebat: atque decem peditum millia, & mille quingentes equites ducibus principe Pfalsburgo, & Chiliarcho Arancorto, alijsque turmarum, & cohortium perfectis ipso omnium Imperatore; in Germaniam traduxerat. Hæ literæ à Rege Mocontiaci ad Lotharingum datæ sexto idus Ianuarij; quarum fermè hæc erat summa.

Se ex quo in Germaniam cum exercitu transisset; de literis ad eum mittendis cogitasse; sed continuisse se, ne timoris præberet indicium: cum eum vidisset cum Cæsare sua arma sociasse. Querebatur, quod nulla offensus iniuria contra se pro hostibus suis prodisset armatus; alienisque se bellis cum suarum pecuniarum inutili iactura, suæque vitæ discrimine miscuisset. Sperasse se potius ob antiqua amicitia vincula eum belli socium, non hostem habiturum. Verum quia ad Germanicum bellum fœderatorum principum necessitudines, Catholicæque religionis tuendæ causa eum impulsam putabat: decreuisse se eum admonere, Suecica arma traiecisse Balticum mare: ut aliquid de prouincijs fœderatorum principum carperent: aut eorum quemquam bello lacefferent: sed ut in pristinam libertatem, fortunamque amicos, ac consanguineos restituerent. Cæsaremque duntaxat bello persequerentur: qui grauissimis illatis iniurijs, moti belli causam præhisset. Neque se de religione contendere: aut ad conuellendam Catholicam religionem in Germaniam traiecisse: quem unum tuendæ religionis titulum Catholici fœderati suorum odiorum acerbitati prætexunt. Hanc eos opinionem in vulgus sparsisse: se quidem in speciem ob Germaniæ libertatem vindicandam, viciscendasque iniurias bellum gerere: re vera autem, ut antiquatis Catholica fidei sacris, eunisque Sæpitis Religione Romana, impijs Lutheri placitis Germaniæ gentes instrueret: quod omnino à suis cogitationibus esset alienum: cum pari beneuolentia Catholicos æquè, ac Lutheranos complecteretur. Nihil sibi optatius esse, quàm sacrosanctâ amicitia iura seruare: siue illa cum Catholicis, siue cum suæ religionis principibus instituta sit: se enim orare, ut suam in Suecos voluntatem declararet: sibi que sensus animi sui aperiret, amicus ne, an hostis accederet. Se quidem nihil magis optare, quàm mutuam amicitiam perpetuo colere. Attamen si ille pergeret hostilia facere: se armis propulsaturum iniurias: atque eò acrius, quod ab eo vitrò nullis irritatus offensis sibi arma inferrentur: & quando ad amplectendam pacem animum aduiceret, reuocandis è Germania suis copijs, deseren-

Regis litera ad Lotharingum ducem.

ferendoque omnino Cesare, conciliati animi præberet insigne.

Hæc ferne Suecus ad Lotharingum: qui iam pacatis cum Gallia rebus, pactus suarum cupiarum recessum, hæc Regi rescripsit.

SERENISSIMO SVECIAE REGI-
INVICTO, ET CHARISSIMO
Confanguineo.

Lotharingi ducis
litera ad
Suecum
Regem.

Summa cum animi mei voluptate, tuas inuicte Rex, literas legi, cui, & sanguinis nexu, & vinculis benevolentiae coniungor. Regia dignitas tua mecum grauius exoptulat: quod nulla pronocatus offensa, contra te bellum susceperim. Velim scias, me tuæ egregiæ virtutis promotorem, non hostem fuisse. Cesarea maiestas me ad hoc bellum precibus inuitauit. Videbar mihi non amice, neque ex mea facere dignitate: si tanti principis honesta inuitamenta recusarem: neque maiorum meorum vestigijs insisterem, qui constanti semper fide ista cum Imperio fœdera coluerunt. Sed me præcipuè Lipsigna decreta in hoc bellum impegerunt: quæ cum meorum vestigialium saluti, meque dignitati aduersarentur: animoso principe indignum putavi, se domi suæ sinere ab hoste inuadi: & non magis bellum in alienas terras auertere: atque in hostium viscera ultrà arma transferre; & cum bellum inenitabile cernerem: mihi satius, honestiusque visum est, illud inferre: quam pati. Nunc conditiones à tua Regia dignitate oblatas letus accipio: præcipuè cum mihi significes causas, quæ te ad arma impulerunt: nihil omnino ad Catholicam Religionem vexandam spectare. Syncera, incorruptaque fide tuam mihi promissam, oblatamque amicitiam perpetuo colam. Superi tuam Regiam dignitatem, sospitent, atque fortunent: vale, &c.

Hoc amicis Lotharingi responsum, Gallique Regis intercessio Suecum pacarunt; suspicionemque parum æqui ducis in Suecos animi sustulerunt; quam insignia quædam in vexillis conspecta turmalibus concitarant. Emblemata illa sunt viuidi sanè ingenij argumenta; de fideria, sensusque animi experimentia; sed quia varijs omnino modis accipi, explicarique possunt: parçè illis præsertim Dynastis vtendum.

Sueci Regis
facilitas,
& disciplina.

Rex Suecus Mocontiaci qua lenitate animi, facilitateque morû; qua bellicis apparatus suarum rerum molitionibus insistens milites, tormenta, commectus, sulphureum puluerem vndique congregabat. Amicorum officia, obsequia benigno, gratoque animo excipiens beneficijs, muneribus, sibi omnium studebat animos demereri; optima, seueraque disciplina suos milites ita coercens, vt eorum nullus instatius quicquam in incolas

116-

insolentius agere audeat; ipsique idcirco Cæsaris amici Regem commendare cogentur; quod nihil hospitibus suis milites sineret asferre molestis.

Inter ipsius animi dotes sine naturæ fuerint; sine bellicæ artes ad aucupandos mortalium animos accersitæ; egregia fuit sanè, ac mirabilis in Catholicos, ac præcipuè in Religiosos viros lenitas, & clementia. An id faceret ex animo, an militari astu; vt eo potenti telo Cæsarem exarmaret; Suecum Regem illud ingens bellum ideo suscitasse; vt Lutheri impietatem magis, compressa Catholica Religione, in omnes Germaniæ prouincias induceret; quàm vt armis regna pararet erga Catholicos ea de re, religiososque viros perhumaniter se gerebat; quò à mortalium mentibus eam opinionem auelleret; se pro Lutherana Religione pugnare.

Quare Catholicorum plerique Regis humanitate, suauitateque morum deliniti, quorum bona fuerant publicata; quòd Mocontiaci ipso ingresso discessissent; porrectis supplicibus libellis, ipsius clementiam orant; vt sibi bona fisco addicta restitueret. Damnauique votis orantes. Pappenhaimij tamen, Chiliarchique Cronebergheri, qui in castris Cæsaris merebantur, fortunas pro laborum præmio militi diripiendas concessit.

Interim Palatini legatus tot victorias Regi gratulatum aduenit: oratumque, vt inter tot triumphorum plausus, victoriarumque gaudia sui principis calamitatis, atque exilij meminisset; eaque Vangionum loca illi restitueret; quæ in dies arma Suecica subegissent. Ad hæc Rex; se paratum esse Palatino suam ditionem, dignitatemque reddere; nihil dubius Angliæ Regem nullis parsurum impensis; vt Generum suis auxilijs assereret, Regijsque præmijs labores compensaturum; quos in vindicandis ab Hispanorum manibus Vangionibus milites sui tulissent. Statimque vt promissa opere completeret; iussit Chiliarchum Horæckum cum suis cohortibus Vangiones inuadere; & cum his felicibus nuntijs ad suum principem Legatum remisit; illud addens, se cupere vehementer sibi Palatini copiam præsentis fieri.

*Palatini
Rheni ad
Suecum
Regem lo-
gatio.*

Hæc legatio, responsaque Regis tota Germania vulgata; inspectaque literarum epigraphe; quæ Palatinum Bohemiæ Regis, Electorisque titulo honestabat; magnam Bauaro Duci fecere curam; quòd videret de Imperij rebus non esse disputationibus iuris iudicio pugnandum; sed ferro ad Martis tribunal acerrimè digladiandum; cum ad litem ipsius quoque auctoritas Cæsaris vocaretur.

*Palatinus
ad Regē
profici-
tur.*

Hoc accepto responso Palatinus iter ingressus est, non solum, vt Regem præsens veneraretur; sed etiam fidem promissis exigeret. Dux quoque Neuburgi Dusseldorffii præfectum, & Dossellum iuris peritum Legatos ad Regem misit; qui post solita verborum officia, atque mutæ venerationis obsequia; mandata sui Principis explicarunt; qui cum in bello Belgico inter Hispanos, & Batauos medijs hærens pro neutris fecisset; eum præ-

*Irrita Neo-
burgi du-
cis ad Re-
gem lega-
tio.*

caba-

cabatur, vt idem beneficium ipsius sibi clementia concederet; quòd ab eo se certo impretaturum sperabat; quia Suecos nullis vnquam hostilibus irritasset; neque foederatis Catholicis Principibus vlla tulisset auxilia.

Respondit Rex; *se grauius à Duce lasum, quod illo conuiente, paulò ante Hispanis cohortibus, & Catholici foederis copijs per eius ditionem transitus patuisset: Quare se maximè optare, Ducem, aut Catholicos foederatos, aut Suecos penitus sequeretur; nihil medium posse decerni.*

Legati, qui non ita durum, asperumque responsum à Rege se laturos putarant; attoniti, confusique animis; quod Regem erga ceteros facilem, benignumq; immitè erga suum Principem essent experti: ad Palatini Augusti Fratris sui Principis opem, auxiliūque confugerunt. Verum Palatinus iniuriarū fratris memor; qui sibi nimium ex paternis bonis, quàm par erat; vt primogenitus vsurpasset; immo eas etiam bonorum partes à patre testamento sibi, ac tertio genito legatas cupidè rapuisset; abnuic se fratris rebus intercedere.

*Neoburgi
Dux se
Austriae
addere
refertur.*

Ille hoc responso maximè suspicatus fratres sibi ob ademptas eorum fortunas inferos ad suas res turbandas Suecicis armis vsuros; animo ad belli cogitationes adiecto: in Austria cas partes descendere statuit. Sed Batauorum timor; dubiumque ne eorum in se arma concitaret; ad Austriacos properantem cohibuit. Plures tamen vicinos Principes sollicitauit; vt secum ad communem salutem tuendam inito foedere, arma sociarent; nullum tamen inuenit, qui aliena pericula in suum caput transferre vellet.

Tot rerum difficultatibus pressus per expeditum tabellarium à Rege supplex poposcit; vt se illum adire, alloqui praesentem, obiectaque sibi crimina diluere pateretur: se non solum de rebus suis; sed etiam de vniuersae Germaniae bono, communique salute eo congressu acturum; sed literarum non feliciorum, quàm legationes exitum habuerunt. Dux prohibitus ad Regem accedere, conuenireque praesentem. Rex huic Duci ita erat inferus, ob bona paterna Palatino Augusto adempta.

*Causa cur
Rex Suecus
Treniensis
Legato
aspiciat
ex copis.*

Asperius etiam, ac durius Electoris Treuirensis Legati à Rege excepti, habitique sunt. Quòd Elector Galli Regis patrociniò fretus Suecicas copias in suam ditionem ingredi prohibuerit; quòd pergeret, submissis pecuniarum subsidijs Catholicorum foedus promouere, etiam post quàm in Galli Regis fidem, clientelamque concessisset: tabellariosque Regis ad Ernestinum interceptisset: quod Electorales turmae Moltzbergum castellum repentino impetu occupassent: cæso quodam Iuvene Solmsi Comite; cuius domum Rex tuendam susceperat. Denique quòd Electoris literarum minas, fastumque animi subolerent: praecipuè cum Regis promissa Gallo legato data memoraret; suam ditionem nullum exterorum militum transitus, non onerum; non pecuniarum pensionum passuram inc omnino-
dum.

*Regis re-
sponse.*

Respondit igitur Suecus; *Electorem Galli Regis patrociniò subnixum nimis*

rimis elatè, quàm deceret; secum agere : debere eum meminisse, Regi non opus esse tutore, superioreque : se illi gratias agere de Gallo Regi obligata fidei cura, eorumque sollicitudine; quæ ex fœdere cum eo Rege percusso sibi seruanda essent. Sed quando Elector tot arcana Regum agnosceret; sciendum vtiq; etiam ei, quibus ipse teneretur; si fœderis legibus, ac conditionibus frui vellet. Proinde si omnino à Cæsareis partibus discessisset, suæ amicæ habendi occasionem dedisset; se promissis staturum : quemadmodum etiam se in expedito esse, ipsum cogere ad officium.

Nec intra verba tantum se se ira Regis effudit; rebus ipsis etiam quantum leuibus ipsius acerbitas animi patuit. Cum Ringrauius siquidem nauim detinuisse; quæ aliquot vini dolia his legatis Treuirensibus vehantur, ipsi aditum Regem orant; vt illam sibi remitti iuberet: quibus ille, sibi in suis militum stationibus eo vino opus esse. Quæ Sueci Regis acerbitas debitum Gallo Regi honorem, venerationemque contemnens: spem Catholicis fecit aliquam simultatem inter hos Reges exarsuram; cum alia plura quoque subirati in Gallum animi Sueci Regis insignia vidissent.

Legato enim Brezeo Gallus octo dierum inducias supra præteritos quatuordecim postulanti abscisè negauit: exhibitis aliquibus fœderatorum principum, ipsiusque Cæsaris literis interceptis, quarum gryphis solutis, ac scythale explicata, Catholicorum destinata, cogitationesque, & ad Pappenhaimium mandata patuerunt. Præterea Suecus Solmsi comitem Regni consilij præsidem ad Gallum legatum misit: qui ab eo voluntatem sui Regis exprimeret: sciscitareturque an Rex Gallus Hispanis * Obrinci amnis aditum aperire, an claudere destina-ret: nam si Galli ab ea parte hostibus obsistere noluis-sent: se tantæ necessitati occursum.

Clam quidam malignè Sueco suggererant: Gallum in arcano cum Catholicis consentire: fauereque clanculum eorum consilij: atque inducias non alia de causa petitas: quàm vt instruendi optimè exercitus spatium haberet: quo aliquid noui in finibus Germaniæ tentaret. Diuturna Metis Galli Regis mora, res cum Lotharingo duce compositæ, Maquini Dynasta Argentoratum profectio, vt illi magistratui pecuniarum, copiarumque auxilia cuiusque eorum necessitati profutura vltro offerret: perque illam urbem Regijs agminibus ponte transitum postularet: auxerant Sueco suspicionem: ne Gallus sibi perniciosum aliquid strueret.

Hæc odiorum nubila, quæ in tempestatem eruptura videbantur: vtriusque Regis legati, ac consiliarij, iam procellam minantia discusserunt in sudum, orientibus difficultatibus compressis, iterum ar&ioribus nexibus amicitia, atque beneuolentia firmata.

Rex Suecus Mocontiaci diutius moratus, quàm suarum rerum necessitas postularet: cum aduentare Reginam vxorem cognouisset: Francofordiam illi obuiam placuit proficisci, Solmsi comite Mocontiacico præfecto. Magistratus abeuntem rogauit, vt præsidiarias cohortes minui pate-

Rex Suecus Tremi-
risibus lo-
catis in-
sensus.

Sueci Re-
gis ad Gal-
lum lega-
tum lega-
tio.

Mosella.

Suspicio-
nes Sueci
Regis de
Gallo Re-
ge.

Rex Sue-
cus Regi-
na vxori
virentis
occurrit.

retur,

retur, atque aliquid de pecuniarum pensionibus demi. Primò concessio, alterum negauit, ita rerum necessitate exigente. Francofordia digressus

Hannau

* Hanouiam contendit ibi Reginam venientem præsolatarius: cui extra urbem ad officium splendidum nobilium volonum equitatum, & aliquot stipendiarias equitum turmas obuiam prodire iussit: atque aliquot ingentis pretij margaritas pro felicitis præmio aduentus dono misit.

Regina à Rege excipitur.

Postera die Mane Regina comite minori sorore inijt urbem: illam euntem mille ducenti equites corporis custodes stipabant. Ingredientem comes, Magistratusque ciuitatis, Rex verò in cauedio arcis excepit. Die sequenti orto iam sole, Francofordiam cum Regina perexit. Non plus sexdecim currus, mille moschettarios, legionemque sui corporis custodem, & aliquot equitum turmas se comitari permisit.

Cattorum Landgrauius, & comes Palatinus Augustus medio astabant. Nobiliorum ciuium magnifica frequentia in equis phaleratis, magistratusque obuiam venienti prodierunt: festo muralium tormentorum boata interim hilariter perire nente.

Oxensternus valida adducit militum auxilia.

Hic Sueco Rege morante, magnus Sueciæ Regni Cancellarius Oxensternus cum aliquot moschettariorum equitum turmis superuenit: qui tantis amoris, ac honoris, significationibus à Rege exceptus est: vt Germania tota cognouerit, quanti illum faceret virum, cum suum currum ad eum vehendum obuiam miserit: suæque mensæ eum iusserit accumbere. Reliquum diei à prandio in secretiori conclaui de rebus maximis ab ijs actum est. nec aliquid curiosius inquirentibus patuit, quam Oxensternum ad Regem ea retulisse: quæ cum Arnheimio Lipsiæ, & Halæ transacta fuerant.

Colonienses legati Regem aduocant.

Ibi Colonix conquisitores Regem adierunt, vt suas res cum eo componerent. Subirato vultu auditi sunt, verbisque acerbis castigati, quòd in ea vrbe Protestantes asperius ab ijs habiti fuerint. Interiores omnino mentis affectus malè diu tegi possunt præcipuè cum agitur de Religione. Quamuis egregiè Rex benevolentiam in Catholicos simularet, virus tamen in visceribus latens identidem euomebat. Leges Colonienfisibus datæ perini quæ, præduræque.

Leges factas Colonia præscripta à Rege.

Primò, vt liber suorum sacrorum vsus Protestantibus esset.

Secundò, vt vrbs Catholico foederi renuntiaret: atque à Cæsareis partibus omnino descisceret.

Tertiò, vt urbani militum delictus Regi traderentur.

Quartò, eadem auri summa, quæ Cæsari pendebatur, Regi solueretur.

Quintò, tutum regijs copijs transitum præberent.

Sextò Proregem in urbem admitterent, qui Regis negotia curaret: fenatumque icti foederis capitum admoneret.

Verum quia de huiusmodi grauissimis rebus statuendi, decernendique legatis de erat autoritas: abscesserunt Regi pollici. i, se ad fenatum de his præscriptis ab eo legibus relaturos.

Senatus

Senatus iniquitatem conditionum auersatus tam perniciosas sua libertati leges abruptè reiecit : docuitque populum hos esse primos cathenarum annulos, quam Rex pro ipsorum seruitute pangebatur, eosque insanè accipere, nihil aliud esse, quam manus nexibus vincendas, collumque durissimo iugo inferendum porrigere.

Hormus suis instructis copijs, duodeuiginti armatorum milia recensuit, decreuitque his viribus firmus Herbipolim obsidere. Duci Gulielmo Vinmariensi imperatum est, vt Homo suas copias adiungeret. Profectus igitur cum ingenti tormentorum apparatu Kintzingam recta duxit exercitum: sed Regis iussu in Bambergensem episcopatum deflexit; quod in dolosum Antistitem, à quo sepius sibi fuerat illudum, neque vnquam promissorum præstita fides, infenso animo esset.

Antistes ad belli contra se ingruentis famam nihil animo concidens ea consilia inuit, quæ suæ tuendæ ditioni opportuniora videbantur. Validioribus præsidijs Bambergam, Locoritum, Cronacum firmavit: quellusque cum omnibus de Sueci Regis iniuriâ, qui non ea pecuniæ summa contentus, quam à se pro illius episcopatus salute accepisset: nihil omnino offensus leuissimo, inanique prætextu, quod aliqui Sueci à Bambergæ agræstibus fuerint interempti, Suecorum præsidium, exactis Cæsareis, in suum episcopatum vellet inducere: hortatus omnes, vt in fide persisterent: officijque sui meminissent, ac forti animo suas quisque stationes tuerentur, obligata fide, se quamprimum contractis auxilijs rediturum; vt valido exercitu extra suos fines tyrannum expelleret: collectis rerum charissimis, & quidquid pretiosi longa pace congesserat, in Vangiones superiores profectus est, vt arma Cæsarea, quæ ibi in statuis erant, ad tuendam Franconiæ abduceret.

Hormus in Hoecstæ conspectum copijs productis tympanistæ caduceatore ciues ad ditionem inuitauit: emissa in Suecos è mœnibus muralia tormenta responsum tympanistæ dederunt. Hac audacia Hormus iratus eductis in tumultis tormenta disposuit mœnia. quassurus: sed fluuius Eischus aut aquis pluuiælibus auctus, aut arcano naturæ adeo intumuit: vt ripis superfluis campos, disiectis aggeribus inundans veluti ad suam tuendam urbem affluerit, hostesque vlticibus undis ab ea: obsidione decussent. Incolæ amnis auxilio egregie vsi è portis in Suecos erumpunt, aquis deprehensos, amolendis egerrimè tormentis, implicitos adorti vbique cédunt.

Locoriti præsidij, vno tantum conatu diuas expeditiones perficere cogitabant Hoecstæ ferre subsidium, & à se obsidionem auertere. Espagnus Chiliarchus insus est exequi constituta: qui quingentis equitibus, & totidem pedibus, clunibus equorum simul aduectis, Solmsi comitis stationem tanto impetu aggressus est: vt tantum non Suecos loco pepulerit, nisi vix hostem incumbentem sustententibus, Chiliarchus Cochtizkius cum sua legione subsidio socijs commodum accurrisset. Huius aduentu incalcescente.

Hormus secretus numerus.

Bellæ Suecicæ contra Bambergam Antistitè.

Antistitis fuga.

Hormus Hoecstam nequicquid tentat.

Fluminis auxilium.

Obsidionis Suecos aduans.

sciente pugna : cum Sueci Espagnum longè numero superarent : ille ne hostium multitudine obrueretur, sensim à pugna relato pede, celeriori passu stipatis semper ordinibus recepit agmen : donec ad vicini pagi cæmeterium muro satis firmo septum peruenit. Ibi quasi intra vallum subsistit, ut milites spiritum à viq̄ labore reciperent.

*Prælium
inter Sue-
cos, & Ca-
tholicos.*

Vix tantulum quieverant, anhelitumque remiserant; cum eò prouectus hostis præfidiarios inuadit : pari vtrinque audacia conferunt prælium : aequalique virtute decertant ; nec Catholici quamuis inferiores numero cedunt : pro honore, ac vita res illis erat. Suecorum plures cadunt; etsi victoriæ laus penes illos fuerit ; quòd Catholici acerrima edita pugna, se inde receperint.

Duo cohortium legati, totidem signiferi, ac Duces cum equitum quinquaginta ex Suecis occisi: ipsi Cochtizchio minoris sclopuli tormenti ictu sulphurea incussa glande brachium vulneratum: & nisi in Catholicos Hornus subsidio suis integræ alæ procellam equitum immisisset; eò discriminis adducta res erat ; ut Sueci omnes conciderentur ; sed auxiliariæ alæ superuentu Catholici diffugerunt. Equites effuso cursu Locoritum desertis pedibus, aduolarunt: pedites confertis ordinibus aduersa hostium ora continua missilium iaculatione fodientes audaces gradum retulerunt ; ut quamuis hostis aliquot interemerit ; maior tamen pars sospes intra tormentorum ictum euaserit.

*Hoestade
dicitur Sue-
cis.*

Sueci iterum ad obsidendam Hoestam regressi arctiùs, ac vehementiùs oppugnant. Præfidiarij vbi aliquandiu inuictæ virtutis speciem ediderunt; desperato omni subsidio, deditionem cum hostibus paciscuntur: Quarto Kal. Februarij decretis legibus deditionis, vrbs Sueco tradita est: & quod grauiùs Antistitem perculit: maior militum pars eiurata eius militia, ad Suecica signa transfugit.

*Hornus ad
Bambergâ.*

Capta Hoesta, Hornus Bambergam copias adduxit. Cuius præsidium, & si præter ciues, tribus peditum millibus constaret: vetustate tamen vbiq̄ fatiscientium mœnium debilibus munimentis diffusum, non expectato Suecorum impetu, Locoritum profugit. Tunc magistratus præfidiariorum militum ope destitutum populum in concionem vocatum consuluit; quid ipse in eo rerum articulo scitum vellet: multa de religione tuenda, de obstricta suo Principi fide, ac de patriæ existimatione proloquutus. Vnus audacior, cum cæteri animorum sensus timore prohibiti demissaerent; in hæc abscissa verba violentus erupit.

*Ciniora-
tio de de-
dicatione fa-
cienda.*

Non video cur de deditione faciendâ sit amplius ambigendum. Noster Antistes auxiliarum titulo contrabendorum suo timori prætento, auertis pretiosissimis rerum in pacatum effugit. Milites præfidiarij hostium magis terrore percussi, quam collabentium mœnium imbecillitate diffisi, nos insigni perfidia, ignauiaque, hoste instantè, ad certam prædam deseruere: hic populus negotijs ciuilibus assuetus, rei que bellicæ penitus rudis, ne veteranorum quidem hostium ora minacia intueri patietur; nedum illum mœnia scandentem

tem de lorica deijcere audebit. Debilia ad languidos etiam ferundos impetus urbem munimenta circumdant. Inuictus, ferox, validus nos hostis adurget; imminet certum urbis excidium, si temere, insane, nullis viribus urbem propugnare velimus. Quid igitur dubij hæremus tot difficultatibus circumnenti, an urbem hostium potestati tradamus? Quis suffossa tormentorum pulsibus mænia tuebitur? quis per ruinas conferta agmina, stipataque militum roborâ enitentia inclinatis hastis excipiet; aut prebensantes fastigium Suecos de pomærio deijciet? Quæ primis nostrorum ordinibus dissipatis, alia in cadentium locum integra agmina submittentur? Sicuti cum suppetunt vires nunquam etiam in summis periculis fidem violandam putarem; ita proiectæ temeritatis, desperationisque perditæ esse reor; nos omnibus auxilijs destitutos stolidâ ferocia hostibus repugnando, patriam in direptionis, ruina, incendij, necisque omnium discrimen injicere. Si noster Princeps adesset; si in eodem nobiscum periculo versaretur eandem civium fortunam habiturus; ego primus meum pectus pro clypeo ipsius corpori obiectum prætenderem; ad mænia armatus ad deturbandos hostes accurrerem; proque iurata fide mortem libenter oppeterem; at quando se ipsum deseruit; quid vestigalibus omni ope nudatis faciendum est? Neque de religione Suecum certare auidui; suis quemque sinit ritibus operari; cuique sua sacra relinquere; urbes, & regna, non animas querit. Quod si vel tantillum Catholicam religionem labefacere; atque ad suam superstitionem ciues compellere auderet; nemiuem nostrum esse arbitror adeo exiguâ in Deum pietatis; qui non cruentis carnificum colla securibus subijcere, aut ad vltima pro patria, auitæque religione certare; ac in ipsis incensa patriæ cineribus obrutum mori gauderet, sed Suecus adeo non Catholicam fidem oppugnat, ut etiam integrum cuique, ac nulli fraudi esse sinat, suo ritu litare, sacraque facere, & quæcumque libet de religione sentire. Immo fama est æquè Catholicis, ac suis fauere, religiososque viros præter hereticorum consuetudinem venerari. Itaque huius nostræ Patriæ saluti deditioe consulendum puto: incolumemque nobis, & felicioribus nostri Principis rebus arbitror conseruandam.

Perorante ciue ab vniuersa concione succlamatum est; edictumque, ut urbs Horno protinus dederetur. Quare ad primas Sueci deditioem suadentis voces, patefactis porcis, quinque equitum turmarum præsidium in urbem accipiunt. Hac insigni vrbe Principis sede in potestatem redacta; Sueci totam Franconiam sibi subegisse videbantur; quasi foret ubique debellatum. Quare posita militari ferocia, luxuriari in cauponis, lustris, vinoque confici, omnibus vrbânis voluptatibus, delicijsque disfluere.

Ciues animaduersa militum socordia, remissaque omnino bellica disciplina, præsidium voluptuoso otio marcescere; alio in specie nomige in ædes publicas conuenerunt: efficaci oratione suadente quodam magnæ

Z apud

Ciues deditioem decernunt.

apud suos autoritatis viro, ut infamem turpissimæ deditiōis labem insigni edito aliquo facinore abolerent; expungerentque perfidiæ motam; quòd ne vno quidem expectato minoris tormenti ictu, urbem Sueconimium timidi dedidissent: sic enim affatus est ciues.

Oratio ei
nis Sueco
rum necē
suadētes.

Nescio quis à reſto consilio tumultuarie nos æſtus orationis abripuit; ut ad solum Suecici exercitus undantium signorum aspectum, nullo obſtrictæ noſtro Principi ſacramento fidei respectu, nulla edita fortis, deuotique animi ſignificatione, urbis portas repente hoſtibus panderemus: noſque apud omnes Germania populos exigua, fluxeque fidei, nullius virtutis, male ſanè decreto traduceremus, iſtis etiam hoſtibus contemptibiles: qui & in aduerſarijs fortitudinem, conſtantiamque amant: atque in concuſſam erga ſuum Principem fidem mirantur: pudetque illos facilis de ignauo victoria: immo parum deſertoribus ſidunt: qui ſicuti fidem ſuo natino Principi feſellerunt: ita nihil penſi eandem erga ſe habituros putant. Nulli ciuibus detrimento futurum erat, aliquot tormentorum ictus, hoſtiumque impetus expectare, ad retinendam conſtantis fidei exiſtimationem, fugiendamque ſummi dedecoris labem, aliquantum de mœnibus cum hoſte pugnare: deinde noſtras vires infirmiores experti, quàm ut poſſemus citra patria excidium Suecum repellere; tunc cum eo de deditiōis conditionibus conuenire: qua nec dura, nec iniqua fortibus viris præſcribi ſolent: ſic debito officio, obſequioque ſuncti, ab omni fracta fidei nota proſus immunes Suecas in urbem accipere poteramus. Si hæc urbs iterum in noſtri poteſtatem Antiftitis veniet: (veniet autem vel conſtituta pace, vel Caſareis reducentibus, vel aliquo alio caſu.) quo ore, qua fronte perfidi transfuga ipſum adire, alloqui, rogareque aliquid audebimus: quos nec eius mite imperium, nec facilitas morum, nec veſtigalium ratio in fide potuit continere? Abijt ille ſanè, ſe recepit in tutum collecta undique auxilia ſubito ſubmiſſurus; qua obſidione clauſus nec cogere, nec mittere potuiſſet. At quis unquam Princeps ſe ab hoſte vel intra inexpugnabilis arcis propugnacula obſideri permiſit? aut ſponte ſe intra mœnium ſepta concluſit? Ille certè prius captus, quàm obſeſſus cenſeri poſſit: cum hoſtes ad potiendam Dynaſta perſonam acrius obſidionem intenderent: atque omnes firmis cuſtodijs clauderent aditus, ne quæ elaberetur: capto quaſcunque vellent leges daturi. Nunquam memoria proditum eſt, Principem aliquem ſuas ditiones hoſtibus adorientibus; ſe intra urbium, aut arcium munimenta clauſiſſe: quin immo iſtis receptum ſuadentibus veſtigalibus, exceſſiſſe periculis; longè ſe ab hoſtium manibus ſubduxiſſe; neque tamen idcirco ſuorum deſertores putandos eſſe; quòd ſe meliori fortuna, felicioribusque rebus ſalutari, opportunoque ſeceſſu reſeruent; cum in vno capite omnium ſalute periclitante, hoſtes rerum omnium in vno Principe potirentur. Fecit igitur noſter Antiftites, quod ſolent facere cæteri principes: nec quicquam in nos ab eo peccatum eſt; ut hoc infami transfugio iniuriam illi reponere deberemus.

remus. Sed omnium me maxime pudet; quod diuersa religionis barbaris nostra sacra perosis urbem tam facile, atque inconsulto dedidimus. Catholica fidei tantum ratio, si non erga nostrum principem fides, nos armare contra hereticos debuisset; atque in illos vel nolentes impellere. Quamquam ad Catholicorum animos demerendos vulgent: nullum esse de religione certamen: nec pro Luthero, ac Caluino propagando, sed pro Germania imperio bellari. Odia à contraria Religione animis insita, natiuaque à sacrorum dissidio auersio arcana ira in pectoribus grassatur in mutua perniciem, cum occasio se aperit, eruptura. Vna demenda ignominie, probandaque nostro Principi fidei patet via: si hos Suecos vino, lustrisque confectos, supinos belluones, totis popinis stratos ad aliquod symbolum repentino impetu aggressi delemus. Ebrietate recordibus neque consilium in tanta rerum turbatione suppetet, neque vires. Degenerat à solito robore, ac virtute miles assuetudine voluptatum: si quid ardoris, ac ferociae habet, popinis, & commestationibus languet. Vna Annibalem hyberna soluerunt: indomitum illum niuibus, atque alpihus enervarunt fomenta Campanie. Pecorum more eos sternemus: iacent totis compitis, & cauponis: merum somno exhalant, edormiuntque crapulam: vix nutante vestigio stant; labant identidem collapsuri; nisi quis magis sobrius cadentes supposito brachio sustentet. Aderunt accita sociorum auxilia rem pulcherrimam consilijs, ac manibus promotura. Eia igitur, ciues, quos turpiter admisisimus, fortiter obtruncemus. Sic sædam transfugij labem apud nostrum Antistitem abstergemus, & apud vniuersos Germanie Catholicos strenui ausus laudem consequemur.

Omnium consensu staturum est; vt Suecos, repentino facto in illos impetu, trucidarent. Enerues, elumbes, voluptatibus marcidos posse nullo negotio deleri.

Sui consilij Locoriti ciues, Cronachique admonent: qui submissis clanculum militum auxilijs, vt rem fortiter auerent, hortati sunt ciues. Sueci ex subita illa vrbis deditione, nulla defensione tentata, ciues in se propensos, atque in Regem suum studiosos rati negligentius agebant. Quare subito, inopinoque impetu ciuium, nec dum ad stringendos enses concessa mora, oppressi ferè omnes momento temporis, obtruncatique cæteris præfidiarijs exemplum fecerunt; minus esse inter amicos; quam inter infensos, fidendum neque vrbis, neque sui custodiam segniter relaxandam.

Exercitus, qui extra urbem tetenderat; audita sociorum cede fremens ira, rabieque actus ad arma discurret; in omnibus stationibus tubæ ad arma, ac tympana sonauerunt; currit in urbem vltionis avidus miles; horijs miuitibus cæsis, quos vicina præfidia submiserant; bacchatur in ciues: qui ne furentis militis sæuitiæ paterent; se suæ quisque domi oppulatis foribus, muniunt; veniamque de fenestris patrati sceleris, popularisque seditionis supplices petunt. Sic inconsultæ temeritatis ciues dede-

Insidia
Suecis
ciuibus
parantur.

Sueci
repentino
impetu
opprimuntur.

Ciues
insidiarum
parant
dam.

re pœnas, quòd tendente in propinquo hostium exercitu, nullis viribus firmi, nullis septi munimentis, ausi sint crudeli præsidij cœde sociorum in se iram infano consilio temerè prouocare.

*Horni ele
mentia,*

Hornus quanquam ob editam suorum stragem poterat in ciues militari more sæuire, eosque militum furori obtruncandos obijcere; Regis tamen clementiæ vestigia sequutus illis rebellionis, commissæque cœdis pœnam perhumaniter condonauit; seuerissimis minis omnium cœde, atque vrbis obnuntiato excidio, si iterum rebellassent; eosque sacramento adegit fidos se Sueco Regi futuros.

Regiæ plena maiestatis est venia inter arma iniurijs irritata: quæ cum in ultionem proflire suo iure possint; intra clementiæ nihilominus fines præter Martis violenti morem se continent.

*Religiosi
viris ho-
nor à Sue-
cis habe-
tur.*

Hornus cui à Regis artibus, atque consilij defleendum non erat; religiosorum hominum cœnobijs, & sedibus honorem haberi iussit; quibus omnibus fidem publicam dedit: vt à militari insolentia seruari-entur immunes; quamuis plures Canonici, ac præbiteri militaris postea insolentiæ dispendia passi fuerint; vt pote id generis homines perosa.

*Ferchei-
mii Cro-
nachium-
que mu-
niuntur.*

Ad captæ Bambergæ nuntium Cæsarei magno animorum ardore Lorcoritum, Cronachiumque validioribus munimentis cingere instituunt; in quibus Franconiæ seruandæ spes reliqua posita erat. Ciues, milites, religiosi certatim manus operi admouent. Feruebant etiam studia mulierum; quæ saxa, trabes operis ministrabant; nullus in tanta trepidatione cessabat; diu, noctuque nihil intermittebatur opus. Nec Sueci armorum intercurfu interpellare poterant munimentorum structuram; ob assiduos cadentes cœlo imbres, qui somnum, quietemque potius, quam aliquam expeditionem suadent. Verum operæ contempto pluuiarum humore, struendis munitionibus nihilo secius insistent. Augebat animos, studiaque ciuium Imperialium certi subsidij promissio; quotiescunque illas vrbes Suecus inuaderet.

*Gratzius
subsidio
obijssit ac
currit se-
rò,*

Gratzius rei tormentariæ præfectus Catholici fœderis renuntiatus; quòd à Valfstaino priuatis odijs dissideret; collectis in Vangionibus tribus peditum millibus, cum aliquot muralibus tormentis Bambergam versus citato agmine ducit; sperans se tempori subsidio oppugnatae vrbi venturum; sed in itinere offenso Bambergæ Antistite principe, quadraginta duntaxat equitum custodia stipato, captam urbem, quantæque essent hostium vires, cognoscit. Consilio inter equitandum de rebus præsentibus habito, Ambergum diuerterunt; vt ibi cum Cæsareis ducibus de bellicis negotijs vna consulerent.

Rex Suecus, qui omnia Catholicorum consilia sollicitè rimabatur ingentibus eorum cognitis apparatus, Horni copias omnino augendas putauit; qui paucis diebus quatuor, & viginti bellatorum millia sub signis

gnis habuit; eo consilio, vt Locoritum oppugnatum copias adduceret.

Catholici non tam humana arma parabant; quam diuina supplices in-
clamabant auxilia. Viennæ omnes impuberes, infantes pro eo bello sum-
ma pietate Cœlesti Numini supplicarunt. Hi bini, ac bini longo ordine
per urbem ingenti flexu, ac circuitu circumducti, in Cathedrale templum
ingressi ab urbis Anstite maiori aræ in genua prouoluti ad moti fuerunt;
vt innocentium vocibus, ac precibus propitiata Diuina Maiestas hæreti-
corum superbiam infringeret: suamque iram in inuisa cœlo, atque suis fa-
mulis capita effunderet.

Hæretici Catholicorum pietatis officia malignè ridere sueti puerilem
illam supplicationem veluti demissi nimium animi formidinem, femineâ
que trepidationem carpebant: amarisque canillis in Catholicos iocaban-
tur: perinde, ac si à suarum magnitudine virum, non à Deo omnes victo-
riæ penderent: neque essent à Cœlo felices bellorum euentus precandi.

Alij Catholicos mentiri pietatem latrabant; vt illa obiecta religionis
specie populorum studia ad maiora ferenda belli subsidia potentius ac-
cederent. Ita malignis obrectationibus pietatem religiosissimi Principis
sugillabant: qui voluit innoxiam illam impuberum turbam periculo-
sissimi belli tempore pro se litare.

Valstainus interim hostium negligentia, atque incuria optimè vtens;
qui à Bohemia in Marcomanos copijs traductis, ne Cæsarei vna conflue-
rent; contraherentque maiorem militum numerum, facile prohibere po-
tuissent: propofitis largioribus stipendijs, cogendis vndique militibus
veteranis conducendis, anxius insudabat. Deliciante igitur cum vxore
Sueco Rege, audienteque importunè Principum legationes, Cæsarei mili-
tes vndique in vna castra non prohibiti conuenerunt: allectique auro stre-
nuu bellatores, datis Imperatori nominibus, se copijs Cæsareis adiecerunt.

Tieffembachio tamen multo labori fuit, milites in Pannonia conduce-
re; cum ob pecuniarum inopiam, tum quia Pannonij sub Ducis Bohemæ
auspicijs mereri recusarent; cum illæ duæ gentes à se inuicem naturali
odio dissideant. Quare paucos admodum ad Cæsarea stipendia traxit; qui
etiam cum agrestium inconmodo dissipati domos suas dilabebantur.
Idem forsitan Bohemorum odium effecit, vt Pannoniorum procerum con-
uentus cum Cæsaris repulsa votorum dimitteretur. Cum enim subsidia
ad Suecicum bellum ab ea gente poposcisset; illa Turcarum impoten-
tiam in pecunijs extorquendis, bellicos Ragozzij Dacorum Principis ar-
ma intentantis apparatus, antiqua Regni priuilegia, quibus Regno ad
bellum egredi prohibebantur; & præcipuè amicitiam, mutuaque be-
neuolentiam, quæ sibi hæctenus cum Sueciæ Regno intercessisset; causata,
pecuniarum, militumque auxilia dare Cæsari recusauit. Nihil acrius eius
animum pupugit, quam Sueciæ amicitie mentio illata.

Ragozzius ex occasione Austriacæ potentia vndique impetitæ, atque
conculsæ suas augere opes, proferreque suæ ditionis fines in animum in-

Z 3 duxit.

Catholi-
corum pie-
tas.

Hæretico-
rum pie-
tatis irri-
sio.

Imperia-
lium sol-
licitudo
in bellicio
apparatu
bus.

Pannonij
egri nomi-
na dant.

Regis
qui Cæ-
sari in-
stas mo-
lium.

duxit. Prius itaque Principum animos muneribus, ac promissis Gabrielis Bethleni exemplo aucupari, deinde prouinciam vsurpare tentabat. At non æquè illi, ac Bethleno propitia fortuna fuit; mutatis hominum ingenijs, atque temporibus, rerum quoque ordine, & statu inuerso. Pannoniæ Palatinus è Marcomanis illuc properare iussus auxilijs validus Ragozzij molitionibus, ac consilij occurrat; qui ad harum copiarum aduentum in suæ Daciæ fines irritis conatibus, reduxit exercitum. Abeuntem Cæsarei ideò sequuti non sunt: quia Suecico bello feruente, non erat aliud bellum temerè suscipiendum; copiæque nouis expeditionibus implicandæ.

Irriti eius conatus.

Rex Suecus Daciæ belli auhor.

Rex Suecus ad capiendâ in Cæsarem arma Ragozzium concitauit; vt congestas Valtaini vires in varias partes vsquequaque distraheret: per Strasbergû Legatû illi ostendit, quàm opportuna vsurpandi Pannoniæ Regni occasio offerretur; suæque quocunq; casu augendæ fortunæ; quâdo etiâ occupata restitueret, atque arma deponere cogeretur. Amplificandæ potentij non vana ex toto spes ostentata, ad arma bellicosos animos incitat.

Ragozzius ne quid sinè placitò, aut iniussu Turcarum Regis moliretur; per curatorem suum propositis aliquot mendicatis inferendi belli titulis, conatus est Turcarum purpuratorum consilio suadere; vt motum in Cæsarem bellum probaret: sed nihil ab ijs explicatum, decretumque est; quòd Canaicanes suè primi Viziri Vicarius Pannonicarum rerum inscius cuperet certiora de eius Regni negotijs edoceri.

Nihil venalia Turcarum ingenia auro potentius impellit. Quòd si auarissimæ genti protinus in ipso negotij molimine obtulisset: ex templo illum sui voti compotem fecissent; precando tamen, instando, monendo pernicit legatus; vt Rex Turca acinacem, signaque militaria bellandi facultatis insignia Daco transmitteret. Verum hos omnes Daci conatus Cæsaris propitia fortuna difflauit.

Turcarû Regis in id bellum conatus.

Valtaini copiæ, quæ noctu oculi coierunt; in varias prouincias in statiuâ dimissæ sunt. Quinque, & viginti equitum turmæ, & sex peditum legiones in Austriam tractæ, nullis impositis legibus, nisi vt duodecim passuum millia Vienna recederent. Quadi septuaginta quatuor equitum turmas, & centum, & vnde viginti peditum cohortes hospitio excipere iussi. Marcomanis tredecim peditum legionum imperata statiuâ.

Imperata statiuâ.

Hæ prouinciæ ex conditò Cæsari supplicarunt, ne se tenues, inopes tantis oneribus premeret: quòd tot militum agmina suis sumptibus alere nò possent. Non exorato Cæsare, ad supremum copiarum Ducem dimissæ; à quo nihilo pariter impetrato, quod facilius ab ijs prouincijs ali posset exercitus; quàm pecuniæ ex ararij angulij Cæsaris hauriri; cum tot circumseptæ armis imperata detrectare non possent, hospitiorum incommoda æquo animo pati coactæ sunt.

Hæc Valtaini arbitrio permissa ipsius auctoritatem primùm mirum in modum apud populos auxerunt. Michnæ Comes vniuersis commeatibus parandis, partlendisque præfectus est, Comes Merodius in Belgium

gium cum pecunia missus; vt ibi quinque Loricatorum equitum millia conduceret. Donæ dynasta in Sarmatiam proficisci iussus, vt multa Nauulorum equitum millia conscriberet.

Hi magni bellici Imperialium apparatus maxima debellâdi spe eorū animos assiduus Sueci victorijs fractos, ac demissos erexit. Nec tamen ducis Saxonis cōciliandi, atque à Suecicis partibus auellendi cura remissa est; quo semel à Suecis abstracto, nullum de victoria dubium futurū esse videbatur.

Saxeni dux igitur Lauemburgus, qui in Cæsareo exercitu merebatur; ad eum legatus mittitur; vt Saxonis animum ad Cæsarem proclinaret; tentaretque officiorum blandimentis à Sueco eum abducere. Sed quia militaris dignitas, qua inter cæteros copiarum duces eminebat, suspectum eum facere poterat; decretum est; vt illa se abdicaret; quo liberius, magisque syncerè cūm Saxone agere posset.

Erat multæ in agendo dexteritatis Lauemburgus Saxonem ducem sanguinis propinquitate contingens. Quare optimum huius negotij exitum, Cæsar futurum, appositisque artibus à Saxone eblanditurum huius rei assensum, molliturumque illius rigidum animum sperabat. Verum principes se decipi, fallique fucata rerum specie non sinunt. Dux igitur nullis se officijs flecti passus in eodem Suecico foedere perseuerauit, quod suam prouinciam ab omnibus Imperialibus pressuris, atque incommodis vindicarat.

Valstainus, vt bellicis exercitationibus suas copias ad bellum acueret; partem exercitus in Bohemiam transire iussit; quo ibi Saxonem latè omnia tenentem infestarent. Liburni equites ad Pragam vsque infesto agmine prouecti tantum non ipsum Electorem venatum progressum interceperunt. Nimia illum hostis diligentia seruauit, qui ad accersendum maiorem sociorum numerum profectus, vt securiorem venatoris faceret prædam, ea interiecta mora, periculi Elector admonitus, propero, trepidoque recurfu Pragam regressus dispositas plagas euasit. Cæsarei addito sociorum agmine, validiores redeuntes, nihil aliud quàm casses, & canes, elapsa præda, reperiunt.

Hoc discrimen adèdè terruit Electorem quamquàm eo feliciter defunctum; vt Hoffchirkio vrbi præsidere iusso, equitum mille, & quingentorum peditum præsidio, Littomeritium se receperit; neque huc se satis tutum ratus Dresdam abierit: non tamen hoc discrimen Saxonem ducem ita efficaciter terruisset; nisi maioris causam metus ingens maiorum scloporum vis in cænobio mēibus hærente congesta dedisset; quæ ciues in illum gerere hostiles animos, circumspectareque rebellionem fuit insigne.

Balthassar Maradius multæ rerum experientiæ, reique bellicæ apprimè peritus, sed infelicis admodum fortunæ; cum post tot annorum facta ab ipso stipendia plures alij inferioris longè sortis, minorisque meriti homines illi militari dignitate, atque opibus excelluerint; cum duabus, & viginti cohortibus arci Budbaisi præerat: adeoque sæpe, ac validè in vicinas Saxonum stationes incurrebat; vt alio migrare ad perpetuam molestiam vitandam, cumpulsi fuerint. Accepto verò octo peditum millium Galassio, & Sultzii

comite ducibus, auxilio animum maioribus audendis adiecit. Nam cum Sarzj Ciues cum eo clanculum consentirent; vrbisque illi prodendę spem facerent; silēte agmine vrbis muro successit: conspectoque Ciuium Symbolo proximas mēnibus ædes incolentum mille moschetarios, & æquites quingentos mēnia subire iussit.

Sartzium per insidias a Cæsareis occupatur

Hi iunctis cum Ciuibus armis, oppidum inopinato impetu occuparunt. Saxones nihilominus, quamuis in extremo vitæ discrimine versarentur, nihil animo fracti fortissimē prementem, vndiq̃ Cæsareum tres hōras infatigabili pugna sustinuerunt: sed tandem hostium mole paucos opprimente, ad vnum omnes obtruncantur: Liburnis equitibus in obuios quosque promiscuē ferro sæuientibus. Quare paucissimi hostium sæuitiam fugerunt, plus quingentos militum ira deleuit: cū Saxones Paulò ante in Liburnos eadem barbariē sæuierint; sed hostium sanguine cruenti neque ciuium cæde, qui eos in vrbem admiserant, abstinebant; turpissimam suo nomini ingrati animi labem aspergendo: & eo vsque Liburnorum equitum crudelitas prouecta est; vt vix Maradius suæ authoritatis interiectu paucos admodum superstitēs conseruarit.

Liburnorum equitum sæuitia.

Imperialia molesta Saxonibus arma.

Hac Imperialium expeditione Priso, Kadeno, Comochauo desertis Saxones Annebergum vno agmine concesserunt. Cæsarei omnes circum Pragam campos continuis incurſibus ad eò habebant infestos; vt illa frequentissima, & maxima ciuitas cōmeatibus laboraret; Hoffchirchiusque cum valido agmine ad custodiendam annonam, quæ in vrbem conuehebatur, erumpere cogeretur. Iamque ciuibus alijs alio dilapsis, perpetua bellorum incommoda, vrgentibus vndique, & à socijs, & ab hostibus malis, mille, & septingentis ædibus desertis, vrbem penē solitudinem fecerant.

Vrbis Præge Squalor.

Nihil tamen his feliciū successum intijs elati Cæsarei Brandenburgi, & Saxonis conciliandi curam, ac cogitationem abiecerant: sed omni studio in id maximē incumbebant, vt eos Electores à Suecico tēdere dissociarent. Sed irrita omnia tentamenta cessere. Electores siquidem Sueci Regis societate, armisque freti iniquissima insolenter, non ferendaque postulabant præcipuē Brandenburgus bis decies centena florenū millia, pro suorum compensatione damnorum petebat.

Valstainus expeditionem parat in Suecos.

Valstainus dum hæc de pace cum Electoribus agerentur, à moliendo bello, instruendisque apparatus non cessabat, vt Martio ineunte in campos contra hostes ex hybernis copias educeret. Edixit vt omnes tribuni, præfecti atque agminum duces ad præstitutam diem expediti in armis, instructique essent: atque vt de suo aliquid militari adderet disciplinæ, inter alia ab ipso excogitata factu optimum censuit in suum peditatum antiquæ militiæ vsū inuehere: scilicet, vt quisque pedes secum ligonem, aut sarculum ferret; vt militis officio cessante, cum necessitas posceret, fossorum munere fungeretur. Octoginta ingentia muralia tormēta Vjennæ in id bellum ex fusili ere conflata; quatuordecim ex Vratislaviæ armamentario, & tria ex Lignitzio extracta.

Cæsar

Cæsar maximam certæ victoriæ spe in hoc valido à Valstaino congesto exercitu collocata omnes in eos apparatus suas curas, cogitationesque conuerterat, multum de suæ aulæ splendore, luxuque decedere passus, vt etiam cum lauti victus incommodo nimis parceret impensis, quo frugis mensæ fructus bellicis vsibus deseruissent. Cæsar is fuit in suo augustali militarem vitam tolerare.

Sueci Bacchi aram antiquissimam urbem impostam Rheno in Vangionibus, quam nunc Baccarachum vocant, suffossis mœnibus ceperant. Paulus Bertrandus legatus in vrbe curabat, cui nomine Regis per tympanistam imperatum fuit, vt dederet urbem. Ille responderat tot annos, quibus militauerat: nunquam se ad tympanistæ voces vrbes tradere didicisse: proinde se munus impigri militis obiturum: sed Sueci numero ducenti per fossomuro in urbem irruerant. Non ideò tamen Hispanus: qui arcem tuebatur, territus hostium ingressu se dedit: sed vsque ad quartum decimum Kal. Februarij Sueco fortissimè restitit.

Sueci Bacchi aram ceperunt.

Tunc verò cum amplius secessum ex arce differre non posset: quod & comeatuum penuria angeretur: & Sueci aucti numero arctius premerent arcem, Sueco equis conditionibus cessit: atque ad Obrincum amnem in tutum deductus est. Cronachium quoque cum diu Suecorum impressionibus oblitisset, hostes superatum admisit.

Mosella.

Rex Suecus, qui Mocontiaci Francofordiam, retroque perpetuo gyro equitabat, ijs urbibus muniendis assidua cura insistens, quo se quocunque aduersæ fortunæ euentu intra ea excitata propugnacula tueretur: duobus naualibus pontibus Mœnum, Rhenumque commisit: vbi sociatis vndis, vno, eodemque alueo fluunt. Ibi arcem septem propugnaculis vallatam extruxit, circumducta latissima fossa.

Cronachium Suecis cedit.

Propugnaculis suum cuique indidit nomen. Arcem vniuersam *Taffen- traub* suo idiomate appellauit: quod latinè sonat presbiterorum expulsionem. Ex quo cognosci licuit, quanto odio, ac rabie in religiosos viros ferretur; quamuis ne sua rueret consilia, odia egregiè altiùs condita peccatore occultaret.

Rex Suecus arcem Presbiteri bitem expulsi.

Regressus à Germania Hagam purpuratus Slauata, qui à Palatino ad Regem Suecum legatus fuerat missus, suum principem voluntatis Regis admonuit; qui omnibus opportunis ineundo itinere, perficiendoque expeditis Regem conuenire decreuit: vt præsens studium erga se eius accenderet; sollicitaretque, vt ex ætis Hispanis, sibi suos Vangiones restitueret.

Sed priusquam inde proficisciretur in publicum Batauorum conuentum ingressus maximas illis gratias egit de eorum beneficijs, & obsequijs; quibus se in tam diuturno, duroque exilio fuerant prosequuti: rogauitque eos, ne eadem benignitatis, & humanitatis officia erga suam vxorem, & liberos ad breue tempus intermitterent; pergerentque eadem liberalitate eos habere; quos incorruptæ eorum fidei, tutelæque securus committeret. Sperare se breui eos vxoris, filiorumque onere leuaturum; abducturum.

Palatinus verborum officia apud Batauos.

rumque propediem inde familiam; ac facultatem sibi fore gratiæ tot in se meritis referendæ: atque aliquo opere declarandi eorum beneficia suæ memoriæ hæc sursura sempiternæ.

*Bataurū
responsio.*

Paribus verborum officijs illi à Batauis responsum est; felix iter illi à Deo precatis, obligata iterum fide ipsius familiæ omni studio, ac operuendæ. Ab Aurantio principe primatum iussu * Vuessaliam vsque deductus est; vbi validò equitum agmine, vsque in Cartos eius commissa custodia; dimisso Barauo equitatu, à Landgrauio omnibus propensissimi animi significationibus exceptus est; & quàm honorificentissimè habitus; splendidum suorum procerum equitatum Francofordiam vsque comitari iussit; quo septuaginta equitum turma stipatus, quadraginta curribus sequentibus honoris causa peruenit. Indè digressus Hoecstam ad Regem venerandum se contulit: vnaque eodem vespere Francofordiam rediere.

*Palatinus
Suecū Re-
gem con-
uenit.*

Venienti Rex Suecus eum habuit honorem; qui magnis regibus exhiberi solet. Inter loquendum maiestatis semper illum titulo honestauit; & vt Bohemiæ Regem, Imperijque Electorem dignatione dexteræ coluit, seque præcedere passus est. Neque solum sui honoris exemplo, sed etiam expressis suæ voluntatis declarationibus ab omnibus sui exercitus principibus viris eundem honorem illi haberi voluit. Quamuis aliqui ægrè illum regijs honoribus dignarentur; cum eum tantum ex principum ordine, non regum putarent; præcipuè Dormstati Landgrauius armato Regi non ex animo paruit; sed coactus Palatinum maiestatis titulo decorauit.

*Haidel-
berg.*

*Palati-
norum prin-
cipum se-
des incen-
dio abiu-
ta.*

Verum nihil inanes hæc magnificæ appellationes iacentem Palatini fortunam leuabant. Nam cum spei plenus suis malis finem, ac remedia quærebat; putabatque suis cladibus iam fatiata Numinis ira, inuerso rerum suarum ordine, secum mitiùs ab æquiori fortuna actum iri; ecce pulcherrimi * Edelbergæ Castellii nuntiatur incēdium, Electorum Palatinorum sedes antiqua; quæ aut casu aliquo, aut malignæ alicuius hostilis manus opera accensis ignibus, vsque ad cineres conflagrauit; incertum adhuc est, quo authore tantum fuerit excitatum incendium. Nec flamma tantum in recta defecit; sed etiam lurida fames, & lues in incolas ad satietatem bacchata est.

*Argento-
ratorum in
Regis fi-
dem con-
cedit.*

Rex Suecus Palatino benè sperare iussu, Marchioni Federico Badensi mandauit; vt Argentoratum peteret; negotiumque iam cum vrbe Vlma ceptum absolueret; perficeretque sicut iam conuentum erat; vt in Regis fidem, potestatemque veniret. Nec ita multum ab eo laboratum est, vt eam urbem ad Regis obsequium inclinaret. Mille ducentorum militum auxilij nomine præfidium accepit Rittueino tribuno.

Vbi Cæsari tam opulentæ vrbs transfugium innotuit; ad eos ciues minaces literas misit; quarum acerbitatem interiectis promissis, verborum suauitate leniebat: eos sui officij, ac fidei Imperio debitæ admonens, ne tam turpem rebellionis labem, vt regem Barbarum sequerentur, fulgori nobi-

nobilissima vrbis inferrent. Verum iam alienato prorsus à Cæsare animo, omnia eius hortamenta repulerunt.

Per hos dies duo militum tribuni capti Mocontiaci alter, alter à duce Holsteino Sueco Regi sistuntur. Primus dum illius vrbis munimenta in membrana describeret, deprehensus, qui suæ salutis parum adeò cauit: vt sui diurni erga Imperatorem obsequij, fidelisque fernitij secum testes tabulas circumferret. Huiusmodi homines agi suo malo fato autumant falso fiderum inspectores: quos magis inscitia, exiguumque consilium præcipites agit.

Vuirtinguorum ducatus administratorem; qui Imperialium armorum violentia compulsus leges Lipsiani fœderis repudiarat; percunctatus est Suecus; *num in fide erga Cæsarem vellet persistere, an iterum ad officium redire, Lipsianumque fœdus amplecti; statim sui sententiam animi discretè explicaret.* Ipse Sturgarti habito suorum consilio de hac re ad proceres retulit. Decretum est ab omnibus extortam armorum vi fœderis renuntiationem, non esse seruandam: vt pote sua natura nullius virtutis, ac virium: sed communi consensu Protestantium partibus adhærendum. Hac igitur de re ad Succum missi legati; qui conuentus illi decretum attulerunt; quod fuit Regi admodum gratum socios Vuirtinguos Cæsareis partibus admississe.

Iam scriptæ à suis Chiliarchis legiones, conductaque agmina aduentabant. Ad Sueniæ itaque incolas scripsit, pararent Suecici belli sedes Imperiales vrbes Reulinghenum, Esslinghenum, vicinosque pagos, atque omnem regionem, à Tubinga vsque ad Helueticos fines: in quæ omnia loca in statua legiones Suecicæ mitterentur. Insuper ad eas alendas conuectus expedirent, & pecuniam promerent in stipendium: data regia fide intra militaris disciplinæ, moderationisque fines ea agmina coercitum iri; cum ipse ducibus, & tribunis eò mittendis de hac re seuera mandata dedisset.

Regis nuntium statim sequutus est copiarum aduentus Rentlingheni, Esslinghenique cives tres sibi destinatas cohortes nullo contradicente exceperunt. Verum insolentiam militum veriti, nihil morantibus Regis promissis, cum ducibus transfegerunt: vt militibus etiam præter hospitia suppellex domestica præberetur: dummodo ingressu in oppida abstinerent. Omnes aliæ vrbes harum exemplo Regis mandatis parnerunt: præter Eluvinghenum quarundam Imperialium cohortium ibi stationem habentium ope, armisque fretum: nam venientes Suecos hospites maioribus selopis pilarum iaculati grandinem exceperunt.

Vtrinque de hospitio acriter diuicatum est. Plures hospitati sunt Inferri, & absque alio domicilio decesserunt. Cæsarei dum fortium laude munus militum implent: dum in eodem vestigio perire, quam statione sua cedere malunt: ne omnes nullo operæ pretio caderentur: pugna superstites recesserunt, vt se feciorum vltioni seruarent.

Sueci

*Cæsaris
inuitis
Suecis
plura op-
pida te-
nent.*

*Memin-
gbo.*

*Augusta
Cæsareū
præsidium
arapudis.*

Sueci igitur prius hostes, quàm hospites in urbem ingressi ciuium perti-
naciam imperata pecunia mulstarunt. Cæteræ Cæsareæ cohortes, quæ eius
tractus munitioribus locis infederant; ea statim armis retinere cõtra Sue-
corum impetum decreuerunt; seruareque Cæsari Diuomagam, Ranespur-
gum, Vberlingam, Zellum, Lindauiam, Bregherzum Constantiamque cum
lacu, atque finitimis Helueticis oppidis obtinere: veriti, ne Suecorum vici-
nia, eius demque religionis societas, & amor perniciosus aliquod in Cæsa-
rem frueret.

Egerat plures dies Augustæ Vindelicorum conquisitor Ossa; vt eius vrbs
senatus ad aliquot Cæsareas Turmas in urbem præsidij nomine recipiendas
animos flecteret: pecuniam etiam ad Suecicum bellum sustinendum po-
poscerat. Hoc postremo omnino reiecto, alterum fere negarunt; præua-
lentium Cæsareis Sueci Regis armorum, Protestantiumque vicinia m cau-
sati; quæ imprudenter, nulloque consilio irritare non oppoteret: verum vt
Cæsar eorum propensam in eum voluntatem cognosceret, se Saxeni Ducis
Lauemburgi legionem in Suburbana regione retenturos; ea conditione,
promissoque, vt quotiescunque necessitas posceret; vrbs ipsa Cæsareis pa-
teret: effugio.

*Cæsaris
plura op-
pida mu-
niant.*

Hoc tantulo ab Augustanis ciuibus impetrato, Ossa Diuomagam pro-
fectus, atque inde Rauenispurgum Cæsareas cohortes, & turmas in circum-
iecto eo agro partitus est: & vt Zellum, Constantiam, Lindauiam veluti mu-
nitiora oppida, & maioris ad bellum momenti, firmioribus præsidijs imposi-
tis, tutiora faceret: primum quingentorum peditum præsidio firmavit; cæte-
ris denas cohortes attribuit: & quia Lindauia lacu circumfluo tutior rece-
ptus futurus videbatur, eius munimenta nouis additis propugnaculis, auxit:
centum insuper, & quinquaginta sulphurei pulueris, pilarumque apparatu
onusta plaustra in urbem inuehi; octoque muralia tormenta Guntzpergo
iussit adduci; ipsi dem bellicis rebus Vualdeburghio consuluit.

*Cæsaris
prope Hel-
ueticos fi-
nos.*

Cæsareorum militum Constantiam accessus, Helueticos, Rhetosque ter-
ruit nondum enim tot arma simul conglobata in ijs finibus viderant.

Dux Rhothomagësis, qui apud Helueticos extra ordinem legationis mu-
nus obibat: pro sui Regis commodis accuratissimè excubans Imperialium
armorum occasione vicinæ, Helueticis, Rhetisque suasis, vt validis præsidijs
sua confinia defenderent, atque vallium, aditus obsessis Cæsareos ulterius
minimè excurrere paterentur. Illarū alpium incolæ tot è propinquo fremē-
tibus armis, fortunas suas omnes in munitiora Helueticorum loca tulerunt:
vt pote à quibus Religiosus Principes abstinerent, ne ferocissimam, ac pu-
gnacissimam gentem aliqua iniuria lacerarent.

*Infidia
Suecicis
præsidij
compa-
vantur.*

Ipsidem ferè diebus Spire, Herbiolisque Suecorum præsidia pene eorum
conspiratione ciuium supremum exitium adierunt. Condictum enim erat,
vt ad vesper tinæ laudis sacri æris pulsus symbolum, omnes Suecos impro-
viso facto in eos impetu obruncarent: quod in Gallos ad huiusmodi tesseram
à Siculis legimus factitatum: quod & in prouerbum abiit: sed legatus Sue-

cus

cus infidias quodam ciue prodente detexit. Male diu tegi facinus potest multorum fidei commissum. Alij cogitati sceleris poenam pecunia lue runt: alij securi percussi. Spirensium Ciuum coniuratio interceptis eorum literis patuit. Edelberge, Franchentalique, & Neomagi ciuibus authoribus infidiae Suecorum cohortibus comparatae.

Coniurati plebsur,

De his omnibus sumptum supplicium, pars auro poenam redemere: pars capite truncati. Nec multo post alij decem eiusdem regionis populares prodicionis sceleris deprehensi sunt: quibus imperatum erat: vt Herbipoli Caesareis succedentibus, eodem tempore tectis vrbs subderent faces: quo Suecis in extinguendis flammis intentis, Caesarei per vacuas vigilibus portas in vrbs irrumperent: omnes suspendio necati absentium etiam poenas dederunt.

In vrbe spira quadam nocte summa trepidatione ad arma exciti tubarum cantibus, & tympanorum fragoribus ciues, ac milites ad menia festinarunt: cum in fossa ingens moschettariorum hostium multitudo vrbs infidijs oppressura constitisset: quibus hesternae die detectis, destinatum opus euauit. Sueci etenim admoniti fuerant Franchentaliae praesidium quam maximum, scalarum numerum coegisse: idcirco re infecta, abierunt: se pro menibus icta oculi armatos ostentantibus Suecis.

Vrbs spira struuntur infidia.

Rex vero penè Francofordiae munimentis perfectis, Mocontiacum rediens statuit Cruenaco Hispanos exigere: admoto idcirco exercitu, vrbs omnibus machinis, crebrisque in muros impressionibus oppugnat. Difficiliorem expeditionem, quam putarat, inuenit. Sed tandem nono Kalen. Martij dato ab vniuersis copijs terribili in menia impetu, vrbs cepit. Arcis praesidiarij adeo obstinatis animis resisterunt, ex bellicose gentis ingenio, vt decussis loriceis, subrutis propugnaculis, omnibusque munimentis arce nudata nullam spem facerent deditiois. Quod adeo Regis animum asperauit, vt cum de deditioe pacisci vellēt: vllas ille leges praescribere recusarit: sed eos iussit suae se voluntati, arbitrioque permittere. Excessere ex arce oppido pauci praesidiarij: quorum virtutem Rex admiratus lenita ira, indignationeque posita, eos suis ensibus facta vite gratia, donauit: quod exarmari eos gladijs indignum videretur: qui ijs tam bene pro suo principe fuerant vsi.

Rex Suecus Cruenacum obsidet.

Hispanorum virtus.

Vrbs Regi deditur.

Inter haec Christianus Brandeburgi Marchio, quem in Magdeburgi ex-cidio captum, vulneratumque memorauimus; illius Archiepiscopatus administrator, vbi a grauissimo morbo conualuit; quo in custodia diu languerat; eiurata superstitione Caluini, atque ex errorum tenebris, quibus diu caecutierat, exerto capite, candidissimo verae fidei lumine illustratus Catholicam religionem amplexus est. Ei animae libertatem corporis vincula pepererunt.

Superius meminimus Rachei Legati a Sueco Rege ad Heluetios missi, vt eam gentem ab Austriacis partibus auocaret; eiusque verba in Heluetiorum facta conuentu retulimus; & Geneuam secessum: vt ibi Heluetici con-

con-

Sueci Le-
gatus Hel-
vetios sol-
licitat.

conuentus responsa, ac placita expectaret. Iam Badenſe conſilium uſque à ſuperioris anni menſe Februario Regi Sueco ſua ſcita præſcripſerat; atque ad Racheum Geneuam miſerat de ea re fasciculum literarum; quem ipſe accipere recuſauit: quod Regis iniuſſu priuato tantum conſilio de fœdere paſſiſcendo ob publici commodi deſiderium egiſſet. Verumtamen à Rege in Heluetios regredi iuſſus eſt; vt cum Proteſtantium tantum pagis de mutuo fœdere ineundo tranſigeret.

Archidu-
cis ſoli-
cituſ de
Heluetijs.

Rachei reſtitus in Heluetios Archiducis animum pupugit, fecitque curam: ne fortiſſima gens fœdus cum Sueco Rege feriret. Quare vt tanto malo proſpiceret; ad eorum conuentum legatum cum mandatis cenſuit expediendum; qui Heluetijs ſuo nomine diceret: *percuſſa ab Auſtriacis cum Helueticis pagis fœdera eſſe aded antiqua, atque omnibus gentibus nota: per tot annos incorrupta, ſynceraque fide vtrinq; ſeruata: vt omnem cum Sueco ſocietatem excluderent: præſertim eo periculoſo bello ardente Germania. Maximè è dignitate Helueticæ nominis eſſe, vetuſtiſſimæ, fideliſſimæque amicitia iura nouis barbari Regis petitionibus præferre: qui nullis ſuis viribus, ſed Proteſtantium opibus, auxilijsque niteretur. Non eſſe cuiusmodi Gothorum potentiam, qualem ſibi vulgus timido animo figurabat. Eum certè Germaniam bello miſcere: ſed niſi bellanti hæretici pecuniarum, atque hominum ſufficerent auxilia: nullos certè eius arma fuiſſe profectus habitura. Eum eſſe fulguris inſtar, quod ſubito vibrati luminis ſplendore præſtriſtis oculis intuentium, in tenebras abit. Meminiſſent firmæ, ſtabilique Auſtriaca domus potentia, ſuorumque opulentia ſociorum, qui ita inconcuſſi ſuis proprijs opibus fulcirentur: quibus hoſtes facile poſſent obterere, temerarioſque punire: qui illi pernicioſo fœderi adhaſſiſſent. Denique ab ijs enixè contendit: ne legatus Suecus admitteretur: immo ab eorum finibus excedere iuberetur.*

Heluetic-
rū ad Au-
ſtriacos re-
ſponſio.

Reſpondit illico Auſtriaco Legato conuentus, ſe optime fœderum cum Auſtriacis memores eſſe: atque antiquæ ſocietatis iura alius ſuis menti- bus inſidere: quàm continuare cupiebant: quotieſcunq; pacta fœderum capita ſeruarentur: militumque licentia, rapina, ac populationes cobiberentur, qui commeantes Mercatores prædabantur: abolereturque omnino decretum: quo frumentum, aliaque fruges Baſileam conuehi prohibebantur. Cæterum pagos nolle ſe ijs legibus obligari: quibus nullius iure antiqui fœderis tenerentur: vt non poſſent, cum quocunq; libitum foret: ſibi que commo- do eſſet, fœdus inire, ſocietatemque paſſiſci. Sua tamen celiſtudo ſibi perſuaderet: ſe quocunq; caſu, & ſua cum Auſtriacis amicitia, decoriſque patriæ, ac inuiolabilis veterum fœderum cultus rationem habituros. Dum hæc in ancipiti hæcerent, nouæ ab Sueco Rege Heluetiorum conuentui literæ perferuntur, quod fluctuantis Regis animi fuit inſigne: cum rotius quidem gentis percuperet amicitiam, ſed aliquot eorum inſenſos ſibi futuros timeret.

Hæc erat literarum licentia; ſe à grani, ſidoque antrore certiore fa-
ctum

Etum, Hispanum Regem copias nuper in Italia conscriptas in Germaniam ^{Sueci Ro} per Heluetios traditurum; qua res Austriacos pene accisos, debellatosq; ^{git litera} maximè leuatura, sibi que perniciosissima futura erat. Se non latere, illam ^{ad Helue} Rempublicam toto orbe celebrem, atque conspicuam incredibili constantia, atque virtute suam libertatem, dignitatemque tueri; quam sibi quondam strenuè compararat; cauereque præcipuè à fraudum cassibus, quos sibi Austriaci, Hispanique tendebant: ut potè qui laqueis irretire eorum conscientias, quietemque turbare malignè conarentur. Se verò è contra nihil eorum commodis, rebusque unquam nocuisse: sed pari semper illis beneuolentia respondisse. Quo circa putare se sua verba plurimum apud ipsos ponderis habitura, usque facile suasura, ut mutuam beneuolentiam constantissime retinerent: atque neutras sequuti partes suis hostibus in eorum regiones aditus clauderent: neque eos ullo studio, aut ope iuuarent: sed potius illis curæ esset publica salus; plurisque facerent candidam Suecorum amicitiam: quam dolosam, malignamque Hispanorum beneuolentiam. Quòd si contra, quam suaderet, omnino decernerent: etiam, atque etiam perniciem suis capitibus imminentem viderent: ipsorum regionem armorum sedem (quod esset minimum malorum) futuram, ab Hispanisque iuxta, ac Suecis dirruptum iri; se exitioso Heluetijs consilio in ipsorum valles exercitum demissurum, ut transitu arceret Hispanos: vel iam ingressos expelleret: vel ulterius proficisci prohiberet. Integra tamen omnia se eorum arbitrio, ac prudentia permittere.

Quibus Sueci literis ex templo responsum à comitijs est. Se hætenus nihil de Hispanorum transitu cognouisse; neque illum à quoquam petatum fuisse. Libertatem patriæ sibi adeò curæ esse: ut omni studio, ac mentium ardore in id incumberent; ne belli incommoda, armorum fragores suæ domi sentirent, durosque operam, ut neutri parti studerent: quòd Rex se tantopere capere declarabat: quatenus mediæ personæ conditio antiquis cum domo Austriaca fœderibus non aduersaretur. Sibi verò etiam ab ipsius clementia polliceri, Suecica arma ita ab eo intra militaris disciplina leges contentum iri: ut vniuersa Heluetiorum Respublica, quæ nihil omnino se Germanicis bellis ingereret: nihil sit etiam à militum insolentia incommodi, aut detrimenti passura.

Hæc à Suecis, Austriacisque agitata in suspicaces Heluetiorum animos induxerunt; nihil esse salubrius tot circumstrepentibus armis, quam religiosioribus sacramentis, arctioribusque fidei vinculis ad communem salutem tuendam, antiqua fœdera renouare; cum Catholicis pagi vererentur, ne Protestantes populares Suecis ob sacrorum similitudinem adhererent: vicissimque isti timerent, ne Catholici nimium in Austriacos propensib; quos supra fidem colerent, venerarique solerent; Cæsari militum auxilia submitterent.

Post lectas igitur priscorum fœderum leges in singula in itæ societatis capita recensita, maturè que expensa, iuramento se mutuo adegerunt: vt

ca

ea sincera fide, constantique seruaent, quæ in ipsis foederibus sancita erant; publicamque tranquillitatem omni studio curarent: quotiescunque sibi, aut suis foederatis arma hostis inferret; omnes opibus, viribus, armis auxilio oppressis accederent.

Fugatis ad amnem Liciam Bauaris copijs, Tillioque ex vulnere extincto; cum nullus tota Vindelicia victori Sueco Bauarus, aut Imperialis occurreret; rapidi torrentis instar aquarum mole euulsas radicitus arbores, gurgustiaque secum trahentis Rex totis campis signis victricibus volitabat: sibi que non inani spe totius Germaniæ destinabat imperium; cum alias vrbes in eius sinum nimius vltro fortunæ fauor ingereret, aliæ eorundem cum eius religione sacrorum causa sponte se dederent; alias admoto ille armorum terrore subigeret; pauca admodum oppugnanti resisterent.

Augusta quoque hostilium castrorum fremitu territa parum suis viribus fidens, nec se laturam Suecorum impetum rata; vt honestiorem, melior emque rerum suarum faceret conditionem: si Regem vltro, vt se in fidem acciperet, inuitaret; multorum presertim Protestantium propendentibus animis, qui, si Suecus ea vrbe potiretur, sperabant, se iterum duumuiratus magistratus honores consequuturos; quibus à Catholicis Bauari ducis ope subnixis fuerant exclusi: statuit nuntios clanculum ad Regem submittere; atque admonere, vt instructis copijs se in vrbe conspectum daret; se totis viribus eius conatibus ad futuram promittens; vt sua sponte ex vrbe Bauarum presidium excederet.

*Augusta
se Sueco
Regi as-
serit*

Rex quam amatissime Augustanos legatos amplexatus, ne tantæ rei occasione deesset; instructo exercitu festinus Augustam contendit. Primis castris Threrhaupteni frequenti vico substitit; secundis Milhaufeni, tertijs Fridbergi non procul Augusta ad amnem Acham.

*Rex Sue-
cus Augu-
stam con-
tendit*

Erat omnino optabilis huius opulentæ vrbe adeptio, tum propter positum loci, & munimentum; tum quod cæteris liberis vrbebibus voluntariæ deditio- nis factura erat exemplum: atque ob alia commoda, quæ Rex ex possessa Augusta accepturus erat. Catholici vrbem misti Protestantibus incolabant; qui sicuti de religione diffidebant; ita conuenerunt, ne Donauertæ incendium serperet Augustam, si vim vellent victoris exercitus expectare, vt Sueco Regi se dederent:

Bauari præfidiarij audito hostilium copiarum accessu, Liciæ pontem, quo erat constratus, iniectis ignibus incenderunt; ne Rex eo commodo vteretur, qui flumen nouo ponte iungere coactus, vt in aduersum litus copias trajiceret; conuehi asseres iussit; atque ex succis arboribus aptari operitrabes; quibus pons restitui posset. Nec mora defixis in aluero ingentibus stipitibus, vehementibus ponderum pulsibus adigentibus trabes ceptus amnis ponte committi. Præfidiarij tormentorū ictibus è muris opus remorari, atque abscindere conabantur; quod egredi ex vrbe pauciores numero, inferioresque viribus formidaret. Verum quamuis aliquam molestiam operis attulerint, tamen non prohibuere, quominus tribus diebus opus absoluerent.

*Rex Sue-
cus Licia
pontem re-
stituit*

Tran-

Transmissis copijs, atque in armis ad urbem tuendam expedito presidio, Rex ad senatum per tubicinem litteras misit quarum summa erat.

Se gravi dolore affectum esse, quod illa ciuitas auita libertate neglecta, quam eorum quondam maiores virtute partam illis hereditariam reliquissent, de misso nimis animo collum exteræ potentiæ iugo inseruissent, atque intra mœnia, quæ manus liberæ condiderunt, aduenarum arma recepisset: eo presertim tempore, quo ipse Germaniæ liberatis vindex propinqua castra haberet: ex quibus ad omnem exterorum violentiam comprimendam celeriter ipse accurrere potuisset & quamuis hoc eorum imprudens factum iustam sibi causam urbis ferro subigendæ, faciendæque vestigialis prebere posset; tamen; se esse paratum, sua natina vti clemētia; eosque in fidem accipere, quando ex urbe Suecorum hostes expellere decreuissent.

Regis l. 2.
tera ad si
nes Au-
gustanos

Regi ab urbe responsum est, se eodem doloris sensu, & suum infortunium ferre, regisque iram pati: qui probè sciebat quod violentia agitur impellente; non esse voluntati liberæ tribuendum: bellicos apparatus in urbe non alia esse de causa institutos; quam ut propriam libertatem tuerentur. Quod si externa arma in urbem irrepissent potius, quam intrassent, aut essent admissa; vicinæ potentiæ culpæ dandum, non ciuium arbitrio; qui nullos aduenas milites accersissent. Si Suecicæ copia Bauaros preuertissent, eandem in urbem ingressus facilitatem fuisse experturas. Se cum etiam, atque citam orare; ut eas condiciones Præsidarijs Bauaris ferret, quas eos accipere non puderet, nec ex urbe facessere pœniteret.

Ciuium
responso

Adiecit Rex sibi gratam accidere populi voluntatem; hortarique eos, ut coactio ciuium conuentu, in commune consulerent, decernerentque Bauarum præsidium ex urbe demittere; & quando illæ militum cohortes ciuium mandatis parere recussassent; se totis viribus contra Bauaros pro urbe staturum. Ceterum se promptum ad eas urbi, præsidioque leges ferendas, quæ suam dignitatem, ac regios mores deceret.

Protestantes ciues Sueci Regis vicinitate audaciores iam non maffare, mutireque clanculum; sed palam verbis acribus queri de Bauaro; minari, obtestarique; se nunquam suæ urbis excidium esse passuros, in quam nulla esset penes Bauarum Ducem protestas: à quo etiã si omnibus telis exarmati fuissent: omnia tamen forti, præsentique animo aptè telorum supplere vicem. Ad esse iam tempus, quo inagiltratus communi salutem, non Catholicæ religioni prospiceret; quæ eò maius discrimen esset aditura; quo magis contra fas omne, atque importunè illam promouere conaretur: nec maiorem, meliorēque afferri illius fulciendæ occasionem; quam, ut omnes se Regis fidei, tutelæque crederent: qui in Germaniam non transfugerat; ut de rebus fidei, & placitis disceptaret; sed ut de Germaniæ libertate, saluteque ferro decerneret; atque ideo illum plurimos milites, paucos admodum prædicantes secum trahere.

Protestan-
tium ciu-
um auda-
cia

His liberis Protestantium ciuium vocibus insidiarū aliquid Bauari milites suspicati, ne sibi plus esset futurum negotij cum dubiæ fidei ciuibus pa-

Aa lam

Iam ad Suecos inclinantibus: quàm cum aperto hoste manifesto bello urbem petente, præsertim, cum non eam animorum alacritatem, feruoremque in Catholicis ciuibus conspicerent; quàm sibi in huiusmodi casu promiserant: aduocato cohortium ducum conuentu cum malo ancipiti premerentur; conuenerunt, ut urbem desererent, ijs honestioribus conditionibus, quæ à Rege victore accipi possent; non enim eam urbem posse defendi: quæ cum eiusdem religionis Rege hoste obsidente sentiret: hæc esse Augustanæ confessionis incommoda, quæ in ea urbe ad mortalem perniciem incumabula habuisset.

Bauari
ex urbe
discedunt

Abcesserunt igitur ex urbe diris omnibus hæresum nidum deuouentes. Inglostadium versus expediti in armis cum suis impedimentis. Abeuntes comitatus sunt Suecorum equitum turmæ. Erant decem, & septem peditum cohortes, cum equitum ala numerus validus ad Suecorum impetum sustinendum, nisi maius à tergo, quàm à fronte periculum timuissent.

Baularis Augusta Profectis, Rex in castra urbis optimatibus accitis non dissimulato, sicuti consueuerat, in Catholicos odio, malè eorum erga se animorum propensione pensata, omnes urbis dignitates hæreticis detulit, solis Lutheranis officia cuncta partitus. Xenodochij quoque, hospitaliumque domorum suæ sectæ hominibus cura mandata; quæ quondam à Catholicis, & Ecclesiasticis regi, administrarique solebant. His ad arbitrium constitutis, duo Suecorum peditum millia, & quatuor equitum turmas in urbem induxit. Mox ipse regia pompa, solemnique apparatu eandem intrauit; vniuersis nobilioribus splendidis in equis venientem excipientibus.

Rex Suecus
Augustam
ingreditur.

Stripabant latera Palatinus Bohemique Rex, Palatinus Augustus è Neuburgo, Dux Gulielmus Vinmarientis, Ioannes Holsatæ Dux, Marchio Christianus Durlachijs. Ad diuæ Annæ templum deductus Lutheranorum rituum sordibus inquinatum plus suarum, quam Dei laudum ab assentatoribus audiuit: inde ad Fuccarorum palatium deductus, cuius aream plures armorum cohortes longo instructæ ordine obsidebant.

Ibi accito in concionem populo, Sattlerius regius consiliarius, & à secretis, sacramenti Regi à ciuibus dicendi concepta verba elata voce pronuntiauit; quod non amplius speciosa titulum libertatis, sed diræ perpetuæque seruitutis iugum præferbat.

Augusta
mi eius
sacramen
to adiunguntur.

Memorabat sacramentum inuiolabilis, sacrosanctæque; erga Suecum Regem fidei obseruantiam cum omnibus prouentibus, & vectigalibus: quæ vero, ac legitimo principi debentur. Ita Augustana Respublica quod suam libertatem à Baularis defendi passa non est, durius exteri imperij imprudens iugum accepit.

Adactis iureiurando ciuibus, Rex quæsitissimo conuincio à magistratu exceptus est: sub vesperam armamentarium, aliaque loca urbis inuisit: relicto ad urbis custodiam Palatino, cum cæteris dynastis in castra cubitum abijt Verus bellator durare sub pellibus mauult, quàm regiarum delicijs, ac voluptatibus emolliri.

Rex Augustam citra belli discrimina, suorumque cædes adeptus, Inglostadium duxit exercitum, pluribus cohortibus ponè relictis, quæ Landspergam

gam Mundelheimum, aliaque oppida expugnarent.

Rex quidem Ingloftadium mouebat; fed in Ratisponam celebrem urbem, atque ampliffimam Danubij litoribus adiacentem illius cupiditas ferebatur; quòd Augufta, Donauerta, ac Ratispona in potestatem redactis, Ingloftadij in medio fiti expugnatio facilis videretur, & eam follicito expeditionem verfabat animo; quod illius vrbis populus clandestinis cum ipfo confilijs sentiebat, religione Lutherana fequeltre.

Rex Suedicus Ratispona op. pugnacionem agitat.

Sed Dux Bauarus, cui Ratispona maiori curæ erat, quam Ingloftadiũ, de cuius expugnatione, vt potè munitiffimi oppidi, verendum non erat: post contractas, quàm maximas potuit copias; iſque iuniore comite Tillio præfecto, cum ei iam Ratisponenſis populi cum Rege machinamenta ſuboleuiſſent; illam urbem in Catholicici fœderis Principum potestate firmandam putauit; quæ iam pridem Antiftitis, Clerique conſenſu aliquot eorum peditem cohortium præſidium vna cum paucis Bauaris admiferat: ſed diſertè appoſita conditione, ne minimum ciuibus afferret incommodum.

Decimo quarto igitur Kal. Maias Dominica die omnibus ciuibus ſolita in Superos pietate intenta cura operantibus: Bauara cohors ad militaria exercitamenta, ac ludicras pugnas ex vrbe ſimulato egreſſu; portam eiectis cuſtodibus occupauit: eodemque temporis monuento, ſicuti conueniunt, omnia ciuitatis cõpita, fora reliqua agnina obſederunt: mutuiſq; maiorum ſcloporum icibus edita patrati operis teſſera; tunc nouem equitum turmæ, quæ Bauari ducis iuſſu non procul ab vrbe expeditæ ſubfederant: adnotum ſymbolum in urbem citato curſu feſtiuant; exarmatiſque ciuibus quaſi hoſtes impetu factò per diſiecta tormentis munimenta, aut ſcalarum aſcenſu in urbem, deturbatis propugnatoribus irrupiſſent, plures opulentiorum ciuium domos hoſtiliter diripuerunt.

Bauari occupant Ratisponam.

Dux Bauarus intentiffima cura in huius rei euentum euigilans, qui per ſingula momenta de rebus omnibus docebatur: audito felici ſuarum inſidiarum ſucceſſu, vniuerſas copias in urbem immiſit: in qua ſe principem frementibus ira ciuibus, oſtentauit: qui nihil minus, quam Bauarum dominum ſuum volebant. Exercitus in hoſpitia per ciuium domos, ædeſque diuiſus, quorum quibuſdam triginta milites de ſuo alendi obuenerunt. Munimeta vrbis agere inſtituit, erudere foſſas, labantia vetuſtate moenia reſtituere: iuſſitque agreſte diem, noctemque non intermiſſo labore, operi inſudare: & vt irati populi animos mitigaret, qui inani plerunque rerum ſpecie capi, fallique ſolet: aliquot milites ſuſpendi iuſſit: quod inſolentius in ſuis hoſpitijs egiffent. Hæc noxiorum militum ſupplicia ſtant minimo principi; militaremque diſciplinam ſanciunt.

Sed nulla mulcta inſolentiam militum coercebat: quin acerbius in dies in miſeros ciues nullo ducis, ſupplicijque metu graſſarentur. Quare ciues Bauarorum iniurijs aſperati acerbiffimè cum Imperatore cõqueſti ſunt: quòd Dux Bauarus ſuam liberam urbem per inſidias occupaflet: ſeruilique contemptu ſerua peius haberet.

Ratiſponenſes ciues de ſua oppreſſa libertate queruntur.

Cæsar miti, clementique ingenio. calamitatibus illius urbis ingemuit Bauari turpe factum auersatus; & eo ægrius tulit: quo difficilius perspiciebat futurum; vt Bauari ab ea vrbe nisi rupto fœdere, pellerentur: quæ Bauarę gentis caput esset. Sed prudenti consilio pressâ altius ira, quod esset maxime suis rebus importunū à se præpotētis principis focij fœderatique animū alienare; plenas humanitatis ad Bauarū litteras dedit, vt autoritate, indictis que pœnis insolentiā militū temperaret, ciuiumque animos, comitate, ac suauitate leniret: qui nullo nomine alicuius imperio principis subiacerent.

*Ingloftadium descri-
ptio.*

Interim Suecicę copię Ingloftadium peruenērāt doctrinarū domicilium, sacrariumq; sapientię ciuibus frequentē, ædium magnificentia conspicuam. Tota vrbs obiacet Aquiloni, defluit ad mœnia Danubius, qui pulcherrimo ponte comittitur. Inter Donauertam, & Ratisponam iacet media æquali fere vtrinque mensura Bauari aliquot extra vrbem propugnacula, ad sum¹ mouendum quam longiffimē possent, hostem erexerant.

*Rex Sue-
cus In-
gloftadiū
annadii.*

Rex Suecus à meridiē vrbi copias admouit; prolatisque tormentis cœpit illa propugnacula non intermissa pilarum procella perfodere: vt ijs positus libratis altiori lco balistis facilius, propius mœnia fulminare posset. Præfectus, vt huic Sueci consilio occurreret: maiorum scloporum glādibus, clauis, cathenis ingentia infarciri tormenta, atque in hostes iussit emitti: quorum effusa latius grandine, vicini qui que Sueci protriti, laceratique sunt. At tamen præfectus ex ea laniena obtinere non potuit: quin hostilia tormenta opportuno, aptoque loco librarentur: quorum continenti tempestate perforata, dirutaque aliquot propugnacula Suecus adeptus couersis in vrbe tormentis in mœnia missilia perpe tuis ictibus iaculari instituit.

*Regis pa-
riculum*

Dum hæc impigrè fierent: tantum non Rex tormento discerptus interijt. Cum enim quendam locum inuisurus, lustraturusque oculis hostium stationem equo gradario vterius quàm par erat, prouectus vrbs munimenta oculis metiretur: excussa, è mœnibus tormenti pila regij equi à reliquo corpore clunes auulsit. Regem equi lancinati sanguine perfusus humi prostratum veluti mortuum commites complorabant. Sed nihil eo discrimine læsus, lacerato tantum equo integer humo surgens oblato altero æquo conscenso, redijt ad prætorium. Ad quod copiarum præfecti, tribunique salutem Regi effusè gnātulaturi contendunt.

Hilares omnes circumstant, enixè precantur: vt cautius, consultiusque ab ijs adeundis periculis abstineret; diligentiorique suæ salutis cura inter bellica pericula versaretur: ipsius capite omniū vitam, regni quæ incolumitatē, ac felicem eius susceptæ expeditionis exitum niti.

*Regis di-
scrimine
descri-
ptio*

Ad quæ Rex illū tormētū ictū cū pluribus alijs, qui in bellis se horribili sibilo cinctū suū caput fremente salutarunt; nō minus se quā tredecim vulnera suo impacta corpori humana cōditionis admonuisse; quæ in bellicis periculis nihil diademata, & rubiginosis cassidibus discriminat: nec victorias, aut exereitus, quasi obtento corpori chypeo à morte tueri, sed vicini sati esse præmuntia. Quare sibi periculis referatiffimam artē exercētī nihil aliud superesse, quod diceret: quā vt suos cōmilitones oraret;

eraret; ne superuacua suæ salutis cura tantopere angerentur; quando etiam sibi in alicuius oppidi oppugnatione, aut pralio occumbere contigisset; sed fortiter cæpta expeditioni, susceptoque bello insisterent; non desuturos, se extincto, duces moderandis copijs aptissimos, qui profligare, ac conficere bellum possent.

Eadem dies seni Marchioni Badensi fuit admodum luctuosa; quod alter Marchionis Badensis infortunium emissus tormento globus caput eius filio animoso, pugnacique iuueni detruncavit. Nullo fere ictu in incertum excusso Ingolstadij tormentorum libratores, sed fere destinato in Suecicis castris plurimos lacerarunt: ac inter præcipuos copiarum duces Chiliarchus Vanglerus, vnus equitum perfectus, & duo turmarum signifer percussi tormentorum ictibus ceciderunt. Nec tamen horum capitum funera, gaudia pro Regis salute abstulerunt: pro qua hilaris omnium tormentorum fragor obstrepuit; & festæ maiorum scloporum explosiones crebra iaculatione tonuerunt.

Obsessi rem tormentariam affatim sibi suppere, affluereque rerum bellicarum abundantia, nec se obsidentium potentia, ferociaque terreri Obsessum virtus frequentes se se pro mœnibus ostentando, incessendoque crebris ictibus Suecum declararunt. Verum ille timor, qui nihil obsessorum animos inuaserat. Bauari ducis animum occupat; qui felicem veritus Regis fortunam, non ex vano metuebat; ne illam munitissimam urbem amitteret.

Inter hæc commodum sancti Stephani Dynasta Regis Gallorum legatus venit in castra; quod spem Bauaro fecit; eius opera, se impetraturum à Sueco; vt sineret medio sibi inter vtrosque consistere, neutrique adesse liceret; quod tunc maximè cupiebat, cum procul abesse Valtainum, imminetiaque propè suæ ditionis amittendæ discrimina videret. Sic variantibus occasionebus in diuersa trahuntur principum animi: quibus est suorum populorum salus curanda; non ea præstanta fides, quæ eorum ruinam, excidiumque secum trahit.

Rogatus legatus, vt hoc officium, negotiumque perficiendum suscipere, hæsit dubius, quid in hac re sibi esset statuendum; quæ cum esset præter Regis mandata, aliquod inter suum Regem, & Suecum iurgium serere facile potuisset. Tandem post multam animi commentationem Bauaro obsequi statuit, cum illud varia meditati occurrisset, illum ministrum esse admodum rudem, imperitumque rerum, qui negotiū aliquod ea ratione agere ignoraret; vt proprio consilio à se geri liquido non cognoscatur.

Pollicitus igitur suam Bauaro operam, Regem adiit, atque ita differuit, vt legati, non legationis id esse Rex ipse intelligeret. Legati proposita non auersatus est Rex; verum subdidit. Sueci Regis responsio Nolle amplius sibi à Bauaro verba dari; quæ iam fastidiret; sed pollicita exitu præstaret. Ad hoc Regis responsum erexit animum legatus; purgauitque Bauari tentatæ bello Saxonix factum omni culpa in Tillij pugnacem animum cuncta suo agentis arbitrio reiecta. Tum enim verò Rex indignationis impetum tenere non potuit, quin conceptam animo iram verbis acerbis testaretur. Sibi persuadere non posse; vt Rex Gallus à quoquam huiusmodi perniciosis iocis sibi illudi

passurus esset; præcipue ea provincia armis petita eo tempore, quo dux oblatas
 aequissimas condiciones accepturus esse credebatur. Eum principem esse animi
 versipellis sicut ancipitis fidei; sed nihilominus patere, quò aureum vellus ab
 ipsius collo pendens animum proclinaret. Falli verò eum; quando alia ratione
 secum, quàm proiectis armis agendum putaret: & ideo si se cuperet audiri,
 Ingolstadt panderet portas; non secus eius vota admissum iri, etiamsi clau-
 stra pectoris aperires; exauctoraret exercitum; superioribus malis consule-
 ret: si in posterum Regis amicus credi, sibi que haberi fidem optaret. Cæte-
 rum cuncta omnium mortalium promissa effectura non esse; ut Gustavus ense
 nimio plus iure, ac meritò strictum conderet in vagina. Dux meminisset, vana
 spe diu Suecos implesse: eodem tempore, quo re vera cum hoste sædus inibat.

Iniquissi-
 ma Sueci
 Regis pe-
 cuniones.

Hæc acerba Regis oratio omnem spem pacis abscidit; cum Bauarus
 asperitatis verborum insolens nec Regis minas, nec verborum castigatio-
 nem timeret. Rex tamen suarum rerum maturiori iudicio expensâ ratio-
 ne, cum Bauaris armis Ratisponam occupatam, muralia Ingolstadtj tor-
 menta destinatis ictibus caltra ferientia conspiceret; animaduertit non
 ita facile illud munitissimum oppidum suis armis expugnatum iri; multisq;
 suorum vulneribus, militum cæde, dubio etiã victoriæ euentu sibi staturû.

Impaudos etiam animos impendentium cladum insignia terrent. Sui
 equi cædes animum alioqui interritum aliquo metu cõcussit. Quare coac-
 ctis in prætorio copiarum ducibus de soluendæ illius obsidionis causis,
 eaque difficili expeditione abeundi paucis retulit; sed in speciem præci-
 puam, maiorisque momenti attulit, belli vulnera ipsis Vindelicis præcor-
 dijs Monachio scilicet adigenda; quo armis domito, tota provincia trepi-
 dataura erat.

Sueci In-
 golstadtj
 obsidionẽ
 solvant.

Hoc in eo ducum cõsuetu sancito, discessus copijs indicitur; collectis vasis
 cum maxima obsessorum lætitia ab ea obsidione discedunt. Primis castris
 Landsfutum frequens, præcipuumque oppidum in media ferè Vindeli-
 cia ad Isaram flumen peruenit. Ibi nullo hoste obuio nihil pugnatû à mili-
 tibus est. Cines vrbs direptionem centum tolerum millibus redemerunt;
 pecuniarum subinde, com meatuumque pensiones obligata fide polliciti
 Frisingheni episcopatus, Mesburgumque molli ceruice Suecicum indui t
 iugum. Ingentem omnis generis com meatuû in illis agris Sueci reperere;
 vt potè qui longa pace nec dum militum incurfus, nec statiuâ tulerant.

Ruffici
 cõtra Sue-
 cos in ur-
 gi.

Bauari rustici militum insolentes rapinarum, suas tenues fortunas vo-
 rari insatiabili militum ingluuie; suas reculas diripi iniquissimo animo
 patiebantur. Quare dispersæ eorum manus palantes milites, quos à reli-
 quo agmine rapinarum cupiditas abduxerat; confodiebant. In cadauera
 etiam agrestium ira sequente; qua præcisis manibus, pedibus, cruribus, na-
 sis, erutis oculis, sædissimè mutilabant. Qua barbarissima immanitate ef-
 ferati Sueci multos pagos, & vicos, incolis nullo ætatis discrimine truci-
 datis, iniectis mapalibus flammis deleuerunt.

Suecorû
 feritas.

Dum Vindeliciani Suecica arma deuantant, validum Hispanorû agmen

* Obrinco

Obrieco amne trarecto, in hostiles fines improvidas Suecorum stationes subito impetu oppressurus incurrit. De hoc Hispanorum consilio monitus Oxensternus, contractis illico è vicinis stationibus copijs eorum intrepidus Hispanorum expectavit aduētum. Duodecim Hispanorum equitum turmæ medio mensē Aprili, alio agmine subsequi iussō, profectæ sunt; vt Rhēni Comitibus equitatum in suis ipsis stationibus adorirentur.

*Mosella.**Hispanorum expeditione contra Suecos.*

Comes autem, qui exploratores solertissimos veros Regnorum, exercituumque oculos, ac spiritum, vbiq̃ue magnis impensis alebat; huius Hispanorum expeditionis Mocontiaci nuntio accepto, repente egressus ex vrbe ad suos festinus accurrit; vt eos ope, imperio, ac consilio iunaret; consensuque cum expedito agmine tumulo, ab antecursoribus certior factus est; Hispanos à valle vterius prouehi, contentoque agmine properare. Quocirca in collis fastigio copijs subsistere iussis; vt temporis patiebantur angustia, vtcunq̃ue exercitum ad pugnam intruxit. Subiere collem rei gerendæ audax Hispanicæ turmæ ignaræ hostem expeditum in armis esse, atque ad certamen paratum. Euasere instructa acie in tumuli iugum, vbi hostem explicatis ordinibus densatoque agmine se strenuè expectantem viderunt. Inexpectatæ rei terrore correptæ, subito conuersis in fugam equis, ad eò laxarunt ordines; vt in dissipatos Comes acriter inuectus, pluribus occisis, aut captis, omnes illata ingenti clade fugarit.

Hispanorum fuga.

Secundiori fortuna Oslæ cohortes in inferiori Alsatia quondam Tribocibus, vtebantur. Nam ferro, ac flamma vtraque Rhēni litora populata omnia circum nullo hoste occurrente, prædabantur; auecta que vndique opulenta præda, Stollhoffum, Liechtenhaumque subiectis ignibus deleuerunt. Inde tanto Spiræ impetu succedere; vt Chiliarchus Hornechus vrbis præfectus terrore perculsus, nihil morantibus subsidijs, quæ Mocontiaci, vicinisque oppidis accipere potuisset; ignauè salutem pactus, cum armis, & sarcinis Oslæ tradita vrbe, discesserit. Qua Hornechi inertia iratus Oxensternus eum Mocontiaci in vincula coniecit. Vornatiz postea metuens validis illam propugnaculis muniuit.

Spiræ Caricis donditur.

Sed iam ad se formidandus armorum apparatus, collectarumque Valslaini copiarum fremitus vocat. Qui summa celeritate, quando rem Austriacam ferè accisam, prostratamque plerique censebant; conscriptis quadraginta bellatorum millibus validiorem à casu surgentem; eò fortius, mirabiliusque restitutam ostentauit: quò certatim Sueco nomina dare, locareque operam impensius milites viderentur. Nempe rarò Principes fortuna ita destituit vt; illis meliorum rerum, feliciorisque status spem prorsus abscondat. Etiam si eorum labante fortuna, plurimi inconstantibus animis ab ijs mutata fide, desciscant; pauci admodum fidi aduersis rebus perculosos, deiectosque sequantur.

Valslaini copia numero formidanda.

Valslainus igitur mensē Aprili ineunte, comitatibus optimè, atque

Moravia armis instructus Znaimo ex *Marcomanis profectus vniuersas copias in Bohemiam immisit; eo tempore quo Torgau Saxones habito conuentu de imminente Fridlandico bello pluribus disseruerant. Censebant alij esse milites conducendos, conscribendasque copias, quæ Regi Sueco vti fortunato, inuictoque Duci traderentur; vt eius felicibus auspicijs militarent, atque omnes Cæsaris sequaces eo Imperatore delerent.

Saxonum consilium

Alij contra sentiebant; non Regi Sueco, sed Saxonum Duci copiarum imperium esse deferendum, non solum, vt suo natiuo Principi; sed etiam ne Sueci Regis potentiam eò vsque auergerent: quoad ipsos postea eam prouexisse tantopere, peniteret: suspirandaque essent ab eò illa subsidia; quæ ipsi nimis facile transmisissent; atque acerbior ipso Cæsare hostis esset experiendus. Hæc posterior priorem sententiam vicit; sed alij sanioris, consilij, maturiorisque iudicij tamen oppido pauci suaserunt: vt rebus cum Imperatore compositis, initaque pace, exteris Germania eiectis, belli flammam cuncta vorantem extinguerent.

Valstainus Saxonibus in medium consulentibus, sed nihil explicantibus, in Bohemiam ingressus Baudinum, & Sclarum primo impetu cepit. Primum iussit incendi, & vsque ad cineres aboleri. Initia bellorum sequitia maximè roborantur: rigor siquidem ab incolis obedientiam extundit; compellitque rebelles, posita pernicacia, ad fidem redire. Sociatis cum Galassij agmine copijs, recta Pragam tendit infestus. Electori Saxonie significari iussit.

Valstainus Pragam oppugnat re paratis Ducis Saxonianis animis tentat.

Se valido instructum exercitu in apertos campos iussu Cæsaris prodijisse ea summa auctoritate, potestateque, vt bellum dextera, pacem sinistra deferret; daturum, utrum vellet hostis: se tamen ad pacem propensiori animo esse; cum non minus boni Ducis intersit hostes certaminibus debellare: quam populorum quietem positis armis, curare: se tamen ita pacis cupidum esse; vt oblatam vltro pugnaudi occasionem auide sit arrepturus: proinde scialem mitteret: qui secum de pace transigeret: dum bellum ad eum iter iniret.

Valstainus pacem Saxonis offert.

Iniectam inter arma frementia à Valstaino pacis mentionem non ex toto auersatus est Saxo; vt potè ad tranquillitatem suis rebus parandam bello aptioris. Arnheimius igitur Valstainum conuenire iussus: ipsiusque consilia, atque animi sensa cognoscere: quæ ille cito prodidit. Se libenter cum Electore acturum de pace: summaque auctoritate deliberaturum: dummodo Saxo ad antiquam, hæreditariamque cum Cæsare amicitiam ex animo, sinceraque fide rediret.

Electoris Saxonis responsio.

Respondit Elector sibi non esse amplius priscam pangendæ pro arbitrio pacis liberratem, potestatemque. Quòd Tillij impotentia, ac violenta arma ad ferendum cum Sueco fœdus compulissent sinè cuius placito nihil se de pace agere posse. Ab hoc Electoris responso Valstainus Chiliarchum Sparaum cum æquioribus conditionibus ad eum legauit, si qua ratione posset, Saxonem à societate Sueci Regis auellere. Sed quia eò omnes Valstaini conatus tendebant,

vt

vt conciliato Cæsari Saxone, Suecum excluderet, paucis diebus omnis spes pacis euanuit. Valfstainus itaq; Pragam versus pergere institit, præeunte cum suis Liburnorum equitum turmis ad exploranda itinera Isolano dnce.

Promoto in conspectum vrbis exercitu, decreuit in debiliori parte, vbi à iusta altitudine munimenta vetustate labantia decrescunt, eam inuadere: Valfstainus Pragam egreditur. qua præcipuè Ferdinandus fortunam sibi ad futuram sperabat. Veteri tamen vrbe relicta, Moldam vado traicere exercitum iussit; atque in monte Albo castra locare, vbi memorabili prælio victus Palatinus Bohemicum Regnum cum hæreditarijs prouincijs amiserat.

Ibi libratissimis tormentis, Saxones ad velitandum cum Cæsareis ingentibus animis prodierunt: sed maiori virtute in vrbem cum clade repulsi. Ipse ad Racini portam constitit, & dum securibus, & dolabris ad eam demolendam incumbit; Granæ Marchionem ad Xenodochij viridarium occupandam cum eius cohortibus misit; eodemque tempore tormenta propugnaculum verberabant. Saxones tam multis in locis ab hostibus oppugnati malè poterant ab affilientibus vbique Cæsareis menia tueri. Itaque è propugnaculis vndique depulsi ad interiora munimenta recesserunt.

Valfstainus ad pontem deflexit, qui veterem vrbem cum Racino comitit; vbi Saxones aggestis trabibus, & transuersis asseribus, septum additum clauserant, viamque munierant; quam acerrima pugna prohibendis ingressu Cæsareis tuebantur. Sed tandem inde quoque deiectione, fugatique Imperialium virtute vrbem victoribus cesserunt. Hoffschirchius conspecta vrbis fortuna, Littomeritium opportunè se recipere maturarat. Deinde de defendendæ vrbis conditionibus actum est. Iniquiores recedentibus latè: cum quatuor, & viginti militaria signa forent ab illis Valfstaino tradenda, solisque ensibus ex vrbe Saxonibus discedendum. Littomeritium Praga dicitur Valfstaino.

Ex tribus vrbibus minor mulctæ nomine militi diripienda concessa; quod præ cæteris maximè Saxonibus studuisset, re vera autem quia diuitum mercatorum aduenarum frequentia erat cæteris opulentior; cuius opibus Valfstainus veluti primi suarum expeditionum fructibus, & manubijs ditare milites voluit. Bohemis popularibus suis immunibus à clade seruatis: duabus reliquis vrbibus direptionem se remittere simulauit: dummodo ingens pecuniarum modus sibi donarij nomine penderetur. Vrbs minor diripitur.

Ad suas proprias ædes diuertit incolunes ab hoste seruatas; non ipsius causa, quem perditum maximè voluissent; sed hospitij mitiori, ac magnificentia datum, ne inuisissimi capitis domicilium dirueretur. Etiam inanimulorum pulchritudo quandam erga se venerationem in mortaliū mentibus excitat.

Bohemiæ Regia vnus quasi impetus celeritate recepta, futuræ totius belli victoriæ Fridlando spem fecit: erexitque animum, vt maiora animo destinaret. Ex templo porta restitui, repararique quassata tormentis menia iussit; atque aliquos ciues in vincula duci, qui cum hoste consensisse insimulabatur. Continuato victoriæ cursu breui Saxones, Littomeritio excepto, tota.

*Valstai-
nus Sa-
xonis ro-
za Bohe-
mia ex-
gellis.*

tota Bohemia armis exegit. Quoniam vir bello acer egregè arma tractaret, non tamen vasti, callidique ingenij, artes non minus ipso ense duci necessarias intermittebat. Nouas pacis conditiones Saxoni obtulit, non tam, vt eius milites parum belli laborum patientes iniecta pacis mentione, sopiret; quam vt per nuntios, qui vitrò, citroque meabant: Electoris consilia, exercitus habitum, partesque singulas exploraret.

*Valstaini
astutia.*

Saxo astu Fridlandi deceptus nulla non diè rursum, prorsum legatos de pace ineunda mittebat: à qua omnino Cæsareus abhorrebat. Hæc testè Fridlandi artes erant etiam ad serendas inter milites seditiones idoneæ, remittendæque castrorum custodiam; vt eos improviso impetu imparatos posset inuadere; sicuti mox facere tentauit; cum traductis clanculum aliquot vltra Albiem legionibus, parum absuit, quin Saxonem medium opprimeret: verum Arnhaumius intentioni cura Fridlandi consilia rimatus imminutas copias Cæsareas intuitus, circumquaque celeres illico equites misit ad explorandum, quorsum Cæsarei tendissent; cognitisque Valstaini insidijs, simili astu, arteque eius dolos eludere statuit. Idcirco se fidem habere eius tractatibus pacis solerti animo simulauit; nullamque diem intermittebat; quin literas, nuntiosque de pace mitteret ad Fridlandum.

*Arnha-
mi iuler-
tia.*

Verum interim dispositis impedimentorum plaustris, expeditisque tormentis, & cohortibus, Praga egressus nouis armis instructus, tanto silentio Pilsnam, atque inde ad Littomeritium iussit impedimenta traduci, vt diligentissimâ Fridlandi solertiam fefellerit. Mox ipse quoque cum omnibus copijs ponte flumine superato, abruptoque à tergo, vt sui insequendi hosti adimeret facultatem, extruere munimenta, ductisque lorice exercitum sepire, munireque cepit.

Fridlandus mane cognita Saxonum fuga, suis ipsius artibus circumuentus, ira simul, doloreque actus infrenduit; sed æquo animo nihilominus fuit hostium discessus ferendus. Nunquam hostis totam noctem stertere putandus est: insidias struenti accuratius excubandum.

*Bauari
Ducis de
inuaden-
do Sueco
Rege con-
siliium.*

Dum hi duces artibus magis, ac dolis, quàm ensibus pugnat; Dux Bauarus Regem Suecum Frisingheni agentem inopinato impetu incautum, inuadere cogitauit: eoque Ratispona validum mille equitum agmen transmisit: vt posteriorem castrorum partem intempesta nocte facta subita impressione, opprimeret; sed à vigilibus detecti, cantatoque totis castris bellico, insurgentibus vndique in Bauaros Suecis, eorum pluribus interfectis, & captis, fugam capefcere coacti sunt.

*Monachium
Sueco
Regi ce-
dis.*

Rex Bauari defunctus insidiarum discrimine Monachio exercitum accedere iussit: quæ ciuitas imbellis delicijs tantum, & voluptatibus quibus frui solent Principum Regiæ, non armis tractandis, nec belli laboribus assueta legatos ad Regem properè, misit supplex orans: vt procul ab vrbe exercitum sifteret; exiguumque tantum præsidium mitteret, quod libenter erant patefactis foribus accepturi: aliaque difficiles deditiois leges Regi ferebant: ad hoc tantum vt diu Regem ludificando, eatenus distinerent: donec firmis

firmis dux Bauarus contractis auxilijs, vrbi subsidio veniret.

Rex tamen omnibus reiectis conditionibus, vt nulla mora cum tot cohortibus in urbem reciperetur, quæ ad eius præsidium satis essent, trecentumque tolerum millia in copiarum stipendium, congiariūque soluerent, imperavit. Quæ dum agerentur, nihil exercitum morabatur, quin pleno gradu Munachio appropinquaret. Idcirco fuit ciuibus Regis petitionibus acquiescendum; & cum tanta pecunia in numero non esset; illam à Ducis ministris mutuari coactō sint.

Rex lætus hoc felici successu, quòd Vindelicæ ducum sedem nullo stricto gladio subegisset; binis florenis milites donauit; ipse solitis dynastis eius stipantibus latus, urbem inuehitur, cum tribus tantum peditum legionibus, reliquis copijs in circumiecto agro castra ponere iussis. Ad ducale palatium diuertit: illumque populū humanissimis verbis solari, ipsius votis annuere, petita concedere, denique suauissimi principis omibus specimen exhibere.

Rex Monachium ingreditur

Sicubi ad promerendam Catholicorum gratiam omnes artes adhibuit; certè in conciliandis sibi illius populi animis nullas Monachij pertermisit atque ita se facili, miti, tractabilique ingenio in illa pia, religiosaque vrbe demostravit; vt artium principum rudes putarint facillimum, vt Catholicam reigionem amplecteretur illi potuisse suaderi, atque ad veræ fidei veritatem adduci.

Sueci Regi facillimitat

Interfuit in Catholicorum delubro missæ sacra facienti; singula obseruabat, mirabaturq; purissimos ritus, quasi ex decore illo, sacrosanctoque operandi pleno dignitatis munere caperet voluptatem: de quo latinè presentes affatus est plura citra illum hereticorum liuorem, quo Catholica sacra ore sacrilego infectantur. Sic die ineunti sidera Domino sacro, maturius solito pransus ad Diuæ Mariæ templum processit: omnes illius festi diei ceremonas quam attentissimè multa cum grauitate lætus aspexit: quasi aliqua religionè tangeretur: nec minimo verbo damnauit Catholicos ritus.

Sueci Regi pietas

Post nostra sacra curiosiùs notata: quorundam ciuium prodente perfidia cognouit, Bauarum ducem antequam discederet, plura muralia tormenta humi defossa obruisse, atque in illorum vno condita esse triginta aureorum millia. Locum latentis thesauri edoctus armamentarium se velle inuolare simulauit: ostensum locum iussit effodi, eggerique humum, duo, & octoginta maiora muralia tormenta præcipuè illud auro grauidum eruit: inter ea duodecim miræ magnitudinis, quibus Apostolis cognomina, censebantur.

Monachij diues præda.

Reliqua minoris formæ centum quadraginta erant, quorum pluribus erant impressa ducis Brunsvicensis, & Dani regis insignia superioribus bellis illis ademptis: quæ omnia trahi Augustam iussit, quasi diuinās, se urbem illam non esse diutius retenturum, à qua sacris, & religionis placitis diffidebat. In conspectu tamen vrbis in aciem instruxit exercitum; agminaque in pu-

in pugnam diuidens explicatis suis quibusque locis ordinibus; vt obiecta illa pulcherrima dispositi exercitus specie, iucundissimo spectaculo ciuium oculos detineret: & eorum obsequia, humanitatemque erga se illa suarum virum ostentatione pensaret.

Quadam die inter cœnandum acumbentibus Palatino Augusto, Vinmariensi, Holsatiæque ducibus cum primoribus ciuitatis multa hilariter iocatus, inquit, *non esse amplius ambigendum, quin Palatinus in pristinam Electoris dignitatem, suamque ditionem restitueretur; cum & in Vangionibus multa adhuc oppida eius armis ac nomine tenerentur, & Monachij in sui hostis regia cœnaret*: perinde ac si Monachij cœnando Electoris dignitas niteretur. Verum hæc Regis erga eius vrbis ciues facilitas, & humanitas nihil aspera agrestium pectora cicurauerat; nec animorum duritiam ipsius comitas emolliuerat. Si quidem rerum suarum tenaces cum scirent Lutheranæ superstitionis Regem esse sui principis hostem: multa eorum millia ad arma consternata, sociatis cum Sueuiæ rusticis armis, quoscunque Suecos obuios crudeliter obtruncabant.

Conuenere frequentes ingenti agmine ad Brigantiū Sueuię vrbem occupatisq; repentino impetu Rauenspurgo, Eluarga, alijsque oppidis, quosquos fors obtulit, Suecos barbara immanitate peremerunt: sed à vicinis Suecis præfidiarijs semel, & iterum cæsi, deletaque maiori eorum parte, ad sua mapalia ad tractanda sarcula redierunt.

Rex otium Monachij segnemque vitam pertæsus redijt Augustam tantis honoribus ab eo populo cultus; vt inter cætera effusæ gratulationis blandimenta eius imago in tabella cuprea expressam simul vrbem non illepido sanè anagrammate *Gustauam* appellatam manu tenens procusa fuerit. Adeò nostro malo seruimus, vt inuauissimæ libertati nimia a stentatione, miserrimæ seruitutis compedes præferamus. Rex iterum Augusta regressus Monachium acitis ex omnibus præfidijs cohortibus, & turmis Donauertam coactis in vnum agmen omnibus copijs contendit.

Discussis repentina Arnhaimi fuga Fridlandi consilijs, tota excepta. Egra, in Vangionum finibus Bohemia recepta, Bauari ducis cepit precibus flecti; à quo amplius abesse, eique negare subsidia sine perfidiæ nota non poterat; quia illum Sueci Regis arbitrio Vindelicia deserta, quàm maxima itinerum contentione, & copiarum conatu iam mouisse in Bohemiam secum arma iuncturum audierat: & ne quid Fridlandus hostile in Bohemia relinqueret, copiarum partem ad Egram expugnandam misit. Curabat in illa pro Saxone Duce Itarshedellus, qui forti animo ducentis Imperialibus cæsis, primos eorum impetus fregit; at nouem alijs legionibus ex aduersa vrbis porta ad mœnia succedentibus, vrbem æquis conditionibus dedere, saluis impedimentis, & armis animum flexit. Egra recepta, Holchus Elnboghenum inuasit: vbi Vitzumbus præsidio præerat: quod cū ex collectitijs agrestium delectibus militaris rudium disciplinæ sine comitatibus, sulphureoque puluere, esset in lucro putauit, honestas deditionis leges accipere: quam facere

Egra ditionem cum Cæsaribus pacis cisit.

facere quoque à Duce Saxone iubebatur.

Valstainus subacta ex toto, pulsus undique Saxonibus, Bohemia, contentaque cum Duce Bauaro per citatos tabellarios armorum coniunctione: Egram cum reliquis copijs profectus est. Bauarus Ratispona firmissimo præsidio munita, ad Valstainum cum toto exercitu centum, & triginta equitum turmis, & quatuor, & quinquaginta peditum cohortibus valido tendebat. Primum agmen Ioannes Ebernandus Sciamburgus ducebat: qui vbi Sultzbachum attigit Augulti Principis Palatini Duopontium Ducis fratris sedem, productis tormentis urbem aggreditur. Non desuere sibi, aut patriæ ciues in tuendis strenuè mœnibus. Sed cum nullus esset exterus miles mercede conductus: qui vicissim excubaret ad mœnia: fessoque ciui ad pugnam succederet, continuis vigilijs, ac certaminum laboribus fatigato: urbem equioribus conditionibus Bauaro dederunt: quas tamen militum insolentia violauit.

Bauarus Ducis exercitus ordo. et numerus.

Vix enim duabus primis peditum cohortibus in urbem ingressis, additæ aliæ ad septingentorum peditum, & quadringentorum equitum numerum, contempto fidei sacramento, urbem sedè diriperunt. Rapta spolia, atque iniquæ manubiæ Ambergam ad seruandum missæ: diruta arx fuit: ac sex florenum millia perfidiæ, avaritiæque auctarium periuris pendere ciues coacti: malè ab armato Marte fides reposcitur.

Sultzbachum deest per fide à Ca sariis diripitur.

Rex Suecus de Bauari Ducis copiarum in Bohemiam hætenus ab eo non credita profectio admonitus, cum nequaquam fieri sibi posse videretur: vt Bauarus propria ditione hostium arbitrio destituta, abductis omnibus copijs, aliò migraret: tunc cognoscere cœpit, alios etiam præter se bellicæ peritos disciplinæ exercitus ducere, administrareque bellum calere: Illa cura, quæ eum antea non pupugerat: animum angere cœpit: nullum hostem esse spernendum: & plantas, quæ tenero culmo surgentes cultro non præciduntur: ad eas postmodum adultas, vbi induruerint, succidendas opus esse securi: & sicut quominus Valstaini copiarum, ne vnâ se iungerent, prohibere non potuit: ita futurum esse difficile, eas oppugnare arguit. Ducis Saxonis viribus, prudentiaque fretus nihil huic incommodo consuluerat. Atqui Lipsiano prælio perspexerat: quantæ virtutis essent Saxonica arma: quibus præter Arnheimium nihil virium, nihil roboris erat. Festinato igitur Donauerta discedens Noribergam processit. Noctè de instantibus curis sollicitus duxit insomnem.

Rex Suecus festinè expedit.

Mane vrbe egressus in castra ad prætorium se contulit iussit exercitum albescente a urora ad iter ineundum in expedito esse. Hic ordo fuit procedentis exercitus. Præibant decem peditum legiones cum quadraginta curulibus tormentis: quorum viginti erant grandioris formæ, cætera campestria. Has centum equitum turmæ sequebantur, quæ impedimenta ponere trahebant: in postremo agmine sexaginta peditum cohortes, & quinquaginta equitum turmæ cum triginta campestribus tormentis, cum reliquis impedimentis præcedebant. Huius Sueci exercitus progressus eò tendebat:

Sueciorum exercitus ordo.

bat : ne Bauarus cum Valtaino arma coniungeret , impediret . Prima ca-
Lauffin. *Cæsari* *et Bauari* *arma* *coniun-*
gant. *str*a ad Lauracum sub vesperam locauit : secundis Lauiacum tenuit . Rex
 Suecus Slamensdorffi in arce semidiruta pernoctare decreuerat : ad quam
 Sultzpachi etiam dynasta diuerterat : sed certior factus , Bauarum Ducem
 cum vniuerso exercitu non procul inde sex passuum millibus castra habere :
 noluit arcis augustijs includi : sed patentibus in campis vna cum
 suis copijs sub dio vigil illam noctem , armatusque transigere :
 ne se inopinantem , imparatumque hostis inuaderet . Ma-
 ne postea per certos nuntios allatum est , duos
 hostiles exercitus Cæsareum , & Bauarum
 simul arma sociasse : cum nulla spes
 amplius superesset impediendi
 quominus se vna sociarent
 Lauiacum reduxit
 exercitum .



IOSEPHI RICCI BRIXIANI

Clerici Regularis Congregationis Somaſchæ

DE BELLIS GERMANICIS

Liber Sextus Epitome.



VALSTAINUS, iunctis cum Bauaro copijs, regijs castris insultat. Ermeſtainum Castellum à Treuirensi Electore Gallis traditur, fidei pignus. Varia Pappenhaimij bellica gesta explicantur. Imperialium, ac Saxonum leues pugna narrantur. Ad amnem Viadrum Casarei à Saxonibus cadunt: ^{Hildesheim.} Tubatellus Freistati Imperialium commeatus, flammis absumit. Rex Imperialium subsidium fugat, Valſtainum irritò conatu in suis ipsius castris inuadit. Raina à Bauaris capitur: quæ mox à Sueco recipitur. Bauarus à Valſtano discedit. A Saxonibus Quadi, Saxonones verò à Casareis bello vastantur. Aſcalingium à Pappenhaimio capitur. Lipsia deditur Valſtano. Landsperga, Bensfelda, Antennacum Bambergæ in Suecorum potestatem veniunt. Casarei, & Sueci ad Lutbergenam acie concurrunt. Rex Suecus eo prælio, & Pappenhaimius cadunt: Fugati Casarei campo Suecis cedunt. Valſtainus suis exercitus reliquias in Bohemiam ducit. ^{Zniensium} Lipsiam, Cygneam exactis Casareis, Sueci recipiunt. Hornus in Tribocibus plura oppida expugnat. Dux Lotharingus mouet in Suecos. Franchentaliam Suecis Hispani cedunt. Federicus Comes Palatinus Bohemæ Rex moritur. Tergetium in Heluetijs ab Vuſtembergensi duce capitur.

ETSI



T S I destinatum Austriacis Suecici belli fulmen Magdeburgi igne conflatum Lipsiana clade suum valide impetum vidimus effudisse: non tamen ad eò ipsius ira resedit; quin iterum, atque iterum illos violentiùs, atrociùsque concussit; cum maiorem Imperij copiarum molem, supremosque virium conatus Lutzensi pugna grauiori ictu dissecerit: quãuis eam cladem Sueci Regis interitu non ex toto Austriacis rebus aduersa fortuna pensarit.

Duo maximè celebres nostri seculi duces in mutuam perniciem semper intenti formidandis exercitibus septi errabant campis de rerum summa vniuersa acie fatis impellentibus pugnaturi. Mutua erat alterius apud alterum existimatio virtutis: par vtrique animus, & fiducia, & æqualis hostis artium, fraudumque formido; neutro ex æquo aciem audente, cum alteruter prælium paribus viribus declinaret; ac se continens castris lacescentis hostis ad pugnam inuitamenta respueret: in id tantum sollicita excubans cura, si quis hostis error ad illum ex tutiori obterendum aditum aperiret.

Imperialis exercitus numerus.

Vallstainus iunctis cum Bauaro viribus sexaginta bellatorum nullibus validis ultra amnem Vilsam Bohemiam versus suos ordines explicauit Liburni velites quocunque ad hostem lacesendum, excurrendumque in hosticum equitatu leuiore transmissio natatu flumine in Sultzbacher confinia, in eundem opportunè locum euecti: quò Rex Tubaldum cum quinque equitum turnis excurrere iusserat; vt hostium consilia magis è propinquo exploraret in Suecos equites inciderunt. Rex citra Pegnitzium intructa acie constiterat. Tubaldus, vt suæ virtutis aliquod specimen ederet; in Cæsareos valenter incurrit; ex quibus breui centum leui certamine trucidatis, cæteris simulata fuga vertentibus terga animosiùs inibat: atque eo vsque pugnandi ardore prouehitur, donec in paratas insidias prolabitur; tunc vndique Liburnis exilientibus è latebris circumuentus capitur: eius cõmilitonibus interneccione deletis. Captiuus ad Vallstainum ductus perhumaniter ab eo exceptus est. Quod si Rex Suecus toto eo bello

Lenis pugna inter Cæsareos et Suecos.

Vallstainus lenè ingenium induit.

facilitatem, comitatemque animi egregiè in hostes Catholicos simulans ijs versut.æ, calliditatique artibus clementis sibi principis famam parabat: non minus Vallstainus quanquam se uero, grauique vultu, humanius, suauiusque ingenium ad promerendam omnium beneuolentiam induebat: præcipuè in hoc Suecico bello in omnem simulationem compositus faciliorem se æquè hostibus, ac Cæsareis ostentabat. Vocatum igitur ad cenam Tubaldum omni cupediarum magnificentia, lautitiaque accepit. A cena remotis arbitris, sic eum affatus est.

Tubaldus affatur.

Nibil enim verò in rebus humanis est undecunque asperum, aut durum; quod aliqua intermixta solatia non molliant. Te mihi captiuum aduersi fortuna Martis adduxit: nulla tamen captiua conditionis dispendia sentis: nul-

la miserae damna seruitutis experiris; nisi quod tuorum commilitonum ora non vides. Bellica virtus etiam ipsis hostibus venerationem extorquet, & laudem; & in hostilibus castris captiua triumphat.

Mihi sane tanti est tui praesentis copiam habere potuisse; ut cuius celebrem virtutis absentis famam à longè suspexi: nunc in meo tabernaculo propinquam, adhaerentemque lateri omni honore complectar.

Puto Superum consilio factum, ut insidijs excipereris; ut praesens mei animi sensa, cogitationesque audires; quae literis, & nuntijs temerè committendae non erant; ut gliscentia Germaniae bella tuo studio, ac opera tollerentur: quorum nisi maturè praefocetur incendium; citò in perniciem totius Germanici nominis est perpetuis ignibus exarsurum. Nec me, quòd videas his praepotentibus copijs armatum, belli magis, quam pacis studijs teneri putes.

Coegi sanè undique agmina bellatorum, conscripsi exercitus, has fortissimas copias conduxì: non ut Regem his armis oppugnem; sed ad pacem facilius, potentiùsque compellem: ratus, si ego valido exercitu Regis conatibus, atque armis occurrerem; suis ipsum quoque sollicitum rebus sedulo prospectuum: ne tot annorum victorias, laborumque fructus in unius diei hora discrimen; aut, si pacem recuset; firmior persequar bello.

In his manibus pacem, bellumque fero: penes me est utriusque summum arbitrium. Nec supremi copiarum ducis munus, nisi cum amplissima sancienti pro voluntate, rumpendique foedera: pangendae, scindendaeque pacis potestate, suscipere volui: ut etiam si tot armis stipatus incedam, officijs magis, & obsequijs, quam Martis violentia Regem ad pacem flecterem: & quod ipse bello reposcit: ultrò nullo addisente Marte concederem.

At quae rerum media, per Deum Immortalem, inter Imperatorem, & Regem difficultas occurrit? quae mea sollicitudine, ac potestate, citra militum vulnera, & tot infantium popularium sanguinem tolli non possit? Quorsum Rex praecipuus malò consilio in arma ruit? si pace sequestre, potest suo voto damnari? Nec sibi perpetuo propitiam fortunam speret: quae instabilis rota vertigine uno tantum pede haerens à culmine mox praecipitat: quem paulo ante impotentibus studijs ad fastigium euexerat. Vitrea est, tunc, cum splendet, frangitur. Non durat, neque ad ultimum exit, nisi lenta felicitas.

Nec auxiliariibus Germaniae Principum copijs fretus Caesaris arma contemnat. Cessere, fateor, Duce Tillio Suecica victa virtuti, non Valstaino ductore: cuius hostes nunquam praetio fugientis terga viderunt. Recogitet, oro, quorum excitus vocibus, Baltico mari transmissò, Germaniae bellum intulerit: nullus est, qui suis dumtaxat viribus nixus: ne de bello quidem cogitare, nedum tentare Casarem ausurus fuisset. Alieno periculo uti malunt, quam suo: ut Austriacam domum oppugnent: quam si Suecicis armis affligerent: composito primi cum suis popularibus pace, in exteros simul iurati arma converterent: atque aduenae Regis potentiam in-

media Germania surgentem: omniumque cervicibus imminentem communi-
bus viribus ire perditum properarent. Sufficiens illi quidem Regi auxilia
ut vincat: sed à victoria in sua viscera eorum tela adigi sentiet: ut eo vi-
cto, ac Germania depulso, ipsi soli fructus victoriae decerpant. Imperij ra-
tio abolet omnem ingrati animi labem. Hanc unam Principes violata fi-
dei, suisque dolis nullo pudore pratendunt: cum sua, quàm aliena potio-
ra ducant.

Cæsar, cum illi liberet, pacem habet in potestate; quam inire cum po-
pularibus suis, etiam inuito Rege, pro arbitrio potest: si leges, quas ferunt,
volet accipere: quæ non de imperio illi abrogando, quòd ipsi sponte suffra-
gij omnibus detulerunt; sed de conscientia libertate vindicanda proponun-
tur: quam illis, si necessitas premet: si nimia bellorum incommoda co-
gant: faciliè permittet: ut eos à societate Regis auellat, & Suecicas par-
tes enervet.

Nec pluris hoc Cæsari stabit, quàm papyri folio: immo uno tantum
verbo, fiat. Tum Regi à socijs destituto, ab amicis deserto in alienis ter-
ris procul ab domo quid fiet præpotentibus Cæsaris armis. obfesso? Verum
socij Principes ob isto cum Rege fœdere non discedant: iurata fidem reli-
giosè cotant: quid tum auxilij ab imbelli, timidaque gente ad bellum con-
sciendum poterit expectare? Lipsiana pugna satis docuit: quanti in armis
Saxones sint: quid ab ijs opis. in dubio Marte sperandum: in qua nisi Rex
vester pulsus iam, fugatisque in tempore superuenisset: atque in aciem suis
integris repente copijs inductis, prælium restituisset: à media tantum Cæsa-
rei exercitus parte cæsi, protritique fuissent: mox iterum à Bobemia prius
fugati, exactique sunt: quàm Cæsarea arma viderent.

Alij verò socij ausi sunt aliquid sanè, sed furtim (non inuidiosè dicam),
sed vestrorum armorum societate subnixi: sed procul ab hoc numero va-
lidoque exercitu: cuius vobis aduersa castra videtis: in quo plurimi ve-
terani duces, ac strenui bellatores, victricia Italiae agmina cum Hispano-
rum, Insubrum, Neapolitanorumque auxiliarijs alis propediem adfutura
pro Cæsare dimicabunt: cum quo si vobis acie congregiendum fuisset; ne-
scio, an de geminata de Tillio insolici sene victoria vos tantopere iacta-
retis.

Soli Vindeliciae, Suenia, Holsatiaeque rustici vestrorum militum rapi-
nis ad arma concitati, nullo Duce inconditam turbam moderante, nulla
militari disciplina, nativa tantùm feritate affi, identidem vestra signa car-
pendo, in palantes ferociter incurfando, ostenderunt: quàm vobis difficile
fuerit, negotijque plenum, in hostico pabulari, prædarii que agrèstium do-
mos, ne dum validos exercitus peritis, ac strenuis ducibus refertissimos
vincere: qui nunquam à vestris vestigijs abscedentes, vos in omnes rerum
angustias compellent.

Quid, si ego milites meos, qui Tillianum indignati imperium Regi ve-
stro nomina Cæsare deserta, dederunt: amplioribus stipendijs præpositis.

ad.

admotâ signa venocabo vobis futurum erit . Diffluet certè vester exercitus ; ad suam pristinam tantulam summam , qua mare Balticum traieci-
 sissis , redibit . Ecquota enim in vestris copijs pars Suecorum militum est ?
 Vix duodecim bellatorum millia in Germaniam traducta tantum bellorum
 excitantur .

Germani transfuga vestrum suppleant exercitum ; qui vbi mea signa expli-
 cata in sinuosos flexus à vexilliferis ventilari conspicient : vestris vigili-
 bus intentiori cura excubandum erit , ne ad me turmatim dilabantur mili-
 tes mei , quam ne vestra copiæ repentino impetu , armis Casareis oppri-
 mantur : patriæ charitas , ducis amor , contubernaliū suavis recordatio ,
 delendæ perfidiæ notâ cupiditas eos in solita castra compellet . Hærent in
 visceribus vestris , vobiscum tendunt , habitant , pugnant hostes occulti , su-
 giendi aditum circumspèctantes .

Quanto igitur satius esset , vestrum Regem tot insidiarum dubiæ socio-
 rum fidei , validissimi hostilis exercitus obsequium periculis in medio rerum
 felicitum cursu , nullum adhuc refragantis expertus fortunæ ludibrium , ple-
 num veræ , intaminatæque gloriæ pacem cum Imperatore componere ? am-
 plissimumque pacatâ Germania in patriam titulum ferre ? quàm ferro cum
 extremo rerum suarum discrimine dimicare ? Dimicandum sanè erit his ipsis
 in campis : nisi aut pacem oblatam accipiet , aut à Germania discedet . Ne-
 que enim , si pacem cupio , pugnam detrecto . Aderit iustiori causæ bello-
 rum Numen à cuius arbitrio pendent bellorum euentus . Tu matè animo-
 sis , tribune , abi , & hæc meo nomine tuo Regi renuntia . Tuæ legationis
 præmium sit concessa libertas .

Ita Vallstainus spem , insidiarumque metum iniiciens liberum tribunum
 ad regem dimisit . Qui fraudolenti ducis artium , astusque gnarus nihil de ge-
 rendi belli consilio , ac cogitatione mutavit ; nec passus est à suscepto bello
 se dolosis Vallstaini verbis abduci : verum cum longè se viribus inferiorem
 aduersus ingentes Imperialium copias videret ; Noribergam iterum rediit ,
 atque accuratè eius vrbs recognitis munimentis , decreuit , sub eins mœni-
 bus castra munire in loco omnium rerum abundantia affluente , & comnea-
 tibus excipiendis idoneo ; ibique suos milites per vrbiū præsidia sparsos
 prætolari ; quo vniuersis copijs rursus cum hoste congregari posset . Dum
 munimenta educebântur ; ad omnes copiarum Duces , chiliarchosque scrip-
 sit , vt cum omnibus cohortibus , & turmis ad se in castra venire matura-
 rent .

Promouebant pariter , sociatis armis , gradum Noribergam versus Cæsa-
 rei duces ; vt cum Sueco acie confligerent ; sed Rege se intra munimentorum
 septa tenente ; omnem circa agrum populari , diripere villas , ac vastare cœ-
 perunt ; ne Suecus pabulari , frumentarique posset ; hostiliaque castra omni-
 bus comneatibus intercluderent . Plura castella , oppida , pagos prædati so-
 lo æquarunt . Quare paucis diebus maxima annonæ caritas toto eo terra-
 rum tractu inualuit . Saluti fuit Sueco ingens vrbs comneatum apparatus .

Bb 2 tus,

Suecus
 Rex Val-
 staino ab-
 stitit.

Cæsaris
 Suecum
 Regem
 persequi-
 tur .

tus, frugumque omnis generis copia maturè collecta; quò affatim regijs alimenta sufficit: nam quotidie octoginta panis millia pondo ferebantur in castra.

Interim inter vtriusque exercitus milites leuia certamina ferebantur: nec se aggeribus clausos timide contineri Sueci sinebant; quin per occasionem bene gerendæ rei in obequitantes castris Cæsareos è munimentis erumperent: virtutemque suam Imperialium strenuitati componerent. Pudebat Regem sibi intra munimenta clauso ab hostibus insultari. Itaque socios, amicos per celeres tabellarios sollicitabat: vt ad se iunctis viribus properarent. Quamobrem Cancellarius Oxensternius, Birchenfeldius, Vinmariensisque duces, ac Cattorum princeps indixerant, vt ad Herbipolim arma sociarent. Dux Saxo duas equitum, & totidem peditum legiones duce Hoffchirchio submisit.

Rex undique contra Cæsareos constituit auxilia.

Treuirensis Elector Ernestinum suæ fidei pignus Gallis commisit.

Hinc castris descriptio.

Galli in Treuirem suæ fidei ingrediuntur.

Treuirensis Elector multa cum fide mediam personam inter Imperatorem, & Suecum agere: atque à neutro stare constanti consilio pergebat. Sed aliquot Hispani milites ab eius ditione faceffere recusabant: quorum freti armis prouincialium plerique partes Cæsaris mordicus tuentium sui imperata Principis aspernatæ debitum obsequium impendere indignabantur: sed Elector in Galli Regis accepta tutela persistere inconcussa fide perseverans, vt Gallum ad se tuendum, quotiescumque necessitas posceret, aliquo pignore obstringeret: in Ernestinum munitissimum castellum Gallicum præsidium induxit: quod Rheni litori obiacens Confluentiæ aduersum in edita rupe surgens, nullis circum eminentiori fastigio sese efferentibus cliuis, inexpugnabile omnium sententia censetur: cui aduersum aliud ex solida caute instar scopuli saxum extollitur adeo prope, vt procul aspicientibus iunctæ siles videantur; sed demissiori culmine: in quò pariter arx extructa latè despicit inferiora.

Ad montis radices, quas Rhenus abradit, ad principis delicias extructa sunt pulcherrima domicilia: quæ cum sint sub castelli iætu, tormentorumque iactibus; ipsa quoque non parum munita putantur. Firmum quoque vallum litore toto protenditur, quòd sicuti Coblenzium, eiusdem Treuirensis Electoris, Hispanorum militum præsidia tenebant.

Sita est vrbs, vbi Obrincus amnis in Rhenum influens tellurem vtrinque castigans angustè fastigiatur: hinc Rheno, illinc Obrineo suis fluctibus alluente; quamuis vrbs ad Obrincum magis, quàm ad Rhenum vergat, quæ aptissimo iungitur ponte.

Mariscallos, a Forzia propius Treuirenses fines promotis cohortibus cum Electore conuenit; vt sibi Ernestinum castellum traderetur. Quare illud tantulum Hispanorum præsidium secedere coactum est; succedentibus Gallis, qui duodecim peditum cohortium præsidio castellum firmarunt. Timebatur, ne Coblenzium quoque Galli milites occuparent; sed Suecorum Montiaci præsidiaræ cohortes Ringrauius duce in campos egressæ illo celeriter festinarunt: fortunatoque euentu Kalendis Iulij ab Hispanis Succoma-

gis quàm Gallo fauentibus oppidum receperunt; qui data ad sexdecim passum circum millia publica fide, cum suis impedimentis, & armis in pacatum abierunt. Quo casu territa reliqua Hispanorum præsidia; quæ varia illius Electoris ditionis loca tenebant; sponte desertis oppidis recesserunt: præter Philisburgi, Vndenhaimique præsidarios, à quibus cum Electoris tubicen postulasset; vt inde abirent: præfractè responderunt, se neminè alium, quàm Cæsarem dominum suum vereri.

Non minor terror Coloniensem ditionem corripuit; Cuius princeps Elector suis Bonæ sedibus timens, charissimis rerum auctis, Coloniam secessit.

Pappenhaimius Stadeno profectus per Brunuicensem Prouinciam duxit exercitum: cuius parte Gronsfeldto tradita, ipse cum reliquo agmine Mindenum contendit, ibique propugnaculo excitato, vterius propè Cattorum fines copias admonit. Inuitatus à Bauaro duce, vt Tillij munus susciperet; ingentibus præmijs oblati, paludamentū reiecit: cum sciret Bauaras copias corrupta militari disciplina in degeneres mores effluxisse: pluresque in illis duces id muneris percupidè ambire.

Varij Pappenhaimij conatus.

Cattos interim acerrimo persequens bello cunctat incendijs, rapinis, direptionibus deuastabat. Landgravius suorū cladibus indolens ad Pappenhaimium tubicinem misit oratum: vt boni militis in suos populares more bellaret; non flammis incendiarius in tecta sæuiret, pollicitus se quæ mox in campos suos milites educaturū; vt ferro, non flāma decerneret.

Pappenhaimius Cattos bello affligit.

Comes nihil Landgrauij precibus flexus vrere, demoliri cuncta pergebat; vt pote qui ijs belli incommodis Cattos ad fidem erga Cæsarem cogere peroptaret; apteque legationi respondit, militiam non minus telum flammam censere, quam ferrum; eam vtrisque vti, suæ iræ ministris, vtrum potius adhibendum sit, duci iudicandum relinqui. Totum igitur Vualdechi agrum ferro, igneque popularus "Stereütium vsque infesto agmine procurauit: vbi octoginta equites ab hostibus interceptos, turmale vexillum, & tribunum Lolinum amisit, qui audacius intra tormenti ictum propècænia prouectus à Daluuingo in subeuntes fortiter erumpente, cum pluribus alijs captus est.

Cassel.

Imperiale iurisdictionis.

Comes cognita illius vrbis expugnatione multi diurnique laboris futura in Brunuicensem rursus agrum redire constituit: atque ad Gronsfeldtum literas dedit; vt ad iungenda secum arma contento agniue properaret; quo communibus consilijs, ac viribus bellum gererent.

Coniunctis igitur in agro Lupiensi copijs, de inuadenda Turingia cogitauit; sed de Baudisini, Luneburgique ducis vicinitate exercitus monitus, aliò flexit agmen; traiectoque amne Visurgi, cū quinquaginta cohortibus Vuoschnarchum iter intendit quod paucis antediebus ipsius milites Cattis dederant.

Gronsfeldtus primū agmen ducebat; quod vix Catti intuiti, etiā si essent quatuordecim equitū turmæ, deserto opido, viā ad montis vicini radices

*Catti à
Cæsaris
cōciduntur*

conferto agmine in eunt. Cæsarei abeuntes strenuè persecuti, àdeptique in quodam exiguo saltu seperunt: quo se illi veluti quodam vallo munierant: pugna strenuè vtrinque initur; sed vt plerunque solet esse fortuna fugientium, Catti cæsi ad ducentos, totidem capti inter quos erant plures turmarum ductores; reliquis fuga prospexit. Cæsareis, præter victoriam, nouem turmalia vexilla, & quinque ænea tormenta assequutis.

Paderbon

*Hildes-
heim*

*Pappena-
himius
Calomber-
gum oppu-
gnat*

Pappenheimius post huius felicè expeditionis euentum; peditum agmina, quæ in Feuderti agro coegerat, ad se iussit adduci: quibus additis firmior, transmissis Visurgi, ad Calenbergum castra locauit; Baudisino interim, Luneburgique duce * Ascalingij morantibus. Quinto idus Iulij Mauritio monte superato, instructa ad pugnam acie in eius vrbs conspectum produxit exercitum: octoque muralibus tormentis in vicino colle dispositis, coepit missilibus menia perfodere.

Quamquam probè nosset illud oppidum difficile obrineri posse; quod eius sociorum vicinæ copiæ obsessis adderent animum; ad retinendam tamen Imperialium armorum existimationem si in hostilis exercitus oculis urbem Suecicis partibus adhærentem oppugnaret; eam; expeditionem suscepit. Ciues Pappenheimio pari tormentorum tempestate respondent. Interea vna comitis equitum ala extremum Suecorum agmen oppressura clandestino procurfu in hostes inuehitur; sed Sueco in armis excubante; atque ad pugnam expedito fere tota concisa est.

*ab obsidio
ne discedit*

Comes suorum ad certamen alacritate hostibus ostentata: cum illi à tormentorum tutela egredi ad pugnam, nec campo se committere auderent; Visurgi amne iterum superato, Colembergi dirutis munimentis, Volfempytum decessit. Neque tamen comes in statuiis segni otio cessauit, sed cum pugnacissimi ducis gloriosa fama tota vagata Germania maximam de eius viri virtute spem in Austriorum animis concitasset. Infâs Belgij Gubernatrix à Catholici fœderis Principibus postulauit; vt Traiecto à Batauis arctissimè obfesso; iamque extremo discrimine laboranti eum subsidio, cum suis equitum turmis, & peditum cohortibus mitterent.

*Mastrich
Pappena-
himius ad
succurrendum
Traiecto mi-
tatur*

Profectus est ille paratus mori, aut Traiectum obsidio soluere. Osties renouato in munitissima Batauorum castra accerrimo impetu, omnia edidit bellicæ, inuictæque virtutis experimenta; quo hostibus vallo depulsis in urbem peruaderet: aut Batauos de ea obsidione decuteret. Neque arduis castrorum loricis altiùs eductis eius virtutem morantibus, superato vallo, transensisque munimentis, in hostium castra irrupit.

*Copiarum
Pappena-
himij vir-
tus inui-
ta*

Verum tota Bataui exercitus mole in Germanos irruente, confluentibus ad periculum è totis castris equitum turmis, ac peditum cohortibus, neque interim turpissimè cessantes Hispani per patefactam Germanorum vulneribus viam in castra Comitem sequeretur; cum dicerent malignè sanè nolle se Germanorum virtuti, castrensem coronam, expugnati- que hostis gloriam eripere: cum aciei latera tormentorum, quæ clauis, & molchettarijs glâdibus impleuerant, missilibus peterentur: mille ducentis

ducentis, ac strenuo quoque suorum amisso, se recipere coactus est: atque omnibus diris malignis Hispanorum ingenijs, qui alieno sanguine ab utuntur, deuotis, proscissisque maledictis, redijt in Germaniam.

Pappenheimius creditur in Germaniam.

Profecto in Belgium Pappenhaimio, Luneburgi Dux, & Baudius graui acerrimi hostis metu soluti, cum quinque equitum, & octo peditum milibus. Duderstadam progressi urbem obsidione cinxerunt: quæ etiam si firmissimo præsidio munita erat; cum in ea Comes Germania discedens, mille, & quingentos milites reliquisset: præsidij tamen ignauia, paucis diebus hostibus cessit: quod ut scædam inertiam perfidiæ scelere cumulareret, ad hostium signa transfugit. Adeo nullus pudor Imperialium animos stimulabat; quin nulla de causa violato militari sacramento, in hostilia castra transfrent.

Duderstada deditur Suecis.

Ad præpotentis à Valfaino in Suecicum bellum collecti exercitus rumore in, superioris Saxonix Protestantes coacto Torgau procerum conuentu, de bellicis rebus, in commune consulebant; ut Austriacæ potentix, Catholicorumque consilijs occurrerent; Sancitum omnium sententijs est, ut nouis habitis militum delectibus, conscriptarum copiarum imperium Arnhaimio Duci traderetur: quo viribus auctior, & firmior rem Saxoniam promoueret; quamuis plerique sensissent, omnia bellatorum agmina Regi Sueco esse mittenda; ut iterum noui prælij fortunam his auxiliarijs copijs validior experiretur: paucisque diebus bellum conficeret; quod alioquin maximè diuturnum futurum apparebat.

Saxonum Protestantium conuentus eorumque sententia.

Horum sententia quamuis optima ab omnibus censeretur; aliorum tamen vicit opinio asserentium, non esse tantopere Sueco Regi fidendum; cui si validissimi ad obterendos Catholicos exercitus deferretur imperium; deletis hostibus, verendum foret; ne in media Germania inexpugnabilem potentiam fundaret; quæ iniecto omnium ceruicibus iugo, captiuam Germaniam opprimeret.

Primæ igitur sententiæ authores nequicquam de fide, bonitateque Regis, sacrorumque similitudine pluribus ingestis, maioris numeri secus sententientium authoritati, atque opinioni cesserunt. Antiquis idè, nouisq; copijs Arnhaimius præficitur: qui communicatis cum Electore consilijs, decreuit, non ampliùs in Bohemiam bellum esse transferendum; quæ validis Duce Holcho Imperialium præsidijs teneretur; exhaustaque perpetuis copiarum incurfibus, veluti belli, miseriarumque sedes nihil cupido prædaram militi omnium rerum inops suffectura erat; sed in Quados arma vertenda; cuius hæretici Cæsareo se iugo subtrahere peroptabant.

Arnhaimius Saxonis copijs præficitur.

Sublatis igitur vexillis in Quados ducit exercitum. Cæsarei Saxonum aduentus rumore audito; Zittawm quasi in tutum trepido agmine recesserunt. Sed vix pedem urbis portis intulerant; cum superuenientibus Saxonibus obsidentur. Verum Cæsarei nullo castra muniendi, educendique loricis spatio Saxonibus dato, in eos, nec dum etiam palmum tellure extantibus propugnaculis, adeo terribili impetu profuderunt; ut totus in

In Quados mouet Zittawm obsidet.

Pugnauerat Cæsarei, & Saxonibus.

obsidentes irruisse Cæsareus exercitus videretur. Post atrox, diuturnum, cruentumque certamen hi in urbem, illi in extremam castrorum partem, noctis tenebris pugnam dirimentibus, redierunt. Centum quinquaginta vtrinque desideratis.

*Saxones
ab obsidio
discedunt.*

Dum Arnheimius vallo castra circumdat; atque erigit munimenta; Balthassar Maradius de illius oppidi periculo monitus, statim cum suis legionibus subsidio festinat. At Saxones, ne eodem tempore ancipiti pugna à tergo, & à fronte, cum hoste manus ferere cogerentur; nec dum ad iustam altitudinem munimentis eductis, Lubenum solito obsidio signa receperunt, non expectato Maradij aduentu. Verùm neque ibi etiam secutos ab hoste rati, cum ea vrbs à prætereuntibus sæpius exercitibus capta copiarum magis hospitium, quàm munita ciuitas foret, Haiersri-nerdam recesserunt; atque ibi valido militum auxilio à Brandeburgi Marchione accepto, Iustratis copijs, censâ sunt duodeuiginti bellatorû millia.

*Stoggen
Arnheimius
Lugidunum
expugnat.*

Hoc firmo potens exercitu Arnheimius in Quados iterum redire, constituit; vbi primo quasi aditu Lugidunum expugnauit. Cæsarei se in templo trabibus foribus oppilatis, munierant; & spe, tam diu se posse Saxones sustinere; donec aliquis ducum sibi subsidio veniret; sed vndique ab hostibus septi, nullis suppetentibus com meatibus, tutum discessum cum hoste, cum solis ensibus paciscuntur: tredecim militaribus signis ad sui ludibrium Saxonibus traditis.

*Vratisla-
uia se Sa-
xonibus
tradit.*

Neque Lugidunum solum in potestatem Saxonum venit; sed plurâ etiam Arnheimio se oppida tradiderunt; atque ipsa Vratislauia, quæ proprijs se viribus defensuram promiserat, defecit ad Saxonem; ex quo omnium Quadorum casus, & defectio pependit. Neque Holcho animus fuit, longè militum numero inferiori hostes inuadere; sed de rerum statu Val-steinum per literas monuit, obtestatus, nisi sibi cita, ac valida mitterentur militum auxilia: se non posse hostium progressus remorari. Itaque in Cherrucos longius ab hoste processit.

*Austria
à Cæsare
rebellat.*

Tot vndiq; bella frementia, & tot vrgentium impetus hostium ad probandam incredibilem Ferdinandi in aduersa fortuna constantiam satis non erant: nisi etiam Austriae superioris agrestes: durum, & maleficum hominum genus ex occasione Imperialis exercitus ad Noribergam longè sedentis, suorum memores ingeniorum, consuetudinisque ab Austriacis principibus rebellandi; quo simul cum eiusdem superstitionis hæreticis viuerent: raptis subitâ consternatione rusticis potius, quàm militaribus armis, quotquot in illis sinibus erant, Cæsareos milites repentino aggressi impetu trucidarunt: atque in campos egressi sperarunt, inferioris Aultriæ rusticos ex communi genio se se socios suis agminibus addituros: sibi que ab Imperialium hostibus peritos Duces ad regeudam inconditam turbâ, aptaque ad bellum arma submissum iri: quo alio intestino belli incendio Austriacam domum conuellerent.

Hi rebellantium agrestium tumultus alios magis, quàm ipsum Cæsarem

rem terruissent : qui Diuina fretus ope : quàm sibi semper propitiã ad fuisse in rebus asperis lenit : vnã equitum, & duas ex templo peditum legiones in ea mortalium sedimenta, atque hominum labem ad pugnam instructas immisit.

Agrestes demissis animis, positaque stolidã degenerum mentium ferocia, metu perculsi signa turmatim deserere per tenebras noctis elabi : atque ad propria mapalia redire, ad eò frequentes, vt breui illa insana, vecorsque agrestium acies profus tota defluerit : quasi ad aliquod negotium agendum, non ad ciendum bellum domo profecti fuissent.

Sed iam tempus est, vt aduersus sibi inuicem ad Noribergam hostiles exercitus inuissimus : qui molossorum more in minas ore diducto ringuntur, nõ ausi, se mutuis morfibz petere : intra valli munimenta se continent : nec Rege viribus inferiori Cæsareos, nec Valfstaino Regem intra castrorum propugnacula aggredi audente.

Fridlandus Bauaro suaserat : oportere continentem victoriarum cursum Regis cunctando frænare : eiusque feroces vires intra loricas prius elidere, quam eum integrum adoriri. Iam plagis teneri dispositis feram. Regem suorum pugnacissimæ virtuti maximè fidere, mora, ac tædio languere ferociam, nullam ei pugnandi potestatem esse faciendam. Vt fortunæ cursus abrumpatur; satis esse eam sistere, cohibereque properantem. Hoc igitur distindi Regis consilio oris grauitate, verborumque pondere, ac grata tanti ducis dignitate prolato vsi Rudnitzium progressi, ibi firmissima erigere munimenta, depressa que altiùs fossa, arduas loricas educere instituerunt.

Neque tamen utrosque timor ad eò intra munimenta cohibebat : quin ad velitandum cum hoste è castris identidem proficirent : atque ad frumentandum, pabulandumque progressi, siquos obuios fors obtulisset, non statim leuibz certaminibus dimicarent; quorum vnum totum diem tenuit, cæso maiori Imperialium numero : tres siquidem integræ equitum turmæ interneccione deletæ : erepta signa Regi oblata victoriæ trophæa. Qui de suarum copiarum paucitate querebatur; quòd non posset, in suis ipsorum munimentis Cæsareos adoriri; immo intra propugnacula segnibus subsistere cogere : semper tamen illi fauente fortuna, cum quæcunque leuià certamina, penes Suecos victoria stante, finirentur.

Quocirca prudens omnino Fridlandi concilium apparebat, nõ esse vnus pugne discrimini rem Auftriacam obijciendam.

Cæsarei ob malignum cælum, ac depressum, opacumque umbris arborum situm humidi soli morbis intra castra nulites tentabantur, & quod magis copias angebat, conuehendæ in castra aquæ difficultas, & labor. Nam cum esset vsque à Pegnitzio ad castrorum vsus petenda, erat res periculi plena, illam tam procul aduehere; hostibus itinera obsidentibus, vt ab aquando Cæsareos prohiberent.

Fridlandus idcirco puteos intra munimenta iussit effodi; qui statim, è scaturientibus

Agrestium exercitus ad arma Cæsareos soluitur.

Mutuis hostilium copiarum timor.

Valfstaino de distindendo rege cum filio.

Imperialium, & Suecorum vtilitates.

Imperialium copiarum difficultas.

Fridlandus puteos fodit.

turi-

turiginibus latè manantibus aquis, copiarum sitim leuarunt sanè: sed cum essent insalubres, ac crudissimi latices: viscerum tormina, febresq; bibentibus faciebant. Difficile pariter erat pabulari, com meatisque in castra ferre. His rerum difficultatibus Valsainus impulsus iusserat omnia exercitus alimenta, quæ à Vindelicia, Aureati, Vangionibus, Ratispona advehebantur Aureati simul cogi; quod ab utroque exercitu longè distaret.

Nichtat.

Huius rei Suecus admonitus, Tubatello mandat; ut cum aliquot Moschettariorum equitum turmis, & valida equitum ala Aureatum improuiso impetu aggrediatur ereptisque Cæsareis com meatibus, amicæ Noribergæ iam annonæ caritate laboranti succurrat: & quando hæc duo magni momenti iussa obire non posset; com meatus saltem flammis adureret.

*Sueci Au-
reati im-
prouisi ag-
grediuntur.*

Tubatellus alacer iussis Regis obtemperans Aureato insidias noctis tenebris, tacito agmine successit; portisque vrbis astiochi violentia deiectis, atque eodem momento ad motis menibus scalis, iussit equites in fastigium eniti. Noctis horror terrorem auxit, terribilioremque altus ciuium somnus effecit; animos res inexpectata, neque vnquam formidata turbauit; cum nullo modo regio, tam propè Valsaino tendente, hærenteque propemodum Suecicis castris, ita longè procurrere, vagarique ausuros putassent.

Metu igitur inopinato attonitis, ac amentibus, neque arma capere, neque ad muros accurrere, neque irrumpentibus undique hostibus repugnare animus fuit: sed latibula quærere, se se è portis vrbis effundere, Suecici ferri vulnera fugere maturabant. Suecus tota vrbe volitans obuios quosque trucidans nemini parcit: in omnes bacchatur ira victoris.

*Suecorum
audax fa-
cinus.*

Morientium gemitus, & vulnere ictus mulierum, impuberum einlatus, à tuenda vrbe cæteros deterrebât, metu consternatos in fugam agente. Portarum, forique stationes dilapsis trepidè Cæsareis omnino desertæ: militaria vexilla hostium manibus prædanda turpiter abiecta. Horulæ spatio quotquot Cæsareos hostilis furor inuenit, crudeliter obtruncavit. Arreptis securibus, & dolabris diffractis promptuariorum valuis, ruptisque thecarum veëtibus raptim plauitra com meatibus onerant: auehuntque, quàm possunt maximam annonæ vim: Noribergamque in sua castra perducunt.

Sed, ut est omne suspicax furtum: victorum animos nescio quis panicus terror inuasit: etiam si nullus hostis instaret: ne quis miles inter tumultum, & suorum cædem ad Valsainum elapsus peractæ rei nuntium in Cæsarea castra attulisset: hostesque subsidio suis celeriter properarent, raptæque annonæ, sociorum vindices necis, ablata præda, suorum cladem vindicarent.

Itaque hoc inani terrore compulsi frumentarias apothecas, ac horrea iniecto igne comburunt: incredibili Imperialium incommodo, Bauarorumque damno. Ea nocte, qua Tubatellus Aureati horrea prædabatur, etiam

etiam impavidus Regis animus veritus est; ne sui milites aliquo hoste superueniente in ipso conatu opprimerentur: impatiensque moræ, ne rei gestæ seriem in tabernaculo per nuntios audiret: ipse è castris firmo bellatorum stipatus agmine exiit: vt redeunti Tubatello tutum faceret iter: perinde ac si nullius nisi Regis ipsius virtus suos securos reddere potuisset.

Sueci Regis anxietas de Tubatello.

Nec vana fuit Regis de Imperialium aduentu suspicio. Valtainus etenim Suecorum professione audita, Spareus supremum copiarum Statorem cum octo grauis armaturæ, & viginti Liburnorum equitum turmis, cum quingentis Moschettarijs subito miserat: vt Suecis prædam auctam eriperent. Rex Butganum versus iter inierat; cum Imperialium accessu cognito, non procul Vuendelsteino illis occurrit.

Valtainus subsidia Aueratū misit contra Suecos.

Non diu Sueco restitit Cæsareus equitatus: sed inde se effusa fuga in pacatum abripuit. Pedites ne ab hostili equitatu circumnuerentur; se in quoddam vicinum exiguum nemus, quod solers seruatix sui trepidatio obseruarat; quo ab æquiori loco pugnarent, paulatim reducto confertis ordinibus agmine, receperunt; obiectoque Sueco arborum vallo, quasi intra castrorum munimenta strenuè decertabant. Hæ strenuæ cohortes profecto nisi ab equitatu destitutæ fuissent; plurimum negotij Sueco daturæ erant; ne dum se à clade liberaturæ. Plurimos hostium continua missilium tempestate prostrarunt.

Imperialium fuga.

Iratu Rex iam lucescente aurora suorum cæde, quod à paucis moschettarijs suorum plurimi cæderentur: regis dignatis, suæque salutis oblitus post acriter increpitam suorum ignauiam, quod hostem ex illis latebris non eruerent, atque ex arborum septis, lustrisque suis eas feras extraherent, ipse in primos ordines prouolauit: vt suo exemplo ad pugnam suos milites animaret: ac bellici decoris viam non digito, sed ferro monstraret.

Imperialium virtus inuicta.

Puduit suæ Suecos inertis, Regemque illud adire periculum; vt ab eo saltu hostes excuteret. Itaque acuite ignauiam Rege, totis nixi viribus post diurnum, atroxque certamen ex illa sylua magna cæde Cæsareos expulerunt; pluribus cum ipso Spareo tribuno captis; qui anno superiore ad Francosordiam itidem captus liber fuerat dimissus; iureiurando astrictus, vt nunquam contra Suecum Regem pro Cæsareis militaret. Captus pariter copiarum legatus Tertzkus cum quatuor cohortium ducibus. Alios, qui Suecorum enses effugerant; vicina palus desidente sub pedibus labe, vadi infcios hausit.

Cæsarei de sylua pelluntur.

Vix Rex cæsis, fugatisque hostibus in castra lætus intrarat; cum Tubatellum ouantem, trahentemque prædam redeuntem vidit, quem pene deploratum doluerat. Pro hoc duplici felici successu, iussit totis castris, accensis lignorum struibus, displosisq; tormentis, atque alijs rebus, quibus publicæ lætitis signa produntur; agi festiuissimum diem: frementibus rabie Cæsareis, quod neque præsentire hostium consilia, neque conatus impedire potuissent.

Tubatellus re prosperi gesta rediit in castra.

Spareus fuit à Rege de Valtaini rebus, & exercitus viribus diligenti exa-

examine interrogatus. Quid Regi sciscitanti responderit, latet; cum sibi ipsi à scretis Sparei responsa solus exceperit; cuius magni intererat; arcana non pandere. Alij verò captiui retulerunt, Valtaini mentem, certumque consilium esse; tam diu aduersa castra Suecorum fronti, obiectaque oculis ad Noribergam fixa tenere: donec vtrique vrbs scilicet, & Sueci fame perirent; aut Rex copias aliò traduceret; eumque inedia confectum, languentemque adoriri, debellareque fame consumptum.

*Valtaini
consilium
de rege
quincendo.*

*Saxones
in Suecica
castris
perueniunt.*

Obsessi penè Regis à Valtaino fama vulgata, somnum tandem socijs excussit; ac Suecos, quos aliæ expeditiones alibi distinebant; Saxonesque ad quinquaginta millia Kinzingæ coegit; vnde Vffimum ad ferendam Regi opem copiarum profectæ decimo Kal. Septembris Broghum propè Noribergam peruenerunt; vbi eos solliciti regij anxij feminis expectabant.

*Rex Suecus
viribus
ausus
pugnam
optat.*

Adfuit etiam Bannerius à Brunsvicensi ditione profectus. Nec Galafuis à Valtaino missus, vt eum præciso itinere, prohiberet; quo minus Regi iungeretur, potuit detinere; quin longo intervallo præuertens in regia castra nullo accepto incommodo perueniret. Iunctæ vniuersæ Suecicæ copiarum septuaginta bellatorum millibus formidandæ non amplius pauidæ intra vallum hære, sed tanta virium mole aliquod insigne facinus audere decernunt. Rege præsertim suam experiri fortunam vno prælio illo validissimo exercitu percupiente; si Cæsareus possit in apertos campos ad pugnam è castris educi.

Pridie igitur Kal. Septembris aliquot equitum turmas in Imperialium equitum alam extra castra quadrato agmine, stantem; Suecorumque vallo propinquam immisit. Breue admodum, leueque certamen fuit; quia Cæsarei ad primum Suecorum impetum conuersis equis, in castra fugerunt. Inter vtraque castra medius fluebat amnis, Cæsarei in litore longo ordine constiterant Suecos transitu prohibitori.

*Sueci Cæsareos
laeserunt
ad
pugnam.*

Rex igitur aliquot suorum legiones ad quædam nemuscula occupanda ad leuam ponè amnis litus properare iussit; Cæsareosque Moschettarijs glandibus incessere. Poterat quidem facile Valtainus ex illis saltibus Suecos extrudere; sed ne vniuersæ pugnæ discrimini exercitum obijceret; hoc tentamento abstinuit. Suos itaque milites reuocauit in castra: præter tribunum ab Ecclesia; quem extra munimenta cum sua legione iusserat excubare; cui Michelburgi legio successit; verum hæc quoque nocte sequenti redijt intra vallum; exceptis centum peditibus, & equitibus quadraginta; qui ad speculanda è viciniori loco hostium consilia in amnis litore sicuti vigiles neci deuoti; qui castrensi vocabulo (*mortuæ vigiliæ*) vocantur, relictis fuerunt.

*Valtaini
cautiora
consilia.*

Valtainus intentissima cura oculis explorabat, quæ Rex moliretur; quidvè pararet; Quia aliquæ Suecicæ legiones, hinc in ingentia, quadrataque agmina coire, ac si profectioem meditarentur, sequæ itineri expedirent; illinc aliæ Bannerij, Oxensterni, Vinmariensis, aliorumque cohortes

iter

iter urbem versus capescere videbantur. Omnes callidæ Regis artes; vt quæ animo destinarat, hostibus occultaret.

Intempesta nocte in Cæsareis castris fossorum tellurem versantium, instantiumque operis ducum Suecorum strepitus auditus. Quare Valstainus aliquot milites ad explorandum misit, quid hoc rei esset. Agebat vigil stationem extra castra comes Rodolphus Colloredus supremus statorum magister: ipsius igitur interfuit, hoc adire discrimen. Hic ille tacitus suspenso quasi pede, amne transiit, adeo propè hostilia cum socijs munimenta suggestus est; vt regio ministros urgentes, sollicitantesque fossores audierit; atque identidem operarum pigritiam verbis castigantes; illud opus omnino necessum esse, summo mane esse perfectum. Valstainus ratus tumulos excitari, ad libranda altiori loco tormenta, vnde missilibus sua castra inaccessi possent; ipse quoque ex aduerso educi terræ moles, ad castra ab hostium ictibus tegenda, iaculandumque desuper in Suecica properè iussit.

Mane primis Auroræ candoribus disposita latius regia tormenta in Cæsareos ictum aduerso ore minantia conspiciuntur; quæ statim nihil intermittentibus pulsibus, Imperialium tabernacula verberabant. Plus mille ferreos globos in Cæsarea castra Suecum vibrasse, compertum est; quæ ingentem tabernaculorum, cohortiumque stragem dederunt. Ita enim altè Rex suos eduxerat tumulos; vt liber prospectus in omnia Cæsarea castra pateret. Cæsarei itaque propius saltum compulsi secedere, vt extra ictum sisterent munimenta: vbi abscissis arborum stipitibus, & ingentibus truncis, ita castra vallarunt; vt intra munitissimæ urbis mœnia sibi consisterent viderentur. Non tamen omnes eo copiæ recesserunt; sed dedita opera ibidem aliquot legiones iussæ subsistere; ne hostis Cæsareos mutasse castra cognosceret.

Dum hæc agerentur, Liburni equites feroces, atque inquieti hominum genus, regio velitationibus prouocabant. Nocte sequenti regis in castris sparsi varijs in locis ignes arserunt. Prima luce Comes Bertoldus, qui cum sua legione extra castra in statione constiterat, Valstaino nuntiauit, Regem omnibus copijs è munimentis eductis, Furthum versus proficisci. Fridlandus eo lætus nuntio, veluti eius contentionis victor, quod regem excussisset è castris, suis ipse quoque copijs instructis, paucis ad castrorum custodiam relictis, è munimentis in apertos campos egressus sine impedimentis ordines explicauit; quasi prælio cum hoste certaturus; sed Rege non abeunte, ipse quoque aduersa hosti exercitus fronte, sublitit; agmenque in æquiore locum reduxit; versis in hostem telis, ne eum timere videretur: excitarique altiusculam loriam iussit.

Suecus ubi animaduertit, Cæsareos nihil ostentata formidabilis sui exercitus spectie terreri; immo armatos, expeditosque ad pugnam dispositis ordinibus immotos stare; decreuit; ex rei militaris peritia, debiliorem Cæsarei exercitus partem, vt vulneribus magis obnoxiam, munimenta

scilicet

Sueci Regis astus.

Coloredus ad exploranda Suecorum munimenta missus.

Valstaini perspicacitas.

Rex Suecus Cæsarea castra tormentis infestat.

Cæsareis locis recesserunt.

Regis simulatione.

Valstainus copias educit è castris.

scilicet Bauari ducis inuadere. Tunc Valfstainus animaduerso Regis consilio; copias omnes in priora castra reduxit; omnibus Chiliarchis singula munimentotum loca tuenda partitus.

Sueci Bauarorum castra inuadunt.

Sueci violentissimo impetu, ubi Bauari curabant, stationem adorti totis conatibus nitentur, ut in loricarum fastigium euaderent. Primus furenti Sueco Marius Caraffa Neapolitanus eques cum equitum ala occurrit; qui in regios equites moschettarios inuectus propulit primo hostes facta acerrima impressione; sed nouis superuenientibus Suecorum agminibus, atrox, cruentumque ortum est inter equites utrosque certamen. Marius latus maioris gladii glande traiectus ex equo delapsus, sublatusque in tabernaculum nocte sequenti ex vulnere exspirauit.

Marius Caraffa extinguitur.

Alia equitum ala, ubi pugna feruebat, suorum subsidio celeriter festinarunt; precipue Croneberghi turma inuicta virtute cum hoste preliata inter ceteros equites excelluerunt; sed undique ruentium Suecorum multitudine oppressa gradu cedebant iam hosti victori cum Marchionis Annibalis Gonzaga aduentus equestri procella restituta pugna est; pulsique Sueci Casareo tribuno cadente.

Annibal Gonzaga contra Suecos.

Ex alia castrorum parte a leuo latere Prior Aldobradinus in Suecos egressus primo impetu hostibus erepto militari vexillo; dum ferociter pugnam ciet, suffosso vulneribus equo, desertus in pedes, a sex moschettarijs hostibus capitur; quo nusquam apparente in pugna, periisse creditus est. Sed dum captiuus abducitur, in equitem Magalottum, & aliquot Casareos equites incidit; qui strictus gladijs, moschettarijs cesis, praedam eripiunt.

Prior Aldobradinus a Suecos inuenitur.

Capitur a Suecis. Sed liberator.

Urgebant undique Sueci agminum frequentia. Nusquam minori salutis cura pugnatum a militibus est. In media insipientium more pugnae discrimina summo vitae contemptu ruebant: propeque iusti praelij facies erat; quod diem integrum, noctemque tenuit. Enituit inter ceteros Michelburgi legionis virtus; quae irruentes undique Suecos infatigabili pugna sustinuit.

Sueci Regis cupiditas pugnae.

Rex tam obstinato animo noua recentibus viribus in pugnam fessis agmina submittebat; ut omnino eo die debellandi, conficiendique belli desiderio ardere videretur. Non defuit pugnantibus Suecis Noribergenium ciuium charitas; qui pugna durante, fessis vinum largè militibus propinabant; ut reparatis viribus, fortiores, alacrioresque praelium inirent.

Lutheranorum ministrorum impietas.

Sueci Regis ferocitas obstinata.

Intercurrebant quoque agmina concionabundi Lutherani ministri, falsis aeternae beatitatis promissis, qui eo pio certamine cecidissent, vnumquemque ad pugnam elatis vocibus animantes. Et quamquam nocturnae caliginis horror armorum interciperet usum; certamenque tenebrarum obscuritas impediret; minuta insuper, ac spissa è caelo pluuia cadente, qua fluente in labem solo, milites haerere vestigio, & stare non poterant. Rex nihilominus receptui canere, nec suos a pugna reducere voluit: sed pra-

prælium, nihil eius ferocem animum tot difficultatibus remorantibus, continuari iussit.

Vallstainus se profecto eo armorum imperio dignum exhibuit: cum toto eo prælio sibi constans pleno militaris vigoris, Imperatoriæque dignitatis vultu, forti, præsentique animo mandata præscriberet; quæ cohortes in hostes erumperent, quæ à pugnae labore quiescerent, nequaquam anxio, aut trepido animo, sed graui quodam incessu spatiando, omnia sedulis circumspiceret; consuleretque, omnibus adeò sedatis, pacatisque imperijs, cuncta peritissimi munia ducis obibat; vt non inter cruentos sæuissimæ pugnae terrores, sed genij causa ad animi relaxationem ambulare videretur.

*Vallstaini
miserica-
vritus.*

Corruit sub eo equus tormenti pila confossus: nulloque dato timoris insigne, ac si nullum periculum adisset; in alium admotum repente insilij; suoque acrior insilit muneris. Denique generosi, magnanimi, prudentisque ducis in Vallstaino ea pugna excellentia bellicæ virtutis enituit.

*Eius con-
stantia &
impansus
animus.*

Rex tandem animaduerso difficili têtamento, damnosque plena periculi expeditione conspecta, cum propter ingentes arborum ramos, atque integras plantas, quibus tota constrata tellure, impeditaque, equitatus, nec agi liberè, nec excurrere poterat; tum propter intextas optimè, compactasque simul Imperialium castrorum loricas, quæ ascensu maximè arduæ superari non poterant; statuit suos ab infana illa, periculosaque pugna recipere.

*Rex Sue-
cus rece-
pitus cau-
nit.*

Ad duo militum millia eo prælio è Regio exercitû ceciderunt; plus quingenti vulnerati. Ex Imperialibus paulo plus mille militum cæsum; multo plures faucij, aliquot capti. Vulneratos Vallstainus multa pecunia donauit, comiter inuisit; & sedulam curam de ijs haberi iussit.

Ex hac malè tentata Regis expeditione multum ei de bellica gloria, existimationeque decessit: quòd Vallstainum ad vniversi certaminis fortunam periclitandam trahere non potuerit: cuius militarem peritiam, ferociamq; non parum miratus, se inuenisse suæ parem virtuti ducem, æqualemque suis artibus bellatorem sensit.

Temerarium Regis ausum haberi potuit: quod in expugnabile vallum; munitissimasque castrorum loricas irritò conatu superare tentauerit; nisi in alijs bellicis expeditionibus, se cautiore, circumspectorisque animi præbuisset: sed copiarum numero fretus, conficiendique belli cupiditate incensus, spe soliti fortunæ fauoris Cæsareos intra munimenta adoriri constituit.

Sed ad alias Suecorum manus, Imperialiumque agmina tota Germania bellum circumferentium inuisenda progrediamur; donec hi duo maximi duces, validique exercitus ad pugnam se mutuo iterum prouocabunt.

In Suecia Fuccarus pro Cæsare sex bellatorum millia collegerat; quibus totam eam prouinciã, quæ in Suecorum iuenerat potestatem, cædibus,

rapi-

*Fuccarus
Landiper
gâ capit.*

rapinis, incendiisque populatus, promotis ad Landspergam copijs, decem dierum obsidione donitam decimo sexto Kal. Septembris in deditioem accepit: egrediente æquis acceptis conditionibus septingentorum militum præsidio.

Guliers.

Tres interim peditum legiones à Catholici fœderis principibus fuerant conscriptæ, prima in Treuirensi Episcopatu, altera in Menapijs, tertia in Marchiæ comitatu; quæ Succos à Coblenziæ obsidione depellerent; sed quia illa vrbs cunctantibus nimium diu subsidijs, Sueco cesserat: hæ

Alsatia.

legiones * Tribocum montibus superatis, cum alijs Catholicis Colmari,

Selesat.

* Steluetique morantibus arma iunxerunt. His viribus potens Comes Montecuculus vna cum Ossa conquistore viginti quinque equitum turmis, & aliquot peditum cohortibus in Badensem ditionem transgressus Brettum castellum inuasit; quo expugnato, ducentos hostes Cæsareæ militiæ se addere coegit; deinde castelli mœnia subruta cuniculorum flammis à fundamentis euertit; sed allato nuntio Ducem Iulium Vuirtingnorum præfectum cum octo bellatorum millibus ad se inuadendos accedere, ambo deflexere Knethlingam; quam factò impetu captam, trecentis præpugnatoribus cęsis, direptam incenderunt.

*Montecuculus Bret
tum ca-
stellū ag-
greditur.*

Hornus

*cōtra Cæ-
sareos pro-
perat.
Vndenhair
Heidel-
bergh.*

Ex alia parte Mariscallus Hornus, qui cum suo agmine Manhemium circa Niceris litora peruenerat; cognitis Imperialium progressibus; qui vocatis in belli societate * Neomagi, Edelbergæq; præsidijs * Vuessellhocum obsidebant: decreuit obsessis subitum ferre subsidium. Quòd vbi Maternichio supremo obsidionis duci innotuit; ne Sueco terga cędente, à fronte quoque se obsessi ferirent: obsidionem soluit: sed prius ad Montecuculum, & Ossam misit celeres nuntios: oratum, vt ad socianda secum arma properarent. Accidit, vt rediens nuntius ab hostibus caperetur; qui reperitis ducum Imperialium literis, Horno illico delatis compertum est: postera die maiorem Cæsarei equitatus partem Vuessellhocum venturam.

*Imperia-
lium Hor-
no detecta
consilia.*

Hornus in quodam nemore, per quod necessario Cæsareis transeundum erat, insidias tetendit. Sed cum Montecuculo, & Ossæ falso nuntiatum esset; oppidum ab socijs captum fuisse, non plus mille lectissimos equites Montebaleonis, & Vitztumbo ducibus eò miserunt: qui in insidias prolapsi, exilientibus vndique è latebris Suecis, nihil improviso territi malo, ineunt prælium; ducentos ferme Suecos rabie acti in orbem pugnantes interimunt; sed hostium multitudine superante, subditis calcaribus equis ex eo insidiarum discrimine deuolarunt. Multi Imperialium capti, pauci occisi: inter quos Montebaleonius cum suo legato, alijsque turmarum ducibus.

*Imperia-
li: insidijs
excepti op-
pugnatiur.*

*Imperia-
lium ap-
paratus
pro inua-
dida Spi-
ra.*

Cæsarei suorum clade audita, Vndenhaimum profecti, superato Rhe- no, procul ab hostibus recesserunt. Augusto mense ineunte nuntiatum est Horno: magnum nauium munerum à Cæsareis cogi: quibus Spira oppugnationem, Rhenhauseniq; tentare parabant: eò exercitum festinare iussit: sed certior factus, Cæsareos iam flumen traiecisse in Badensem ditionem,

nem, mutato consilio, diuertit; vt ex ijs incolis in militum stipendium pecuniam exprimeret: quando eius Marchio Knitlengeni excidij causam dedisset.

Hoc Horni proposito à Maternichij militibus intellecto, qui Argentorati pagis, ac vicis infederant; agrumque omnem cum maximo incolarum incommodo prædabantur; * Hagenoam profecti se Monte cucculi agminis, atque Ossæ iunxerunt; vt validius sociatis viribus, Sueco resisterent; impressis vbiq;e militaris insolentia, atque avaritia vestigijs. Hornus verò quamuis hæreticæ superstitionis cultor, seueræ continentia, iisdem in locis, ad retinendam militarem disciplinam, fecit exempla; missisque legatis Argentorati senatum rogauit: vt per eorum pontem suis copijs transitum darent; quo concessio pridic Kal. Septembris ipse cum Rheni comite Argentoratum ingressus, ab ea Republica honorifice, ac perhumaniter habitus varijs muneribus donatus est; sicuti magnos viros aduenas decet. Postera die tota effusa ad spectaculum vrbe instructæ militariter copiarum ponte amne transmissis, recta * Triboces superiores petiuere: vbi Cæsareos incautos deprehensos pene internecone deleuerunt.

Inter hæc numerosum, ac validum Suecorum agmen Haubaldo duce, aliarumque cohortes duce Vuirtinguorum præfecto obsessum Stoloffum tormentis ingenti feruore quatiebant; adeo vt milites præsidarij, neque inter murorum piinas consistere, neque pro mœnium horis se hostibus ostentare auderent: Qui tandem simulato deditiois desiderio, Suecos orauit: vt sibi conditiones cū ijs deditiois pacisci liceret: interim, donec conueniretur, præfectus obsides daret. Haubaldus nullas fraudes suspicatus, atq; id candidè citra dolos ab obsessis fieri arbitratus, fidei pignora obsides misit ad ciues.

Vix illi pedes vrbis portis intulerant; cum statim tormenta in Suecos è mœnibus emisissent. Qua ciuium, militumque perfidia impotenti percitus ira Haubaldus promotis machinis, in vrbe excidium infensissimo animo ferebatur: interminatus identidem, se egregiè vlturum iniuriam; sibi consulèrent ciues; meniaque fortiter propugnarent; cum nulla spes pactionis esset; nec ab eo, nisi clades, ruinaque expectanda, cui fidem tam turpiter fessissent.

Ciues tam acri denuntiatione abiectis prorsus animis, coeunt frequentes in curiam vltimo consulturi malo; decernuntque communi sententia, legandas ad deprecandum ab vrbe excidium ad hostem mulieres; si forte sexus innoxij, imbellisq; precibus flexus à proposito delendæ vrbis posset abduci. Itaq; virorum iussu egreditur ex vrbe legatio muliebris; in hostium fra fidens animis, suo sexu securæ peruadit; aditumque Haubaldum ceteris sic vna facundior, composito in mœstitiam vultu ducem affatur.

Terreret hic horridus armorum aspectus, bellatorumque circumfusa frequentia, nescio quid sæui, ac cruenti spirantium; me inermem mulierem coram te,

clarissime Hero, verba facturam; nisi hic sexus imbellis, & mollior lateret in

C c

tutela

*Agmina**Horni seueræ militaris disciplina.**Argentoratum ingreditur.**Alsatia.**Sueci Stoloffum oppugnant.**Stoloffus sensum ciuium fraudis.**Haubaldus perfidis vltima denuntiat.**Mulieres legantur ad Suecos ducem.**Mulieris ad eum oratio.*

inceda balliva quiritis; atque ipsa dirigitantis violentia illum misceat; cum nor-
tae Heroum arma patrocinantur; ac nobilissimi quoque equites, si praecebare, ac
que honorifice bellico munere defunctos putent; si ab iniuria mulierem vindicari-
rius; quasi ante acervum datus in affrendo muliere staceo. Femine enim
pallio hostiles impudae acies oberat: nostro sexu tunc in alienis, aduersariisque
tendimus castris: Generosos siquidem bellatores pudet muliebri stola non ho-
noratem habere; ne dum feminas appellare superbius. Tunc aciem, iure sane, ob-
violatam fidem nostris viris intentas: non potes ijs vulnus infligere; qui non
quoque contra Heroum morem, eodem simul ferro confodis: prius in nostris
viscera adigendus est ens; quàm vixorum haeriat latera; utrosque una senect
impactus mucro; ipsidemque saucia vulneribus concidimus; cum illos amplexa
simul peritura simus; ut quae cum illis animis coniunctissima iuximus, eodem
quoq; fato abrepta ipsorum spirituum comites euodemus. Sustinebis igitur, ad-
uerfus quod mobiles equites profertur: tuas manus innocuo feminarum san-
guine cruentare? imbellis sexus viscera ferro configere? Praeter id, quod de-
speratorum hominum pugnas effugere prudentis Imperatoris est: Nullum pe-
riculosius certamen est: quàm quod cum desperatorum hominum turba commie-
uitur: Desperatio fortem, ac strenuam ipsam facit ignamiam. Ad sui milita-
rem desperatione compelluntur inertes; quod nullo patente ad salutem effugio,
in media praecipites discrimina lymphatorum more rapiantur: prompti aut
vincere, aut mori. Cur tu imprudenti consilio (quod pace dicam tua) nostris
viris omnem spem salutis abscindis? si vinces desperato, profecto plurimo
morum sanguine, ac vulneribus victoria stabit: quae plerumque desperatis ad
humanae superbia derisum cedere solet. Sane non morientur inulti. Dimica-
bunt illi fortiter pro patria, pro aris, ac focis, pro vxoribus, ac liberis,
seque ipsis in te maiores, ac fortiores insurgent. Addit desperatio vires. Si
enim numero cedunt; turbam virtute aquabunt. Peccatum in te sane ab illis
est, ruptis induijs, violataque fide, sed eos inconsulti patentes facti. Veni-
entia omnem apud ipsa quoque Numina delet criminis labem. Nescio qua
militaris ferocia, vanaque bellica virtutis e: estimationis cura eos in hoc sce-
lus impegit. Vos viri, cum libet, belli iura confunditis, & fidem, si bono
est, pro voluntate seruatis: an dolus, virtus ne sit, ecquis in hoste requirit? E-
tenus pollicitis statis, quatenus vestri commodi, rerumque vestrarum intersit:
quo sublato, fas omne prauertitur, & concidit fides: Vos dolo, infidias-
que inuicem straitis, nihil fraudum securum in armis, & frustra intra ca-
stra quaeritur fides. Inter meliores, fortioresque duces ille censeatur, qui vo-
mit hosti fallacior imponere, callidiorque fructus dolo illudere. Laudem
merentur in hostibus fraudes, felicesque insidiarum successus pariunt deceptorii
decus. Quas igitur insidias vobis mutuo moliri certatis: tu in nostris viris
castigare contendis? Frustra igitur iram in nostros viros non aquè facis arden-
tem: quod è more hostium fecerint, quod te armatum heroem veniam feminæ
rogent, quod, hac urbe seruata, insignis clementia, moderatque animi lau-
dem merearis.

Leniit Haubaldi iram vpta mulieris oratio, veniamque maritis expro-
fit. Itaque dimissis benignè feminis Stolloffo pax data; militibusque
concessa libertas, exceptis exteris, maioriq; Statore sceleris, fractæque
fidei auctore, quos iussit habere captivos. Milites libertatem ad Sue-
cica signa transfugio pensarunt. Hoc suecorum agmen ad Argentora-
rui pariter Rheno transmissis, in Triboces migravit. Quare Cæsarei

*Haubal-
dus mu-
lierū pre-
cibus ste-
ditur.*

Alatia.

Obsequium Suecorum aduentus territi fama turpiter deseruerunt.
Cives suppleant militum vicem; atque urbem contra hostium impe-
tum propugnare decernunt, vt cum Patria debitam fidem Imperatori
seruarent; iamque omnia ad obsidionem ferendam, tuendaque moenia
magno ardore parauerant; cum ad primum hostium accedentium in-
iurium, abiecto tuenda urbis consilio, se se hosti cadentes animis de-
dididerunt. Sic absente periculo ferocissimus, atque ea consilia, quæ
alacri motu, summoque animi vigore ante discrimen inimis; ea de-
mum præsentis periculo, cum facto maximè opus est, timidissimi formi-
dantiss.

*Sueci O-
benharum
recipiunt.*

Eodem tempore Vuirtingui milites, quos ad bellandum prodisse me-
morauimus, Offenburgum ultra Rhenum in Argentorati finibus obside-
bant. Iamque cives ad deditiōem descensuri videbantur; cum daudentis
Cæsareis auxilium præsidium, diplois in obsessores tormentis, spem om-
nem pacationis abruptit. Vuirtingui irati suorum strage urbem ætiori ob-
sidiōe perurgunt, parumque suis viribus fidei ad Horni opem confugiunt;
qui suæ augendæ famæ, parandæque gloriæ occasione cupidè arrepta, il-
lic cum suo agmine properauit, cuius aduentu repetita acrius oppugna-
tiōe tantum pilarum intra urbem coniectum est, vt cum prostratis mœ-
nibus, tecta quoque frequentibus tormentorum ictibus verberata colla-
berentur; ac nullibi cives possent tuti consistere, idibus Septembris dedi-
tione fecerunt.

*Vuirtingi
Offen-
burgum
obsident.*

*Hornus
Vuirtingi
sub-
sidio pro-
perat.*

In Quadis verò Cæsareæ copiar, quæ à Maradio, & Mansfeldio, Sciambur-
goque comitibus ducebantur; viginti bellatorum millibus validæ Saxo-
nes bello premebant, captoque Stenau propugnaculo, felicibusque ar-
morum euentibus alacres Lugidunum inuadere cogitabant, vt à totis
prorsus Quadis Saxones eijcerent. Quando Tnbaldi copiarum aduentu
resumptis Saxones animis, Cæsareis militum numero superiores vtrò
persequi hostem Lugidunum decernunt, atque inuicem in cam-
porum plantie Saxones porrectus ad pugnam ordinibus, Cæsareos magno
impetu adoriuntur.

*Urbs de-
ditur Vuir-
tinguis.*

Glogau.

*Pugna
inter Sa-
xones &
Cæsareos.*

Exceptit animosè suo tuta robore Cæsareæ acies impetus incipientium;
sed tandem hostium obruta numero, apertis vndique ordinibus lacera-
ta, duobus equitum millibus amissis, se coniecit in fugam. Pedites auxilio
equitum destituti, densatis ordinibus, in vrgentes hostes sulphurea iaculati
missilia ad propugnaculum redierunt. Nocturno verò tenebrarum

*Imperia-
lium fuga
& cadit.*

beneficio, Saxonibus effuso cursu sequentibus, Vratislaniam tacito agmine properarunt: ac in Viadri litore, cum iam terga premere hostis, ordines sistunt pugnaturi si propius accedere Saxonibus animus foret. Illi Imperiales adepti in prælium instituunt aciem, tormentorum ictibus interim auspicantibus pugnam. Cæsarei cum se parum aduersus hostium multitudinem tutos cognoscerent: traiecto ponte flumine, atque iniectis flammis ambusto, hostibus delusis in saltu amni vicino castra muniunt; libratifque ad potius ruinas tormentis, globorum iactibus illum restitui ac refici prohibebant.

Saxones
cum Cæsareis
istum pugnant.

Saxones, etsi tormentorum fulminibus Cæsareos de eo saltu detrudere conarentur: nihil tamen eorum nisus processit ad votum: quia in patenti campo constiterant: nullo ordine munimento tegente. Cæsarei verò quasi vallo sibi saltus arboribus obtentis, ab hostium ictibus securi rem ferè extugerebant.

Cæsarei
Vratislaniensium
de societate interpellant.

Eodem tempore faciales ad Vratislanienses ciues legarunt, quaesitum, ut apertè suos panderent animos, decernerentque utram partem sequi mabent; an Cæsari debitum obsequium præstare, comæatusque sufficere; an in Saxonum fidem ire vellent: quia Cæsarei cognouerant eos ciues clanculuti consensisse: ut Suecorum partibus adhærent. Sicitati sunt insuper, an si recipiendus foret exercitus, se in urbem admissuri essent: aut saltem permissuri, ut impune sub urbis manibus tuto transire liceret: summatuque essent tormentis hostes, si abeuntium tergis instarent. Quibus ciues, se Imperatoriam maiestatem venerationem, ac colere: sed cum iam ipsi quoque comæatum penuriam paterentur; se non posse alijs largiri: cuius ipsi maxime indigerent; transitum verò per urbem cuiunque omnino negare: sed passurus, præter mænia Cæsareas copias abire: nec hostem instantem peturos tormentis: ne in se inconsulta audacia præpotentia arma conuerterent: Quo parum amico responso Cæsarei à Viadri statione signa mouerunt, ne comæatum inopia premerentur.

Vratislaniensium
ad Cæsareos
transiit.

Cæsarei a
Suecis
cessi

Sueci cognito Imperialium discessu, contractis illico miopatonibus, & lembis prono amne ad Elbingā deuecti extremi agminis reliquias assequuti: aliquot occiderunt: sed tantula impedimenta, quæ remanserant, diripiendi cupiditas euadendi ad suos spatium Cæsareis fecit.

Misnia.

Holchus in Cheruscos transgressus scripserat ad Fridlandum: ut sibi ad bellum in ea prouincia administrandum auxilia submitteret: ille statim octo peditum millia ad Holchum festinare iussit, cum mandatis: ut ferro, ac flamma obuia quæque subuerterent. Cygnea aliquot dierum obsidione ad deditonem compulsa, hac vna tantum ciuibus conditione præscripta, ut ducentorum militum præsidium in urbem admitterent: cæterum de religionis rebus, nihil se mutaturum promisit. Eius nihilominus milites (nā ipse cum esset ex hæresi Lutherana, parum de religione Catholica laborabat) captum quendam prædicantem in asserendis, tuendisque Lutheri placitis obsti-

Cæsarei
Cheruscis
belli plaga deuastant.

obstinatiùs persenerantem, Catholicisque superbè, atque impiè obloquentem, ac Romanam Religionem amarè vellicantem obruncatum, atque in frustra concisum canibus deuorandum proiecerunt.

*Luthera-
ni prædi-
camentis
supplicis.*

Saxonia interim, quæ Suecici belli auxerat flammam, intra viscera illatum armorum patiebatur incendium. Validum siquidem Imperialium agmen in eam prouinciam inuectum omnia ferro, ac flamma cum miserabili illius gentis exitio, pernicieque deuastabat. Ita delirantium principum insana consilia luunt miseri populi, & quidquid peccant Reges, plectuntur innoxij.

*Saxonia
à Cæsareis diri-
pitur.*

Hornus Offemburgo in deditionem accepto, castroque Ortemburgo inde quatuor passuum millia, sed à Rheno longius recedente in potestatem redacto, transiisso iterum flumine ad Bensfeldtam obsidendâ duxit exercitum. Ciues cum exiguum exterorum militum præsidium vrbum tueretur; omnes impauide arreptis armis vrbum propugnare constituunt. Suecus quodam propugnaculo anni imposito, deiectis defensoribus, capto, putabat se eadem facilitate, qua cæteræ arces quæ ad primum suorum armorum aspectum cesserant Bensfeldam quoque cessuram; sed duriora sua opinione oppugnationem inuenit.

Bensfeldt.

*Hornus
Bensfeldtâ
oppugnata.*

Prima se illi obiecit fluminis transitus difficultas. Nam Cæsareis aduersam ripam, posita statione, tuentibus, peruitiosa prorsus, plenaque periculi res futura videbatur, amnis tentare transmissum: sed tandem deturbatis ab litore tormentorum tempestate Cæsareis, vrbum obsidione circumdat.

Vrbs est opere munitissima. Quinque illam ingentia propugnacula sepiunt; circumducta duplici fossa, in quam illius amnis influunt aquæ com meatibus, & rebus ad propugnationem necessarijs affatim erat instructa. Sed in primis vrbum Bulachi præfectus strenuus miles, & bellator egregius summæ constantiæ quasi spiritus animabat.

*Descri-
ptio vrbis
Bensfeld-
tæ.*

Suecus tamen omnem dabat operam, ingenio, conatibus, machinis, frequentissimis missilium iactibus: vt mœnia subrueret, adeo, vt vix propugnatores in pomærio, aut murorum lorica consistere auderent. Turres breui tormentorum pulsibus proficisq̃ ceciderant: pars muri missilium violentia collapsa in vrbum transitum aperiebat: sed quia fossarum aquæ militum impetum moraturæ, immo prorsus Suecorum conatus elusuræ videbantur: Hornus flumen alio alueo ex cauato, à mœnibus diuertere institit, quo militum, fossarumque summa industria in depressiorem locum immisso, illo aquarum diuerticulo exsiccata fossa; pluteos, loricas propius mœnia promouit.

*Expug-
natio nis dâ
fœculat.*

Non cessabat interim igneas bolides intra vrbis tecta torquere; vt si illis aquas ademerat, daret incendia. Verum præfectus hostium violentiæ, virtutisque par, vbique aderat, quauauersum impiger procurrebat. Extinguendis ignibus ciuium partem destinauerat; alios ad mœnia iusserat excubare; & vbi ipse per se propugnantium paucitate non poterat vrbis de-

*Præfecti
con fœcu-
tia.*

ensioni prospicere; auxilio Brisiaci milites accurrebant; qui Suecos etiam intra ipsa munimenta aggressi crebris incursibus infestabant. Sed quia obsessis arctiora omnia fiebant in dies; premente acrius Sueco, urbis salus conclamatum iri videbatur.

Argentorati episcopatus praefectus Austriarum partium studiosissimus ad Galli Regis Legatum literas misit ab eo enixissime flagitans: ut Suecicis conatibus intercederet; atque ab Horno impetraret inducias; donec ille Rex de recipiendo in fidem Argentorati episcopatu, cuius iuris erat illa ciuitas, aliquid statueret; breui affaturam Regiae voluntatis significationem. Doluit Hornus, quod sibi eius victoriae decus importuna Galli intercessione praeriperetur; sed amicitia, quae inter suum, Galliarumque Regem intercedebat, effecit, ut legati postulatis indulgens dederit iam fere captae urbi inducias.

*Hornus
Bisfeldia-
nis indu-
cias dat.
Selesta-
dium.*

* Heluetum etiam per eos dies obsidio Rheni comes vrgebat; sed obsessoribus incautiùs intra vallum agentibus, remissisque custodijs res, obsidionis sedulo non curantibus; septingenti Caesarei erumpentes ex vrbe fegnes, ac torpidos praesertim equitum stationes adorti plurimis repentino illo impetu oppressis, inertiae, desidiaque ab ijs sumpsere poenas; sed è totis castris confluentibus ad periculum cohortibus, Caesarei excussio hostibus somno, in urbem nullum passi incommodum redierunt.

*Alsatia,
Selesta-
dium.*

*Sueci Ca-
sarea sub-
sidia sum-
dunt.*

Interea qui Kinzingae, & Endingae curabant Imperiales, propè Brisiam coibant; quibus addita valida * Tribocum agrestium manu, decem bellatorum millium exercitu * Heluetum profecti Benfeldtam subsidio ire destinabant; sed Hornus sociatis cum Solmi, & Nassauij comitibus, & Chiliarcho Smidbergo viribus egressus è castris; vbi propter inducias otium erat ab armis; velitationibus, incursibus adeo Caesareas copias afflixit, carpsitque identidem: ut eos non ausos propius urbi succedere, laceris cohortibus, abire compulerit.

*Caesarei
ab Ar-
nhamio
premun-
tur.*

Caesarei in Quadis ad extrema Arnhamio premente, acti, exciso Viadri fluminis ponte, Vratislaniam secesserant. Arnhamius igitur intercepto pontis ruina transitu, ad alium ad Olaiam pontem oculis adiectis ad eum occupandum, antequam à Caesareis scinderetur, trecentos moschettarios, & sexcentos equites misit. Tibinus Rosbocchus cum quadringentis moschettarijs pontis transitum circumducta lorica, erectoque ad caput propugnaculo custodiebat: qui procul hostium valido agmine, suas cohortes longè multitudine superante conspecto; ne se oppresso, flumen ponte traicerent, illum dirui iussit; quo hostibus transeundi saltem adimeret facultatem; quando eorum impetum se posse sustinere desperaret.

*Caesarei
pontis ab-
scindunt.*

Saxones veriti pontis excidium magnis passibus properarunt; ut pontis ruinam impedirent; sed metu spe magis sollicito antequam hostes adessent, opus maturante, pons disiectus est: in defensores delusa hostium ira desequit, centum eorum caesis, reliquis captiuis abductis,

Arnhami-

Arnhaimius cum tota exercitus mole superueniens iterum farciri pontem iussit, & dum manus operi admouet, sollicitatque structuram ad perfequendos reliquos Cæsareos misit equitum turmas. Verùm illi animaduersos periculo validiores alia via regressi illam conditam pontis partem iniectis in aseres flammis, adurere nitebantur; sed contortę in virides arbores faces humidę materię non hæserunt: immo Saxones, tanta virtute Cæsareis resisterunt, vt eos in vicinum saltum pedem referre compulerint.

Cæsareo & pontem absque dante

Perficiendo igitur operi, amota Imperialium molestia, institerunt. Quo absoluto, Siagofochius cum alijs sex, & viginti equitum turmis, maioriq; moschettariorum numero superuenit; sed nimis serò ad spectandam duntaxat perfectam pontis structuram processit. Arnhaimius animi pependit, an pontem ea nocte transiret; cognouerat enim in adue solitore Cæsareos maiori militum numero addito validiores confidere: sed tamen erecto animo, tertia noctis vigilia ineunte, copias ponti succedere iubet; tantaque celeritate illum transierunt; vt albicante aurora totus exercitus vltra Viadrum instructa acie constitit, atque ad inuadendos Cæsareos, qui se intra saltum munimentis vallarant; duos tribunos cum suis legionibus misit.

Saxones pontem resistunt.

Inita ferox, atroxque pugna vtrinque est: & tam diu tenuit, donec succedente in prælium tota Saxonum acie; fusi, fugatique Cæsarei victoriam Cæsareis reliquerunt; quamuis supra vires fortissimę dimicassent. Ingens Cæsareis clades inflicta, cęsis mille ducentis, cum eorum Chiliarcho Eichstato. Cæteri superflutes Popilenum, Cosselumque coierunt; vbi eorum habito ce nsu, non plus sex millia inuenta.

Saxones cum Cæsareis pugnant eos que sumunt

Sed è contra Saxones, Sueci, & Brandeburgici in castra magno volonum nobilium numero confluente, in dies viribus augebantur, felicibusque euentis bellicę virtutis existimatione collecta; noua subinde oppida deicteis Cæsareis occupabant, vt breui totos inferiores quados summa felicitate subegerint.

Hofiliũ armorum felicitas,

Pappenhaimius vix Traiecto suas copias abduxerat; quo Infantis Belgij Gubernatricis precibus accitum, ad pellendos inde Batauos, è Germania profectum esse supradocuimus; cum per celeres tabellarios missis officiosissimis literis, à Bauaro duce, atque à Valstaino inuiatur, vt secum arma coniungat. Ille vero, qui suas copias, & certaminum laboribus, & longi itineris incommodis fatigatas aliquot dierum quiete reficere per optabat; vel vnus tantum imperio parere statuerat, vt risque respondit; *se non posse Obrincum amnem traicere: quod fluminis transitus Gallorum Stationibus clauderetur: nec tanti esse, Germanici sanguinis impendio aditum patefacere aduersus eam gentem, quę etiamsi se Cæsaris hostem professa, nihil tamen hactenus contra Austriacos hostile tentauerat, nec posse suos milites per confragosum, asperum, salebrosum, longunq; iter sine stipendijs duci. Denique non esse è re Cæsaris omnino arma ab inferiori Saxonia deducere.*

Pappenhaimius à Duce Bauaro & Fridlando inuitatur.

Mosella.

Pappenhaimij responsio.

Ducato di Clemens.

Reparatis igitur in Menapijs, & Tungris militari licentię laxatis habitibus, exercitus v iribus, secundum Rheni litora ducens exeunte Septembri,

*Pader-
born.
Pappen-
haimij
aduentus
Tenderio
salutari.*

Vuestfaliam peruenit; atque ad Fostam flumen statim locauit. Pappenhaimij aduentus rumor Baudissinum à Tenderij obsidione decussit. Quamuis illi durum prius admodum videretur, ab ea obsidione discedere: propter bellici decoris detrimentum: etiamsi obsessi validis, & frequentibus eruptionibus Suecorum plurimos cecidissent. Pudebat illū sanè incepto abire: cupiebat tamen, cum cognouisset, eam expeditionem in dies fieri difficiliorē. Quare ad Pappenhaimij aduentantis nuntium satius duxit, obsidionē soluere: ne medijs inter veteranum exercitum, & urbem strenuorum militum plenam interciperetur. Visurgi igitur amne traiecto, Hochsterum tetendit, vt cum Luneburgi duce in obsidione Volfempyti hærente arma sociaret.

*Misera
militan-
tium con-
ditio.*

In Pappenhaimij agmine pene orta seditio est, ab stipendijs à quæstoribus retenta. Misera sanè, imò omnium mortalium infelicissima militum conditio: qui exigua stipe suas animas locant: quæ quoque si procederet: esset vtrunque ferenda: sed annos integros nullus auferis stipendia metitur. Capite sanè militaris obedientia sancitur: ducum arbitrio corpora tormentorum ictibus obijcienda, excipiendaque aduersis pectoribus vulnera, non alio sui sanguinis pretio, quàm vt inter strenuos milites censeantur.

Quare Pappenhaimius ne magis glisceret militaris tumultus, nullo quæstore cum stipendijs apparente: militibus permisit, vt ab agrestibus illa extunderent: quo vno iratos militum animos pacari posse censebat.

*Mar-
adius Pap-
penhaimio
se
iungit.*

Ibi Maradius Pappenhaimij agmini suas addidit copias: censeque sunt duodecim bellatorum millia. Quocirca Baudissinus, ne hostium pateret iniurijs: Hociteri se validis munimentis vallare maturabat: vt ibi maiorem sociorum militum numerum expectaret.

*Cæsare-
rum de
inuaden-
do Bau-
dissino
decretum
Minden.*

Cæsarei illum medium oppugnare constituunt, vt ancipiti pugna in diuersa distractus fieret ad resistendum debilior. Iamque Cæsarei flumen traiecerant; ademptoque hosti molendinorum vsu, illum vndique sepsērāt. Ille cum com meatuum inopia premeretur; impedimentis Mindam præmissis instructum exercitum eduxit in aciem quasi prælium cum Cæsareis commissurus.

*Baudis-
sinus mira-
bilis re-
ceptus.*

Hostili audacia lætus Pappenhaimius, connectis in collis fastigium tormentis, de secunda noctis vigilia in subiecta hostium castra repetitis ictibus fulminabat; sed cum nullum è contra tormentum ab hostibus emitteretur; pergerentque nihilominus in acie consistere; ratus Pappenhaimius hostem discessum parare; cæreque tormentis, iussit equitatum in expedito esse: vt abeuntem hostem persequeretur. At hostis ita mirabili receptus suum agmen diuina reduxit; vt non solum nulla incommoda acceperit; sed etiā ablata persequentibus tria turmalia vexilla Mindam auexerit.

*Cæsari
Volfem-
pyto
sunt duo*

Gronsfeldius cum officere ampliùs Baudissino non posset; viginti equitum turmis ad ducem Georgium Luneburgi, Volfempytum cum copijs Brunsvicentibus obsidentem inuadendum profectus tanto, inopinatoque impetu hostes adortus est; vt mille militibus ea prima impressione prostratis plu-

pluribus captis; tanto cæteros timore concusserat; vt Dux territas copias celeriter ab ea obsidione deduxerit. Cæsareis nouem turmalia vexilla, opulentaque spolia adeptis.

Finito ad Noribergam inter Suecum Regem, Imperialesq; certamine; copijs vtrinque in sua castra reductis; Fridlandus iussit colligi spolia que in prælij campo remanserant; & vix raptim sumpto exiguo cibo Principem Aldobrandinum in lecto ex vulnere decumbentem inuisit; datis prius oportunitis mandatis, quibus Sueco occurreretur; si forte iterum ad innuadenda castra rediret.

Ab hoc mutuo virium vtriusque exercitus experimento, neutros timere congressum compertum est. Cæsarei se intra munimenta ad curanda sociorum vulnera tenuerunt. Sed Rex, qui nisi inuitus intra exigua sepimenta coerceri non poterat; cum perspiceret fieri omnino non posse; vt in aciem ad dubium vniuersi prælij euentum Imperiales educeret: præter id, quod Noribergæ inceperant deficere commeatus; de discessu cogitauit; aut quò cum extracto in æquiore, potentioreque locum hoste congrederetur, aut nullis sibi obsistentibus propugnaculis vera tantum aperto Marte virtute, de hostium formidine triumpharet.

*Mutuo r
vtriusque
exercitus
timor.*

Accito igitur Noribergæ magistratu, causam exposuit, cur non vltius sibi eorum hospitiorum beneficio esset abutendum: gratias egit de omnibus commodis, quæ suis copijs tam humaniter exhibuissent: se illorum meritis æternam habere gratiam professus: Chnifausenum cum trecentis equitibus, & octo peditum legionibus ad præsidium reliquit: qui tamen Schlemendorffii imperio parent.

Mutuis peractis officijs, sub meridiem decimo quarto Kal. Octobris omnium tubarum strepentibus clangoribus, & tympanorum sonitu iussit bellicum cani: Cæsareosque ad pugnam prouocari educto ex vrbe cum toto tormentorum apparatu, atque impedimentis exercitu, illum in ingentia quadrata agmina partitus, quasi vellet cum hoste concurrere, Cæsareos rursus inuitauit ad prælium. Valfainus, qui necdum satis callebat Regis ingenium, insidias metnens grauibus penis indictis prohibuit, ne quis è castris exiret ad pugnam, Liburnos tantum, & Sarmatas equites ad velitandum cum hoste prodire permisit, ne in discrimen vniuersæ pugnae traheretur.

*Rex Suci
cus iterum
Cæsareos
ad pugnam
inuitat.*

Rex aliquot horas instructa acie, explicatisque ordinibus constitit: sed cum Cæsarei nihil prouocationibus responderent, nec aliquod dimicandi indicium facerent Franconiam, versus iter intendit: traductoque vltra Pegnitzium flumen exercitu, Ducem Bernardum Vinmariensem ad occupanda circumloca præmisit: vt laxius, commodiusque statim suis militibus partiretur.

*Suecorum
discessus.*

Hoc Regis discessu veritus Valfainus, ne quis dolus sateret, cum adhuc castrorum loricae, ex quibus Sueci discesserant, integræ starent, quatuor dies suos intra munimenta coarctauit: missis interim ad Noribergenses ciues,

*Valfai-
nus Nori-
bergensem
animos
sentiat.*

ues fecialibus, qui eorum animos oblati honestissimis pacis legibus, tentarent: vt ad debitam Cæsari fidem redirent. Verum ciues adeo in benivolentia, studioque erga Regem induruerant illius lenitati, humanitatique memores: vt Valtaini per suasiones nihil eorum mentes impulerint, præter id quod Lutheranis imbuti doctrinis Austriacos auerfabantur, contemptisque Valtaini minis, non vicini exercitus potentiam formidabant; vel ob munitissima vrbis propugnacula, vel quia in data à Rege fide sperabant, eum sibi laborantibus affuturum, quoticumque bello à Cæsareis peterentur.

Noribergensium pertinacia.

Valtaini discessus.

Valtainus itaque inimicam urbem Sueci Regis ope subnixam non tantandam putauit: & eò minus, quòd comteatum, pabulique inopiam iam exercitus patiebatur; quam Rex certissimè aucturus erat; omnibus viarum aditibus circumfessis, si Noribergam obsidere ausus fuisset. Vt sua tamen consilia tegeret, Cæsaris mandata causatus; quibus iubebatur illius vrbis obsidione absistere; Cæsaris obsequio suarum virium imbecillitati obtento: dirutis munimentis, & castris incensis, abscessit; vicinaque circum loca populatus vna cum Bauaro duce inter Noribergam, & * Locoriturum substitit.

Forcheim

Imperialis exercitus molestia.

Mirum fuit, quanta muscarum, culicum, æstrorum, limpiridum examina exputri castrorum labe ebullientia intra Cæsarea munimenta volitarent; vt sine grauissima molestia habitari non possent; atqui tot dies inter illa infestissima animalcula durauit exercitus. Fridlandus idcirco statuit, equitatum, nimis laboribus, inediaque attenuatum reficere; quòd ager ille pabuli copia affatim abundaret. Erant enim strigiosiores equi introrsus, aëto, exiliq; latere hærente ossibus pelle omnino recreandi.

Forcheim

Lauffen.

Constitutis igitur ad * Locoriturum, vicinofque pagos statiuus, iussit Galassium post direptum, vastatumque Noribergæ agrum in Guados, & Saxoniam suas copias inducere. Qui regionis cladem à * Lauiaco auspiciatus paulo plus octo passuum millibus prope Noribergam ad Pegnitzij ripas locum oppugnat. Illi pauci præsidarij totum diem, ac noctem Cæsareis strenuè resistere; sed iactis intra tecta per incendiarias bolides ignibus, prostrataque astiochi impulsu Castellij portæ, Cæsareus irrumpens ciues iuxta, ac milites quosque trucidat: plures etiam ditiores captiuos abducit; vt pretia libertatis exprimeret. Eandem calamitatem vicina oppida tulere; quibus vel direptis, vel euerfis, in Saxoniam ad socianda cum Holcho arma perrexit.

Galassius Lauiacum oppugnat.

Rex Suecus lustrat exercitum.

Rex Suecus non diù in statiuus moratus quietis impatiens eodem die, quo Cæsareus exercitus, è munimentis exiit; Vuitnhemium profectus; lustrauit exercitum. Octoginta bellatorum legiones recensuit. Ibi duos legatos, alterum à magno duce Moschouix, alterum à Scytharum Rege, ad se missos audiuit. Ambo illi auxilia aduersus Cæsareos offerebant; sed Rex suis viribus fidens, nec alieni indigus auxilij humanissimis verborum officijs gratias eorum principibus egit; quòd suam operam eo bello sibi

Auxilia oblata recusar.

polli-

pollicerentur : non opus esse sibi exteris armis : sperare se suis , sociorumque tantum viribus bellum feliciter confecturum : donatisque amplissimis ; muneribus legatis ; vniuersum exercitum in patente planitie instructum ad pugnam in conspectum dedit : nihil dignius Rege bellicoso ratus ; si quas ipse duceret copias , explicatis in aciem ordinibus , legatorum oculis subijceret ; quibus in suas regiones profectis , Noribergam allapulus , locum male tentatę aduersus castra Cæsarea pugnae equo vectus inuisit . Inde Onolsbachum progressus noua militum supplementa recepit .

Fridlandus , & Bauarus , extractis ex Locorito quadraginta muralibus tormentis Bambergam mouerunt Cronbergoque cum quatuor armatorum millibus expedito , vt eam urbem , Sueco depulso , reciperet . ipsi substitute rei euentum expectantes . Ille facili pugna urbem adeptus diripuit . Fridlandus cum reliquis copijs superneniens Melocabum arcem obsidione vinxit : cui Tubatellus cum strenuo præsidio præerat ; qui oblatis sepius à Fridlando æquissimis conditionibus repudiatis , arcem fortissime propugnabat . Tandem Cæsarei applicitis mœnibus vndique scalis , summa virtute , vehementique impetu in murotum fastigium euadere nitentur . Verum ille non solum tormentis , quibus obliquis ictibus latera abradebat , Cæsareos magna strage summouit , sed etiam in subeuntes animosa eruptione facta , Fridlandum ab ea expugnatione abire coegit .

Cronbergue ad Bambergam expugnata munitur . Coburg.

Cæsarei Melocabum oppugnant .

Ab oppugnatione discedit . Predigia.

Inter eam oppugnationem , illud accidit memorabile . Aprum è Sylua nullis agentibus canibus , ad suburbia vsque incitato cursu prouectum ; a pistrinario maioris sclopi ictu petitem ex vulnere concidisse . Aquilam insuper desuper urbem in sublimi circumuolitantem examinem subito corruisse , nullo in cute vestigio vulneris apparente .

Dum hæc ad Melocabum geruntur , Dux Bernardus Vinmariensis in quadraginta Liburnorum equitum turmas duce comite Isolano notæ virtutis bellatore in Silbachi campis forte incidit ; commissaque pugna , Vinmariensis decem turmalia vexilla cum impedimentorum parte illis eripuit ; verum non citra ipsorum cruorem , ac vulnera ; cum æquali fere numero cecidissent .

Leuis pugna inter Vinmariensem & equites Liburnos .

Dux Bauarus , qui diutiùs Fridlandi imperium pati non poterat : illum diem sibi videre videbatur . quo ab inuisi capitis aspectu liber abiret : & quo aliquem discessus titulum prætereret ; suam prouinciam Suecorum incursum diripi , vastarique causatus , officiosis verbis , intensum animum tegens , simulata erga Fridlandum beneuolentia , habito cum illo prius de belli gerendi ratione consilio , vale dicto , discessit ; identidem querens , nihil aliud sua patientia fecisse ; quam vt arcana Fridlandi cum Sueco Rege consilia , occultosque consensu impederet , prohibueritque secretos conatus : sed hunc tantulum fructum decies centenis aureorum millibus sibi stetitisse .

Dux Bauarus Valslainum auersatur

Vulgabat enim Valslainum cum Sueco Rege sentire , arcana inter utroque consilia latere : fidissimis internuntijs , cum eo sedulo sepius egisse . Sequenter pacis erat Tubaldus ; quem ad Regem liberum missum à Valslaino narra-

Valslainus perfidia à Bauaro insinulatur .

narra-

*Vn'stains
confiſia
de p.c.e.*

narrauimus, vt eum ad pacem fleſſeret; quod iugiter Valſtains animo agi-
tabat: cum pro Cæſare faceret; vt rebus cum Sueco Rege compoſitis, belli
incommoda fugeret: exactiſque è Germania barbaris, atque exteris armis,
Imperium extremo fere diſcrimine liberaret: ac Religionem iam hæretico-
rum impulſu cadentem ſulciret; quæ certè cum Imperio nimia aduerſario-
rum potentia, ſi diutius belli duraret incendium, ruitura eſſet; & è contra
iucolumis ſtatura, ſi Germaniæ pax optata fulſiſſet.

Hæc erant præcipuè, quæ Valſtains alioqui bellicoſum, pugnacemque
ducem bellorum amantem, ad pacem maxime ptoclinabant. Præter quam-
quod præpotentia Cæſaris arma ad totius Chriſtiani nominis decus in Tur-
carum viſcera conuertere peroptabat. Aliquot etiam captiuos fremen-
te Bauaro ſine pretio dimiſerat, tribi num ſcilicet Toiſenſonem; & alios mi-
nus clari nominis duces, quod animi magnitudine cum ipſo Rege certare
aſtaret, immo illi munificentia ſtuderet excellere; ea ſpe ductus, ſe poſſe
beneficijs Regis animum demereri; quem ſciret non iniurijs aſperandum;
ſed omni lenitate, ac ſuauiſſime tractandum; vt facilius ad pacem ample-
ctendam alliceret.

*Fridlan-
dus Co-
lumban-
chiſi ſri-
ſtra ſoli-
citas.*

Octo dierum quiete Cæſareo exercitu recreato, Valſtains Columbachi
caduceatorem miſit Cæſaris nomine: qui eos ciues moneret, vt à r. bellio-
nis ſcelere reſipiſcerent. Verum illi ſemel, iterum, ac tertio negarunt, ſe à
Suecicis partibus reſeſſuros. Addidit grauiſſimas minas Valſtains, ſe nul-
lius ætatis, ſexusque cædibus, neque ferro, ac flamma temperaturum. Spre-
uere tamen illi interriti minas: atque ad urbem tuendam ſe impigrè expo-
diebant. Quate Cæſarei omnes vicinos pagos, & vicos prædati, populatiq;
agrum: iterum in urbis conſpectum venerunt. Sed irritò conatu, quòd ci-
ues frequentibus tormentorum ictibus, validiſque eruptionibus Cæſareos à
manibus ſummouerent, in vnum itaque Bairetum aduerſi ſucceſſus effuſa
ira eſt: quod primoribus ciuium captiuis abductis, urbem ferro, flammaque
euerterunt.

*Bairetum
a Cæſa-
reis euer-
ſum.*

*Bauari
Rainam
recipiunt*

Bauari a Valſtains digreſſi aliquod ſoli bellicum facinus aggredi decre-
uerunt; vt ſe quoque belli gerendi peritos nulla Imperialium ope ſubnixi
oſtenderent: Idcirco Mediceorum Principum auſpicijs; qui ſe cum valido, ac
ſplendido nobilium volonum equitum agmine in Germaniam ad bellum
pro ſuo patruo Imperatore contulerant; urbi Rainæ copijs adnotis, tanta
eam facilitate receperunt: vt nec ſperare quidem tam felicem incruentæ
expeditionis euentum licuiſſet.

Chiliatichus Murifalus præſidij ſe præſectus, quamuis urbem propugnare
potuiſſet; cum nec comæatus ad obſidionem tolerandam; nec ad hoſtes
pellendos deeſſet iuſtus militum numerus; nonis tamen Octobris diſceſſum
pactus, urbem Bauaro turpiter tradidit. Turbauit ea res, præſectique igna-
uia Regis animum; quòd ille locus inter Noribergam, & Augultam com-
mertia ſuo interiectu impedire potuiſſet.

Rex igitur ipſe ad pellendos inde Bauaros ſtatuit proficiſci. Nullaque
mora

inora cum exercitu iter ingressus, celeriter Licia amne ponte constrato; traductisque copijs, adeò Bauaros solo copiarum aspectu oppugnatione minantium terruit; vt quàmuis cômmeatibus, tormentarioque puluere, & cæteris bellicis rebus affluerent; nec procul esset sociorum exercitus; Regi tamen urbem ignauè, sedèq; dederunt: addita ab hoste deditionis turpitudini ignominia, vt solum ensem ex vrbe pedes efferret: eques verò pedes abiret.

Rex ad recuperandam Rainam pergit.

Rainam itaque non ampliùs quatuor dies Bauarus tennit. Hoste ex vrbe eiecto, de Murscifali ignauia habita quæstio. Factum nulla excusatione purgavit, nisi quòd quidam signifer illum omnium militum nomine fuerat obtestatus; vt dederet urbem, cum præfidiarij pugnam detrectaturi essent. Futilis pro tanto crimine excusatio. Quo circa inertia, nequitiaq; labem capite luit abscissis à lictore ceruicibus: Caput in mænium lorica ad cæteros ignauos Murscifali exemplo terrendos in vigilum loco obiectum ostentui.

Murscifali præfidiarij ignominia puniuntur.

Urbe validiori, animosiorique præsidio firmata, Rex pugnandi cum Bauaris cupidus, quos Inglostadinum versùs tetendisse cognouerat; Neoburgum festinauit. Veruni illi certaminis periculum veriti, quòd nec dum omnes cohortes simul coïnissent; & procul abessent à sociorum auxilijs, se Ratisponam contento agmine receperunt. Rex fessus sequendo, cum nec ad eos obsidendos copia sufficerent, Augusta, Donauerta, Rainaque ad Aras Flauias deflexit.

Nordlingens Galassius Fribergam inuadit.

Galassius, qui ipse quoque à Valstaino discesserat; cum decem, & eò ampliùs armatorum millibus, & octo muralibus tormentis iunctis cum Holchi exercitu copijs, communi consilio Fribergam constituunt oppugnare. Breui mænium partem, pluresque turres repetitis crebrò tormentorum pulsibus diruerunt. Nec tamen ad tam vehementem Imperialium impetum territi propugnatores, eminus præliati tormentis, non exigua Cæsareis incommoda attulerunt.

Galassius tandem extrema ciuibus intentauit, omnium cædem, vrbis incendium minatus, ni statim dederent urbem. Qua minarum atrocitate pauidi ciues, desperatis subsidijs, cum planè perspicerent, se non diutiùs Imperialium impetum esse laturos: acceptis equis conditionibus deditionem fecerunt.

Optimo consilio Galassius minarum acerbitate vsus est; vt ciues ad properam deditionem compelleret; veritus, ne singulis momentis missa obscissis militum auxilia in conspectum vrbs se darent: quæ propediem Dresda expedita affore nuntiabantur. Idibus Octobris egresso cum singulis tantum ensibus præsidio; cines vrbs direptionem centum tolerum millibus compensarunt: alia octoginta millia appensa militibus, vt ab ijs Electorum sepulchris, quæ religiosè venerabantur, parceretur.

Fribergam Galassius dedidit.

Cæsarci Africani, consilio in hostiles terras translato bello, Saxoniam armorum concussa ruebant. In Quadis verò arma Saxonica quaquauer-

Mutua inter Casares & Saxonos dæna.

sum

sum volitantia, arces, vrbes, castella, depulsis Cæsareis, occupabant: Cæsarej tamen quasi nihil ad eos Quadi spectarent; Saxoniam bello euertunt, dum Saxones Austriacis aliam prouinciam eripiunt, perguntque obstinato decreto, contempto patriæ excidio, vastare Quados, cladesque cladibus Cæsareis remetiri. Sed Rex Suecus, cuius opes ac viribus federati Principes nitentur: maximè Saxonie incommodis angebatur; quæ amica prouincia carissimi, socijque Principis sua causa perferabat: metuebatque, ne Saxonem tot malis afflictum sibi secum, federis poniteret.

Timor
Sueci Re-
gis de Du-
ce Saxo-
no.

Varia Imperialium, Suecorumque manus ita quaquaerfum inuicem sperferant bellum; vt omnibus locis occurri hosti non posset. Nam dum vni prouinciæ prospicitur, aliam nudare præsidij; obnoxiamque hostium iniurijs relinquere, necesse erat.

Norlingæ.

Rex itaq; aliquot dies ad Aras Flauias moratus, omnibus Danubij locis iuuatis, iterum redijt Noribergam, cum aliquot equitum turmis; quas Chnifausenus cum valido agmine, commeatibus, tormentarij; pulueris cadis subsequēbatur.

Lauffen.
Rex Sue-
cus Lauia
cum Au-
striacis e-
ripit.

Papphai-
mij militi-
tatis
suo.

Vbi Lauiacum peruenit firmo Imperialium præsidio defensum; tanto illud impetu aggressus est: vt territum præsidium se illico Regis voluntati crederit: Inde Noribergam regressus, ibi de rebus bellicis cum cæteris ducibus consilium habuit: Dum hic Rex suis consulit rebus.

Papphaimius cum Gronsfeldio Suecos, ac Luneburgi Ducem afflixerat. Hic non tam ingenio pugnaci, ferocique, quam, vt boni Ducis est, canto, prudensque accepta vexilla, quæ Baudio, & Luneburgo varijs prælijs ademerat, Hildeshaimi arci copijs admotis, præsidarijs iussit ostendi: narrarique, vtrunque exercitum à se fufum, fugatumque, ac proinde cum nullam subsidium à victis socijs sperare possunt: illam sibi dederent arcem; quod ni subito facerent: ne quicquam postea mitius se habitum iri sperarent: ne dum honestas condiciones, quas tunc perhumaniter ferret, expectarent.

Papphai-
mij Hcl-
deshai-
mij in
deditionē
accipit.

Præsidarij primum infido, infidiantique hosti nulla fide habita, quæquæ fociorum signa cognouissent: defensionem parabant: sed citò consilio arceis tuendæ damnato; cum ab hostibus omnia expediri ad obsidionem vidissent: ciuium etiam imbelli, pauida que turba ad deditionem pacificendam impellente: qui suos vastari agros, dirui domicilia, diripi latisfundia egerrimè patiebantur: sed præcipue Imperialium sæuitiæ fama perterriti, à qua semper verò maiora vulgantur: in has deditiones leges descendunt.

Non plus duorum militum millium oppido præsidium imponeretur, qui etiam numerus crescente illius populi erga Cæsarem fide, minueretur. In exercitus alimenta ad direptionem auertendam, ducenta tolerum millia à ciuibus penderentur: hac lege, ne miles quicquam prædari posset: sed intra disciplinæ militaris moderationem se contineret: Demum cautum est, vt nihil de religionis rebus ageretur; sed cuique integrum, esset, auita sacra,

saera, patriosque ritus exercere, ac de religione pro voluntate sentire, & alia quoque huiusmodi lata, acceptaque sunt conditiones, quae sponte deditis à victoribus conceduntur.

Ratis utrinque habitis legum deditiois capitibus die sequenti, Idibus Octobris oppidum Papenheimius inijt cum aliquot equitum turmis: cuius ingressus tum primam civibus gratissimus fuit, quod contentam pecuniam subito solvere coacti fuerint: magamq; commentum vim Wolfenpytum exportandam praebere. Sed consultius putavit, omnes civibus simul molestias afferre: ut deinceps mollius agendo, asperatos eorum animos humanis tractationibus deliniret.

Conspectis oppidi munimentis, lociq; situ, ac propugnaculis motibus, civium praesidiisque viles animas odit, quod urbem undecunq; municionem, tribus diebus hosti seque, turpiterque dedederint.

Fridlandus, quem Melocabi reliquimus, cum decem tantum armatorum millibus (adò plura agmina hac, illacque disperferat) Saxoniam versus tendebat: Hac in binas acies diuisa, ut commodioribus uterentur hospitij: sed verius, ut occupata latius regione opulentiùs milites praedarerentur: duodecimo Kal. Nouembris Vuerdam peruenit: ibique coactis in vnum peditum cohortibus, & equitum turmis, Ariliam, & Bornam instructa acie processit, quibus urbibus primo statim successu occupatis, iunctis cum Holcho viribus, in Cherufcos inuasit hostium praesidijs vacuos cumque Albim rupto à Saxonibus ponte transire non posset: libratisque ex aduerso tormentis Caesarei illum sarcire prohiberentur: omnia citra flumen ferro, ac igne corrumpunt.

Inde Valstainus Lipsiam mouet, ac septimo Kal. Nouembris in suburbana planitiem ingressa Imperialium equitum ala se urbi ostentauit, agrestium, commeantiumque grassata: fortunas bellum auspicata.

Reliqua exercitus moles Herde substitit, atque in circumiectis pagis, & villis tetendit. Postero die Neoburgum Caesarei subierunt: sed emissis, è mœnibus tormentis retrò summoti. Vna Lipsia à Fridlando petebatur; eratque ipsius votorum praecipuum, cum illi nullo negotio tota Saxonia in suam ditionem concessura videretur, si eam urbem priùs expugnasset.

Sed priùsquàm armorum vim admoueret, leniter prius tractandos militum animos ratus, si solo allato bell. terrore eos subigere potuisset, per rubicinem literas ad Senatum, praesidijque praefectum, aliosque Saxonis Ducis ministros dedit: quibus eos ad deditioem faciendam multis rationibus hortabatur. Fridlandi literis Senatus submisit admodum, moderatæque respondit: *Arcem corpus esse omnino secretum à Lipsia: in eaq; curare perfectum, qui soli Electoris Imperio paret: idcirco fieri omnino non posse, ut eo inconsulto, atque inuito urbem dedant.* Quo responso Valstainus iratus inijt copias vterius in campos in urbis conspectum procedere, ut ille populus intelligeret serio rem agere, nec iocari Caesareos.

Verum c. nes quoque, octoginta moschettarijs, & aliquot equitibus de urbe

Propugnaculum ignavia a Papenheimio data. Fridlandi profectio.

Altemburg.

Fridlandus Cherufcos aggressus.

Fridlandus de occupanda Lipsia consilius.

Fridlandus Lipsia copias admouet.

vrbe, ad velitandam emissis, nihil se eo armorum aspectu terreri, ostendere voluerunt; immo impavidis animis, ad mœnia Cæsareos expectare: quamuis illi primi eruptionis conatus ciuibus male cesserint: circumfluente siquidem maiori Imperialium numero, cæsi, atque ad mœnia pulsæ, reiectique sunt; sed & ipsi Cæsarei petiti tormentis, quæ vndique in subeuntes è mœnibus displodebantur, retrò celeriter recesserunt.

*Cæsari
Lipsiæ me
ciuibus suc
cedens.*

Valltainus cum nec officiosa verba, nec suasiones, ac minæ apud ciues quicquam proficerent; sensim mœnibus copias iussit accedere. A medio die alter caduceator missus ad ciues, non amplius orabat, sua debatque, sed abscesso imperio iubebat Fridlandi nomine, eos urbem illico dedere; eodemque momento Cæsarei in Saxones, qui extra muros stationem agebant: acri impetu inuesti eos in urbem compulerunt: fulminantibus tamen è mœnibus tormentis, non exiguam cladem Cæsarei acceperunt. Redijt tubicen eadem à ciuibus referens, deditioem animosè negantibus.

Valltainus itaque iustam obsidionem non amplius differendam ratus, mane propius admouet vrbi tormenta: productisque loriceis, suburbij agmina infederunt. Eo die certatum tantum vtrinque tormentis est. Nihilominus Valltainus, vt verbis assequeretur, quod erat armorum violentia cum mutuo partium discrimine, à ciuibus extundendum; tertium, & quartum tubicinem misit ad ciues cum iisdem mandatis: qui eadem responsa ab obstinatis ciuium animis retulerunt.

*Lippen-
sum ci-
uium per-
tinacia.*

Dum in medium consulunt ciues: decernuntque urbem suo principi retinere: non animaduertebant, hostes mœnibus sensim propius accedere: Quare cum se ad tuendam urbem expediunt, iam dispositum moschettariorum agmen continua scloporum glandium iaculatione apparentes in mœnibus incessabant: adeò destinatis ictibus, vt etiam in fenestris meridianes per iocum ferirent. Sub vesperam contortæ in Lipsiâ igneæ bolides incendium in duobus vrbis angulis excitarunt: quod ciuium concursu statim extinctum est.

*Lipsiæ à
Cæsareis
appropin-
quatur.*

Noctis sese explicantibus tenebris, quintum caduceatorem misit ad ciues: quem, cum non ita citò portæ aperirentur, immo moschettariæ glandes è mœnibus grandinarent: redeuntem tympanista ciuium iussu reuocat, atque in urbem, senatumque deducit. Summa mandatorum Fridlandi hæc erat. Ciuibus imperabat, vt summo mane feciales in castra mitterent, qui secum de deditioem conditionibus agerent, nec vltra differrent, ne vltima pati mallent.

*Magna
vrbes dis-
ficile pro-
pugnatur.*

Magnæ vrbes cohiberi non possunt, quin in yecordes metus turpiter ruât quia multò maior inertium, quàm fortium numerus est. Vile vulgus in iisdem fortunarum angustijs, quocunque principe imperante hæsurum parit ducit, Electori ne, an Cæsari pareat: cum sibi alicui semper parendum sit: Miseri plus spei est in rebns nouis, quàm in firmo, stabilique dommatu.

Postero die Kal. Nouembris Senatores, cum tumultuantem plebem obsidionis incommoda pati constanter, minaciterque recusantem vidissent: se-
ditionem

ditionem propuli veriti, quia ciuitas mercium nundinis dedita obsidioni ferendæ, repugnandoque Cæsareis haud satis idonea futura erat: legatos ad deditonem paciscendam decernunt, qui duobus essedis extra urbem euecti, nobiliorum ciuium turba comitante, ad Fridlandum uenerunt: ibique tanta celeritate de deditonis legibus conuenere; vt ad meridiem Cæsarei strepentibus tympanis, & clāgentibus tubis, Lipsiam ingressi nulla interiecta mora, arcem aggredierentur; quam Pleßenburgum vocant, explorataque ad libranda tormētā locorum opportunitate, nullus aptior Petrino Collegio visus est; sed cum ad educēdos tumulos nulla suppeteret tellus; magna vis fini eō conuecta est.

Ciues legatos de pace sancienda mittunt ad Fridlandum.

Inclinante in vesperam die, vineæ, pluteique ex vimineis cratibus compacti admoueri cepti. Totam noctem insudatum operi est: contemptis tormentorum globis, qui ab arce contra operas torquebantur. Quatuor tumulis impedita tormenta arcem vndique missilibus verberabant.

Arcem Cæsarei oppugnāt.

Ad decimum sextum pulsum arcis præfectus compellari è mœnibus Cæsareos iussit: qui ad cognoscenda ipsius desideria profecti postulante[m] audierunt, vt hostilia cessarent; quō interiectis inducijs, commodiūs pacisci deditonis capita posset. Cæsarei suam admirati fortunam, ignauiaque præfecti admodum læti, de conditionibus agere instituunt. Nec difficile, nec longum fuit conuenire: bono illo viro cum suo præsidio incolumi, & cum impedimentis, & armis proficisci ex arce contento.

Duarum peditum cohortium præsidium in arce collocatum;eductūque ex vrbe exercitus est, ne ciues hospitiorum incommoda grauarentur. Detractum ex antenna in mercatu erecta Electoris vexillum, insigniaque lacerata; vt omne Electoralis imperij vestigium, memoriamque abolerent: ne ciuium obiecta oculis pristinæ ditionis incolas admonerent. Adempta quoque ciuibus arma; sed fortasse frustra, cum experimento comprobatum fuisset: armata ignauia ne sit, an inermis nihil referre; cū semper meticulosa torpescat. Sed politicæ prudentiæ fuit, etiam exarmare inertes, metuque omni vacuum facere imperium: cum & insitus nati ui principis amor, & nouæ militiæ molestia, insolentiaque somnum inertibus, torporemque posset excutere. Efferat enim animos fortunarum amissio, & accenditur incommodis ira segnitie: quæ alioquin nullis irritata malis quiescit.

Arx Cæsarei deditur.

Ereptis armis, ciues quoque emuncti pecunia. Quinquaginta tolerantium millia infelicibus imperata; quæ subito militibus penderentur, quo magis forsitan vulnere, quàm mutato principe doluerunt. Præterea grauissimis penis indictum; vt qui bona, res Augustanorum, Noribergensium, que ciuium haberent, ea profiterentur: cum perduelles eo pacis fœdere, quod cum vrbe, quæ armis Cæsareis paruisset, comprehendendi non essent.

Lipsiæ pecunia emūgitur.

Dum Imperiales hæc Lipsiæ agerent, variæ eorum manus assiduis processibus vicinos populos prædabantur, Eiteritzium ad solum exustum, il-

D d latus

latus Torgauæ ciuibus terror, actæ ex vniuerso illius vrbs agro diuites prædæ.

Elector cum omnibus belli malis, ac cladibus suam prouinciam diripi, ac vastari conspiceret, scripsit ad Sueciæ Regem. *Non satis esse, una plaga Casareos cecidisse; nisi omnino altero vulnere conficerentur; ut de sua salute solliciti à populandis prouincijs absterent. Quare se eum etiam, atque etiam orare, ut Saxoniam Imperialium impulsu cadenti ceu ferret opem; nam ad eius tantum armorum aduentum metu examines Casareps recessuros, eam esse Fridlando, Catholicique sæderis principibus mentem; ut obfessis Albis litoribus Suecos reditu intercluderent.*

Rex Suecus Saxoniæ subditio ire decernit.

Rex igitur datæ Saxoni fidei mæmor socium principem minime defendendum putauit. Si enim Saxonia in Imperialium semel potestatem veniret, se veluti captiuum in Germania vndique septum videbat. Impulit huius timor incommodi magis animum regis; quàm trepidæ socij principis auxilium inclamantis voces. Reges siquidem nulla re magis, quàm suarum rerum ratione mouentur.

Alsatia. Regis Sueci varia mandata.

Superiorum Palatinatum.

Fridlandus Pappenheimium vocat.

Vuesser.

Pappenheimius Milhausenium capitulum Imperium barbaries.

Quare duodecim armatorum millibus Birchemfeldio Palatino, donec Bannerius à vulnere conualesceret, attributis, in * Tribocibus cum valido agmine Horno relicto, iussisque omnibus Rainam, Augustam, Rhenum, aliaque loca in ijs finibus occupata vigiles custodire, datis quoque ad tuendam Vindeliciam, Sueniam, & Franconiam mandatis: quando iam maximam Bauarorum militum partem, qui superiores * Vangiones obtinebant, coniderat: per Turingiæ saltum ad iungendas cum Vinmariensi duce copias festino agmine properauit: simulque sociatis viribus, Burgstatum profecti ibi sistunt exercitum: ut aliquot dierum quiete fessum à viæ laboribus recrearent, nam multos dies magnis itineribus festinauerant.

Cognouerat Fridlandus iteratis tabellarijs, Suecum Regem à duce Saxonie accersitum; amicique eum repetitis literis admonuerant, Suecum suas copias itineri ineundo expedire: atque in Saxoniam expeditionem parare. Quare ille, ne Rex se viribus inferiorem opprimeret; ad comitem Pappenheimium scripsit, ut illico ad se cum suis cohortibus festinaret: imminere, aduentante Sueco, vniuersæ pugne discrimen.

Comes experiundæ iterum certaminis cum Sueco Rege fortunæ admodum cupidus, coactis subito comitatibus, tormentarijque pulueris cadis in castra conuectis, ac * Visurgis fluminis locorum cum firmis præsidijs Gronsfelto comiti cura mandata. Milhausenium profectus, occupatoque octoginta tolerum millia expressit: nec minorem prædam ex Ianghentalzio direpto, dirutoque egit.

Inde populabundo agmine Thenstatum procurrat; cui cum pecuniam imperasset, nec ciuium inopia satis militum auaritiæ facere posset; tres suburbiorum magistros auexere captiuos; sed cum neque idcirco vlla pecunia solueretur; milites inaudita barbarie illos miseros laqueis suspendendum. Qua perspecta Pappenheimius suorum militum seuitia immane

immane facinus auersatus, scissis repente laqueis (nec dum enim infelicibus spiritus ruptis ceruicibus perfocauerant) deponi iussit semineces è Ersurt. ligno: liberisque ad suos dimissis, * Bicurgium peruenit, vbi per antecurfos cognito Sueci Regis accessu, cum longè viribus minor venienti non posset occurrere, * Mattiacum contento agmine festinauit * Salasoque Merspurg. Sala. flumine superato, cum Vastaino sua arma coniunxit.

Ex litoribus Danubij Sueco Rege profecto, Birchenfeldius legatus equitum dictus absente Bannerio, vt aliquid audendo, bellicum decus pararet; equitatu è statuis educto, ad Landspergam obsidendam perrexit. Birchenfeldius Landspergam recipit. Bauarum praesidium urbem primis conatibus strenuè tutatum est: iactisq; intra hostium castra artificiosis ignibus, plures obsidentium exussit, sed cum Sueci impetum in urbem pararent, expeditæque scalæ; & singulis turmis sua loca inuadenda destinata essent; Bauari terrore correpti cum sexcentorum numerum non excederēt, incolumem pacti discessum, pastorum specie magis cum singulis bacillis, quàm militum abierunt. Inter illos agrettes aliquot, & ducenti Liburni equites censebantur; quos violato sacramento. fractaque fide, siue natiuo in illam gentem odio, siue militari perfidia, fecere captiuos.

Per eosdem fere dies lectissima ciuium Virtinguorum manus cum agrestium turba lymphatis similes praedabundi Catholicorum vicina oppida inuaserunt; aduersus quorum impia arma Hercinij saltus accolæ surrexerunt; sed vt est plerunq; agrestium incondita, tumultuariaque turba militaris expers disciplinæ: ab hostibus breui malè multati funduntur. Virtinguorum, & agrestium excursus. Qua victoria ferociores hæretici in Traissenghenum vesano impetu innecti, trecentis ciuibus cesis, & rusticis aliquot, qui eo ab hæreticorum furore confugerant, oppidum occuparunt. Quare finitimi vicinorum territi clade, ne ab ea cerrita impiorum turba eadem paterentur, in tutiora loca ab eo turbine diffugerunt.

Hornus interea, quem Gallo legato intercedente à Benfelda oppugnanda abstinnisse diximus; cum intra constitutos dies non conuenisset; iterum Hornus iterum Benfelda oppugnat. oppugnationem exorsus, cuniculos agi, admoueri que pluteos, & vineas mœnibus iussit. Iamque ima murorum fundamenta fodiebantur: cum Zaberne præfectus amicæ urbis discrimini prospicere cupiens duo peditum millia cum sexcentorum equitum custodia obsessis subsidio misit. Sed Hornus cognito subsidij aduentu, nihil obsidione intermissa, strenuum, numerosumque armorum agmen Cæsareis occurrere iussit; qui cum hoste longe militum numero validiori non ausi congregi, redierunt.

Hac subsidij spe obsessi depulsi Hornum per caduceatorem orarunt; vt apertas ad Argentonati episcopatus præfectum literas mittere sibi liceret; quibus admoneretur, deditionem amplius differri non posse. Sed ne iterum diuturnior mora ceptis iniiceretur; ciuium votis indultum non est. Repetitaque acrius vsque in posterum diem hostilia, qui fuit septi-

mus idus Nouembris, cum vergente ad Vesperam sole, tubicen à ciuibus missus venit in castra, ad paciscendas cum Sueco deditiois leges: quarum capita hæc erant.

*Obfessio
deditiois
conditio-
nes paci-
ficantur.*

Præfidiarij omnes ad pugnam instructi cum duobus campestribus tormentis, rei que tormentariæ plaustro onusto, impedimentis, curribus, equitibus, culeis, domesticis, & familijs vrbe exirent; omnesque Brisiacum incolumes deducerentur.

Religiosi viri Catholici possent suis ritibus operari, sacraq; facere: præcipuè Arlenses, quibus stipem ostiatim mendicare liceret; & si cui ex vrbe proficisci placeret; suas res exportare integrum foret.

Catholici pariter ciues diuinum cultum exercere suo more possent.

Quæstores episcopalis erarij publicos rationum libros, & beneficiariorum traderent, sine vlla collusione, vel fraude: possentque cum suis familijs, ac fortunis, binisque plaustris, & equis pro voluntate discedere.

Aegris, vulneratisque daretur publica fides, vt recepta salute incolumes abirent: & aliæ datæ, acceptæque conditiones, quibus ciuibus, & militibus cauebatur.

Quinto itaque idus Nouembris pedites quadringenti, centumque, & quinquaginta equites, exiguum pro tanto vrbe ambitu præsidium excessit. Verum quidam præfectus cum sua cohorte solita perfidia, spreta sacramenti religione, inter Suecica signa subsistere maluit; Austriacos vndiq; impellentibus fatis.

*Baudius
Coloniensem agrum
inuat.*

Baudius congesta valida agrestium Cartorum manu exeunte Octobri, per Vuesteri saltum Coloniensi agro signa intulit; cuius milites Nassauij comitis auxilio subnixi hostibus obuiam profecti, ferociter inuadunt. Pugnatur vtrinque ingentibus animis. Sueci comite Virgnistaino cum quatuor nobilioribus contubernalibus amisso, premente acrius Coloniensi

*Pugna
inter Colonienses,
& Cartos.*

cedere vestigio pulsi ceperunt: sed opportuna, cum firma, numerosaque equitum ala Solmi comitis aduentu iam circumspectantibus fugam, animos resumentibus, restituta pugna est: factoque valido in hostes impetu, reposita maiori clade, Colonienses in suam vrbe fugere coegerunt.

Colonienses fugantur.

Baudius igitur aperto armis itinere, nullo obsistente hoste progrediens insidias, fraudeque molitus, Siburgo castello potitus est. Inde eodem felicis fortunæ cursu * Lenciam pactione recepit; mox vltra Rhenum copiarum parte traducta, in aduerso Lenciæ litore propugnaculum exci-
tauit.

Lin.

Colonienses Lenciam recuperare frustra conantur.

Tot felicibus hostilium armorum profectibus panida cum suo Ele&ore Colonia noua, validioraque veteribus astruere munimenta cepit. Ele&or vt illum hostium nidum, propugnaculū Lenciæ aduersum suis impositum cernicibus graue iugum excinderet: firmum militū suorum agmē vltra Rhenu traduxit: qui sæpius dato in munimenta impetu, Suecos de statione

tione illa depellere omnibus connixi viribus tentauissent: Sueci tamen, quamuis non plus trecenti propugnaculum tuerentur; munimentum ita fortiter propugnarunt, vt Colonienses re infecta redire compulerint.

Baudius postea copijs in vnum collectis Antennacum maioribus viribus obidet. Sex muralibus tormentis mœnia insutit verberare: & tam acri, vehementique impetu muros inuasit; vt quamuis præfidiarij per scalas enitentes ad mœnium culmen resupinando, deijciendoque diu impressiones sustinuerint, cedere tamen hostili violentiæ, inuictamque constantiam remittere coacti, ad vnum ab irato victore obruncati sunt omnes in violati fœderis pœnam; quòd tympanistam contra ius gentium, militiæque morem quædam illis Baudij nomine nuntiatum euntem maioris sclopi glande traiecerint.

*Andri-
naoh
Baudius
Antenna
cum tor-
mentis
pulsas.*

*Oppidum
apic*

Sed ab exiguis priuatorum ducum expeditionibus, quæ frequentibus transcursibus contextum operis interpellant; ad ipsos Imperatores totiufque belli Germanici molem, ad quam summa rerum respiciebat, progrediamur. Hic stylus huc, illucque saliendo per diuersa Germaniæ loca cum tædio vagatus continuata vnus memorandæ expeditionis narratione gaudebit.

Rex Suecus suas copias cum ducis Vinmarieusis agmine iunxerat; Valstaini in aliqua camporum planitie nanciscendi cupidus; vt cum illo de rerum summa conflikeret, atque iudice Marte decerneret: vtri potius, an sibi, an Ferdinando Germaniæ cederet totius imperium. Idcirco suos exercitus iusserat magnis itineribus properare, & ne quid agmen moraretur; debiliores equorum clunibus conuehi iusserat; vt cæteros celeritate æquarent.

*Succi Re-
gio cum
Fridlan-
do pugna-
di desideo-
rium*

Minus quindecim diebus à Vindelicia in Turingiam graue impedimentis agmen traduxerat: ibique duos dies ad militum quietem moratus quinto idus Nouembris monitus, Pappenhaimium Salasum flumem cum exercitu transmisisse; ipse quoque albescente Aurora, in eiusdem fluminis litore prope Atiliam suas copias longo, densatoque agmine prætendit; eodemque tempore, quo equites amnem tranarent, pedites, quoque ad Chesserum transire pontem iussit.

Sala

*Altem-
burg*

Sub meridiem vniuersus superato amne, exercitus in Neoburgi conspectu instructa acie cõstitit; vbi duos assiduos dies, & noctes sub pellibus egit; intellexitque Valstainum cum exercitu, non amplius octo passuum millibus procul inde absentem Vueinsenselfi castra habere; ipse quoque ad opportuniore muniendis caltris loca processit.

*Sueci sa-
la amnem
supera-
rant.*

Duobus primum Salasum amnem pontibus iunxit; vt quamcumque daret fortuna sortem, tutum receptum haberet: à tergo Cæsareis, vt pote inferior viribus amnem obiecit. Duci vallum, excitarique aggeres iussit; vt castrorum propugnaculis septus tutior ab hoste alia agmina expectaret; cum sciret Fridlandum quinque, & viginti bellatorum millibus, a dnumeratis Hol-

*Vallo se
muniunt.*

chi, Pappenhaimij agminibus potentiozem pugnam optare; quod ij omnes essent veteranez, probatazque virtutis, tot bellis, & prælijs exercitaz; quod nunquam Rex sibi futurum persuaserat.

*Cæsari
castra lo-
cans*

Vallstainus emissis ex castris aliquot peditum cohortibus imperauit, vt regiones inuaderent; sed iam illi fossa, atque aggeribus castra vallauerant. Quare sibi quoque excitanda munimenta putauit; ne, nullo obiecto hostibus obijce, eorum insidijs copiaz peraterent.

Positis castris, duces in prætorium acciuit, vt dictis sententijs decernerent, quid sibi in eo rerum articulo faciendum esse censerent. Iam hyemis horror ingruerat; iam glacie, pruina omnia costricta regebant: iam anni frigida tempestate à circumferendo bello excludebantur.

*Imperia-
lium de
bellis
rebus con-
silium*

Sanctum fuit, non esse hostem intra munimenta inuadendum, vtpote nimis ardua, ascensuque difficilia; sed expectandum, vt ipse sponte è castris eggrederetur, à quibus & hyemis inclementia, & comteatum penuria eum exactura erat. Nec dum ab hoc suscepto consilio duo dies effluerant; cum allatum est Vallstaino, Baudium in agro Berghensi Colonie expugnationem parare. Ex hoc partiendi in statiuam exercitus nactus occasionem, ac cito Pappenhaimio iniunxit; vt illius vrbs subsidio celeriter iret: duabus ei traditis Liburnorum equitum legionibus, quibus Gronsfelti copijs adiunctis, firmior hostes de consilio Coloniaz inuadendaz depelleret.

*Fridlan-
dus Val-
stainum
alio ama-
dat*

Tribuit insuper quatuor peditum, & duas equitum legiones; vt Halam ducentorum tantum peditum præsidio defensam ex itinere expugnaret; deinde illas copias in hyberna dimitteret. Ipse vero Lipsiam versus iter capescit; vt reliquum exercitum in statiuam diuideret.

*Vallstai-
nus Lip-
siam ver-
sus profi-
ciscitur*

Nec dum decem passuum millia confecerat, Lutzenam urbem Lipsia decem passuum millibus recedentem iter intendens: cum Regem è suis castris egressum se insequi audiuit: quod per dispositos exploratores didicerat Rex Pappenhaimium cum valida copiarum parte abijisse: Fridlandoque ea exercitus diuisione elumbem, eneuemque ad inuadendum esse opportunum: statim copias decimo octauo Kal. Decembris è castris eduxit: & quia comes parum via processerat: exiguaque data Cæsareis mora ad Fridlandum iterum in eo discrimine breui regredi poterat: contento agmine abeuntium vestigijs pergit insistere: & vt expeditius festinaret: magnam impedimento- rum partem Neoburgi reliquit.

*Rex Sue-
cus Cæ-
sares in-
sequitur*

Eo die Vuemfenselum peruenit, vbi centum tantum Cæsarei milites substiterant: qui ad primum aduentantium Suecarum cohortium aspectum aliquot Liburnos equites ad explorandum regij exercitus numerum miserunt: ij cognito Regis cum vniuerso exercitu aduentu, statione deserta, citatis equis ad monendum Vallstainum festinant: sed non ita celeriter se subducere potuerunt, quin Liburnica turma tota proprio hostium aduentu intercepta concideretur; cuius vexillum Regi victoriæ futuræ auspicium oblatum est.

Hic

Hic nuntius acerbissimè animum Fridlandi pupngit ; ac summopere Pappenhaimium amandasse penituit ; ad quem celeres tabellarios cum mandatis subito expediuit ; vt nulla interposita mora , statim rediret . Iam ille captam Halam diripuerat , partitusque copias in hospitia sicuti iussus fuerat à Fridlando ; cum ei redeundi delatum imperium est ; adesse vniuersæ pugnæ cum Rege discrimen : nec posse amplius supremi certaminis vitari fortunam , nuntiatum est .

Fridlandi dolor de amandato Pappenhaimio.

Ille optatissimo , acceptissimoque nuntio maximè hilaris , illico iussit copias hac , illac dispersas rursus ad signa vocari : quæ partiendis spolijs adhuc intentæ moras trahebant : veritusque ne prælium se absente committeretur ; raptim tribus equitum legionibus , & vna moschettariorum equitum collectis ; iter ingreditur , ceteris subsequi iussis .

Pappenhaimy la titia de pugna inuicenda.

Interim ingens Valtainum cura torquebat , quod non amplius , quàm decem ar. natorum millibus suis constaret exercitus ; ne se Rex imparatum , ac viribus debiliorem antequam Comes accederet , oppugnaret . Idcirco tota nocte obequitauit exercitum ; quem instructa acie vigilem in omnes hostium conatus intentum excubare iussit .

Valtaini sollicitudo.

Rex vitima quartæ vigilæ hora copias mouit ; vt Cæsareos ad Lutzenam inuaderet ; propè eos campos quinque passuum millia , in quibus fusso Tillio , insignem victoriam de Cæsareis deportarat : sibi que illa planicies hostibus ominosa ; Suecis autem faustissimo ad alteram parandam victoriam auspicio videbatur .

Sueci Regis de inuadendo Fridlando consiliu.

Lutzenam æqua planities circumiacet ; quæ quò vergit ad Notum mille passus procul ab vrbe ad quendam exiguum vicum excurrit ; à quo ad Cessiniam saltus longè protenditur ; Vneinséfelfo ad meridiem iacente . Valtainus inter urbem , & saltum propè via , quæ Lipsiam ducit , sua castra locauerat ; qui , vt in speciem maiorem hosti bellatorum numerum ostentaret ; calones , lixasque , ac reliquam imbellium exercitus seruitiorum turbam equos iussit ascendere ; quibus nimio plus christiani exercitus abundant ; propèq ; munimenta quasi ad custodiam explicatis ordinibus stare ; qui procul visentibus validi vltimi agminis facerent speciem .

Lutzenæ urbis situs.

Imperialium castrorum situs.

Duabus de causis illum situm eiusdem hominum turbæ potissimum se legerat ; primum quia erat procul ab hostium aspectu ; ac proinde non tantum sequi poterat oculorum acies , vt dolos clare perspicere , fictamque aciem posset aduertere ; tum quia , vt est fugax , & timidum hominum genus , si se ad hostilium armorum aspectum in fugam trepidum conijceret , latissimus illi ad fugam patefceret campus : ne in fortium bellatorum ordines reuolutum stabiles acies sua incumbente mole turbaret ; sicuti Palatini copijs ad Pragam accidera : qui , vt Cæsareis maioris inani specie numeri terrentur ; ciues rei bellicæ inscios , huiusmodique lixarum alluuiem veteranorum militum agminibus immiscuerat : quæ ad cruentum atrocis prælij intuitum in turpem fugam effusa memorabilem illam victoriam Cæsareis maxima ex parte peperit .

Valtaini militaris astutia quæritur.

Ex quo Imperialium ad Pragam profecta victoria.

*Valstaini
salubre cō
silium.*

Fridlandus quia situs in quo tetenderat erat ceterā planitie depressior, ibi peditum agmina collocavit. vbi loci ingenium arte aliquid adiuvante, quasi fossam viæ Lipsianæ contiguam planitiem mediam secantem faciebat: hanc profundius insit effodi, vt ea quasi vallo, munimentoque uteretur: quod hostis nisi cum manifesta pernicie, moschettarijs ad marginem collocatis, tormentisque latera ferientibus non poterat transilire.

Valstainus sylvæ succedere potuisset, sicuti plerique suadebant, vt eo munimine transuerforumque arborum sepimento acies Cæsarea tegeretur, longiusque à Suecis abesset; à quo bidni iter distare fuisset optandum, vt expectandi Pappenhaimij spatium daretur.

Torgau.

Rex statim ac in Imperialium conspectum venit, situs opportunitatem, æquioresque locum animadvertit: quem scitè, prudenterque Fridlandus delegerat; missisque aliquot ad explorandum loci naturam equitibus, nihil vtilius, commodiusque duxit; quam ad vrbs latus, quam nullus hostis infederat, propè saltum exercitum vertere. Quare Fridlandus ex hoc hostilium copiarum flexu putavit Regem * Torgæ animum adiecit; vt se cum Arnheimio coniungeret; quem iam è Quadis discessisse didicerat: sed Rex occupata Lutzena, se instructa ad pugnam acie in Imperiale conspectum dedit.

Rex Suecus in Imperialium conspectu se dat.

Illi ne se terreri ea hostium multitudine demonstrarent: ad velitandum progressi leuibus prælijs Suecicæ periculum fecere virtutis, in quibus fortuna Suecos paulò superiores plerunque faciebat: sed noctis rebus offusa caligo inuendæ pugnæ consilia discussit. Rex antè ortum auroræ congregari cum hoste cupiebat, maius conficiendi hostis spatium habiturus sed nebulæ repente ortæ densissima obscuritas prohibuit: quò minus acie tam maturè certaret.

Valstainus suæ virtutis comatus incedit.

Valstainus, qui huius exitu pugnæ, præliique euentu Imperij salutem, sui principis decus, suæque virtutis exillimationem, ac famam agi videbat; omnes bellicæ suæ peritiæ conatus extendit; atque omnem animi, ingenijque vigorem ad cor in hanc vnam pugnam intentum collegit; quod cum eo Rege sibi res futura erat: qui vno Imperiali exercitu cæso, variisque prælijs contusis Austriorum viribus, nunquam pugna nisi victor excesserat.

Fridlandi Imperatoris arte.

Noctem duxit insomnem, curis quietem excutientibus, huc, illucque cursitando inuisendis cohortibus, dandis opportunis mandatis, omnibus prospiciendo, totam vigil sollicitus egit. Impedimenta Lipsiam ablegauit. Iussit Pappenhaimium, cum accederet, suas copias ibi locare; vbi ipse calonum, lixarumque inutilem turbam posuerat. Indè ad leuam, vbi Suecici constiterat exercitus robur; suam aciem hostibus obiecit, tormenta reuisit, faciles aures cohortium ducibus dedit; se perhumaniter ad omnes, posita illa grauis oris seueritate, demisit: retenta duntaxat vultus quadam maiestate, quæ blandius in Imperatorum vultibus fulget; cum lenitate conditur.

Rex prima luce, vbi solis radijs nebulam discussam esse conspexit, letus spe

spe futuræ victoriæ , fiduciæque plenus , vt maius adderet suis cohortibus robor, celsioremque suis copijs animum faceret; à Deo prius felicem prælij euentum precandum ratus , erat enim in sua religione egregie pius nec nisi à cælo negotia , præsertim prælia auspicanda putabat : nec aliquid aggrediebatur , nisi prius iteratis religioso animo precibus , litasset : idcirco statim iussit statas preces ex suæ superstitionis ritu ab vniuerso exercitu recitari : vt iniecta militum animis religio faceret audaciores , quibus ritè peractis , ex eminentiori loco , vnde ab omnibus copiarum ministris facilè conspici , audiri que posset , viuido alacrique vultu sic suos duces Suecos affatur .

Quod enixe à Deo immortali precatus sum , votisque omnibus expectiui vagum hostem , ac in diuersa palantem , difficilem deprehendi iam tandem inter sacrum , ac saxum , quod aiunt , hærentem teneo , Commilitones . Non amplius in sociorum nostrorum pronincijs latronum more grassari , prædari amicorum fortunas , vrere fœderatas vrbes , hæc poterit perditorum furum colluuijs . Nunc quidquid insatiabili fame ex nostris socijs hausit , mostra repetent arma . Hæc dies , qua nulla Suecicæ genti serenior illuxit , si paululum admitemur , diurni magis , quàm difficilis belli labores prospere , ac feliciter finiet . Hæret in limine nostras partes aditura victoria ; si illi viam ferro pandamus , si ausu aperire fata voluerimus ; de qua nihil video dubitandum ; cum illis , & virtute simus , & militum numero superiores : quod Pappenhaimius vir acer , & pugnax cum copiarum robore , ac flore discesserit . Quantula nostris copijs agmina Valstainus opponet ? vix decem bellatorum millia habet in castris , cum nostris duplo maioribus pugnaturo . Hæc nostra agmina adhuc hostili sanguine de Lipsiana victoriæ cruenta vincere assueta toties victos , fusos , cæsos , Casareos formidabunt ? Idem illi sunt , qui paulò ante vobis terga dederunt ; qui vestro solius terrore nominis pauidi tota Germania latibula quæsierunt . Quid fuit , vt illis facta sæpius potestate pugnandi , in summa rerum discrimen acie conflagrare recusarint ? Vim ad Neribergam ipsorum castris intulimus ; intra eorum vallum libratis saltu corporibus transiijimus ; laceessimus valenter ad pugnam , illi intra munimenta se trepidi tenuerunt non ausi in aciem è vallo prodire ; vestrorum , milites , graues ensium ictus exhorrent ; atque impetum pauent ; victi enim semel demittunt animos , victoremque timidi reformidant ; non redit amplius victis pristinus pectorum vigor , nec solita audacia . Nonne videtis , vt raptim continuato trepidè per totam noctem labore depressa altiùs fossa se sepperint ? quò se nisi virtute , opportuniore saltem , æquioriq; loco tueantur ? Non enim suis viribus , sed munimentis fidunt ; qui hostem timent . Verum altas scrobes obijciant ; arduis se loricis , atque aggeribus vallent ; iter nostris agminibus ad inuadendum intercitant . Nihil erit imperuium vestra virtuti ; quæ quocunque destinat , strenuè enititur . Vix inclinatis hastis conferta fossæ crepidinem fortiter subeuntia nostra agmi-

na videbunt ; cum statim terrore eorum animos occupante, diffugient . Vi-
deo sanè hostium agmina fluctuantia ; incerto gradu stare loco nesciunt ,
agitante metu . Larvæ forsan , manesque sociorum , qui his in campis no-
stris confossi ensibus ceciderunt , oculos eorum oberrant : contubernaliumque
spectra perterrent . Quin igitur imus , & iam metu percussos strenuè fundi-
mus ? Nostræ virtuti præmium Romanum cedit Imperium ; quod huius
exercitus fulcimento subducto , corrumpit , necesse est . Ad hoc arma indui-
mus , & tot terrarum , marisque spatia emensi in ipsa Germania viscera bel-
lum inueximus . Essent frustra à nobis suscepti belli labores ; superiorum
victoriarum fructus omnino perirent ; parta tot gestis fortibus gloriæ in-
aternum dedecus prorsus abiret ; nisi modo hostem acie vincamus ; nisi Cæ-
sareos hoc supremo certamine superemus . Hac erit nostrorum operum co-
ronis , factorumque omnium potissima laus . In nostris dexteris spes sua li-
bertatis omnis Germania ponit , quæ de huius pugna victoria sollicita nos
certantes intentissimis oculis intuetur . In omnium sociorum conspectu pu-
gnaturi sumus , qui eandem nobiscum subituri fortunam carissima quæque
uxores , liberos vitamque ipsam nostræ fidei commiserunt . Macti igitur ani-
mis , atque virtute este milites mei ; inferte impauidi hostibus signa ; & quos
sæpe acie sudistis ; hoc ultimo impulsu prosternite . Ego adero cuiusque vir-
tutis spectator , & testis , ut ignavos merita pœna castigem , & fortes de-
bito præmio compensem .

Ad Germanos verò conuersus eos carissimo fratrum nomine compellens ait . Tandem dies effulsit , qua hoste debellato , grauissimum Austria-
cum iugum è vestris cervicibus decutietis . Hac dies vel fortibus perpetuam pariet libertatem ; aut æternos miseræ seruitutis compedes iniiciet . In hac pugna stat summa rerum , ac vestra perniciēs , & salus . Vtraque in vestris manibus sita sunt . Vestra causa agitur , quam tenebitis : si fortiter , strenuèque pugnabitis . Subeat vos , ob impotens Austriarum Imperium à Cæsare rebellasse ; perpetuas ille in perduelles iras geret : cum implacabiles sint Principum iræ : quasunque vestri perdendi occasiones arripit ; nisi fortibus ausis , generosoque factò supremos inuictæ virtutis conatus addatis : & vestram libertatem Imperialium cede sanciatis . Non satis est animosè excussisse iugum ; nisi illud audacius omnino frangatis ; ne iterum vestris cervicibus imponatur . Hoc vno certamine decernetur , an vos digni sitis , qui alijs imperetis , an digniores , qui Imperatori seruiatis . Ego certè Germania libertati , Baltico mari classe transmissa , meum Regnum , vestigales , populares meos , spiritumque deuoui ; tot thesauros in bellicos usus profudi , meos stipendiarios vestris armis immiscui ; stant in acie , pro vestris commodis , libertateque pugnant , vestram causam armati tuentur ; ac vulnera pro vestra salute suscipiunt . Quorum igitur nihil interest , liberi ne sitis , an serui , tam audacter , ac promptè nulla salutis suæ cura in hostes fortiter vadunt ; vos quorum bono pugnatur ; quorum erunt parta victoria fructus : non strenuè dimicabitis ? Me sequamini Duce[m] hostibus

bus inpauidum inferentem gradum; mea, meorumque exempla vos pronocent: & quæ me pro bellica duntaxat gloria audere videbitis; vos pro vestra libertate, ac salute concemini. O utinam in acie regijs hostibus aequalibus mihi armatis occurrerem, qui delicijs aula molles alieno periculo, suorumque ducum dexteris, ac virtute decertant: hæ profecto manus bellum prostrato hoste finirent. Sed quando eos pugna periculis subducit ignavia, faciliori Marte, meliorique fato cum eorum stipendiario minus aspiciato Bohemo certemus.

Deerat ad primos Auroræ candores media ferè hora, cum Rex peroravit. Subnexuitque cia agite, milites, in hostem valenter eamus: experiamurque, an isti ydem campi, in quibus strauimus Tillium, & Casareas concidimus copias, sint quoque Fridlando fatales. Quo dicto, inclamato ter Nomine Iesu, Lutzenam versus nec dum curato corpore, disposita acie, tetendit; vbi hinc inde à lateribus vrbis stabant ingentium Cæsarei equitatus agminum ordines explicati; ibique aduersus hostem suam itatuit aciem.

Non minus Sueco Rege Fridlandus post agmina suis quæque locis instructa, peractaque omnia strenuè munia, quæ fortem, ac prudentem Ducem, bellatoremque decerent, suorum animos apta oratione firmavit: Ex equo enim excelsior concionabundus animi fiducia in ipsis vocibus eminente sic inquit.

Ed processum est, commilitones, vnde rediri sine pernicie non possit vget hostis à fronte nostras copias adeptus, extensa latius acie circumuenit: laceffit ad pugnam: quam detractare sine summo dedesore, & ingenti clade non possumus, nec debemus. Necessitas virtute superanda est: immo fortibus viris in nostrum commodum, profectumque vertenda: duplicat enim generosis bellatoribus vires, atque animos anget illata necessitas, cum acrius hostis irritat insolentia. Dum ad Noribergam sederet: nos illi vltro pugnam obtulimus; concurrentique acie fecimus optionem: ipsius castris insultando, munimentis incurfando promocauimus ad prælium, cum numero illi pares essemus: non ausus est in aciem descendere, quia suæ virtuti diffidenti erat aequalibus viribus dimicandum. Nunc quando Pappenbaimium cum dimidia copiarum parte abcessisse cognouit; iam militum numero superior nos prouocat ad prælium. Nostrorum paucitas militum, non vera virtus pugnandi illi animum facit. Sed vana spe profecto deluditur: dum hostem numero, non virtute metitur. Nos pauci sanè, sed animorum magnitudine, virium robore, pectorum constantia, bellicis astubus superbeimus multitudinem. Dimidio illis pauciores sumus, sed illorum turbam nostra duplicata virtus æquabit: præter id quod per celeres tabellarios Pappenbaimium accini, proque meo summo imperio iussi: illum copias repente reducere: instare prælium, premere hostem, in discrimine rem esse: et properè veniat, admonui. Aderis opportunus dum prælio fessus hostis de quiete, receptuque cogitabit. Illi res iterum cum integris, ac validis

crie

erit. Afferent illi pugnae cum interritis animis integras vires, illorum inopinatus aduentus hostem repentini periculi terrore concutiet: cum anticipi se pugna in diuersa distrabi suam aciem videbunt: cum diuidenda agmina ad obsistendum nouo hosti, extenuandique ordines erunt. Nam si horarum momenta cum itineris longitudine bene supputo: in tempore commodum superueniet: cum dubia victoria, utri parti se data sit, exercitus oberrabit. Improuisus Pappennbaimij aduentus in medio haerentem ad nos suarum copiarum molis pondere proclinabit. Depressam alie fossam ad frangendos primos hostium impetus nostris copijs obtendi: cuius iniquitas antequam ab hostibus superetur: erit cadauerum struibus, moschettariorum procella cadentium militum fossa replenda: molienda per suorum ipsorum corpora ad nos via. Nec inania Gothorum nomina vos terreat: aut vano metu antiqua illa Vuandalorum obsoleta iam fama percellat. Consenuit illa barbarae gentis ferocia: illa indomita proceritas corporum facta iam breuior elanguit: illa inuicta gigantei roboris firmitas concidit. Quamquam quomodo inuicta Gothorum ferocia, qui a Probo Imperatore, ab Etio, Belisarioque Romanis Ducibus pluribus attriti praelys ferè interneccione deleti, de Italia possessione depulsi, atque in ultimas terras exacti suarum ubique cladium funestissima vestigia reliquerunt? Hic Rex iuuenis ingenti sanè, sed inconsulta audacia in Pomeraniam cum tantula copiarum mole pro maximo, difficilique bello, transgressus; quod nudatum praesidijs imperium, exauthoratis centum millibus bellatorum, offendit; quod in Germaniam irrunti nullus sese hostis obiecerit: quod sibi prona planaue omnia ysdem Germanis in suam ipsorum prouinciam bellantem promouentibus, quod Tillium pugnacem quidem, sed improuidum senem acie vicerit; ferociter exultat: quasi iam plane Romano potitus imperio, ad quod non minus insolenter, quam audacter aspirat. Nec dum etiam in vestros enses incurrit: nec in ista stipata virorum robora, veteranasque legiones incidit. Nunc omnino cognoscat, quanti inter tumultuarias Bauarorum copias, & stabiles, inuictasque Germanorum phalanges interfit. In vestris manibus, milites, pendulum haeret Romanum Imperium, eam fortunam, quam vestra virtus dederit, habiturum. Ad vos sui vindices Suecorum impietate proculcata religio tendit supplices manus; vestram opem inclamat, ut se à nefariorum, perditorumque hominum iniurijs asseratis; vestrae virtuti Catholicae fidei incolumitas accepta referetur; si hodierna die illam strenua edita pugna, concisis hostibus, vindicetis. In vestris dextris Romani stat salus Imperij; spesque Caesaris omnis vestra virtute nititur; qua in suo capite Imperiale Diadema firmatum iri consilium. Vos Catholici fœderis Principes enixè precantur, ut si quando aliàs pro carissimarum rerum salute certastis; nunc pro religione, pro aris, ac focis, pro Superis, quorum causam armati tuemini, qui vestras librabunt manus, ut tela certioribus ictibus iaculentur; animabuntque, ut fortissime aduersus immanissimos, impiosque barbaros dimicetis: inuicta virtute praeliemini.

Disce-

Dixerat Valfainus, cum alacris omnium ordinum sonus extollitur; atque animos, armaque parant, ut fortiter irruentium Suecorum impetum densata acie excipiant. Verum non prius memorabilis pugna spectanda est; quam ordinem, quo utraque acies concurrerint, cognoscamus.

Ad Sueci exercitus primi agminis dexteram ibant tria Gothorum, Finlandensiumque equitum millia, Ducibus Chiliarchis Vanslebno, Rutuino, & Vistumbo. Horum latera quinque Electorum moschettariorum agmina firmabant. Quatuor deinde Germanorum, Suecorum, agminum phalange ex Vincheri, Relinghenique dynastarum, & Vinmariensis Ducis legionibus ponè sequebatur: quibus omnibus præerat Vaisemburgi Comes supremus aciei stator.

Regis
exercitus
ordo.

In media acie stabant alia peditum densata cohortes ex Hecnitzij, Erbestaini, Lestaimi Stenebachi, & Anhalti Germanorum tribunorum legionibus; in quibus Dux Bernardus Vinmariensis curabat: quem plures volones equites comitabantur. Inter hos mista pergebant quinque moschettariorum ala in quibus legiones custodes regij corporis censebantur; quibus Chiliarchi Collergus, Corlanderus, Branghellus, Vishafenus, & Corfoliscus imperabant.

Ante dexterum cornu viginti tormenta campestria trahebantur: totidem ante sinistri frontem præbant; quæ in confertos hostium ordines sacculus plumbeum glandium plenos excuterent. Quinque, & viginti maiora tormenta erant in aciei peditum fronte librata. Mariscallus Chinipausenus extremum Scotorum, Anglorum, Gallorum, & equitum moschettariorum, cæterique equitatus in decem agmina explicatum ducebat agmen; cuius tribuni omnes purpurato Offchircheno supremo Legato parere iussi; quorum varia moschettariorum cohortes latera stipabant. Ala sinistra ex Dynastarum Pechermani, Bularcheti; Galdesteini, Plati Vinmariensisque Ducis Gulielmi legionibus constabat.

Sic exercitu ad pugnam instructo, Rex ad se accitis præcipuis copiarum Ducibus mandat, quæ fieri vellet; atque ordines interequitans sereno, alacrique vultu omnes propofita præda, gloria ad ferendas fortiter manus inflammat. A tota acie lætissimis vocibus acclamatum est.

Animaduersum fuit à plerisque, quasi futurum euentum animis præfagirent, monitum fuisse Regem; ut suæ vitæ parceret, se pugnae periculis subduceret; ne in vno capite, in quo omniū salus staret; totus periret exercitus; sed à magnanimo, pugnacissimoque Rege molles, importunaque præ suorum voces, precesque neglectæ: raro acie Regem cecidisse, identidem memorante.

In tanto rerum discrimine sibi quoque non defuit Valfainus; sed monitus Regem vertisse frontem, atque ad se oppugnandum sollicitum properare; momento metitus temporis, locorumque spatium; compertoque citius quam putauerat, ad futurum; cum iam esset ab vniuersis copiarum Ducibus pugna decreta; albescente Aurora, ipse quoque suam aciem explicuit.

In

*Imperia-
lis exerci-
tus ordo.*

In primo loco supra Lutzenam propè Pneumatica molendina ad meridiam ad suum latus Liburnorum, Pannoniorumq; equitum agmina collocavit, Isolano ipsorum supremo Duce; quorù à tergo Cronebergi, Getziji; Dofforti, Tersicæ, Budani legionibus equitatus hærebat. In aciei fronte erant Comitibus Bertoldi, Valtaini Tribuni ab Ecclesia, Coloredi, Sabelli cohortes: quæ ante se septem ingentia muralia tormenta agebant; ponè quæ Galassij Granæ, Praineri, Holchi, Contreesii peditum legiones procedebant: horum latera Picolominei, Gonzagæ Strozij bellica virtute illistrum legiones equitum tuebantur.

Prope hos supra molendina alia Comitibus Hieronymi Coloredi; Rechbergi, Spari, Sciamburgi, & Offeuzi equitum agmina eorundem peditum latera clauderant. Exiguo inde interuallo Donæ purpurati, Montecuccolli, Tersicæ peditum legiones cogebant agmen; quorum Liburni equites moscettarij ductore Fuccaro terga tegebant. Mediam aciem tenebant peditum legiones Comitibus Maximiliani, Valtaini, Fuccari, Ducis Saxeni Lauenburgi; quorum agmen Marcini, & Aracourti loricati equites, & ad mille Liburni, Pannonijque vallabant.

Tormenta ad fossæ marginem contra hostem alia septemdecim in collis fastigio propè molendina collocata. Galassius in primo agmine imperabat; quod in dextrum cornu curuarat, Cronebergus summus aciei itator leuam alam regebat. Offeuzio peditum legiones parebant. Siamburgus rei tormentariæ præesse iussus. In medio agmine Valtainus cum Matthiæ Etruriæ Principe, Rinaldo, & Borso dynastis Estensibus, supremoq; copiarum curatore Michna, alijsq; nobilioribus equitibus incedebat. Lenium exercitus cornu Aracourti, Drodatusq; moderabantur. In postremo agmine Rinochus, Dessurtusque præsidebant.

Ita ad prælium compositis Cæsareis copijs, Valtainus è curru defiliens equum ascendit; atq; agminibus aequitans, ordinesq; intercurrentes; obiectis, honoribus, præmijs, commodis ex hoste deuicto, omnium pectora accendebat ad pugnam. Diffusus Fridlandi vocibus in militum animos vigor; erectæq; spe futuræ victoriæ bellatorum mentes; qui in suis ordinibus intrepidi Suecorum impetum expectabant. Qui nihil morati ad primos solis radios, emissis ex acie leuis armaturæ aliquot equitum turmis, vniuersæ pugnæ velitationibus proluserunt.

*Prælium
inter Sue-
cum Re-
gem. &
Castros
eruenti-
um.*

Prodiere contra non minus Imperialium equitum alæ: acrior, atrociorque, quam pro velitatione pugna committitur. Excipiunt velitum certamen tormentorum excussa missilia, quæ vtrinque in conferta armatorum agmina nullo casto vulnere, horribili sanè militum laniena ingrebantur. Mox Suecorum peditum legiones stipatæ fossæ labro graui mole succedunt; quam dum promotò gradu superare conantur, tanta moscettariorum grandine obrutæ, tormentorumque tempestate laceratæ sunt, ferreis integros peditum ordines stementibus globis; vt penè omnes in temeritate ceciderint.

Horæ

Horæ dimidium obstinatissima vtrinque pugna tenuit. Sed cum vltteriùs inferre pedem, & loci iniquitate, & moschettariorum, iaculatione, prætentisque in ora subeuntium hastilibus, ab Imperialibus præpediti Sueci nõ possent, emissis insuperè lateribus tormentis, obliquis ictibus legiones perforantibus, referre gradum ceperunt. Tunc Rex, qui pugnae spectator intererat; vt per pedes aperto fossæ aditu, complanatoque transitu, equitatum in Cæsaream aciem immitteret; suorum periculum intuitus, quando pulsi ab Imperialibus recessissent; Turiani comitis, Hanhaltique principis promotis legionibus, acerbis vocibus suorum ignauiam castigat; atque ex equo in pedes defiliens, ereptaque è gregarij militis manibus hasta, vt ipse viam cæteris panderet; ante primos ordines prouolat contenta voce inclamitans, *Et quo meorum virtus abiit? ubi sueta Suecica gentis ferocitas? ubi inuicta meorum militum audacia? qui fluminum obiectus, mœniumque altitudinem, ac tot difficultates eluctati, nunc passum vltteriùs progredi nequeunt?*

Sueci tormentis Cæsareis lancinantur

Rex suorum suorum castigat ignauiam.

Hac seuera verborum castigatione tantum militibus addidit animorum: vt vnanimis Regi responderint. *Sistat tua maiestas gradum, Rex amatissime, nec tua vilis ita sit tibi salus; vt eam incertis pugna casibus obijcias: ne te nostris periculis immisceas, aut nostra virtuti diffidas, tantoque impetu simul in fossam se præcipites demiserunt, vt nullo mortis metu.*

Valstaino suos etiam ferociter animante, vtrinque cruentissima redintegrata pugna in hostium ora hastilia mutuis vulneribus frangerentur: cominusque enses visceribus adacti miserabilem ederent militum stragem: resupinarenturque corpora pilis, hastisque transfixa: moriētium gemitus, aliorumque super alios cadentium fœdissima species traculentissimos animos terruisset.

In pugna atrocitas.

Nutabant vadentium gressus sanguinis labe vestigium subinde fallente; cum neque progredi ferrea cuspidum segete prætenta enitentium ora fodiente: neque redire pudore, Regisque præsentia deterrente Sueci milites possent.

Iam cadauerum multitudine constrata fossa æquiores Suecis transitum dabat. Nunquam minori salutis cura pertinaciùs, atque ardentius duo agmina concurrerunt: cum nullam sibi reliquam spem, nisi quam ipsa victoria peperisset, fore intelligerent. Itaque Sueci repetito maiori, acriorique impetu, sublato clamore victoriae, in cælorum locum alia integra succedente legione, primosque laceros militum ordines reparante, fossæ iniquitate perdomita, intra Imperialium loricas euadunt: sed miserrimo sanè euentu: nam à suo destituti equitatu, qui per aggerum ardua eniti non poterat, circumfusa repente valida Imperialium equitum ala, quamuis stenu maioribus sclopis rem gererent: atque obtentis hastis Cæsareos summouerent: nihilominus tamen momento protirti, proculcatique sunt adeo fedè: vt ea lectissima acies Imperialium ensibus concisa perierit, non tamen inulta: cum plerique rabie efferati, quamuis exangues vltimos spiritus efflarent,

Sueci à Cæsareis conciduntur.

præ-

prætereuntium tamē equorum vteros impactis mucronibus supini ferirent: atque in ipso funere minaces hostem quoque moribundi terrent.

*Suecorū
morien-
riū sc-
rociās.*

Iras atrocias ora spirabant, relicteque truces in mortuorum vultibus minę, facierumque rictus ferocem audaciam, furoremque præferebant. Fossam tandem, accliuumque aggerem equites præteruecti, vt suis ab hostibus circumuentis maturam ferrent opem: sequentibus iam aditu patefacto, equatoque aggere, alijs peditum agminibus, pugnam atrociolem instaurant: eo etiam Cæsareis accurrentibus, non iam eminus maiorum scloporum missilibus, sed cominus collato pede, conseritur viro vir, hastarum pulsibus, atque icibus ensium inter se commisse acies, quasi singulari certamine dimicabant.

*Atracior
pugna re-
crudescit.*

Dum hic infensissimis accensis odijs inmutua vulnera vecordi audacia milites ruunt: non minus cruenta in altera aciei parte pugna feruebat. Nam Laueltaini, Hermbachi, Brestaini legiones in Fuccari, Holchi, Prainerique agmina supremo ductore Galaffio directis in hostium ora hastis: tam horribilem pugnam ciebant: vt alibi frigere Martis flamma, iocarique milites viderentur: cum abiectis longioribus telis, gladijs, pugionibus in eodem vestigio certantes, aut vincerent, aut confossi perirent.

*Imperia-
lium vir-
tut.*

Prænalente tamen Imperialium virtute, Suecorumque aciem iam loco pellente: Vinmariensis relictis Colbergi, Curlanderi ad peditum custodiam legionibus equitum, ipse ante primos Corfilisci, Branghelsi agminum ordines, sequentibus Vildestaini moschettariorum cohortibus, in illud latus prouectus, quod inter Lutzenam, & Molendina protenditur: tam acri imprefione in Austria cos ruit: nuda ab equitatu agminum latera fodiens, vt restituta pugna, militum, equorumque quod se rapiebat illa bellatorum procella funera densarentur. Nihil nisi in sublime euolutus fumus, intermicantiaque funi nebulas tormentorum fulgetra cernerentur.

*Sueci Ro-
gis ani-
mositas,
& incau-
tum con-
silium.*

Dum victoria quamuis cruentissima paululum ad Suecicas magis partes, quam ad Cæsareas propenderet: Rex certior factus Pappenhaimij agmina iam adesse: iamque extremi agminis cursores equites propulisse: inopinato rei euentu attonitus, ira frendens, quod in superanda Valtaini fossa tantum temporis amississet: in postremum agmen celeriter equitauit: suorumque mandatorum memor, quæ suis ducibus dederat ad oppugnandas Pappenhaimij turmas, si forte à Valtaino accersitæ prælij tempore superuenissent: moræ impatiens noui hostis habitus, statumque cupidus explorandi, quamuis à plerisque sedulo moneretur: vt salutis suæ caueret: seque diligentiori cura tucretur: contemptis tamen salutaria monentium vocibus, suamque operam ad hoc pollicentium preces aspernatus, cum paucis de more domesticis suis, vt hostium numerum, conditionemque suis oculis ipse conspiceret: vterius animosius, quam par erat excurrens in quandam Picolominei equitum turmam Martellino Italo duce itineribus ad equitantem incidit: quæ fatim in obuium hostem Regis tamen ignara displois minoribus sclopolis, adacta primum Regis brachio, innox sub dextrum armum plumbea glande, exanimem de equo deiecit.

Hæc

*Varia de
Regis mor-
te senten-
tia.*

Hæc à plerisque de Regis morte referuntur. Alij verò, vt est varia semper in omni regum narratione contentio; asserunt illum quam dolentissimè ferentem chariorum cohortes fossam transgressas impunè à Cæsareis trucidari: sumpta secum tota dextera equitum ala, vltum ire suorum necem contento agmine, properasse: adeòque simul feroci impetu in leuam Cæsaream incurrisse; vt totam momento dissiparit; cui etfi extremum agmen Picolomineo Duce subsidio festinasset, atque cum Rege strenuissimè, vt à suis socijs stragem auerteret, decertaret; totam tamen reptis ordinibus obtruncarit: atque ita vltius in hostem eiusdem impetus calore delatum, vt superstites Imperialium reliquias, quò extremum suæ virtutis ederent opus; nec caderent inultæ, contra se torquere è maioribus sclopis missilia compulisse; quorum vno in incertum emisso Regem Brachio vulneratum, dum nimio dolore Albertum Lauenburgij Ducem ad se fulciendum vocat, atque ad curandum vulnus Ducem amplexus se pugnae subduceret; alia maioris sclopi impacta ipsius humero glande, grauiori accepta plaga, exanimem concidisse.

Multi certius fortasse autumant à suo ipsius milite Germano transfuga fuisse confossum. Sed à pluribus Picolominei turmis occisi Regis decus, & gloria tribuitur. Verum vtcunque mors Regis acciderit; acie cecidit ille Gustauus inter nostræ memoriæ Duces facile primus; nisi magis pugnae, quam Regem deceret, se se inermem quasi fatalem cutem ferro impentabilem septum certaminum periculis miscuisset. Militaris disciplinæ peritia, bellicaq; virtute nemo potuit illi componi. Erga etiam gregarios milites facilis regium supercilium demisit: quo fiebat, vt esset acceptissimus militum animis: quamuis eos à furtis, & stupris penis durioribus coerceret.

*Sueci Re-
gis mores
& animi
dotes &
corporis.*

Exercitus suos seuerissima disciplina continuuit. Cultus ei corporis nihil à vulgari abhorrens; vestes nullo auro distinctæ, aut aureis amentis insignes, nihil in amictu pretiosum nitebat, scenicos vestium pompa componat. Magni animi index est ornatioris cultus munditiarum contemptus. In suæ superstitionis impietate pijsimus; summaque ei, atque exacta suorum sacrorum cura, cum eos ritus, quibus à rudibus annis imbutus fuerat, exquisita religione seruaret.

*Sueci Re-
gis pietas.*

Me sanè eorum miseret, qui parentum erroribus erudiuntur; & falsis hæreticorū placitis instituti vanis religionibus, in quibus nati, educatiq; sunt, tenacissimè hæreant. Rex tamen nunquam Catholicā religionem contempsit; immo maximum honorè pluribus religiosorum hominū familijs habuit: præcipuè Patrū Capuccinorū arctas, rigidasq; vitæ rationes obslupuit; de quibus dicere consueuerat; eos patres esse validissimū religionis Catholicæ veritatis argumētū: quod difficillimè à suis prædicantibus dilui poterat.

*Patrū Ca-
puccinorū
laus.*

Fuit assentationis infensissimus hostis: nam & suos duces nō ita pridem, antequam acie caderet: acribus verbis accepit: quòd suæ virtuti, felicitatque victoriarum laudes, non Deo tribuerent: & sanè si rerum gestarum magnitudinem, expeditionumq; fortunatos euētus, atq; exitus intuemur.

E c nullus

Nullus Rex multis ab hinc seculis eo felicior censeretur: cum veluti fulmen totam Germaniæ latitudinem à Baltico mari vsque ad Carnicas rupes cuncta belli terrore euertens exiguo tempore emensus centum, & triginta vrbes aut bello domuerit, aut in fidem, & deditionem acceperit. Fluxa profecto, atque instabilis fortunæ felicitas, quæ Regi totius Europæ Imperium frequentium concessione victoriarum polliceri videbatur; in secundissimo rerum cursu, omni spe abrupta, in ipso victoriæ triumpho ferocientem immaturo abstulit fato.

Nulla certior de ipsius interitu potuit cognitio haberi, quàm quæ ab aulico puero, qui solus factus interfuit, relata est. Rex siquidem à cætero agmine auulsus ita comites anteuerterat: vt rei exitum illi conspiciere non potuerint.

*Fabula
de Regis
morte.*

Libet hinc quorundam de Regis morte commentum, aniles ego dicerem fabellas, muliercularumque deliramenta, attexere, vt omnia exequar, quæ de Regis fato vani sanè homines comminiscuntur.

Rex erat, inquit, admodum adolescens, nec dum solus Regni gubernacula tractanda susceperat; sed omnia de purpuratorum consilio gerentur; cum exterus Princeps eiusdem Lutheranæ superstitionis Suecicam aulam adiit: atque in ea regia hospes agebat. Hic in cuiusdam scæminæ principis viduæ florentis ætatis, eximiamque formæ, qua Rex vti familiariter consueuerat; gratiam inter ludendum, vt fieri solet, benevolentiamque irrepserat: vtpote cui gratiam iuuenilis ætas, venustaque conciliaret. Præter id quod ille alearum contactus, ioci, lepida dicteria, pecuniarum mutationes, furtiui intuitus, in aduersantem fortunam diræ, imprecationes, iræ, cognitarum fraudum nullæ querelæ facile leuis ingeni scæminas in amores arietant.

Rex quanquam amorum amicæ tenebræ tegerent opus, amantesque cælarent; eorum tamen aduertit occultas flammæ. Verum senili prudentia rem alta mente custodiens nullum suæ suspicionis omnino pandebat insigne; sed amborum acta, consilia tacitus explorabat. Terni sæpe ludebant aleis Rex, princeps hospes, & vidua. Rex quodam die ludo decoxit; qui vt pecuniæ iacturam ludi cõtinuatione sarciret; nutuos aureos nummos à scæmina postulauit; quæ multum aureæ pecuniæ cumulum cum propitia fortuna in ludendo vteretur; præ se tenebat.

Negauit illa, subdens, Regem non decere ab alijs aurum mutuari; nec iterum adire pecuniæ amittendæ discrimen, vt amissos aureos recuperaret. Rex pro adolescentis ætatis modestia repulsam equo animo tulit. Paulò post accidit, vt princeps hospes totam, quam ludo attulerat, pecuniam amitteret; ille ludi feruore prouectus aurum mutuum poposcit à Vidua; quæ imprudens occulto amore compulsa illud extemplo Principi numerauit.

Tunc Rex sibi vadum inuenisse visus, sciscitatus à scæmina est: qua de causa extero dynastæ mutuum inter ludendum pecuniam dedisset; quam
popu-

populari suo Regi negasset? Illa subito errore deprehensa non potuit vultu rubore suffuso, non culpam suam fateri. Sed mulieri nunquam excusationes criminum defunt. Purgauit illa factum, quamuis paululum morata verecundia impedita respondere: quòd iniquè, inurbanèque factura erat, si extero principi pecuniæ indigo eam dare mutuam recusasset; quam ipsi Regi in eius regno negare prudentiæ fuit. Princeps subdidit, adolescentibus multa solere negari, ne in vitia deflectât; quamuis illa ex ingenio mala non sint.

Regi, illo adolescētis nomine, vitijque illata mentione, princeps hospes regiam maiestatem pupugisse visus est. Itaque Rex indignatus, impatiensque contumeliæ, elata auidaster dextera, principi colaphum infregit, se virum eo facto, regemque professus; ad exilientem principem, strictoque gladio in ultionem ruentem adstantium voces, corporis custodes in cubiculum irrumpunt; suorumque armorum, & corporum interiectu, amoto principe, dirimunt rixam; qui ira fremens repente egressus ex vrbe, Regem misso libello, ad singulare certamen prouocauit.

Ille prouocatione libenter accepta, arma parabat, singulari pugna cum principe certaturus; sed re ad consiliarios, aulæque purpuratos manante, Rex vrbe exire vetitus est: quemadmodum etiam principem regni sinibus excedere iussus; satis illi se honoris habuisse monstrantibus, quòd non etiã, laceffita ad duellum regia maiestate, punirent. Princeps offensam abundè sibi vitus esse, contumeliæque labem absterfisse visus, quòd in regem in ipsius regno ad singulare certamen prouocasset, pacato animo è Suetia discessit, sicuti quoque Rex, cum nulla esset vindictæ maioris occasio; nihil vltra durius in principem consulendum putauit.

Bellorum deinde, grauiorumque rerum mole has futiles nugas obruente, ingruentia bella huius facti memoriam è Regis mente penitus expunxerunt: qui iam hostibus suis tremendus nihil pensi habuit illatam regulo contumeliam. Verum ille, vt alto è sanguine acerrimus sui vindex, atque iniuriæ impotens, tacitus sui vlciscendi rationem quærebat.

Rege deinde in Germaniam cum exercitu transgresso, nõ decebat eum principem, nec dum conciliatis animis, cum eo sua arma coniungere. Quocirca re, consilioque suo cum fratre communicato, eum summis precibus orauit: vt occasione vlciscendæ communis iniuriæ impmineret: ne Rex, se colapho cecidisse, ferret impunè.

Frater negotium perficiendum suscepit: qui in regia castra cum volonum equitum agmine profectus, se regis partium studiosissimum simulabat; tollendarum simultatum, conciliandæque amicitie mirus sequester, & artifex, quia non manu solum, sed etiam consilio erat acer, & promptus. Hic alteri solertissimi, sagacissimique ingeni regulo suo amantissimo suam mentem aperuit: precatulque est: vt pro antiquæ amicitie iure sibi hoc maximum facinus audenti præsto esset. Nec mora ille suam operam, studiumque pollicitus perficiendæ rei rationem iniit: decretoque insidia;

Ecce a rum

rum modo, facile subseffores inuenti sunt: qui specie transfugij in Regia castra profecti bene gerendæ rei occasionem captabant.

Nulla opportuniior, ac melior Lutzenæ pugna visa est. Postquam regulus thoracem coriaceum Regis vulnere cruentum multis ostendens, cauillans, inquit, illum sanguinem ad eluendam colaphi labem satis esse. Vindicta dulcedinem suam amittit occulta. Hæc reguli verba in militum vulgus manarant: quocirca plures Regis amantes vltionem decreuerant: sed quia sequentia bella nullum memorabile prælium, sed potius pacis consilia, ducumque artes, astusque habuerunt: nulla vnquam illis occasio vlciscendi Regis affulsit.

Hæc aliqui de Regis interitu fabulantur, de quo si me lector consulere; anicularum deliramenta, commentaque dicerem hominum otiosorum: quæ tamen subtexui; ne lectori desideranda relinquerem; quæ de Regis morte circumferuntur.

Sed quò me à prælio etiam num magis à Regis morte feruente ætus futilis rei narrationis abduxit? Vtrique incaluere animis, pugnaq; atrocior oborta: Succi vt suum Regem vlciscerentur in media prælij discrimina rapiabantur; Cæsarei, vt extincto Rege, auulso capite corpus truncum, sed adhuc palpitans omnino conficerent.

Duo ingentia Liburnorum equitum agmina, quæ in Imperialium leua constiterant; in Suecorum dexteram truci vlulatu adeò valido impetu inuecta sunt; vt tota ea acie momento dissecta, dissipatisq; ordinibus ad impedimenta prouecti, iam sarcinas prædarentur: cù illis Bulachi, Goldsteini, Ducisque Gulielmi Vinnariensis legiones se fortiter obiecerunt; inter quas ita cruentum, horribileq; editum prælium est; vt alibi ludicra certamina viderentur. Liburni tandem Suecorum impetu pulsà à vicina præda, ad quam iam tetenderant manus, summoti pelluntur.

Interitus Regis fama quamuis dubia vtranq; aciem subito peruagata ad Ducis Bernardi Vinnariensis aures quoq; peruenit: qui atrocissimo casu nihil territus, sed dolore in furorè verso, suis cohortibus meliori, quo potuit, ordine pro temporis angustijs instructis, productisq; in opportuniorem locum tormentis, exclamauit, qui Regis memoriam amat, me vadentem in hostes sequatur: acerrimaq; facta impressione, in mediam Imperialium aciem; quæ ad molendina pugnæ spectatrix, quasi triarij in subsidijs immota substiterat: cruentissimum prælium instaurat. Strenuè Sueco irruenti restitit Cæsarea acies, quamquam nec viribus, nec iam animo par, fortius, quàm pro numero pugnans dubiam diù hosti victoriam fecerit; sed tandem acrius Sueco premente, atque intra stipatos ordines factò cuneo peruadente, in fugam versa certam victoriam hostibus cessit.

Vinnariensis
fuit ferocia
& virtus.

Sueci Cæsarem
sarcinis fun-
dunt.

Capta omnia muralia tormenta, quæ ibi à Valstaino disposita Suecos à lateribus quatiens in fossæ transitu lacerarant: sed plura eiusdem Valstaini iussu, qui omnia accuratè prouiderat, adactis foraminibus clauis

clavis occæata. Auxere Imperialium detrimenta flammæ in tormentarij pulueris planstro, incertum, quo auctore, aut casu conceptæ, quibus militum plurimi ignium violentia excussi in aerem perierunt.

Iam noctis tenebræ appetebant; & Cæsarei loco cedentes cruentissimæ victoriæ fructus hosti reliquerant: qui ipsi quoque diurnæ pugnæ laboribus fessi, quietisque cupidi ab vrgendis vterius Cæsareis absterant; Cum Pappenhaimius, qui celeri agmine festinarat, primos fugientes offendit, à quibus momento rei euentum edoctus, ignariæ eos, abiecitque animi asperis verbis increpitans sui agminis obiectu fugientium cursum cohibuit; restitutisque ordinibus, ijs suis cohortibus immissis, quæ cruribus ab itinere fatigatæ integras tamen brachiorum vires certamini afferebant: ad inuadendum hostem tum primum à pugnæ iactatione respirantem audaci gradu prouehitur. Ad huius noui, improuisique Cæsarei agminis aspectum Suecis indignatis Hydram capita pullulare.

Pappenhaimius in prælium ingredi-

Dux Bernardus disposita iterum suorum acie, validioribus in fronte locatis, paucis pro temporis angustijs milites hortatus, *vt illas tantulas victorias reliquias, quæ magis illam morarentur, quàm impedirent, vt supremo, ita validiori conatu conciderent, atque in ea pugnandi necessitate, quidquid virium, irarumque superaret; totum in nouum hostem effunderent; duplicique victoria eodem die prostratis duobus hostium exercitijs, triumpharent.*

Vinmariensis ad Suecos hortatio.

Vix hæc paucula fatus erat Vinmariensis; cum Pappenhaimius nulla vsus oratione, sed stricto ferro iam Suecos adortus pugnam ferebat; quæ non graui incesu velitibus proludentibus paulatim per partes, sicuti fieri solet; sed concurrentibus aciebus, tota momento simul exarsit; collataque agminibus agmina integra dimicabant. Prælium sanè longè primo atrocius, cruentiusque recruduit; quia alteri pro recuperanda victoria; alteri, vt iam partem retinerent, rebus suis desperantium more pugnabant; adeò obstinatis, infensisque animis; vt neque certamen nocturnæ tenebræ confusa rerum specie, dirimere potuerint; ad quartam ferè noctis horam acerrimè vtrinque pugnatum est: ita cæcis furore, vt cuncti promiscuè, cum nec voces, reseræque dignosci, aut videri signa, nec dicum imperia exaudiri possint, magnam suorum, atque hostium stragem per mutuum errorem ediderint.

Pappenhaimius vulneratus.

Pappenhaimius Spingardæ excussa temerè pila tergus vulneratus de equo defluxit: exceptus illico à suis, curruque impositus, vt acie subductus ad incedendum vulnere duceretur. Verum ille grauitatem vulneris sentiens sacerdotem assidere sibi comitem voluit; quo penitentiae sacramento animi labes elueret. In ipso ab acie discessu ingemiscens, quod imperfectam pugnam deserere cogeretur; vicinioribus has supremas voces Fridlando referri mandauit.

Dicite Valstaino, me grauisimo accepto vulnere interire: hoc tamen maximo omnium solatio quod decedens Catholicam fidem, ac Cæsarem liberum ab acerbissimo hoste relinquo. Mox animam Christiano, pioque ritu procuratâ effluit

Pappenhaimius extinguitur.

copiarum ductor acer, & pugnax, in omni rerum difficultate præsentī semper ingenio, inuictoque animo; utpotè qui ardua quæque, ac difficilia manu promptus, ac strenuus non tam laudabili audacia, quam prudenti consilio peruinceret: & quod rarò in alijs bellatoribus commendare posses, quibus plerunque nullus Superum metus, nullaq; pietas, ac fides, erat in eo duce summa religio cum militari peritia, ac disciplina coniuncta.

*Cæsarei fu-
giant.*

*Quorū dū
Ducū Im-
perialium
virtus in-
domita.*

Pappenhaimio ex acie subducto, defecti animis, viribusque Cæsarei in effusam se fugam conuerterant: præter paucos, qui campum fortissimè, vel undique impellentibus Suecis stipata acie tenebant: digni sanè, quorum memoria scriptorum incuria nulla exolescat ætate. Erant Getzius Terzica, & Picolomineus cum suis cohortibus: qui sæpius conatus restitutis ordinibus renouare pugnam, ne cederet campo; nimio labore fatiscen- tibus, ac labentibus equis destitutus in pedes; atque iterum oblato integro consensu totus suo, hostiumque sanguine stillans acrior in prælium redire conabatur; ut pro Cæsare solus retenti campi gloriam capefferet. Tandem cum inuictæ virtutis omnia fecisset exempla, Suecorum multitudini cessit. Picolomineo tamen militari gloriæ, laudique datum est: quòd omnium postremus non fugientis, sed se stipatis ordinibus animosè recipientis more, è campo discesserit. Valtainus etiam moschettariæ glandis ictu faucius se inde proripuit.

Cecidere eo cruentissimo prælio è Cæsareis præter Pappenhaimium, Fuldanus Abbas è sacra Benedictina Familia Imperij Princeps: dum ordines intercurrentes cum Christi è cruce pendētis effigie Cæsareos plenis pietatis verbis animaret ad pugnam; & moribundis suprema religionis officia præstaret. Periere quoque Chiliarchi Lauus, Vestrumus, Barda, Toxenus, Lambertus, Cameroffus, Fouesus; & non ira multo post Comes Bertoldus Vualstainus confossus vulneribus expirauit; Comargus, Prainerus senior rei tormentariæ præfectus, alijque cohortum Duces, & turmanni præfecti.

*Qui Prin-
cipex Itali
pugna in-
terfuerunt.*

Ingenti vitæ discrimine Princeps Franciscus Mediceus tormenti, pila suffosso equo, propè discerptus est; dum cum Principe Matthia fratre strenuè, ut clarissimi sanguinis Principes decet, in hostes pugnaret. Interfuerunt etiam huic memorabili prælio duo Principes Mutinenses, qui ab auita Atestinorum maiorum Principum gloria, bellicaque virtute nihil degeneres, ea pugna egregijs factis plurimum claruerunt. Vera illa, ac solida, solaque laus, quæ non de antiquorum splendore colligitur; sed quam propria virtus egregijs factis acquirit.

*Qui ex
Suecis pe-
riunt.*

Ex Suecis præter Regem, cuius mors omnium funera prægrauauit; interiere Tribuni Gersdorffus, Islerus, Comes Nicolaus Vuessemburgus, Vinchelus, Verdesteinus, ac plerique alij insignes primipili, ac centuriones. Ad decem bellatorum millium, sædo sanè spectaculo in campo strata cadanera iacuerunt: totidem ferè vulnerati fuere. Vter maior cærorum numerus ex Cæsareis, Suecisque fuerit, nullus compertum habet. Nisi

Cæsa-

Cæsarei campo abscessissent; deseruissentque tormenta, quæ non suppetentibus equis, Lipsiam deduci nõ potuerunt; vtriq; de illa victoria gloriari, superatq; hostis decus mutuo sibi interuertere possët. Ab vtraq; acie plurima hostiũ signa capta, auctaq; sunt; sed plura Cæsarei retulisse dicuntur.

Sequenti à pugna nocte ad molendina Sueci strictis telis, instructaque acie steterunt; ne Cæsarei redeuntes, se imparatos opprimerent: sed adeo præteriti prælij laboribus fessi, vt subnixi ensium capulis dormitarent: atque humi præ nimia lassitudine laberentur.

*Suecorũ
constantia
& prædi-
tia.*

Holchi milites occisi Regis gloriam Picolominei turmæ prætipere, quã vniuersorum consensus ei tribuit, malignè tentarunt. Holchi quidam tubicem Regis calcar ostentabat. Picolominens eius sagum ex corio habuisse fertur. Alij referunt Regis cadauer nudum, spoliatumque in medio campo die sequenti fuisse inuentum. Nugæ omnes, ac fabulæ cum Regis corpus vix equo delapsum propè Luneburgi Ducem cum suis armis, & equo fuerit inde subductum.

Suecicus exercitus, ne sine capite difflieret, incertoque imperio, fortuitoque regeretur; militari prærogatiua accitis cohortium ducibus, & turmarum præfectis, cum signiferis, perspecta prius omnium militum voluntate, communibus suffragijs Bernardum Vinmariensem Ducem copiarũ Imperatorem cum tribunicia potestate renuntiavit; non solum ob inuictam virtutem hoc vltimo cum Pappenhaimio prælij discrimine per omnes numeros eximie probatam, & ob ipsius feruidum ingenium; & Suecicę gentis existimationis ea pugna retinendæ curam: sed etiam quia erat natione Germanus, regionum, locorumq; peritus, Protestantium fauoribus, studijsque commendatus: & præcipue acerbus domus Austriacę hostis, Germanęque militię acceptus; quæ omnia supremum illi militare decus eximijs omnium militum studijs pepererunt.

*Bernardus
Vinmariensis
Suecicis
copijs præ-
sicitur.*

De hac Vinmariensis militaribus, suffragijs electione Oxensternus magnus Cancellarius * Bicurgij fuit admonitus. In huic præstantem virum Regi quondam omnium charissimum, sub cuius disciplina Rex politicę scientiæ rudimenta posuerat; Sueci oculos, atq; animos pariter coniecerunt: vt ei supremam de rebus bellicis potestatem deferrent: quo duobus moderatoribus regerentur: consilio videlicet, & manu, ciuili prudentia, militarique experientia, quæ cum simul veniunt in castra, victoria certa est.

*Esse, Oxensternus
no verum
summa
bellicarũ
Suecicis
exercitus
desert.*

Ratam habuit Vinmariensis electionem Oxensternus; iussitque regium equitatum omnẽ Bicurgium proficisci; quo in hyberna dimisso, ipse ad leniendũ Regiæ dolorẽ contendit, quæ in Germaniã venerat, vt Regis non tam thalami consors, quam glorię, triumphorumq; esset, atq; illius bellicis laudibus frueretur; sed lachrymas tantum, ac dolores offendit.

Viri interitus illius animum grauissimo inflictõ vulnere sauciavit: Quæ ad pullati, atratiq; Oxensterni aduentis aspectum in dolentissimas lachrymas effusa de nimis propero, immaturoque Regis fato acerbissime quæta est. Studuit ille sanare Regiæ doloris atrocitatem apta oratione

*Regina
dolor ab
Regis inu-
eritum.*

Ee 4 molli-

mollire, illudque solatium illi asferre, quod suo ipse non sentiebat in pectore. Verum Regina omne respuebat verborum solamen, nimio dolore pectus consolationibus claudente.

Cæsarei acie victi, vel potius per seipfos vano terrore in fugam acti partim Lipsiam, partim Littomeritium confluerant, & quia timor consilium non admittit, & fuga vias rectas exosa in obliquas, tortuosasque deflecut, plures in diuersa palantes milites compulit.

Aio enim vero timorem Cæsareos fuisse; qui nisi dux quidam è Taurinis falso nuntio illorum animos terruisset, eo die sane summum bellicæ gloriæ decus superato Suecico exercitu, retulissent. Sed hic missus à Vallstaino ad supremum aciei slatorem Rinochum cum mandatis, vt medijs agminis equitatu Suecos morte Regis attonitos, ac confusos inuaderet; regressus de illius partis pugnae habitu, ac statu quærentibus falsò nuntiavit; omnia esse in Pappenheimij copijs plena fuga, cæde, panore, disiectam, dissipatamque aciem à Suecis seque lacerari, ipsum Pappenheimium mortali accepto vulnere, acie subductum. Hic trepidus, tristicque nuntius repente in pugnantium agmina dissipatus, incusso terrore, militum vires, atque animos fregit: ex quo manifesta deinde fuga manauit.

Rinochus pessimo sanè consilio, ne nulla spe commodi equitatum in discrimen adduceret; pugnae que euentum expectaret; suos in vestigio continuit. Quæ mora profecto Suecis salutem attulit; quod & Cæsarei à Suecis obtriti, nullo superueniente subsidio iam fugerent, & Sueci nullo in se hoste immisso, ex tuto certarent.

Vallstainus cum superstiti militum parte Lipsiam perrexit. Non amplius tres horas somno quieuit; non ex vulneris dolore; sed ex amissa pugna dolore, quo maxime torquebatur; quod æqua, parique cum hostibus clade, eademque militum vtriusque partis iactura, inani tantum suorum timore, in fugam acti Suecis victoriæ decus, ac titulum reliquisset; eo præcipue tempore, quo cæso rege, erat simul eodem in campo de prostratis hostibus triumphandum, & quo maioribus laudibus Picolominei constantiam, inuictamque in pugnando virtutem prosequeretur: eo turpiori labe omnium aliorum ignauiam, timoremque notabat.

Cognouit se illis tantulis copijs in ea vrbe morari non posse; quod intellexerat; Suecos ob nouas copias à Luneburgi duce post prælium adductas animis, atque viribus auctos de prosequenda victoria cogitare. Accitis igitur in consilium cohortium ducibus, ac præfectis, de discessu retulit; vt æquiori, opportunioreque loco copijs restitutis, meliori fortuna cetera belli perficerent. Decreto omnium sententia discessu, in mercatus foropeditum copia congesta; non amplius mille, quingentos pedites sub quadraginta signis habebant.

Erat decimus quintus Kal. Decembris, cum itineri ineundo pedites expediti profectiois signum expectabant, cum ecce tibi Holchus, Granzmarchio, Coloredus, alijque duces cum pluribus integris equitum turmis, quos

Vallstaini
dolor de
amisso pu-
gna.

Cæsarei
Lipsia di-
scedunt.

quos nihil fere vis Martis attriuit, apparuerunt. Hi impedimentorum aliquid ab hoste seruatum adduxerant.

Equitum aduentus cæterorum discessum aliquantulum remoratus est. In hospitibus utcunque propter vrbis angustias omnes ea nocte dimissi. Adiecit Fridlandus non amplius esse cunctandum, quoniam inde protinus abiretur. Quare eodem vesperi post solis occasum per Diui Petri portam Bonam versus iter milites ingrediuntur. Fridlandus media secunda noctis vigilia egressus est vrbe. Postera die mane decem, & septem equitum turmae, quae sub dio ea nocte substiterant: urbem præteruectæ reliquo se proficiscenti agmini addiderunt: totus dies in abeundo consumptus: ob vulneribus debilitatos, & ægros, qui tardiori gradu cæteros sequebantur.

Holchus sub vesperam coacto senatu humanissimis usus verborum officijs, vrbis clauis reddidit, addens Cæsareos quam maxima ciues lenitate, benignitateque habuisse: sperareque se illorum humanitatis memoriam ciues grato animo seruatuos. Eos insuper veluti amicos, & Christi cultores orauit, ut eos sauciorum, infirmorumque misereret qui ab vrbe ob vulnere grauitatem abduci non poterant.

Valfstainus Littomeritium profectus omnes, qui eò à pugna profugerant, cæteris copijs adiunxit: remissoque in Quados Galassio, Chemnitzio, Cardabianca, Fauesta ino, Cygnea, Atilia præfidijs firmatis: ipse Pragam cum reliquis copijs profectus est: vbi ad scribendos milites, conducendosque exercitus varijs ducibus diplomata dedit: ea mente, ut primo quoque tempore maioribus copijs validior in hostes prodiret.

Allato Viennam Sueci Regis interitus nuntio, nihil Austriacos amissum prælium affecit: sed caelestium laudum cantibus, supplicationibus summa pietate in omnibus hæreditarijs, Imperijque prouincijs gratiæ omnium bonorum largitori Deo actæ: quod insensissimum domus Austriacæ hostem eo certamine sustulisset: & tanto aduersario extincto, sibi prælio vicisse Cæsari videbantur.

Romæ pariter ab omnibus Catholicis supplicatum, quod summo sacrorum Antistiti, vrbique Catholice religionis sedi minitantem Regem, vastitatemque Italię intentantem diuina certè librante manu minoribus tormentis excussa in incertum tela confodissent. Poterat sanè Suetiæ Regnum, poterant Federati Principes Protestantes reparare copias, & exercitus nouis militum supplementis restituere: at illis æquali virtute, paremque animo, rei que militaris peritia ducem nequaquaquam præficere poterant.

Hispani Regis aula ita hoc lætissimo cæsi Sueci Regis nuntio effusis gaudijs exultauit: ut comico drammati, quod in quatuor, & viginti acta diuisum duodecim dies agebatur, Mors Sueci Regis inscripto interfuerit. Ad quod audiendum incredibilis procerum, nobiliumque numerus, & frequentia confluit, quod vulgatum fuisset, eum Austriacæ felicitati inuidere; qui eius fabulæ actioni non interfuisset.

At Cæsar pio magis, Christianoq; consilio, omnium, qui acie cecidissent,

manu

Eriburg
Altem-
burg
Valstai-
nus Pra-
gam pro-
fisciscitur.

Austri-
rum lati-
tia de
Regis
Sueci
morte.

Hispania
regis au-
la hilari-
tas pro
Sueci-
regis morte.

Cæsaris
fictas

manibus innumera sacrificiorum multitudine litauit : eademque occasione pro fuggestu habita funebris oratio de eorum laudibus : qui pro Catholicæ fidei defensione, Cæsarisque salute Lutzensi pugna suas animas profudissent .

*Suæcici
exercitus
numerus
à pugna*

Dux verò Vinmariensis collectis omnibus spolijs , Vuensensium cum omnibus copiarum reliquijs se recepit : vbi censu superstitem à pugna habito , quatuordecim bellatorum millibus Suecicam rem adhuc stare conspexit . Nuntios extemplo ad Saxonem ducem de omnibus rerum euentis celeres misit : ab eo summis precibus flagitans , vt suas copias integras , cum Suecis Lutzensi pugna imminutis coniungeret : quò Valstainum aduersa pugnae fortuna debilitatum , pauentemque , ac fugientem quiescere , aut exercitum lacerum non sinerent reparare : sed iam ruinae vicinum profusus impellerent : totaque Austria exacto , caelo, fugatoque Regis necem Cæsareorum excidio pensarent .

*Vinma-
rien sis ad
Saxo nem
ducem
hor ratio*

*Dux Saxo-
no rex
fuit Vin-
mariensis
ad arma-
rum im-
perium
electus.*

Molesta fuit Saxoni ea tota legatio . Plurimum morte Regis ingemuit : quò non adeò Imperialium vires eo prælio accisas cognosceret : vt non suis rebus maximè timendum foret : sed eum maxime omnium , vehemētissimeque pupugit ducis Vinmariensis electio : qui etiamsi ex eadem Saxonia familia , nihilominus ob veteres similitates , occulto odio accensus esse putandus erat . Nimirum ipsius virtutem , atque animi magnitudinem metuebat : ne ad aliquod summæ dignitatis , ac honoris fastigium euectus æmulus sibi , vindiciarumque petitor pararetur : verebatur enim ne ille se eum Cæsare conciliaret : vt sibi Electorale pileum , quod ipsius maiores tenuerant , vindicaret .

*Saxo sua
armatum
Vinma-
riensis se-
ciare re-
cusat.*

Putauit in super extincto rege , Suecos exercitus deinceps nisi malè aliter sustentarique posse : ac proinde in se totiùs Cæsarei belli molem ruituram , amicorumque se prædam iuxta , ac hostium futurum . Hos tamen arcanos animi sensus egregiè texit : atque illatam sibi ab exercitu iniuriam , quòd iniurius se Electore repulso , dictoque supremo copiarum duce Vinmariensium secum egisset , in speciem æquo animo tulit : egerrime tamen , sed cæcitus patiebatur , quòd iuueni , & tum primùm militiæ rudimenta ponenti summum imperium militaribus suffra gijs delatum fuisset . Quare cum eo sua arma sociare recusauit : ne iuuenis imperio parere cogeretur . Quod Cæsareis saluti fuit , faciendæque nouis authoratis militum supplementis , acceptæ cladis spatium dedit . Iure igitur Sueci Regis interitu Cæsarei exultabāt : atque omnibus effecti gaudij significationibus cantibus , spectaculis , supplicationibus pectorum gaudia tellabantur : quod eo sublato , inuidia , æmulationes , ducum iurgia , contentiones milleque incommoda erant Suecicum exercitum euersura .

*Oxensternus
Saxo-
nis ani-
mam a-
peratum
acare ni-
tetur*

His curis anxius Saxonis ducis animus fluctuabat : cum Oxensternus : qui ducem irarum æstimantem animaduertat : superueniens omnibus verborum officijs studuit illius animum asperatum lenire , pacareque iam noua molientem . Vinmariensem quidem veluti iuuenem viuidum , vegetumque corporis robore validum ad sustinendum grauissimum copiarum imperatoris onus , ferendisque militiæ labores supremum ducem iustum fuisse , sed

Sed penes Electorem, potestatem, authoritatemque, ac armorum arbitria fore: pro cuius commodo magis, quam pro Suecicæ gentis gloria, incrementisq; regni omnes erant Sueci milites pugnaturi. Deniq; omnes suos conatus adhibuit, vt ducis turbidarum cogitationum fluctus, quibus in diuersa contumeliæ impotens rapiebatur, omnino pacaret.

Saxo se Oxensterni rationibus acquiescere, sedatumque se esse simulans se totis viribus, efficacique mentis ardore, si quâdo alias, res bellicas curaturum promisit. Verum re ipsa Vinmariensi nunquam sua arma coniunxit. *Vinmariensis Lipsiam aggressus.* Qui vt de Saxonis rebus se esse sollicitum, commodisque seruire testaretur, admoto Suecorum exercitu, Lipsiam, eiusque arcem oppugnare aggressus est.

Fuerant aliquot pauci pedites à Fridlando ad eius vrbis custodiam relictî; valido tamen præsidio arce firmata. Prima, & vigesima diei hora portæ vrbis decem equites accesserunt; qui Cæsareos se esse mentiti, ob paucitatem contempti in urbem admissi vix intra limen illato gradu, militum stationem imparatam, incautamque ferro occupant; mox succedentibus alijs, qui propè sociorum rei euentum expectantes sublede-*Sueci Lipsiam occupant.* rant; momento omnibus vigilibus obtruncatis, in urbem ingressi, semihorulæ spatio centum fere Cæsareos occiderunt. Mox aliæ, atque aliæ Suecorum peditum cohortes, & equitum turmæ ineunt urbem.

Nec dum etiam noctis appetiuerant tenebræ, cum quadraginta equitum signa Taubus, Hoffkirchenus, Pfortus, Atiliæ, Luneburgique principes in urbem adduxerant. Copiarum reliquum substitit in suburbij; *Arcturum.* Taubi equites moschettarij stationem agere in portis iussi.

Duces misso ad arcis præfectum tubicine postularunt: vt æquis acceptis conditionibus traderet arcem; quam cõtra Suecici exercitus vim diu tueri non poterat; verum ille constanti fide oblatas condiciones reiecit. Quocirca Sueci vineas, ac pluteos agere, excitareque ex fimo ageres ad libranda tormenta, culeosque lana plenos, ac tomento, moles pro loricis arcis propugnatoribus obijcere aggrediuntur. *Sueci arcem Lipsiam oppugnant.*

Postera die quingentis moschettarijs in urbem inductis, equitatuque omni extra urbem emisso; muralia illico tormenta contra arcis munitiones horrendis fragoribus tonuerunt. Die sequenti Sueci alium caduceatorem ad arcis præfectum legant; hortanturque vt se dedat; cum nulla subsidij spes foret: sed præsidij repudiatis legibus deditiois ita strenuè tormentorum missilibus rem gerebant: vt plurimos Suecos destinatis ictibus petitos occiderent; at Chniffauseni legionum aduentu ita arctior obsidio feruere, vrgerique acrius cœpti Cæsarei; vt ad extrema, citò propulsum iri viderentur; nisi validum subsidium acciperent: de qua re datis ad Fridlandum literis, per tympanistam sui illum discriminis admonebât, qui à Suecis cursoribus interceptus in Imperialium oculis laqueo suspensus est; cum mitiori belli iure miser remitti, aut captiuus retineri potuisset. Sed milites nihil præter immanitatem, sæuitiam,

cruen-

*Cæsarels
pianam
arcedidit* cruentaque scelera norunt. Cæsarei itaque omni subsidij spe prorsus amissis, sarcis deditioem his legibus paciscuntur.

Præsidarij omnes faucios, Ecclesiasticos secum possent abducere; milites quantum farcinarum valerent, impositum humeris auferrent. Præfectus, maioresque ministri omnia impedimenta; suppellectilem, dummodo non esset de Electoralium vestigalium præda, manubijs, secum asportaret; omnes ad nutum captiuos dimitterent. Omnia arma, vexilla, tormenta, vno excepto ense, reliquerent. Obsides seruandæ fidei pignora darent. Nullum cuniculum occultum in arce malignè cælerent. Nihil ab Electoris stipendiarijs repetere possent; nec vllum prohibere quo minus fœderatorum principum signa sequi possent. Pro quibus omnibus Sueci pollicebantur, se valido præsidio Cæsareos vsque in Bohemiam saluos, atque incolumes deducturos; quo regresso, obsides dimissuros.

*Zuicauu.
Sueci &
Saxones
ad Cy-
gneam in
uadendam
contidit.*

His acceptis conditionibus Cæsarei trecenti numero discesserunt. Pleisemburgi arce recepta. Sueci, & Saxones coniunctis copijs, ad oppugnandum Cygneam processerunt; veriti, nè illud præsidium nouis subinde superuenientibus auxilijs, ita aueretur; vt deinceps difficillimum foret Imperiales expellere. Chniffauseno igitur imperatum, vt valida militum manu eam expeditionem obiret: cæteris Suecorum copijs in Luititios, & Quados abeuntibus, quòd nûtiatum esset, ibi Cæsareos numerosas militum manus copiasque contrahere.

Cygnæ præfectus certior factus, hostes ad se obsidendum properare nihil territus Suecorum accessu, suburbia conburi iussit; vt hospitiorum commodo hosti adempto, nihil eum à tormentorum ictibus tegeret: & quàm maximam potuit commeatuum vim in arcem inuexit. Chniffausenus vrbi copijs admotis, cum essent omnia altissima iam hyeme gelu constricta; nec aggeres moliri, vallumque extruere possent; sublicia, cratesque ligneas à fabricis connecti, cõpingique, & quicquid telluris eliquatum gelu, aut concium dolabris concedebat, eggeri iussit, quæ vtcunque munimentorum, loricarumque vicem suppleuerunt.

*Cygneam
deditur
sueci.*

Dispositis eminentioribus locis tormentis octauo Kal. Ianuarij labefactari pulsibus mœnia cœperunt. Decem dies Cæsarei urbem summa animorum constantia propugnarunt; sed tandem desperato omni subsidio, urbem Suecis æquissimis conditionibus dederunt. Meliores certe longè à Saxonibus, quam à Suecis deditioem conditiones Cæsarei retulerunt; quod erat iam Saxonis ducis à Regis interitu ad Cæsarem animum inclinantis, indicium.

*Hostes
Chemnit-
zium ob-
sidione
munt.*

Interim Saxonicus, ac Luneburgicus equitatus, qui Lutzensi prælio non interfuerat; Vinmariensis iussu sociatis cum Sueco viribus persequi bello Cæsareos; nec pati quietos vlllo loco consistere statuit; sed cum Chemnitzij tres Palanzi, Comargi, & Contrerasi legiones Cæsareas statim habere didicissent: satius rati nullum hostem à tergo relinquere, illico urbem obsidione cingunt. Egregiè, ac fortiter iutio Cæsarei tutati sunt urbem; sed

cum

cum ab omnibus subsidijs procul abessent : ne hostem obstinatius repugnando irritarent : ipsi quoque hosti urbem honestis acceptis conditionibus tradiderunt.

*Urbs deditur ob-
sidentibus
Alfaticis*

Dum hi exercitus in hybernis paululum quiescunt; in * Triboces ad explorandos Horni conatus aliquantulum digrediamur: qui Benfelda potitus, vt victoriarum cursum prosequeretur, Molsheimum duxerat copias; cuius ciues ne obsidionis incommoda paterentur; se ad primum aduentantium Suecorum intuitum dederunt; trium turmarum, & aliquot peditum centuriarum in urbem presidio accepto.

*Hornires
gesta in
Tribocis*

Inde subijt * Selestadium, vbi Breitembachus cum duabus equitum turmis, sexcentisque moschettarijs curabat. Plus mensem inuicta constantia, indomitoque robore Cæsarei Suecorum validis impressionibus resistebant; sed cum igneæ bolides in urbem incessante iaculatione contortę quę quę per ædes spargendis incendijs maiora damna, quàm tormenta, fecis inferrent; nec flamme vbiq; in domibus excitatę vlla ciuium cura, continuatoque labore extingui iam possent; necessitate compulsi, ne urbem excinderent ignes, tradidere se Sueco; tam equitum, quàm peditum idibus Decembris liberum pacti discessum.

Selestad.

*Hornus
Selestadium in-
uadit.*

Silicet, vt in omnibus armis expediti, expansis vexillis, cum duobus currilibus tormentis, reique tormentarię onusto plastro, omnibus impedimentis Brisiacum, deducente Suecorum presidio, proficisci liceret;

Cum ciuibus etiam æquissime conuentę sunt deditiois leges; cum lenitatis, ac moderationis exultationem armis Suecicis Hornus parare studeret.

*urbem re-
cepit.*

Egressis ad constitutum diem Cæsareis, Sueci in eunt urbem; quibus statim a populo viginti tolerum millia pensa sunt; vt a rapinis, ac populationibus temperarent. Ingentem etiam pecuniarum summam seorsim Iudæi, quibus illa ciuitas frequens est, militibus pependerunt.

Dux Lhotharingus Hornum monuerat; sibi necessum esse cum aliquo Suecici regni ministro de rebus magni momenti congredi. Quamobrem pridie idus Decembris Marincherchi in * Tribocibus conuentus indictus est; in quo conquistores Lotharingi retulerunt; suum principem magnum auri pondus Cæsari mutuum dedisse; eoque nomine Benfeldam, Dachshtenium, Alfaticam tabernam ei pignori datã; quę oppida cum Suecicis armis tenerentur; rogare se amicę eius regni curatores; vt suę indemnitati cauerent: atque damno prospicerent.

*Dux Lotharingus
belli in
Suecosocasionem
quarit.*

Cognouerant Sueci, quò Lotharingi tenderent petitiones; eum suo infenso animo illorum nominum præferre titulum; atque occasionem querere discordiarum; quo pro Cæsare contra Suecos iultum bellum suscipere videretur; non vt suę pecunię caueret. Quare sedato Sueciani mo responderunt; *Ducem sibi amica omnia posse a Suecicis partibus polliceri; eum que semper amicę, ac optimę ab ijs habitum iri Quoad ea verò nomina, nihil posse decerni, donec conuentus Suecicæ procerum haberetur. Certus tamen esset Dux;*

*Suecorum
ad Lotharingum
responsio*

quan-

quando nullam opem Suetiæ regni hostibus ferret; non solum nihil eum accepturum incommodi; sed etiam à Suecis ingentia commoda relaturum. Cum hoc responso conuentus dimissus est.

Colmar.

*Endinga
Reque Ar
sanuaris
à Casare
rebellans.*

Per eos dies in deterius re Cæsarea collabète, Endingæ * Argentuarizq; ciues cæso Cæsareo præsidio, ab Austriacis rebellarunt; cum enim huius præfæctus ab extorquendis pecunijs, nouisque subinde pensionibus imperandis non cessaret; eo repente in vincula coniecto, obtruncatisque præfidiarijs. Horum per celeres nuntios suæ consternationis, tumultusque monuerunt; tradituros se illi urbem polliciti, si de deditiois legibus conuenissent. Nec mora Hornus cum expeditis turmis accurrit; sancitisque conditionibus deditiois, urbem in fidem accepit.

Pessimo omnino consilio belli tempore, cum lenitate, moderationeque in constanti erga Principem fide populi continendi essent; acerbis pecuniarum imperijs, atque duris exactionibus affliguntur. Quod secum iniquissimè agi, arbitrentur; cum pacis tempore vectigalia, ac tributa contulerint, quæ in ærarijs reponerentur; non in aula gratiosis, luxibus, ac voluptatibus profunderetur; bellorum tantum tempestatibus reseruanda, ne ijs ingruentibus, vectigales iterum deglubantur; qui essent lenius ac mitius tam periculoso tempore profus habendi.

*Hornus
rupta fide
Lutheranâ
hæresim
in urbem
induxit.*

Quamuis in deditiois conditionibus disertis verbis cautum erat Catholicæ religioni, Hornus tamen rupta fide, Lutheranam superstitionem in urbem induxit; quæ quinque annos ab illa penitus exularat. Idem hæreticus concionator ad populum de suis erroribus concionem habuit; qui ibidem postremus de iisdem falsis placitis perorauerat. Duos eius sectæ doctores Hornus fallendo populo destinauit. mox Hogenoam misso legato, diris obnuntiationibus territam Suecorum iugum subire coegit.

*Sueci Frâ
chentaliâ
recuperâs
Palatino.*

A Tribocibus in Vangiones, utpotè exiguo interuallo remotos, gradum faciamus; ubi Sueci milites cum aliquot Palatini peditum cohortibus, obsessis aditibus, interclusisque comineatibus, Franchentaliam ad omnes rerum angustias compulerant: cuius præsidium Angliæ Rege sequestre ad pactiones cum Sueco descenderat: ut scilicet præfectus Varelles Hispanus cum suis militibus armatis ventilantibus signa bellico more signiferis, vñdecimo Kal. Decembris vrbe excederent. Tria ænea tormenta, eaque omnia, quæ Hispani vrbi intulerant, auferrent; quibus exportandis ducenta plaustra Hispanis tribuerentur: firmaque Suecorum custodia vsq; ad * Alifontopolis fines abeûtes comitaretur; quibus ex vrbe profectis, indigenarum delectus præsidio successit.

Lucemburg.

*Franchentalia
descripta.*

Franchentalia omnium Vangionum arcium munitissima septem inæqualibus angulis tota porrigitur. Qua Austrum, Aquilonemque spectat, menium facies in longum protenditur. Decem firmissimis propugnaculis circumualatur: depressa, laraque fossa difficilem ad mœnia aditum facit. In exteriori pomerio erectis loricis, aggeribus, munimentis sepitur. Tota spectantium oculis se exhibet intuendam, utpotè latissima circum iacente planitie.

Huius

Huius munitissimæ arcis deditio sermones præbuit: cum eodem tempore Federicus comes Palatinus, qui & Bohemiæ Regno, quod iniquè Austriacis vsurpauerat, extorris, & auitis prouincijs expulsi, profugus tota Germania errabat, grauissimis curis confectus extabuerit annos natus septē, & triginta, firmo, validoque virilis roboris flore. Aegritudo mentis, atque acerbissimus de Sueci Regis interitu dolor, in cuius fortuna suam spē omnē collocauerat, eum citius propulit ad fatum: immaturiūque sustulit, quàm natura vitæ limites præscripsisset: cum Regis casu suæ recuperandæ prouinciæ spem prorsus cōcidisse vidisset. Regij decoris, ac fastigij libido, exitiosa aulicorum consilia, iuuenilis imprudentiæ feruor eum in indignas natalium splendore miserias præcipitem egit.

Federicus
Palatinus
moritur

Post Palatini è vita excessum comes Philippus eius frater rerum Vangionum curam susceperat. Hic prius quàm Bohemico bello res fraternæ afflictæ conciderent, plura oppida possidebat: sed cum Pragensis pugna fratris fortunas penitus accidisset: eadem quoque ruina res Philippi obrutæ corruerunt. Duce siquidem Spinula immixtis in Vangiones Belgicis armis, suam quoque Philippo ditionem eadem fraternæ procella tempestatis abripuit. Quamuis ipse insons nihil se fratris molitionibus miscuisset: ipsūque tenera ætas excusaret, quæ rudibus adhuc annis perduellionis rea agi non poterat.

Ruina
Palatini
causa

Nec supplices innoxio puero libellos Cæsari porrexisse, suamque contestato innocentiam quicquam profuit: quia & si secundum adulescentem litelata, Cæsar eum suas res habere iussisset: nunquam tamen restitutionis decretis ab Hispanis obtemperatum est: nec alimenta, quæ educando ex dignitate Principi satis essent, ei vnquam decreta: sed Rex Suecus in Germaniam ingressus, exactis Hispanis, eius ditionem comiti Philippo restituit: omnisque retentæ iniquè ditionis in Hispanorum auaritiam reiecta culpa est: qui vbi semel in aliquod oppidum pedem intulerint: non nisi armorum violentia ab eo possunt expelli.

Baudius interim, quem in Colonij finibus armis cuncta terrentem reliquimus, omnia circum habebat infesta. Quare Colonienfes rati, Suecos iētum violasse scdus, quo sibi cauebatur, vt pro neutris facere liceret: quo suis rebus salutique prospicerent: Taizium munire aggrediuntur: hoc prætextu, vt molendina in sua potestate firmarent, Rhenique transitum tuerentur. Verum cum validiora, maioraque munimenta excitarentur: quàm prælatus molendinorum defensionis titulus flagitaret; Baudius ratus, hoc à Colonienfibus in suam fieri contumeliam: senatui significari iussit: *vt percussi fæderis meminissent, nec pergerent illius loci perficere munimenta: qui alieni iuris esset. Eos probè scire in ipsorum conuentu alias Sanctum esse; ne quemquam extra agri sui fines locum muniri pateantur; atque de hoc decreto suum Electorem monuisse. Quocirca non esse ijs contra latas ab ipsis leges quicquam agendum: nisi fæderum contemptores haberi maluissent.*

Baudius
à Colonij
sibus dissi-
det.

Ad

*Senatus
reponit.* Ad hæc Senatus, se *Taizum* munire idcirco instituisse; ut *dentaxat* molendina tueretur; nec ad rem facere conuentus decreta, cum *Taizum*, & munere, & *empione* *Coloniensis* ditionis esset.

*Baudius
Taizum op-
pugnare.* Cognouit *Baudius*, *Colonienses* aliquod arcanū moliri, ac turbida consilia tegere: cum numerosiores solito peditum cohortes in urbem inducæ fuissent: præcipuè, quod suspicionem augebat: plures è *Belgio* submissæ. Quare *Taizum* statuit expugnare: ut ciuium aut inita consilia discuteret, aut cogitata turbaret.

Promotis itaque noctu tormentis, & omnibus copijs applicitis, locum iterato impetu cepit: quamuis præfidiarij numero mille se strenuè defendissent. Ciues iam claro die è turribus suorum laborem, pugnamq; conspicati in hostes è mœnibus tormenta emiserunt: quæ innoxijs incidentibus ictibus nihil damni hostibus attulere, cumque plures armati ex urbe subsidio suis ad *Rheni* litora properassent.

Baudius ab ijs tormentorum iactibus incessendis abstinuit; sed statim conquisitorem cum tympanista ad Senatum legauit; qui causas *Taizi* expugnandi suscepti consilij aperiret; rogaretq; ne in posterum illum, aliumve locum extra agri eorum fines munirent. Neque tamen *Baudius* *Taizo* præsidium imponendum putauit; ne circa *Colonienses* hærere cogeretur; præsertim cum *Batauus* Legatus pro Senatu *Suecicis* armis intercessisset: qui ad auertendam belli molestiam promisit; se illum locum non maioribus propugnaculis muniturum; quàm molendinorum defensio deposceret. Quo promisso pacatus *Baudius* copias in *statiua* deduxit.

Oxensternus, qui in bellici negotij procuracione extincto Rege, rebus *Suecicis* præerat, ut ostenderet; exercitum militaribus suffragijs posse quidem in aliquo rerum articulo sibi supremum Ducem eligere; sed non esse ea omnia rata habenda, quæ militaris fauor, ac studium in aliquem contulisset: copias omnes in duo ingentia agmina partitus est; ut nimiam, periculosamq; *Vinmariensis* Ducis in vniuersos milites potestatem, auctoritatemque minueret: quem sciebat, non de sua, sed de *Germana* gente rebus patriæ nimis addictū, & præcipuè quòd in eo confessu *Dux Saxo* alieni animi indicia præbuerat; veritus ille fortasse, ne *Vinmariensis* tribuniciæ potestati tacitus inuideret.

In alterum *Suecos*, *Finlandos*, *Corlandos*, *Liunos*, & *Luneburgenses* congeffit: eique quadraginta muralibus tormētis attributis, *Luneburgensem* Ducē, & *Chnifausenum* præfecit: iussitque eos in *Vestfaliam* ducere; ut ibi *Imperialium* compressis conatibus, omnia oppida *Visurgis* imposta litori occuparet.

*Varij Sue-
corum ar-
marū pro-
fectus.* Hæ copię *Hala Saxonix* profectæ noua sibi militum agmina, quanta potera nt, adiungebant: *Magdemburgum*, *Beremburgum*que contendunt: ibique iustratæ sexdecim bellatorum millibus constabant. Alterum agmen *Duci Bernardo Vinmariensi* traditum: qui in *Franconiam* ad *Bambergam* oppugnandam contendit: quæ exiguo *Imperialium* præsidio defen-

defensa inexpectato Suecorum impetu oppressa, fugatis, captis, caesisque
Caesareis est.

Dux Saxo Sueco Rege defuncto, ea observantia, atque obligatione,
quam Regi ut foederis supremo duci, ac de se optimè merito solutus sibi ef-
se visus, decrevit, hoc in suum lucrum, ac commodum vertere: societatem-
que suam maximo nundinari. Sed quia nimium recentis beneficij memo-
ria vigeat; publicæ totius Germaniæ curandæ pacis inuolucro sua vota
tegeta putavit. Taroduni igitur Landgrauio significauit, quotiescunque
Cæsar ad vniuersalem Germaniæ pacem constituendam animum adiecif-
set; se quoque suum omne studium in id, atque operam polliceri. Quo Sa-
xonis proposito Landgravius Viennam ad Cæsarem citatis aduolat equis.
Hoc primum ortum ex Regis interitu detrimentum protestantium, Sue-
corumque partes afflixit.

Dum Lutzenfis prælij præteritæ tempestatis adhuc pulsus im-
murmurant, & sparsæ Suecorum manus exiguis
expeditionibus bellum alunt; secun-
dus, & trigesimus annus efflu-
xit; sequenti gra-
uiora mol-
tura.

*Domus
Sax.
Dux Sa-
xo pacem
constitue-
re cum
Caesare si-
mulat ve-
rius quò
fudet so-
rio.*



IOSEPHI RICCHII BRIXIANI

Clerici Regularis Congregationis Somaſchæ
DE BELLIS GERMANICIS

Liber Septimus Epitome.



Haſſat

Hamelia

CÆSAREI, Bauarique duces varia moliantur: quibus Hornus obsistit. Incolæ, agrestesque Suecis insidias struunt, ac tumultus cient. **Valſtæ** ignavia Lutzenſi pugna compertos infamia notatos capite plectit. Cattorum Princeps rem ſeorſum gerit Aureatum à Vinmarienſi obſidetur, & capitur Hamelia à Luneburgi duce expugnatur. **Cæſareum** ſubſidium funditur à Suecis. Raina capitur à Bauaris. **Valſtæ** reparatis copijs bellum inſtaurat; mouet ex hybernis. Sueci in Vindeli-

ciam irrumpunt. Rex Danus iterum pacem nititur conciliare. **Vinmaricenſis** Ingloſtadium inſidijs perit. Gratzio comite proditore. Edelberga expugnatur à Suecis. Mutuo ſe Cæſarei, Suecique inuicem cadunt. A Suecia militum ſupplementa mittuntur. **Fridlandus** pacis mentionem ad declinandum pugna discrimen cum Saxone inicit. Sueci Helueticis Foreſtibus urbibus bellum minantur. Dux Lotharingus in Germaniam ad bellum pro

Cæſare proficiſcitur: eius clades, ditionis amiſſio, fratris ſu-

ga, caſusque narrantur. **Holchus** Lipſiam, aliaque

oppida prædatus peſte deceſſit. Hiſpani in

Germaniam duce **Feria** ſubſidio **Cæ-**

ſari properant. Hornus Con-

ſtantiam obſidet. **Al-**

dringhenus **Biba-**

co potitur,

cum **Feria** ſua arma iungit. **Valſtæ** perfidia inſimulatur. Sueci

Ratiſponam expu-

gnant.

Bibach

GVSTA-



VSTAVO cæso, res Suecicæ prorsus collapsura videbatur, perituræque Protestantium partes; sed quamuis paululum eo acerbissimo icu impulsæ nutauerint: se tamen viuiores in dies, validioresque firmarunt: vt Regis casus adeò non Suecorum animos fregerit; aut aliquid de pristina belli fortuna dextraxerit; vt addito maiori vigore magis pectora efferarit ad bellum.

Nam pro vno sublato plures pugnacissimi duces eiusdem ferè virtutis eo bello suffecti illam

egregiæ Suecicæ gentis bellicæ gloriæ exultationem fortibus factis retinuerunt; vt Regis opera prætergratū ipsius aspectū, nemini desideraretur.

Vinmariensis, Hornus, Bannerius, Chniffausenus acerrimum tota Germania bellum ciebat; validis Suecorū agminibus quaqua versum in prouincias immisissis; quo Cæsarei pluribus in locis distracti occurrere tam multiplici hosti non possent. Respirasse tamen sibi Regis nece acti ad vltimos metus visi sunt: putabantque hæc esse præteritæ flustra procellæ, residuoque superioris tempestatis iam subsidentis æstus. Quare maioribus animis, atque ausis bellum parabant, in arma fortioribus viribus redituri.

Et iam Bauari constatis ingentibus copijs, Sueuiæ signis illatis Gronsbergam, Landspergamque eiectis Suecicis præsidijs, se dedere compulerunt. Duces omnes, cohortiumque ministri Inglostadium captiui ducti; cæteri milites spreta sacramenti religione ad Bauarorum signa transferunt: quibus perfidis transfugis minimè fidendum censerem: cum quaestui potius, quàm decori promercalem militiam habeant.

Quibus Bauarorum profectibus indignatus Hornus, cui ea regio tuenda, seruandaque fuerat demandata, Suecicæ gentis, quæ tot victorijs gloriosum inuictæ, nomen sibi pepererat; dedecus futurum ratus si à Bauara gente nullo bellicæ virtutis loco ab ipso habita, ea oppida sineret occupari; firmioribus præsidijs ijs vrbibus munitis, quas in Tribocibus ad eam diem subegerat, in Sueniam ad leuandos socios citato exercitu festinat: datus ad Bannerium prius literis statua in Augustanis finibus habentem precatus, vt secum arma sociaret; quo hostem Chemptam, Diusumagumque bello prementem ab ea obsidione depellerent.

Ad hunc nuntium Bannerius legionibus ex statuis eductis, cum quinque bellatorum millibus iter ingreditur; eodemque tempore Hornus suas copias vltra Rhenum ad Schenauum traduxit: & Cardambianca nullo negotio expugnata, vterius procedens duorum Vuirtinguorum militum millium supplementum accepit: quibus copijs firmior ad Rheni littora festinauit; veritus ne à Bauaris obfesso flumine intercluderetur; quo minus cum sociorum agmine sua arma coniungeret.

Diusumagū interim omni subsidio destitutum deditiōne facere cōpulsū

Ff 2 est;

Sueci duces sui Regis vicem implent

Cæsares bellum insurrat. Bauari in arma cōsurgunt

Hornus in Sueniam socijs subsidio festinat.

Diusumagum deditur.

est; æquis conditionibus acceptis; quibus tamen Aldringhenus violata, fide, non stetit; nisi quoad eas, quæ ad præsidij duces, ministrofque pertinebant. Præfidiarij numero trecenti nomen Bauaro coacti dederunt. Magi-
fratus captus ingenti auri summa libertatem redemit.

*Chemptã
rem reci-
it.*

Ab hac expeditione Aldringhenus Chemptam reducto exercitu, properavit, admonitus, hostes magnis itineribus festinare; vt simul arma sociarent; eam urbem virgere vehementius institit; ne à superuenientibus hostibus inde pelleretur; paucisque eam diebus obtinuit; post editos à ciuibus, & præsidio vltimos egregiæ virtutis conatus. Non enim de deditio-
ne pacisci aliquid placuit; quòd scirent Diusumagi exemplo fidem nihilo-
minus à Cæsareis falli: omniaque nihil eos morante fæderum religione, pro libidine agi.

Facto igitur impetu vrbe expugnata, obruncati omnes armati. Nec flamma ferro, scuitia cessit; nam plures cedes incendio populata deformes, squalentesque areas, atque horrida furentium ignium vestigia reliquit. In arcem à victorum scuitia plurimi confugerunt; ea spe aut se strenuè defenso-
ros; aut interiecta mora, desidente iam ira victorum animos lenituros. Postera die precarium à Cæsareis spiritum postularunt: quem in patriæ ruina ponere satius fuisset; quàm virgines constuprari, vitari matro-
nas, seque Lindauiam captiuos, Tiriolumque à patriæ sedibus exportari miserabili spectaculo intueri.

*Cæsari à
Suecis ca-
duntur.*

Hornus non procul Chempta Cæsareos assequutus agmen explicauit in pugnam; prouectæque aliquot equitum alæ in primas Imperialium turmas facto veluti cuneo incurrerunt; quæ Suecorum impares equitum vir-
tuti, apertis ordinibus dissipatæ partim cæsæ, captæque sunt; partim se frugæ mandarunt; sex turmalibus vexillis in hostium potestate relictis. Fugam inuit noctis obscuritas: quæ densissima caligine circumfusa sub eque-
stris finem certaminis cælo cadens fugientes occulit. Nonaginta erant Bauarorum equitum turmæ; quæ nisi Suecorum nisus tenebræ præpedif-
sent: omnes à potentiore holte deletæ procul dubio fuissent: quia rarò fugam non sequitur clades, cædesque fugientium.

Cæsarei locorum periti in situ paludibus circumfluis munitissimo castra locarunt: illam aquarum illuuiem, cœnique labem veluti insuperabile vallum hostibus obiecturi. Hornus explorata loci iniquitate, cum nec eos ad pugnam elicere, nec sine manifesta copiarum pernicie posset inuadere; inde agmen abduxit; & ex itinere Mendelheimum in deditio-
nem accepit. Aldringhenus ingenti solutus metu in Vindeliciæ fines concessit: vt ibi validiora contraheret auxilia; quibus auctior hostium congressum desineret formidare.

*Dux Lo-
tharingus
in Ger-
maniã cum
exercitu
intrat.*

Dux Lotharingus Horni discessu Suecicis viribus in Tribocibus immi-
nutis, non amplius cunctandum ratus, non expectato Suecorum procerū
conuentus responso: sicuti Hornus condixerat; repentino impetu Alfi-
ticam

ticam Tabernam aggressus cepit: captæque præsidium imposuit. Hoc Lotharingi ducis in se studio Cæsarei animati quamquam oppido pauci, ac debiles agrestibus concitatis ad arma, Hagenoiz præsidium, Croncho conquisitore cæso, sudibus peremerunt.

Hagenoiz
non

Inter hos contra Suecos incolarum tumultus aliæ à Cæsareis in hostes insidiæ Helueta retextæ nullum profectum habuerunt. Idcirco Argentorati ciues cum non solum aperto bello, sed etiam occultis insidijs certari viderent: veriti ne sibi quoque arcanæ à Catholicis fraudes struerentur: præcipuè ne duo cœnobîa sacrarum virginum alterum, alterum equitum Melitensium beneficiarium: quæ sola hæreticorum furor intacta reliquerat: huiusmodi molitionum futuræ essent officinæ: quòd vrbs mœnibus adiaceret: in alia duo, à quibus minus insidiæ timeri possent: Catholicis virginibus, atque Melitensibus migrare iussis, antiqua solo æquarunt.

Schleffed

Brisiaci præsidarij ne intra mœnia in popinis torpere viderentur Deutztingam repent no impetu occupare tentarunt: per conuiuij occasionem, quo præfectus tribunos aliquot excepturus dicebatur. Septingenti igitur equites expediti, trecentis moschettarijs in equorum clunibus sublati, celeri agmine ad illud oppidum festinabant: sed fortuna virorum, fortium inuida plerumque virtuti in ipso conatu Cæsareos voluit deprehendi. Dum enim Sueci largiore vino se proluunt: nihilque minus, quàm de ineundo certamine cogitant: admonentur Cæsareos adesse impetum in mœnia daturos.

Brisiaci
præsidij
an inuenerunt
non

Exiliunt igitur accubitu, reiectisque discis, & lancibus, se inde raptis armis abripiunt: sed non adeò cito, quin raptim pro fortunato rei euentu se mutuo ad bibendum spumantibus trientibus prouocarent: propinarentque suorum armorum felicitàti. Celerrimè omnium cum suis domesticis conuiuij præfectus excessit; Canoschium precatus, vt sollicitè curaret, ne quis in vrbe tumultus oriretur: insidialque si forte laterent, emergentes comprimeret. Cæsarei moschettarijs in pedes ex equis desilire iussis, strenuè rem gerunt, pugna vtrinque sæuissima seritur.

Alteri cibo, potuque graues, alteri ira præferuidi: quòd non magis improuisi venissent. Verum Sueci à vino tardiores inopinatæ rei discriminis terrore perculsi vrgentibus acrius Cæsareis Cardambiancam effuso cursu fugerunt.

Fuga
inter Cæsareos
& Suecos
Eriburg

Canoschius in editioribus locis vigilibus collocatis, qui se de pugna euentibus per singula momenta conductis symbolis admonerent: expeditus in equo cum lectissima bellatorum manu in omnes rerum occasiones intentus, eò aduolaturus, quo necessitas, sociorumque periculum euocasset: de præfectu fuga doctus, neque quemquam Imperialium maiorem numerum aduentare: cum suis integris viribus fessos Imperiales aggressus, acto inter medios hostes equites, & pedites agmine, vt alteri, alteris opem ferre non possent: fugatis momento equitibus, in pedites impetum vertit.

Cuius Canoschij, ausus fugientes edocti resumptis animis fugam sistunt:

*Cæsaris à
Suecis
fundun-
tur*

conuersaque fronte, in urbem regressi, & fugæ pudore, atque hostium irritati audacia duplicatis viribus pugnant. Nec difficile fuit ab omnibus simul conglobatis Cæsareis fundi, fugari, lateque cædi: nam quadringentis primo fere impetu obtruncatis, & totidem captis, cæteros admodum paucos in præcipitem fugam compulerunt. Sueci ex insperato victores hilarius ad comotationem iterum redierunt.

*Rustici
contra
Suecos
insurgunt*

Feruebant vndique in Suecos agrestium tumultus: atq; insidijs vndique petebantur: qui tumultuaria manu collecta, Pfittam improviso impetu adorti occuparunt: in cuius præsidium barbara rusticorum feritas sænit: cuidam tribuno abscisso prius naso, auribus, manibus detruncatis, scædissime deformato, impacta demum ceruici securi, caput absciderunt. Nulla est rustico efferato syluestris fera crudelior.

Vbi agrestium barbaries, immanitasque Rheni comiti innotuit: statuit omnino de vilissima gente inauditæ eius sæuitiæ pœnas exigere. Iam furialis illa agrestium colluies confluentibus vndique ad sociorum virtutis famam rusticorum turbis, ad quatuor millia armatorum numero aucta, audacior maiora insolentibus animis agitabat; atque intra ipsa munimenta chiliarchum Harphum innadere. Cuius agrestium consilij ille opportunè admonitus eductis ex castris legionibus, tanto in eos impetu inuectus est; vt octingentis ea prima impressione prostratis, ac plurimis captis, cæteros egerit in fugam.

*Rustici à
Suecis
dolerentur*

Dissipati rustici agminis reliquiæ Rultzeinum trepidæ diffugerunt. Vbi nihil magis eorum salutem consultum est: à Suecis etenim vndique sepi obsessique tum demum experti sunt: quanti inter milites rei bellicæ peritos, & incondita agrestium manus interfuit. Efferati nihilominus Suecis vndique assilientibus restiterunt. Sic fera inter angustias à venatoribus deprehensa acuit sæuior iras, formidabiliorque fuit. Tandem cum arctiora in dies sibi fieri omnia vident: simulant deditionem, ac de conditionibus se velle pacisci.

*Rusticorum
in Suecis
insidia*

In hanc rem tubicinem, & quatuordecim equites in oppidum tectis de-lis accipiunt. Nec Suecus tribunus sibi obsidibus cauendum curauit: ratus agrestes obsidentium armis terros nihil in se grauius consulturos: sed vix in oppidum cum socijs ingressus de deditionis legibus transacturus, cum ab agrestibus omnes circumuenti capti, cæsi que sunt.

Cuius immanissimi sceleris, violatique per summum nefas gentium iuris pauidis animis obstrepente conscientia, magna eorum pars per noctis tenebras ad sua mapalia dilapsa est: cæteris etiam paulatim per turmas palantes fugere destinantibus. Plus mille elusis Suecorum custodijs per noctis tenebras in tutum fugerunt: reliqui, qui remanserant, ferociores ignearum bolidum quas obsessores in oppidi tecta irrequieta iaculatione torquebant, oppressi, aut flammis ambusti, aut capti exciti inconsulto tumultus pœnas dederunt.

Nec profus tamen rustici belli flamma defedit: cum alij mille sexcenti

Dams-

Damſcherchi in armis eſſent; vbi Montecuculus cū firma beſſatorum manu curabat . In quos Rheni comes non exercitæ in Harphum tribunum ſeuitiæ vltione contentus maiores expetens pœnas adeo inopinato, ſerialique impetu in hoc reliquum agreſtium agmen intulit ſigna; vt omnes intereſione deleuerit: præter octennem infantem; nequi equam ruſticis vitam ab irato comite deprecantibus .

Ea agreſtium cœdes illi barbaræ immanitatis notam inuſſit; cum non fuiſſet in conſternatos pro ſua religione, natiuiſque principibus ad arma ruſticos præter honeſtum militantium morem tam crudeliter ſeuiendum . Quamuis comes factum purgaret; omni pœnarum atrocitate eos dignos fuiſſe, qui interpoſita publica fide violata Suecos Pfirtæ, & Boltzeimi immaniſſime trucidaveſſent . Non eſſe ijs arma tractanda, qui verſandis glebis, ſubigendoque ſolo nati ſarcula non gladios gerere debuſſent, feros animos non niſi feritate eſſe domandos.

Honeſtauit comitis ſeuitiam alia ruſticorum Briſigauizæ tumultuâtium manus; qui nihil ſociorum territi clade ſeditione facta, eruperunt in arma; offeſumque in via Roteli præfectum cum aliquot amicorum Hoebergam equitantem, cum eius comitibus occiderunt . Quibus aſſiduis ruſticorum iniurijs Sueci iuſtiſſima accenſi ira, capto ingenti eorum numero centum triginta primorum laqueo fracto gutture ſuſpenderunt; ceteris foſſorum munus obire coactis.

Sed in Bohemiam ad tragica ſpectacula intuenda progrediamur . Valſtainus, vt in poſterum incuſſus vltimi ignavis, & timidis ſupplicij metus, ſuos milites deterreret à fuga; glorioſiusq; ab hoſte cadere pro patriæ ſalute, quàm ſeდიſſimis carnificis manibus ſciſſis ceruicibus infames æterno dedecore interire mallent.

Prægræ vrbe cruenta huiusmodi proſcena conſpicere aſſueta: in amplo ferali theatro plures copiarum duces, miniſtrosque capitis condemnauit perpetua notatos infamia . Vndecim Imperialis exercitus fugæ Lutzeſi prælio authores voce præconis vulgati fuerunt, omnes magnæ exiſtimationis uiri, illuſtrique loco nati ſecuri percuſſi . Septem laqueis præfocato ſpiritu perierunt.

Nicolaus Aghenaueniſis ex equitum Theutonica religione Magiſtri legatus, Albertus Hoffchircheni dynaſta Sparei Legati legionis Chiliarchi Legatus, Ludouicus Vingella è Genferdemo Vinchaufeni Tribuni Legatus; Ioannes Henricus Fabianus præfecti Bandedeini equitum alæ legatus, Andreas Tortellus alterius Sparei legionis Legatus, Andreas Valtembergus Haghemi Tribuni Legatus, Iacobus Iucca Liburnus Lenggaufeni Chiliarchi Legatus, Ioannes Caſſerengius ſignifer Haghemi Tribuni Legatus, Ioannes Burgus, Matthias Chlebatus rei tormentariæ præfecti vicemgerens Habbminerus Statzius cohortis præfectus in Vinchaufeni legione.

Secundæ notæ fuerunt Iacobus Viclerus cui prius infami præconis voce

Ff 4 pro-

*Suecorum
in Ruſti-
cos jugile-
lata ſauitæ
114.*

*Ruſtici
iterum ple-
buntur à
Suecis.*

*Ignavia
ciperi in
Lutzeſi
pugna de
collantur.*

pronuntiato ruptus ensis à carnifice fuit ; quatuor milites , qui equo merebant ; quorum nomina latent , Ioannes Hermanus in Beninchaufeni legione legatus, Postremus Iacobus Hermanus. Horribile sanè tetrumque spectaculum ; sed necessarium cum timor in milite piaculum capitale fit , quod militiæ rationem euertit.

*Aliorum
virtus ac
strenuitas
muneribus
donata.*

Valstainus, qui non magis in plectendis ignavis , & timidis sæuus quam munificus in strenuis , fortibusque donandis haberi cupiebat ; eodem die quo illi miseri inertie damnati capite plexi sunt ; multorum ducum virtutem, qui fortiter dimicarunt, aureis torquibus muneratus est . Comiti Pappenheimio , suoque nepoti in maioris templi Sacello mirabilis structuræ sepulchra ponenda curauit.

*Saxones
in Bohemia
finibus.*

Hæc Valstaino agenti nuntiatum est, in Bohemiæ finibus comitem Turrianum legato Tubaldo ab Arnheimio ob exortum iurgiû , auulso, cum decem armatorum millibus constitisse . Hic inexpectatus nuntius Fridlandi animum pupugit : qui huiusmodi arma non mouenda putarat ; propter inducias , quas Rex Danus inter Cæsarem , & Saxonem ducem pacifici studebatæo consilio, vt pacatis Germaniæ tumultibus, vniuersalis pax inter Germanos Principes sanciretur . Quasdam igitur equitum, & peditum legiones ad provinciæ confinia properare iussit ; vt clauso hostibus aditu , ab aduenda Bohemia eos arcerent . Sic media hyeme dum cuncta gelu rigescunt ; bella feruebant ; ducibus pro viribus pacis consilia turbantibus .

Cæsar , vt exterorum militum auxilijs suas copias assiduis pugnis & claudibus attritas, imminutasque sarciret : è Sarmatico Regno bellatorum agmina in Germaniam concedente Rege, & proceribus assentientibus abducere conatus est ; & iam multa Naulochorum millia profectioi expedita in Quados itura erant : cum Sueciæ Regni conquisitor in conuentum, qui tunc Cracouiæ habebatur, admissus, totius suæ gentis querelas ob militum auxilia Cæsari destinata, diserta, acrique oratione explicauit ; obtestatusque est hoc aperte rumpere inducias, quæ inter vtrunq; regnum pactæ erât ; immo gerendi belli animum aperire ; à quo sicuti Sueciæ regnum erat alienum ; ita sibi vltro illatum non recusaturum . Non esse Sarmatis de bello Germanico curam aliquam suscipiendam ; quæ noxia magis, quam vtilis futura erat. Re in conuentu diligenter excussa, sancitum fuit ; ne quis Sarmata exteri principis stipendia mereret.

*Hornus
Chemptæ
urges*

Hornus interea Diusumagi, Chemptæque potiundæ cupidus hanc quinto idus Februarij promoti tormentorû apparatu, excitatisque loriceis, a deo arcta obsidione sepfit ; vt biduo productis aggeribus mœnia subierit ; paucis horis sane expugnaturus ; nisi iam impetum in urbem paranti nuntiatum fuisset ; Aldringhenum Lycia amne traiecto , septem militum legionibus solito validiorem Mindelhaimo, Bibacoque expugnatis, in Virtinguos copias immittere (Hi duo duces variante fortuna se inuicem sequebantur, oppugnabantque) Hornus ad hunc nuntium soluta Chemptæ obsidione discessit, socij principis ditioni opem laturus.

Virttemberg

*Ab ea
obsidione
discessit*

Trans-

Transmisso Danubio, comperit hostem flumine ponte constrato, superatoque Zuifaltam proficisci, atque Imperialium, Bauarorumque numero; se longè viribus inferiorem. Quare Fuldingam instructum ad pugnam agmen reduxit. Quod ubi didicit Aldringhenus: quadraginta Liburnorum, moschettariorumque equitum turmis, extremum agmen carpere instituit, partemque impedimentorum ademit: quæ Hornus ne pugnam committere cogeretur: quàm pro viribus euitabat; ægerimè tamen sibi eripi passus est. Bauari re prosperè gesta, læti partim Diusumagum, partim Constantiæ lacus versus littora concesserunt.

*Aldringhenus
Hornum
persequitur.*

Memingen.

Per eos dies è Suecia nuntiatum fuit: ibi à curatoribus Regni insolemni procerum conuentu decretum fuisse Ducis Bernardi Vinmariensis belli labores, atque ingentia in Sueciæ Regnum merita Franconiz Ducatus munere compensare: vt scilicet eius animum, ob abrogatam illi, Oxensternoque delatam supremam in exercitum potestatem turbatum eo dono pacarent: cum ob eximiam bellicam virtutem à Suecicis partibus nulla iniuria alienandus omnino esset: neque extero, Germanoque rerum summa credenda. Hæc diuisa potestas rem Suecicam impulit: quæ penes duntaxat vnum Austriacos afflixisset.

*Ducis Vinmariensis
virius
Franconia donatur.*

At Landgravius Gulielmus Cattorum Princeps nullius subiectus imperio rem pro voluntate gerebat: armaque quocunque libitum foret, circumferens Teuderij Episcopatum ingressus, Gronsfeldij agmine dissipato, atque inde in Monasterij agrum copijs inductis, Dordmandæ successit: quæ euitato Cattorum impetu non grauata in Landgrauij potestatem venit; præsidioque vrbi imposito Huffsolum præfecit. Deinde Burstenø potius est magni momenti vrbe ob Lupiam versus transitum: eamque octo pedum cohortium præsidio muniuit.

*Raderborna.
Cattorum
Principis
seuandø
exercitu
bellas.
Lippa.*

Chosdardum postea signa conuertit: ob cuius validum, numerosumque præsidium quamuis difficilem expugnationem futuram: laboriosamque oppugnationem timeret; cum vrbe mille, & quingenti milites tuerentur; interposita tamen pacatione, recepit. Quare ingenti solutus cura Hallstemū, Borchemū, Bocholtum copias adduxit; quæ oppida citra cruorem, vltro ciuibus se dedentibus, occupauit: ibique copias in statiuam dimisit.

*Varij
Cattorum
pro
gressus.*

His fortè diebus inusitatum Germaniam prodigium terruit. Nā in Attiliæ regione apud Dohomscitzium pagum exiguus stagnans lacus repente limpidas aquas sanguineo colore suffusas ostendit; & quasi quodā agitata æilu feruore totus ebullire cœpit eodemque tempore fœtorem ita malè olentem exhalare; vt si quis lacus illius aquas manibus aspersisset; putor ille tenacissimè digitis adhereret. Hoc portentum cruenta bella, quæ postea sequuta sunt, illa cruoris aspergine futura monstrauit.

*Alteburg
Prodigiū
Attiliæ.*

Vimmarienses copiæ ad Aureatam obsidendum processerant; cuius præsidarij, ciuesque summa animorum constantia, vel tot hostibus tormentis necenia pulsantibus, propugnabant: ac Suecis per caduceatorem ad dediti onè faciendā hortantibus vibratis tormentorū missilib. responderūt.

Nieshad.

*Sueci ad
reata op.
pugnans.*

Sueci

Sueci verò adeò violentum impetum in mœnia dederunt; v̄t enitenti-
 bus vndiq; per scalas acta testudine in mœnium loricam, propugnantium
Sueci in paucitas nequaquam tantis hostium viribus par obsistere potuerit; quit
orbē Au- Suecos in urbem irrumpens, indignatus à tam paucis ita obstinatè sibi re-
reatū ir- pugnatum esse: omnes armatos sequestratè trucidarit. Neque ab agrestibus,
rumpanst. & Hebræis temperatum est; direptam crudeliter urbem pluribus in locis
 subditis facibus incenderunt. Præfectum captum nimia sanè barbarie præ-
 ter militarem consuetudinem, qua in hoste quoque colitur virtus: suspen-
 dio collo inserto in laqueum peremerunt.

Hoc postea obiectum scelus Sueci excusare conati sunt. Idèò in eos ci-
 ues, ac milites tantopere sæuitum; quod in ea oppugnatione Comes Sli-
 chius acceptissimus Vinmariensi, centumque supra milites cecidissent;
 quasi propugnantium arma aut personarum conditionem vereri, aut vim
Suecorū inferentem hostem vulnerare non debeant. Sed fuit omnino detestanda
infolita sæuitia in eos, qui patriam, qui urbem suæ creditam fidei tam fortiter defen-
sauitia. dissent ita immaniter animaduertere. Virtutem nimirum etiam barbari
 venerantur. Nugæ, ubi hostilis ira feruet, nulla virtutis est ratio.

Inde Noribergam Vinmariensis duxit exercitum. Inmissæ ad Germaniæ
 excidium tot ab Inferis furia, quot Suecorum manus populabundæ vaga-
 bantur; mihi videntur. Alia subruit vrbes; alia Imperialium stationes del-
Vania Sue- let, alia prædatur agros, atque incolas fugat: omnes eodem actæ furore in
corū ma- mortales insaniunt. Quatuor diuersis in locis Suecica agmina sæuebant.
nus bellū Vinmariensis, Baudius, Hornus, Luneburgi Dux iustis propè copijs bellum
spargunt. seorsum gerebant.

Qui Vestfaliam Sueci errabant, duce rustico fluminis prodente vadum,
 quatuor equitum millia, totidem moschettarios equorum clunibus impo-
 sitos trahentium flumen deni, ac deni, nullo Cæsareo aduertente, non pro-
Imperia- cul Rintelo transfinitunt; atque improuisi quatuor peditum cohortes ex
les color- tribuni Horsti legione, Duce Legato Hornichio in suis stationibus aggre-
tes à Sue- diuntur. A tam paucis tantæ hostium multitudini obsisti non potuit; ob-
cis obruzq; ruti numero partim cæsi, captique sunt, partim celeri fuga è Suecorum
 manibus elapfi.

Dum vbique sparsa Suecorum agmina Cæsareos vrgent; ad * Hameliæ
 arcem coiere Stallhanfus cum suis Finlandis, Luneburgiq; Dux, iunctisq;
 simul copijs illius urbis obsidionem ordiuntur. Stallhanfus à môte ad pon-
 tes vsque Vestfaliam versus tetendit; Dux quæ Brunsvicensis ditionem spe-
 ctat, castra posuit; ac proinde vrbs vndique aggeribus septa ab hostibus
 petebatur. Nullius toto Suecico bello hætenus urbs fuit obstinatio ob-
 sidio: aut constantior Imperialium defensio.

Hamelia nunc Hamelenum Visurgis littoribus imminet in vltimis
 Vestfalix finibus rotunda pene figura. Hinc Visurgis fluctibus ver-
 beratur: illinc Hammeli vndis alluitur: totamque fere urbem ho-
 rum fluminum aquæ circumfluunt: quibus ingens, lataq; efficitur fossa:
 Quæ

Hamelia
urbis de-
scriptio.

Quæ mœnium pars non aspergitur fluuijs ; firmissimo muro ; validisq; propugnaculijs tota munitur. Ab inferiori parte in medio Vesurgi exigua eminet insula: in quâ Cæsarei propugnaculum condiderunt . Quare vrbs nulla potentia expugnabilis iure censeri poterat .

Quarto idus Aprilis Dux Federicus Odoricus Brunsvi census cum validis copijs subsidio venit in castra; hic ingentem artificiosorum ignium, incendiariumq; bolidum vim secum adnexit : quibus statim intra urbem contortis ciues cœpit affligere : sed mirabili celeritate vix conceptas tentis flammis superfusus aquis,extinguunt.

Ciues flammarum iactibus affliguntur.

Dux tamen Georgius insolita bellantibus pietate , iussit ab huiusmodi ignium iaculationibus abstineri ; ne ciues innoxij perdicaciæ militum pœnas luere cogerentur. Erant maximo ad inuadendam urbem impedimento fluminum obiectus. Quare supra urbem Visurgim ponte iunxerunt : quam perniciem, vt a uerterent obsessi ; in Suecos valido impetu erumpentes ingentem hostium numerum occiderunt ; sed è totis castris subsidio suis accurrentibus vndique Suecis, in urbem nullo accepto incommodo confertis ordinibus redierunt .

Præsidij virtus inuicta.

Fœlici illius eruptionis euentu præsidarij animati, triduo post bene poti iterum ex inexpectato Suecos inuadunt ; verum ea parum processit audacia ; nam Sueci vt erant ad subitos casus intenti : illicò instructis ordinibus præsidarios non summo uent modo; sed etiam quinquaginta cœsis strenuè fundunt .

Intumuerè interea vel eliquatis in montibus niuibus , vel pluuiabilibus vndis flumina ; quæ in castra suis superfusus aquis, maximum incommodum obsidentibus attulerunt. Perstitere tamen Sueci obstinatius contra elementorum iniurias, donec detumescerent flumina, & si aquæ stationes obruerent; atque vmbilico tenus alicubi militibus immerfis esset durandum in aquis.

Flumina castra Inccorum obruunt.

Catholicos Hameliæ discriminis cura torquebat: congestis itaque ad Visurgis littora sollicitè viginti equitum turmis, & duodecim peditum cohortibus ineunt iter; vt cum Gronsfeldio arma coniungant ; sed à Milandero Luneburgi ducis iussu interciso itinere , cum valido militum agmine, & viginti curulibus tormentis prohibiti sunt ; quo minus arma coniungerent. Verum cum illius vrbs iactura plurima , atque ingentia incommoda secum traheret ; quod summi ad cætera belli momenti circumiectæ prouinciæ opulentissimum promptuarium ; & rei Catholicæ in ijs partibus columen singulare ; & Fæderatorum principum armamentarium: tandem Catholici, nequicquam contra nitentibus Suecis, arma coniungunt .

Catholicis obfessa vrbs subsidio festina.

Copiæ omnes à Comite Gronsfeldio, Merodioque ducebantur. Qui vbi diu consulere de obsessis opis ferendæ ratione; communi sententia decernunt, per hostium castra ferro pendente viam in urbem irrumpendum ; aut hostes lacessendo extra munimenta extractos ad pugnam prouocandos:

dos: atque omnibus conatibus enitendum: vt Protestantes ab illius vrbis obsidione depellerent.

Coactis igitur in vnum copijs, additis Osnapruchi episcopi Benin caufeni, Colonienfis, Mocontinique Electorum agminibus; atque omnibus præfidiarijs in castra è vicinis stationibus euocatis, Hameliam versus denfata acie, contendunt. Luneburgi dux supremusque legatus Milanderus communicatis inuicem confilijs; quid sibi in tam periculoso rerum suarum articulo faciendum esset: statuunt vnanimis non esse hostem expectandum in castris: ne circumuenti & à fronte à Cæsareis & à tergo à præfidiarijs cederentur: sed illis vitro audaciam ostendendam obuiam eundum.

Sueci cōtra Cæsarem perueniunt.

Relictis itaque ad castrorum custodiam a liquot militum legionibus, ad eruptiones ciuium, & ad militum coercendas; instructo exercitu contra Auftriacos pergunt. Milanderus primi agminis ductor certior factus Catholicos iam Segelhornsum prouectos se munito loco ductis aggeribus vallasse; Oldendorpum sexdecim stadia procul ab eo pago, vsque processit: quo etiam vbi Luneburgi dux, & Mariscallus Chnippausenus cum reliquo agmine peruenere; digestaque in suos ordines in modicè auliuu colle ad pugnam acie, quæ duabus, & viginti equitum, & peditum legionibus constabat; ipsi quoque erectis circum loricis castra firnarunt.

Suecica acies ordo

Sexto idus Iulij dispositis in pugnam peditum agminibus, explicatisque equitum alis, ita vniuersam aciem constituunt. Ad Oldendorpi pagi dexteram in campis ad collis radices ad Segellortum iugum vsque longo se ordine Protestantium copiarum protenderunt. In cornu sinistro primi agminis erant tria equitum millia, & quingenti; ad quorum latera duæ moschetrariorum legiones equitum sequebantur; quibus duorum peditum millium legio addebatur.

Pulcherrimo ordine in medijs agminis fronte quatuor peditum millia in tria ingentia distincta agmina ex Luneburgi, Chnippauseni legionibus gradiebantur; pone quos tota media acies ex totidem peditum millibus in tria pariter agmina diuisa veniebat; quibus Luneburgi Dux imperabat. In dextero cornu, cui præerat Chnippausenus validæ equitum alæ in quatuor seiunctæ agmina extendebantur; quorum terga quingentorum moschetrariorum equitum agmen tegebat. Varijs in locis, atque aciei partibus librata tormenta. Sinistro cornu quindecim campestris attributa; septemdecim crassioris formæ ad medijs agraminis frontem trahebantur. Decem ad dexteram in collis fastigio constituta.

Sic acie digesta Protestantes instructis, denfatisque ordinibus, procedebant; atque aliquot Davidis Psalmorum cantibus implorato Superum auxilio, duces bellicum cani iusserunt; paulatimque graui incessu Segelhortum promouent gradum.

Cæsari cōtra Suecicum ordo.

Merodius verò Gronsfeldius, Bemincausenus Cæsarei duces collineatis tormentis, extra eum pagum sic ordines bellatorum quatuordecim millium numero in aciem disponunt. In primo agmine stabant validæ equitum alæ

la

le duce comite Gronsfelido; quos in primis mediæ aciei ordinibus sex ingentia peditū agmina tuebantur: horū a tergo super leuam cornu Meroidij moschettarij equites sequebantur; firmantibus latera loricatoris equitibus: supra dextram cornu aliæ equitum turnæ procedebant mariscallo Benincauseno duce; ponē quē tres peditum legiones dispositæ erāt; ante illas tredecim muralia tormentā, sexdecim ad latera in singulis partibus ducebātur.

Hoc ordine instructa acie Cæsarea, supremi duces coeunt in consilium: ac de ineundæ pugnæ ratione vnusquisque pro temporis angustijs suam sententiam exponit. Merodius quamuis pluribus rationibus persuadere niteretur; ne incertis pugnæ casibus rem Austriacam obijcerent: sed potius trahendo moras, hostesque comineatibus intercludendo, ad vltima compulsos cogere ab ea obsidione discedere: peruicit tamen Gronsfeldij sententiā: quam nullo refragante, duces cæteri sequebantur: vt ferro cum hoste decerneretur.

Decreta itaque pugna, emissis vtrinque tormentis agminū strage certamini proluserunt: Nec diu moratus equitatus strenuè procurrit in medium, pugnamque cruentissimam auspicatur. Sed cum Suecorum equitum agmina Catholicorum tormentis disiecta, lacerataque caderent; Milanderus in pugnam leui lateris legiones induxit adeò graui incumbencium mole: vt Merodij legiones ad aciem reparandam iam Suecorum impetu inclinatam traxerit in prælium.

Ipsè Merodius stricto ense, ante agminum frontem acerrime dimicans, aliorum suo exemplo animos accendebat ad pugnam: quæ ita incaluit, recruduitque ducum virtute: vt post equitum prima sclopulorum explosa missilia, progressa ad iustum spatium peditum agmina, emissis campestribus tormentis moschettarij glandibus plenis, sclopettorum pariter vtrinque ruente procella, abiectis missilibus, commissisque agminum frontibus collato pede strictis ensibus decertarent.

Tum enim verò horribilis, atque atrox militum edita strages, truncati artus, scdata vulneribus ora, fluentia scissis ventribus viscera; succisaque crura, semineces, debilitati membris, prostrati humi iacebant: cum promouere gradum nisi cæso aduersario, non possint. Ab ora tertia ad medium diem obstinatissimis animis dimicantium tenuit strages; variante fortuna; quæ vtrisque ex æquo fauere videbatur; dum eodem vestigio pugnatæ cadūt; vrgentque modò, vicissimque vrgentur ab hoste.

Dubiam hærentem vtram in partem se flecteret, in suam impulit Chnifausenus dum cum Raggei, & Belinsi legionibus, duabusque validis equitum alis in medios se Imperiales iniecit; atque in confertissimas hostium turmas strenuissime decertantium integris viribus suas immittit; diductis repente agminibus tormenta inter ipsa librata in densam Cæsaream acie opportunè disspodit; quorum horribili grandine dissipatos, stratosque ordines, atque agmina scdissime lancinata valdissimo Cartorum equitatus impetu, atque aliquot Finlandicæ turmæ aggrediuntur.

Ca-

Inter Cæsareos & Suecos prælium exardet.

Diruta pugna

Catholici nihilominus densatis subito ordinibus cæsorti multitudine laxatis egregiè diu validissimæ hostium impressioni resistent: sed Merodio grauiissimo accepto vulnere tardato; ac pluribus cohortium, turmarumque præfectis occisis; dissipato incerto auctore in ipso prælij ardore Luneburgi ducem in altero aciei latere cætera Imperialium agmina protriuisse; Cæsarei vultus pallore suffusi sensim vestigio cedere incipiunt. Milanderus fluctuante hostium acie conspecta; vt adderet percussis terrorem; iam pugna superior in Austriacos potentior iterat impetum: premitque suorum impulsu Cæsareos iam pedem referentes.

Fractis hastis, atque eorum peditum agminibus proculcatis, qui adhuc vel diuturni certaminis assiduo labore fatigati acerrimè resistebant; totam Catholicam aciem à fronte ad postremos ordines equitum nimbo traijciens, rursus, prorsumque ferocem pugnantium concitat globum. Gronsfeldius sanè, cæterique duces quamuis suo madidi sanguine, debilitatique vulneribus pugnam sæpius restitutis ordinibus inflaurare conantur; tamen semel correptis terrore animis, sistere militum fugam, quosdam etiam præfectos proiectis telis, salutem pedum velocitate quærentes in prælium frustra iterum reuocare tentarunt. Tum Protestantium equitatus ita Cæsaream aciem violentissimo incurso disiectam fudit; vt campo tribus cadauerum millibus constrato, duo circiter captiuorum millia suo fluētium sanguine in castra pertraxerint.

*Cæsarei à
Suecis fu-
gantur.*

*Qualis
Imperia-
lium cla-
des.*

Hæc clades ad quinquaginta militaria signa, tredecim muralia tormenta, octingenta impedimentorum, comæatum, sulphurei pulueris plaustra, Merodij equitatum, quinque peditum millia, ipsumque supremum ducem, qui à grauitate vulnerum expirauit; Catholicis ademit. Pugna ab hora tertia vsque ad vesperam fere producta; in qua à Catholicis partibus Wirtembergi comes, Chiliarchus Gleinus, comes iuuenis Maternichius, & alij plurimi cohortium duces, turmarumque præfecti ceciderunt.

Gronsfeldius fusi exercitus reliquias Mindenum munitum oppidum Visurgi obiacens aduerso pugne euentu valde turbatus, sed non fractus animo, rediit; perque expeditos tabellarios ad fœderatos principes tantæ cladis nuntium è vestigio misit. Decretum est omnium consensu nouis militum supplementis exercitus sarcindam esse iacturam; reparatisque copijs, acceptam cladem iniuctis animis vindicandam.

*Hamelia
deditur
Suecis.*

Hæc Catholici exercitus strages non solum Colonienſi, Mocontinoque Electoribus Lachrymas expressit: quod illo incolumi stante, alter se saluū futurum, alter in suam ditionem se restitutum iri maximè fideret; sed maximum vicinis accolis terrorem attulit; ac in primis obfessorum animos contudit; qui Merodij vxore captiua conspecta, cum alijs cohortium, alarumque perfectis, atque omnibus Imperialium impedimentis multò cum honore à Suecis in urbem missa; vt illorum captiuorum obiecto intuitu, nulla à fuso subsidio sperata salute, urbem dederent: sicuti ad victorum vota successit; nam de deditiois conditionibus subito actum, conuentum-

que

que est; atque urbem Sueco præfidiarij tradidere.

Iisdem diebus Bibachi ciues Horno, ac Rheni comiti, illac fortuito trã-
seuntibus, se decimo septimo Kal. Aprilis nocte vidisse duos igneos gladios
in aere scintillare narrarunt: quorum mucrones cõtra Cæsareos vergebãt;
capulis contra viã, qua profecti sunt Sueci, porrectis. Hoc felici læti omine,
quod sibi ab ipsis Superis enses flammei præberentur; perinde ac si ferrei,
quos è Suecia attulerant, satis non essent, maiora sibi ingentibus animis
proponebant: Horno Augustam proficiscitur, vt cum Vinmariensi Duce
sua arma coniungeret; ad quem hac super re Noriberga literas dederat. At
Vinmariensis Horno ex arcano inuidens; quod vnus ea bella gerenda sus-
ciperet; qua sibi bellicam famam, & gloriam comparare possent: lento
gradu, necendo moras, ad iungenda arma contendit.

*Bibachi
portentiũ
visum.*

Bauari interim viribus validiores, cum ex quibusdam interceptis lite-
ris cognouissent, Rainam exiguo præsidio teneri, nec plus quingentos mi-
lites in vrbe curare: agrestium maxime auxilio subnixi, cum quibus toto
eo bello conferant: spe ducti se eam urbem per insidias adepturos: ali-
quot militum solertiores ad rem cum amicis communicandam, exploran-
damque mittunt. Illi impensius etiam quam poscebantur, suam operam
pollicentur.

*Bauari
Raina in-
fidia, mo-
iuntur.*

Dies perficiendo negotio decimus Kal. Aprilis condictus: quo ante lu-
cem densissima nebula insidias tegente, quatuor tantum equitum turmã,
cum totidem peditibus in equos sublatis, diuersis itineribus clanculum
vrbi succedunt: adeo solliciti; vt antequam albesceret Aurora, in eundem
locum conuenerint. Ibi exigua quiete spiritu recepto, inopinato impetu
munimenta aggrediuntur.

Suecis segnitè expedientibus arma, vtpotè omnia alia quam hostium
impetum expectantibus mentem attonitis improvisi armorum fragor
abstulerat. Bauari munimento nullo sibi obsistente, potiti quinquaginta
Suecos prima illa impressione obruncant: cæteri ex auersa porta se se ef-
fudere. Donauertamque quam celerrimè poterant, profugerunt. Verum
non omnibus fuga consuluit: præfectus siquidem vrbis Erlacus, centum-
que alij milites capti sunt.

*Raino &
Bauaris
capitur.*

Nec segnitius Sueci Cæsareis necunt insidias, dolosque dolis militari
astu compensant. Hinc enim, atque inde ex occasione, vt quisque suum
hostem opprimeret, singulari studio virtute, ac fraudibus certabatur.
Ad Bibacam Sueci incautos Cæsareos insidijs excipiunt. Nam tertio Idus
Aprilis sub Auroram decem foli omnino equites non longè ab illo oppi-
do transferunt gnari plures Imperialium equitum turmas vtrò, citroque
prouolare: qui se desides, negligentesque mentiti lento passu quasi ad re-
laxandum animum gradiebantur.

*Suecis Ca-
saris non
dunt insi-
dias.*

Hi à ducentis Cæsareis equitibus conspecti simulata negligentia, iner-
tiaque excussa, celerem fugam arripunt. Cæsarei vicinam prædam effu-
so cursu sequuntur: cupiditas addit alas. Illi longo intervallo præcur-
runt.

*Caesari à
Suecis ca-
duntur.*

runt non tamen adeò cita to gradu, vt persequentibus sui assequendi spem prorsus adimerent; è propinquo prædam ostentant, vt eos in insidias cupido præcipitet. Cum Sueci ad locū, vbi sui stirpibus, ac arboribus tecti subfederant; Cæsareos metulosæ fugæ simulatione traxerunt: equos repente conuertunt, sociisque ex insidijs vndique in incautos erumpentibus circumfusi Cæsarei conciduntur, tam efferata rabie; vt quatuor duntaxat superiorum cladis nuntij Bibacum redierint.

Mirari profectò cogor, cum nihil belli frequentius, vsitatiusque sit in hoste; quam struere dolos, insidiasque moliri; tectos virgultis, & stirpibus intra dumeta, arboresque subsidere; aliquod prædæ illicium hostibus ostentare: vt in insidias eo blandimento deducant; quòd illæ tamen tam raro vitentur; immo plerunque, ac ferè semper in eas vicissim hostes vtrique præcipitent; neque insidiarum metus à persequendo hoste detineat. Prædæ credo, in explebilis amor, aut vltionis cupiditas mentes obcæcat; ne paratam fraudum perniciem intueantur.

*Ferdinã-
di odiũ
cũtra Ha-
uonios.*

Tot forum militum vel fraudibus, vel iacturis quamquam exiguis, magni tamen ad rerum summam momenti; quòd vnum tantum Principem respicerent; nihil demissus animo Ferdinandus, immo ad pietatem magis accensus totis viribus nitebatur: hæreses ab Austria prorsus conuelleret; in qua nullum omnino Protestantem statuerat pati consiliter: sed ab omnibus vestigalibus coli Catholicam religionem; cum sua sibi maiestate videretur indignum: eum in suis prouincijs non posse assequi Catholici cultus intaminatum candorem; quo Vindeliciæ Regulus incuncusso, incorruptoque in suis ditionibus fruebatur.

Sanxit igitur grauissimis pœnis, ne quis Viennæ degeret ciuis, qui statis temporibus animam ritu Catholico non procuraret; iussitque omnibus prouinciæ incolis iudicijs, significarique; vt suis se quisque præfectis siterent; vt ab illis de religione decreta cognoscerent.

*Haratici
ex Au-
stria fa-
cessunt.*

Ex hac lata à Ferdinando lege duo commoda prouenerunt: alterum, quòd ad Catholicam religionem plures, eiuratis hæresibus, redierunt; alterum quòd peruicacioris animi ciues aliò profecti sunt omnes; ne superstitionum contagio, ac fordibus etiam cæteri fœdarentur; atque in Cæsarea castra contra ipsos hæreticos ad bellandum concessere; Itaque ab Austria hæresum labes abstergæ, & exultantium turbis copiarum numerus auctus.

*Máistrã-
na.*

*Suecorũ
conuictus.*

Oxensternus appetente verè, educendique è statuis exercitus tempore vt armorum impetum consilia regerent; Martisq; violentiam prudentia moderaretur, * Alisi omnium fœderatorum principum, liberarumque vrbium Suecicis partibus adherentium conuentum indixit. Conuenere frequentes acciti. Inter fuit etiam Galli Regis Legatus, qui illum procerum, cætum sui Regis nomine diserta oratione hortatus est; vt cum Galliarum Sueciæque Regnis ad communem existimationem retinendam, impellendosque hostes fœdera confirmarent.

Oxen-

Oxensternus de pluribus retulit, quibus liquido patuit: ipsum nihil aliud versare animo: quam æternum in Germania alere bellū: vt sibi in Suecicas, sociorumque copias imperium prorogaretur; ex quo postea congestis pecunijs, partisque thesauris in Sueciæ regno supra cæteros proceres emineret: & quod potissimis erat in votis: Horum consanguineum suum ad maiores opes, potentiamque prouheret.

Hanc Oxesterni voluntatem animaduertent cæteri quoque conuentus primates. Itaque ne pro arbitrio cuncta decerneret: & pro summo imperio de bello, paceque pro voluntate sanciret: ab eo precati sunt: vt duos ex suis ordinibus consiliarios admitteret; qui præferuidæ ducum mentium impetus temperarent: pacioraque, ac saniora consilia suggererent: aut noxia ab ijs suscepta damnarent. Denique communi consensu, ingentique animorum ardore nihil Regis morte ferociam bellorum cupidam retardante, decretum est in Austriacos bellum.

Valstainus verò, cui non erant procerum vocandi conuentus: vt aliorum consilia cognosceret, sed quasi dictator omnia pro summa potestate tractanda: gnarus omnem Imperij spem, fortunamque omnium sua prudentia, virtuteque nuti: totam hyemem nouas in supplementum copias conduxerat: atque vndique sociorum coegerat auxilia: quæ cum veteranis legionibus ad quadraginta bellatorum millia excefferant: numerus sanè pro tot acceptis cladibus memorabilis, præter desertorum agmina, qui identidem ad Suecica signa transfugerant.

Dux profecto omnibus seculis admirandus; quòd vel re Austriaca tot armis impulsus labante, ipsius auspicia tot milites sequerentur: quod sola industria inops à pecunia, nullo ferè sumptu tantum militum congestisset: Quod si non illam summam in exercitus, resque omnes dictatoriam potestatem, de qua supra meminimus, cum Cæsare pactus fuisset; nequaquam certe rebus cadentibus succurrere potuisset: cum secundam auctoritatem ab aliorum nutu pendentem milites aspernentur.

Iã in hybernis statiuis in opulentiorebus prouincijs, quas belli non tetigerat flamma, festis militum agmina diuturna quiete recrearat; iam tremendum exercitum primo longè validiorem expeditum habebat in armis: expectabatque solum, vt se brumales dies aperirent: quo in apertum contra hostes ducere posset. Sed tantisper etiam dum verni tempores aduentant Valstainum in hibernis quiescere sinamus: Vinmariensisque pugnam cum Bauaris inspiciamus.

Duo Bauarorum equitum millia duce Ioanne Vuerto pugnacissimo duce mouerunt: vt equitum pariter Vinmariensis dynasta legionem Oltonuerdi degentem delerent: sed hi à custodijs admoniti stratis raptim, conscensisque equis, ad velitandum cum hoste prodeunt: vt tam diu Bauaros extrahendo certamine remorentur, donec aliæ duæ equitum legiones per celebres nuntios accitæ dimicantibus aduenirent.

Gg

Bauari

Bauari igitur quadraginta horarum continuato itineris labore; nisi quantum ad curanda corpora, pascendoque equos quietis dabatur, labore lassati Ottembaunum recipiendum agmen satius putant; ne hostium multitudine opprimerentur. Dux Bernardus coactis illico in unum agmen suis equitum turmis, ipse quoque eidem itineri institit; ut Bauaros assequutus cum Vuerto certaret. Præcedebat totum agmen mille quingentorum equitum ala.

Bauari numero superiores, iam receptis quiete, ciboque viribus, ex urbe in aduentantes erumpunt: & quia interfluens inter utraque agmina flumen impediēbat ne cominus pugnam inirent; turmatim vadato amne, valenter in Suecos incurrunt.

Inter Bauaros & Suecos instituta pugna

Interim Dux Bernardus iussit reliquum agmen citatis ad lentiores cursum equis ad locum certaminis prouehi; atque dum instruit aciem, conuersis casu in oppidum oculis, vidit ciues ex urbe per fatiscantis vetustate turris scissuram profugere. (I) verebantur ne Bauaris suis, oppidum caperetur: atque idcirco à victorum arbitrio fugiebant in tutum.) Dux igitur equitum partem iussit longius ab hostium conspectu amne traiecto, per illam scissuram in urbem intrare: ipse verò in certamine cōtra Bauaros institit; qui egregiè Suecorum impetum sustinebant.

Sueci in Vindeliciam inuadunt

Prælium fuit sanè cruentum, & sæuum: in quo ducenti Sueci, trecenti verò Bauari perierunt, centum ferè capti. Vinmariensis duobus turmalibus signis, omnibusque impedimentis potitus in urbem iam à suis in hostium oculis captam intrauit. Mox iunctis cum Horno, Rhenique comite copijs, transmissio flumine Licia, in Vindeliciam magnis itineribus proficiscitur.

Aldringhenus Vinmariis antevertit

Aldringhenus exploratis hostium consilijs, Monachio timens hostem festinato agmine præuertens eodem conuertit exercitum: & ut hostem falleret; properantem aliquo obiecto obstaculo moraretur: aliquot Liburnorum equitum turmas Aichi ad distinendum Suecinm reliquit, eo consilio: ut in illius oppugnatione oppidi tam diu hostem retardaret; donec celebriori gradu iter præcipiens citius hoste Monachium perueniret. Verum Liburni equites Aldringheni consilium irritum reddiderunt. Vbi enim tam validas, numerosasque hostium copias contra se aduentare conspiciunt; ne longiori mora persistendo, ab hostibus obruerentur, Pfassenhoffenum contento cursu fugerunt.

Sueci Bauaros assequuntur & cum ipsis dimicant

Hæc tam præceps Imperialium equitum fuga Bauarorum cōsiliū Suecis aperuit. Imposito igitur Aicho duarum legionū præsidio, Vicherhoffum festinant; vbi plura impedimentorum plaustra à Bauaris citato gradu Monachium præeuntibus relicta populantur: neque ibi retardantibus spolijs; horam morati aliquot postremi agminis Bauarorum equitum turmas assequuntur; quæ strenuè conuersa in Suecos agminis fronte, fortissima dimicatione se ad noctis tenebras vsque tuentur; quibus receptum tegentibus, atque

atque dirimentibus pugnam, ad Dechauū Amerum flumē tranarunt; quod mox oppidum succedentibus Suecis occupatur, Bauaris in tutum elapsis.

Inter hos bellorum turbines, tempestatēque præliorum, quibus tota Germania summo naufragij discrimine iactabatur: aliqua tranquillitas, serenique cæli substillum affulsit Dano rege auctore. Qui senex ætate grauis Rex Danus pacē componere studet viuidissimi tamen sensus, & mentis miseram vicem Germaniæ dolens, quæ ferro, flammisque circumfusa à barbaris gentibus vastabatur: ipse verò inermis, otiosus in suo regno cessaret, in id omnes suas curas vertit; vt pacem sublatis bellis, tota Germania componeret. Arbitrati sunt plerique illum ad aliorum preces conficiendæ pacis negotium suscepisse: rogatumque, vt tot frementibus bellis, intercederet, & conditionum capita ab ipso proposita Electorem Saxonem præscripsisse: quod ad pacem cum Electore sancendam aditum patefecit.

Hæ pacis conditiones Cæsareis oblatae. Primò liber esset tota Germania cuiuscunque religionis vsus, sed præcipue in Bohemia. Pacis conditiones Cæsari oblatae

Secundò Cæsar à sua aula, atque consilijs omnes proceres patribus Ieuitis addictos, deuotosque dimitteret.

Tertiò Federici Palatini hæredibus patria ditio, Electoraleque suffragium redderetur.

Quartò Imperator proprio, suorumque filiorum nomine Pheugari, Magdeburgiq; Episcopatus cederet, & Saxonis Electoris filij potestati relinqueret; quorum iure (iniquissimo tamen, & impio) esset inauguratus Episcopus. Albericus

Quintò Catholici fœderati principes omnes belli impensas regno Sueciæ sarcirent; quod etiam ad exauthorandos, dimittendosque è Germania milites faceret.

Sextò Cæsar Luititios omnes, Bohemiæque partem Electori Saxonie pro octies mille aureorum nummum compensatione, quos in bello contra Palatinum ipse expenderat, & pro præsentium bellorum acceptis detrimentis concederet. Lusatia

Postremò totam Quadorum prouinciam inter Saxonie, Brandeburgique Electores diuidendam tribueret; atque his conditionibus vniuersalem pacem constitutum iri.

Quæ capitum conditionum iniquitas adeò non Cæsaris, Catholicorumque animos proclinauit ad pacem; vt etiam sæuius asperarit ad bellum: à quo maiora commoda, atque vtiliora, quam à turpissima, pudendaque pace poterant adipisci. Conditiones à Cæsareis repudiatur.

Dux igitur Fridlandus spe pacis abiecta, hyeme iam sua frigora remittente, mouit ex hybernis tanta copiarum mole; vt hostes primo impetu obtriturus videretur. Ingentem fossorum numerum, formidandamque muralium tormentorum copiam trahebat. Terribilem ipsius armorum apparatus timuit tota Germania. Valstianus formidandus ex hybernis mouet

Quinto nonas Maias Praga armatus prodijt tranquillo, serenoque cælo; sed ecce vix vrbe pedem extulerat, cum subito nimbis, atrisque nubibus

Gg. 2. cælum

cœlum obduci, violentissimis ventorum flatibus omnia euertere, atque conuelli; cieri tonitrua, fulgura coruscare, ac tantam imbrium vim procellam effundere, ut ruere cœlum eliquatum in pluerias, atque urbem, suburbanaque obruturum videretur. Brandaisum nocte concessit, ubi subito exortum intenditur multas ædes, equos, ac impedimenta combussit.

Hos repentinæ tempestatibus horrores, atque testis conceptos ignes in in bonum, malumque omen, prodigiumque secundum varios animorum habitus superstitiosa nimium mortalium curiositate vertente.

*Catholico
vno spes.*

Ad tam validas, numerosasque; Fridlandum educentem copias sexcentarum pedum cohortium, atque equitum turmarum numero formidabiles Catholicis creuerant animi; spemque suam erexerant: cum nulla ratione tantarum virium moli obsisti posse ab hostibus videretur. Et iam victoriæ securi magnificè iactabant; propediè nullibi Suecos in Germania fore; cõtumacesque; Electores ad accipiendas, quasunque daret Cæsar leges, coactum iri.

*Suecorum
timor pro
tantis
imperialium
apparati-
bus.*

Hæc ingruens Imperialium procella Suecos quoque terruit: qui tabelariis, utroque, missis, bellatorum supplementa undique congregabant. Nullorum tamen acrius animos cura inuomordit; quam Saxoniarum, Brandenburgique; Electorum: quod eos subiret; Suecis nihil esse rerum, fortunatarumque in Germania; quarum bello victi iacturam facturi essent. Supremum illis, ac maximum malorum futurum in Sueciam reditum: socijs, federatisque in summo omnium rerum discrimine sine ope desertis. Nihilominus tamen illis suam dignitatem, exultationemque; dedecere videbatur à Sueco discedere: qui Germaniarum libertatis assertor, iniuriarumque; vindex suis posthabitis commodis, tot precibus Germanorum impulsus aliena bella conficienda suscepit; charissimumque; Regem in ijs gerendis amiserit.

*Electorum
Saxoniarum,
& Brand-
burgi
cura.*

Hæc erant priuata sibi inuicem per literas Electorum comunicata consilia. Verum inter tot aspera non illa minor cura animos Electorum angebat supremi armorum imperij ratio. Quia Rege extincto non ex dignitate sua esse putabant; summum, liberumque; in exercitus Suecis imperium relinquere. Quod si Dux Bernardus Vinmariensis clarissimo loco natus, excelssè indolis, summæque; in rebus bellicis experientiarum copijs imperabat; non erat tamen à Saxone Electore magnopere ei fidendum; quod ita procul à prouincijs, quibus Fridlandus arma intentabat, extra fortunæ aleam, & Martis arbitrii suas ditiones haberet: ut Cæsarea arma ipsi timèda non essent. Inter hos metus, cogitationesque; Electorum animi æstuabant; nescij quid sibi in tanta rerum difficultate facièdum esset; sed dum inter incerta, dubiaque; consilia fluctuant.

Dux Vinmariensis, qui in sui generis amplitudine, ac claritate magnanimo peccore generosos quoque; spiritus fouebat; eò animum à Regis nece, cogitationesque; semper intendit; ut se eo fastigio dignum ostenderet: ad quod militaribus suffragijs se exercitus extulisset; aptumque; esse ad ea audenda, quæ factu difficilia ipsi Regi visa desperato felici euentu ab ipso intermissa fuissent. Sed ubi Rex armorum sepe impetu, Martisque; violètia usus est: Ducem in militari quoque astu agere; arcanisque insidijs grassari non puduit

Ad

Ad Ingloftadium animum adiecit ; à quo oppugnādo Regem Suecum sine fructu, inmo graui affectum incommodo difceffiffe memorauimus. Nouerat ille in eo munitiffimo oppido Comitem Gratzium curare ; atq; ex arcano in Fridlandum infenfo animo effe ; & ferè ab Electore Bauaro duce alieno. Quare has occultas comitis iras, atque indignationes expendens fedula cura ab ijs aliquos fructus excerpere ftatuit; quos non poffet armorum vis aperta demetere .

*Vinnarij
fi ad In-
gloftadiū
adiecit o-
culos.*

Sed prius videndum eft quæ fuerint odiorum comitis caufæ: quæ ad cætera plurimum cognofcenda proficient . Tillius moriens fupremis verbis Comitem Gratzium multa ipfius commemoratione virtutis Duci Bauaro commendarat : fuaferatq; vt eum fupremum Bauari exercitus iuberet Imperatorem ; cui Tillij confilio à Fridlando deterritus dux Bauarus noluit affentiri. Gratzius repulfæ impatiens fibi contumeliam accepiffe vifus ad fua latifundia fecelferat ; fed eum inde Bauarus reuocatum fupremi Vindeliciæ exercitus ducis , Ingloftadijque præfecti titulo infignierat; pollicitus infuper fe intra tres menses ei Catholici fæderis armorum imperium delaturum: quo præftituto temporis fpatio tranfacto; Gratzius à Duce obligatam fidem exigebat : cui à Bauaro refponfum eft ; *non effe fibi Palftaini animum alienandum ; qui fibi per fuum confiliarium obftatus fuerat ; fi vnquam Gratzius fummus Catholici fæderis imperator diceretur : fe Vindeliciæ omnia Cæſarea auxilia negaturum .*

*Inter Frid-
landū &
Gratzium
odiorum
caufa .*

Inter Fridlandum verò, & Gratzium fimultates, diffidiaque mulierculæ amores accenderant; quare in arcano glifcentibus odijs, etiam ad grauiores offenfās itum eft . Nam ex illo, quo Dux Fridlandus erat fupremus Imperialium copiarum ftator : Gratzius ad eum de quodam bellico negotio retulit . Fridlandus quaſi nullam comiti fidem haberet ; aulicum puerum ad eius rei veritatem explorandam miferat . Quamobrem Gratzius ingenio ferox, & tumidus, fuæ dignitatis acerrimus vindex, Fridlando obtrectarat eum non ex honeſto, vrbanoque equitis more feciſſe; quòd de fua fide dubitaſſet; feque paratum effe hac fuper re cum ipſo fingulari certamine dimicare; gladioque hoc potentiùs affirmare quam voce . A neutris tamen ad acerbiora ventum eft. cum effent ambo obſequijs Imperatoris obſtricti . Horū iurgiorū conſcius Vinnarienfis fuæ perficiendæ voluntatis ea odia veluti opportuna fuis votis aſſequèdis inſtrumèta adhibere decreuit .

Commutandorum captiuorum caufa Ingloftadium tubicinem miſit; qui cum effet ſolerti , vaſtroq; ingenio ſecretum ab arbitris comitem naçtus efficaci oratione hortatus eff; vt Cefare deſerto, à quo maioribus honoribus augeri non poterat; ad Suecos tranſfret; à quibus fuæ egregiæ virtutis præmia , dignioraque vltionum accepturus imperia . Animum iniurijs aſpectum oblata occaſo vltionis impellit : vt conſtantem etiam fidem labefactatam proſternat .

*Vinnarij
ſi Gra-
tzi anim-
um ag-
grediunt .*

Ad has tubicines voces non ſuccenſuit; vt fidum miniſtrum decebat , Gratzius ; ſed leni ſubriſu, tubicinis orationem excepit . Ad illa Comes ;

Atque ad
Gratij
animus
appellitur.

**Ecquid futurum esset à Duce pretij, si ad Suecos transfret, Aureati forsam Episcopatus?* Illum risum perfidiam regentem probè agnouit tubicen; sed quia nihil amplius in mandatis habebat; quam comitis animum explorare: dimitti precatu Vinmariensem regressus comitis verba, congressumque narrauit: quæ certum Ingolstadij obtinendæ spem illi fecerunt.

Tubicinis
a loqui
ad Grat
ium.

Siuit igitur aliquot dies elabi, ne sui consilij suspensionem inijceret, eundem postea tubicinem ad comitem legauit. Qui solo comite in cubiculo inuento, circumlatis sæpius oculis, si quis adesset arbiter, ita inquit.

Non à te regressus alicuius opulenti sacerdotij diplomata defero. Illustrissime cones; quod non eiusmodi tua virtus sit; ut imbellibus ministris distinxenda sit, aut tantulis prouentibus muneranda. Ad arma, ad bella natum pastorale dedecet pedum. Isti tuæ uuida, efficacique virtuti agminum ductus, copiarumque imperia, non pacis officia, religiosaque otia conueniunt; quæ in armis excellentium ducum gloria equalis fulgere potest; in sacra verò trabea se ipsa minor sui partem aliquam prodet. Cum te Valstainus Bavarici, Catholicique fœderis exercitus euerit imperio; tuæ famæ imprudens, atque existimationi consulit; cuius tu gloriam fortibus factis obrueres; si te copiarum gubernacula moderari sineret liuor.

In Succicis castris latiores nullo inuido allatrante, ad summos honores, atque amplissimas opes tibi aditus patebunt; quos tibi in Casareis inuidia præcludit. Inter Imperiales, fœderatosque Principes eodem tuæ virtutis æmulo, atque hoste, rerum bellicarum arbitrium obtinente, qua dignitas tuis egregijs meritis par accidere potest? Omnibus Valstaini latè dominatur inuidia. His angustis manibus tua virtus includitur; huius exigui operi finibus circumscribitur; quæ in campestres laxata copias, atque in operum Martem emissa fortissimorum Ducum famam æquaret. A bellicis honoribus te prohibet Valstainus; ne ipsius nomen fortibus factis obscures; ipsiusque virtutem infra te positam tuæ collatione minorem ostendas. Summi tibi armorum honores vtrò offerunt Sueci, si pro ipsis stare decernes. Elige quoscunque cupis, optimè collocatos eos esse putabunt; si tibi strenuo duci contingent. Egregie fœdus, tuamque fidem huius urbis concessione sancies; cuius opes, ditiaque spolia tui primi meriti pretium libenter Sueci remittent; qui aliorum in se beneficia præcipis longè maioribus pensare conuersunt.

Gratij
responsio.

Gratius dicente tubicine laudum suarum commemoratione lætabatur; atque in ingentium præmiorum spem erectus; abj, inquit, & hæc duci refer me propediem ad eum perseverandum profecturum; totumque ipsius obsequijs additum eius vota libenti animo impleturum: Neque enim perfidiam esse reor, aut contumelias ulcisci, aut Bavarum Ducem deserere; qui alienæ malignitatis minister; me in hac priuata fortuna detinet; nec meritis equalia præmia decernit. Licet ab ingrato utenque debita suis obsequijs pretia reposcere. Ducis benignitate, gratiaque visor. Militarum munerum,

nerum , quorum mihi facit optionem ; castrorum muniscalii honorem mihi depono ; atque huius urbis , quam mea fidei pignus ducis potestati permitto , maiorem , melioremque prædam partem eligo . Superos obtestor me ad hoc consilium , decretumque mentis iniuria duntaxat amore , meaque fortune , quam Vastini iniquitas opprimat , subleuanda causa impelli .

Lætus tubicen re ex voto confecta ; Vinmariensis , fœderatorumque Protestantium nomine comitis genu osculatus est ; deinde mutua data , acceptaque fide , tradendæ vrbis dies , ac ratio conuenta est . Nox ante pridie idus Maias perficiendo sceleris præstituta . Quo tempore Vinmariensis habitio fortiorum , animosiorumque delectu , sub vesperam Inglostadium versus eos festinare non per itinera viatoribus frequentata ; sed per viarum compendia , ignotosque tramites iussit ; vt maturius ad vrbem peruenirent .

Dies tradendi Inglostadij statuitur à Gratiano

Interim dum nectuntur insidiæ , Gratius , vt quàm solertissimè posset suam perfidiam occuleret ; torquet enim nobile peccus , vel ira accensum cogitati facinoris obiecta imago ; nec vllus perfidiæ reum se cupit videri ad Ducem Bauarum scripsit . *Quando tua celsitudo mea opera in supremi Catholici fœderis legati munere vti recusat ; quod mihi aliquando daturam promiserat : me etiam à quocunq; alio munere , dignitateque abduco , mihi que alios sufficias .*

Gratius verba ad Bauarum Ducem

Simul rurorem sparsit , se ab Aldringheno auxilia militum expectare ; quibus Naumburgum Suecis posset eripere eodemque die re ipsa ad Aldringhenum tubicinem miserat , qui ab eo subsidia militum postularet . Verum perniciem ab ea vrbe auertentibus Superis , breue noctis spatium cū itineris longitudine non benè dimensi non nisi ad multam diem Sueci vrbi accedere potuerunt ; cum nocturnis tenebris ad tegendas insidias Inglostadium peruenire destinassent .

Deteguntur insidie

Detecto Suecorum agmine (neque enim signa mutauerant ; cum se noctu peruenturos putassent ;) subito ad arma præsidij ; populique vocibus conuocatum est . Accurrit etiam ipse præfectus insidiarum , perfidiæque auctor ; vt prodicionem cõlarer , qui frendens ira , impatiensque tam diuturnæ Suecorum moræ antea spatiabatur . Confluentibus ad mœnia ciuibus bono eos animo esse , metumque ponere iussit ; quod illi Aldringheni milites essent ; quos ipse ad Naumburgum expugnandum acciuerat ; sed illi probè cognitis Suecis , portam aperiri prohibuerunt .

Comes vbi exequendæ perfidiæ elapsam occasionem , atque in irritum paratas insidias recidisse vidit ; ipse quoque hostiles dolos animaduertisse simulauit : incitiamque suam purgabat ; quod tubicinem suum cum hoste vidisset ; quæ ad Aldringhenum legarat (euntem interceperant Sueci , vnaque secum reducebant ante agminis frontem , quo clariùs à ciuibus cõspici posset) Comes eadem condita insidijs nocte , maiorem præsidiariorum partem ex vrbe emissam foris intra munimenta iusserat excubare : quo faciliore viâ iteraret dolis , cæterique nullo negotio ab intrantibus Suecis opprimerentur ; eos in vrbe illico reuocauit : tubicenque ad explorandū abeuntium

Suum esse culas incitiam Gratius

militum genus misit cum mandatis; vt si Aldringheni milites essent, præfectus tantum cum tubicine urbem intraret. His modis perfidiam suam tegere satagebat; suspicionemque cogitati facinoris eleuare.

Gratius proditio nis suspensa. Sueci igitur ab aspecta præda mestri, ac vacui redierunt. Populus tamen comitem consensisse cum hoste, urbemque prodere voluisse suspicari pergebat. Quare identidem mussitabat; *populum optimum promptiorum hostium militum manus trucidanda sibi occasionem ademisse; quibus spem dederat, se urbem eorum potestati traditurum; sed vbi manibus successissent, eorum partem in urbem admissam repente obruncari se iussurum fuisse.* At tamen nihil conceptam in omnium animis de sua perfidia suspicionem his vanis commētis minuebat: immo augebatur in dies, quod cuidam decharcho per imprudentiam inter loquendum exciderit; sibi præfectū mādāta dedisse; vt ea nocte accedentibus quibusdam equitum turmis portam aperiret.

Gratius fugam perat. Comes igitur percrescente suæ perfidiæ rumore, ab omni se discrimine subducere cogitauit. Misit itaque ad Bauarum ducem quendam familiarem suum nobilem virum; qui illum de rei euentu doceret; flagigaretque vt sibi successorem daret; alioquin conquisitori se urbem illicō traditurum. Interim suas sarcinas, supellectilemque nauibus iussit imponi rumore vulgans, se ad aulam Cæsaream profecturum, perita à Bauaro duce missione; At cum nullum à virō nobili regresso ducis decretum esset allatum: tradita vrbe Conquisitori, Ratisponam versus iter ingreditur.

Vallstainus Ducē Bauarum monet de Gratiij perfidia. Interea Vinmariensis irriti ad Inglostadtium conatus, dubiæque comitis fidei quaqua versum didita fama, Fridlandi quoque auribus acciderat. Qui itatim celeres tabellarios ad ducem Bauarum expedit; ei suadens, vt comitem in vincula trudi iuberet. Aldringheni quoque mandauit, vt si illac forte transfiret, capiendum curaret.

Comes Ratisponam ante Vallstaini mandata peruenit; cumque Aldringhenum esset aditurus: à maiori militum itatore monitus fuit: illud inuifendi ducis officium molestiæ magis, quàm voluptati futurum: cum ille in quodam cœnobio lætus à bellicis curis, ac laboribus perpotando animum relaxaret. Eodem temporis momento tabellarius à comitis curatore missus occurrit: qui illum monebat, in eius latifundia quinque peditum cohortes in statina escie inductas, exigendarum pensionum prætextu; atque eas nullo pudore pecudes abegisse. Ad hunc nuntium comes, relictis sarcinis, citato equo, ad sua rura contendit: vecloribus subuehere impedimentum a iussis.

Gratius sui discrimini monetur. Nec dum eò peruenerat: cum ei obuius fidus amicus seriò trepidus monuit; vt suæ salutis prospiceret; Vallstainum ad rerum Inglostadtij euentus nuntium tabellarios ad Bauarum ducē, atque Aldringhenum misisse: proinde de via decedens non eò iret, vbi Vallstaini milites essent. His mutuo consulentibus, ecce tibi alius nūtius Ratispona à fido eius familiari missus docet Aldringhenum comitis impedimēta retineri, & quinquaginta equites

tes eum subsequi iussisse, vt ex fuga retractum ad se captiuium adducerent.

His tribus alijs, ex alijs tristibus nuntijs percussus in Sarmatiam fugam intendit. Quemdam inter eundum offendit à Valtaino missum; vt quid illo factū esset, inquireret. Hic comite probè cognito, ab illius agri dynasta subsidia militum postulauit: quibus fugientem comitem capere posset. Cui dynasta, Principes lictorem, satellitemque agere non solere: vt ad quæquam capiendum opem suam conferant. Cracouiam tandem continuato cursu peruenit; vbi sperabat se amici Regis interuentu suis afflictis rebus consulturum: at ibi quoque suo malo fato absente Rege, audiit allatas Cæsaris literas esse, vt Gratzius caperetur. Hoc territus nuntio in Quados ad Suecicas copias magnis itineribus festinauit. Inde suæ existimationi, honorique metuens fugæ suæ causam Cæsari exponendam curauit.

In Sarmatiâ fugiō

Ad Suecos transfugio.

Gratzij excusatio.

Se ideo ad Suecos transfugisse: quòd nullibi à Valtaini rabie sibi tuto consistere liceret: se suam Cæsaream Maiestatem supplicem deprecari: vt mente repeteret; quanta fide in Imperialibus copijs fortem, strenuamque operam semper nauasset; se idem Inglostadium eo tempore propugnasse, quo Rex Suecus capto ad pontis munimenta propugnaculo, vrbi iam victor imminabat; tunc se arimaduerso vrbis discrimine, cum suis foras egressum Horatij Cochyti instar iussisse sibi à tergo fores occludi; attollique pontem, nec sibi, nisi victori redeunti aperiri.

Quod si Inglostadium Vinmariensi tradere voluisset: neminem proditori intercedere potuisse. Nec sibi decharchi inane testimonium vlli detrimento esse debere: neque idcirco fidem suam in dubium vocandam esse: vt pote tenuis fortis, obscurique hominis venalis ingenij; qui ideo vana derulerat: vt bis malis artibus ad signiferi dignitatem promoueretur: atque vt falsi testimonij centum toleros pretium ferret.

Illum non vero similia dixisse: cum decharchi muneris non esset, vrbis portas noctis tempore aperire: quod aut maiori copiarum statore, aut legato iniungi soleret. Suum caput Cæsareæ maiestatì offerre captiuium, at nunquam in Valtaini sui acerbissimi hostis potestatem venturum: cuius mortalia odia, atque implacabiles iras neque ipsius Cæsaris autoritas pacare potuisset: quando Vertenburgus comes ad concilianda prouocationis diffidia intercesserat omnem pacis mentionem auersante Fridlando: etiam si ipse se primum illi submittere promississet.

Patere sanè Valtaini iniquitatem; qui triginta tolerum millibus suas sarcinas vendidisset: atque indicta causa, nulloque vadimonij obeundi die constituto, sua bona omnia publico addixisset. Obtestari igitur se suam Cæsaream Maiestatem, quando suam dicentem causam audire noluiisset; aut ei cognoscenda, dicundoque iuri non suspectos iudices destinasset; se necessitate compulsus in hostilia castra transiturum: quod tamen inuito, iniquoque animo facturus erat: quòd alia ratione à Valtaini ira vitam suam tueri non posset.

Hæ tamen comitis obtestationes nullos profectus apud Aulæ Cæsareæ proceres habuerunt; Valtaini potentia, autoritateque comitis preces, cona-

*Gratius
ad inveniendam
Suecicam
gratiam se
haereticis
simulacris
Nordlingum
gen.*

conatusque obroente. Quare ille se Suecis adiecit: quibus solito perfidioso premio illi quoque exigua habentibus fidem, se Catholicam religionem eiurare simulavit: humana perfidia alio magis detestando scelere cunctata. Quae impietate acceptus deinde Suecis ducibus fuit; atque in bellicis expeditionibus, arcanisque consilijs adhibitus. Sed eum in suis sordibus iacere sinamus, donec ad Aras Flaviae acie captum spectabimus.

*Brandenburgi
Electoris
Boris
Edictum.*

Iam tum ex illo, quando Brandenburgi Elector Valslainum formidabili copiarum mole ex hybernis mouisse cognouit: in suis ditionibus monitorium vulgavit edictum, ut sui vectigales expediti in armis essent: ut illis difficillimis Germaniae temporibus, hostibus pulsus, suum nativum principem tuerentur.

Primum omnium Divinam opem à Superis deprecandam, qui pia inedia facile, ac precibus exorantur, ideo se imperare; ut statum in singulis mensibus diem destinarent, quem totum propitiando Numini deuouerent: ac ne dum precationibus Numina fatigarent; humana subsidia negligenter; praecipere se, ut ad certos nuntios strenui faciendis iussis adessent.

Agrestes equos, plaustra parata haberent eo mittenda, quo necessitas postulare; neque armorum interim curam cõtemnerent: se rerum bellicarum peritos centuriones missurum: qui tyrones militaris disciplinae rudes, tympanorum certis pulsibus obtemperare, signa sequi, in gyrum decurrerent, sermare ordines, & caetera militaria munera scite obire doceant; quibus erunt pro officij dignitate ex proprijs censibus, & prouenijs pendenda stipendia.

Postremo iubebat eorum omnium haberi censum: qui sacramento tenerentur, armaque describi; ut ad subditos belli tumultus, quot censa armatorum millia aduersus hostes posset educere, exploratum haberet.

*Heidelberg
Christiana
Palatinus
Durlachum
obsidet*

Brandeburgo impigre bellum parante, Christianus Palatinus illatis armis Vangiones affligebat. Durlachum Electorum quondam sedem laxiori obsidione praesepserat; adeo tamen, ut nullus sine manifesto vitae discrimine urbem ingredi, exireue posset. Hic idibus Maij, quo die Diuini spiritus in humanas mentes allapsu Catholici summa pietate operabantur; Suecus legatus admoto foribus urbis Astiocho, postibus reuulsis portae aditu occupato, caeteras copias in urbem indixit.

*Heidelberg
occupat.*

Præfidiarij audito Astiochi fragore, repente in arcem confugiant, ad quam oppugnandam aduolant Sueci; atque in montis fastigio arci aduersum extruunt propugnaculum; pluteisque ac vineis praesectis arcis muro succedunt: superneque missilibus propugnantes incessant. Bauari, qui exterius propugnaculum tuebantur, cum Suecorum violentiae esset omnino cadendum; ligonibus effossa ad regendum receptum via, quasi perducto cuniculo in arcem, deserto propugnaculo, euaserunt; in quod subito propugnatoribus vacuum Sueci ingressi tribus in angulis tormenta librarunt: praeter ea, quae ab arce veteri in nouam mittebantur.

Tot tormentorum pulsibus muro pluribus in locis affatim dehiscente, ducunt

ducenteque rimas, Hartembergus præsidij præfectus, ne nudata mœnibus arce inermia militum pectora hostium mucronibus objiceret; poposcit inducias, ut tutò posset cum obsidentibus de deditioe transigere. Aequissimas pactus condiciones Sueco tradidit arcem. Ita omnes superiores Vangiones ad imperium antiquorum principum redierunt.

*Arca Sub-
cis deditio-
nis.*

Dux Bernardus Inglostadij occupandi spe suis consilijs aduersante fortuna deiectus cum Horno arma coniunxit: quamuis ab eo clanculum dis- sideret: & cum utriusque ad Ratisponam animum adiecissent, in colle Do- nauertæ propinquo castra munierunt. Quare Bauaris hostium recessu Neumburgi recuperandi spe oblata, erectis signis ad eam expeditionem profecti, utrisque Danubij litoribus insederunt. Hornus Bauarorum ani- maduerso consilio à Vinmariensi dimissus illius visis subsidio suas copias ducere festinauit; opportunusque tempori superuenit; cum iam Bauari capto suburbio, arctius urgere urbem pararent; quos inexpectatus adortus trecentis cæsis, centumque captis, cæteros ad duodeviginti peditum co- hortis Inglostadium trepidos fugere compulit.

*Vinma-
riensis, &
Hornus
de occu-
panda Ra-
tispona
cogitans*

*Bauari
Neum-
burgo per-
luntur à
Sueco*

Aldringhenus, qui in aduerso litore tetenderat suorum clade, ac fuga conspecta, instructis ordinibus per pontem ad hostes tendit infestus acie conflicturus. Hornus ad hostium accessus nuntium, qui iam in urbem intrarat; eduxit exercitum, acieque disposita, sese expediebat ad prælium. Limque ad pugnae prohadium utrumque velites in medium procurerant; sed Aldringhenus incertum qua causa, abiecto pugnae consilio, stipatis or- dibus amne eodem pôte traiecto, atque à tergo abrupto elusis hostibus, Inglostadium regressus est.

Dum hæc ad Neumburgum geruntur, Chiliarchus Farenbachus Ratis- ponæ capite damnatus fuerat; quòd cum Sueco Rege iam tum quando In- glostadiu obsidebar; arcana consilia habuisse delatus fuisset qui ductus in forum ubi carnifex in sublimi tabulato stricto gladio ad lege agendum pa- ratus stabat; conscensoque pegmate, elata voce se obiectione perfidiae scelere innoxium, honoratumque equitem exclamauit. Sed filere iussus dum car- nifex eleuat ensẽ, ille, qui Germanico more cum viris illustribus nullis vinculis stringebatur; non expectato carnificis ictu, de tabulato desiliens, erepta ab altantis satellitis manibus alabarda, ut sibi ad fugam aditum moliretur, aut egregij militis pugnando morte periret; quatuor satellites momento peremit; pluresque altantium militum vulnerauit.

*Farenba-
chus per-
fidia reus
capite per-
ditur*

Illi simul in eum facto impetu, adactis in eius viscera gladijs confode- runt. Vixlabinarij eum extulerant; cum tabellarius concitatissimo cursu Vienna missus clementiæ Cæsaris vitæ gratiam misero factam afferens, quam preces damnati coniugis impetrarant; aduolauit; At citius tabellario properante fato, urgenteque periit. Sic interdum accidit arcano Numinis consilio; ut capite damnati lento, tardoque gradu ad supplicium inceden- tes indulgentiæ celeritatem principum anteuertant.

*Eius for-
tissimus
ansus*

Cæsa-

*Cæsarei
in Alja-
tia amissa
recuperās.*

Cæsarei in Tribocibus Bibachi ingenti numero coeuintes amissa oppida recuperare conantur : quandoquidem procul hostilia arma abesse cognouerant . Plura vix copiarum admoto terrore, receperant . Vltiusque felici victoriæ cursu prouecti fuissent ; nisi Otho Ludouicus Rheni comes coacta raptim ex vicinis præsijs valida bellatorum manu , ad cohibendos Imperialium ausus celeriter accurrisset.

*Cæsarei
Suecos in
cantes op-
primunt.*

Pugnatum est pluries leuisus prælijs inter vtrosque variante fortuna, succumbentibus tanien plerunque Cæsareis, qui vt Suecis aliquam rependerent cladem: comperto Merethemi aliquot Suecos remissius agere, bini, terniq; per interualla agrestes, amicosque mentiti in oppidum irrepserunt . Vbi valida manus congesta est ; repentino impetu strictis gladijs incautos Suecos adorti; quadraginta momento obruncatis, ac pluribus captis, duo militaria signa oppressis hostibus ademerunt . Quod vbi didicit Rheni comes ira fremens iurauit vltionem .

Accito igitur Calcembachio legato, quatuor equitum legionibus ei traditis, quid fieri vellet, paucis docet ; Legatus eas equitum alas eduxit, quarum duabus in insidijs collocatis, cum reliquis in Bibachi conspectum prouehitur: sed tormentorum petitus ictibus lento gradu recipit agmen .

*Cæsarei
insidijs
exceptis
trucidā-
tur.*

Præerat vrbi Montecuculus, qui raptim equitibus præsiarijs equos sternere, frænareque iussis, cum pluribus Liburnorum equitum turmis ex vrbe in hostes erumpit : ille pugnando, sensimque referendo pedem, incautos Cæsareos in paratas insidias præcipites agit : ex quibus vndique furiali impetu Sueci exilientes Cæsareis circumfusi, regressis etiam, qui receptum simularant; improviso malo attonitos cédunt .

*Montecu-
culus capi-
tur.
Culmar.*

Montecuculus graui vulnere tardatus capitur vna cum Soyey dynasta, * Argētuariamque captiuus abducitur : vbi paucis diebus, quamuis summa chirurgorum diligētia vulnus curaretur: extinctus est, fortissimus sane eques supra fidem cupidus gloriæ, dux magnæ fanæ futurus: si paululum cunctās prudentia mentis ardorem, efficaciamque pectoris temperasset . Puto eum merentem decessisse, quod insidijs exceptus in exigua velitatione, non iusto prælio cecidisset. Comes satiata Imperialium cęde ira, egregiè vltus suorum cladem redijt in statiuā .

*Ex vulne-
ribus ex-
tinguitur.*

*Suecorū
supplemē-
ta in Ger-
maniam
mittuntur.*

Ita Suecis Imperium alijs, atque alijs cladibus impellētib; plurā agmina è Sueciæ regno in copiarum supplementum Gunstauo cęsi Regis spurio ad augendum Germaniæ terrorem submittuntur: ac si exigua detrimenta, minoresque strages darent ij, quos pater in Germaniam adduxerat . Quare maius sub regij spurij auspicijs belli, exarsurū videbatur incendium : senioresq; clades imminere crescentibus hinc, inde viribus, nisi Rex Danus inicta iterum armis frementibus pacis mentione, tantisper fuisset Martis impetum remoratus : qui iam pridem in Quadis diū de pace inter Cęsarem, Suecosque constituenda efficaciter egerat. Sed nouis subinde exorientibus difficultatibus conueniri non potuit. Nunc resumpto ardentius negotio: ad

*Rex Da-
nus pacis
sequisset.*

Cæsa-

Cæsarem scripserat : cuius cognitis animi sensis , ad Oxesternum quoque hac de re literas dedit. Qui longo rerum usu sagaci, prudentique ingenio vir multa arte Regi respondit .

Commendabat primum susceptum conciliendæ pacis à Rege negotiû ; quod inclytum gloria, fama que celebrem eum facere posset: si ipsius opera inter Christianos principes perniciofa dissidia , bellorumque turbines quibus non Germania modo, sed totus Christianus orbis violentissimè quati- <sup>Quæstor-
ne respõsio
ad Da-
nû regis.</sup> batur, sedatis armorum tempestatibus, pãarentur : quod hac pace maius præsens seculum beneficium recipere non posset. *Se nullam conciliandæ pacis faciliorem rationem reperire : quàm si uniuersorum principum conquistorum , procerumque conuentus indiceretur : quem semper Rex Suecus cogi concupierat : pupillæque Sueciæ Reginæ Directores libenter adituri erant , bella tandem quiescere peroptantes . Sed Imperiales quamuis sæpius de pace incunda loquerentur ; re ipsa tamen eam auersari , odisseque monstrabant : utpote , qui maiores se ex bello fructus , quàm ex pace decerpturos sperarent . Cuius rei veritas à pluribus acriter inculcata , exaggerataque multorum sermonibus , nec vnquam credita : nunc tandem aliquando pateret . DeploRANDAM esse eorum dementiam , qui varijs artibus sibi à Cæsareis illudi siuissent : quos planè exploratum erat : in id studium totos incumbere , ut amabili pacis nomine Protestantes à Regni Sueciæ societate diuellant . Immo inter illos dissidia serere ; ut inter se commissis tutius , liberiusque imperent . Excusandos tamen esse , si artibus , & fraudibus agunt : quod alia ratione stare non possint : non idèò his pacis illecebris aures esse dedendas : nisi admodum cautè , multa que cum rerum excussione , ponderatione que negotiorum .*

Hanc causam non ad Suecos solum , sed ad totius Germania superioris prouincias spectare : à quarum sententijs , decretisque nemo dissensurus erat : atque idcirco nihil in hac re vltèrius esse sancendum , absque earum arbitrio : si aut non irrita velint esse promissa : aut inter fœderatos discordias oriri , quod hostis maximè cuperet : qui varijs verborum ambagibus mutare sanè in speciem proposita possent : at non variare intimæ rei naturam , petitionumque iniquitatem .

Quod verò pignus Protestantibus daret Imperator : quo promissionibus pacis fides haberi posset ? Iam notas esse Catholicorum artes : qui nihil synce-
rè , ac sinè dolo , cum ijs quos vocant hæreticos , agere consuescunt . Nihilominus his nihil morantibus , si ipsius Maiestas ita mandaret : se ad Sueciæ Regni proceres , atque superioris Germania dynastas , & populos de hac re sollicitè scripturum . Ipse interim Galliarum Regem de omnibus admoneret : oraretque , ut pacis sequester tanta bellorum incommoda sua auctoritate pacaret .

Huc vsque negotia pacis euaserant: cum in Quadis Sueci, & Saxones po-
sito metu, quem animis de Fridlandi copijs, ac potentia conceperant: cum Cæsareis a cie configere decreuerunt: quando se non ita viribus inferiores sicuti à Fridlandici motus initio putarant , esse cognouerant. Quamobrem

Sueci &
Saxones
cum Cæsareis pignam decernunt.

vlte-

uiterius progressi, octauo idus Iunij aliquot equitum turmas ad prouocandum uelitationibus hostem, atque extra insidias, & latebras eruendum miserunt; nam Cæsareos magna ex parte occultos post collem confedisse didicerant; ut se incautos insidijs deprehenderent.

Indoluit maxime Fridlandus, quod suis detectis insidijs se inter murum, & calces-clausum intueretur; haberetque à fronte expeditum hostem, cum quo aut necessario pugnandum, aut turpiter fugiendum erat; utroque iuxta periculoso, seu fugeret, seu certaret. Vna clades acie copijs attritis inflicta totum prouebat Imperium; nullam spem illius amplius subleuandi relicta. Timidus receptus animos proculdubio hostibus augebat. Qui in difficili rerum suarum articulo imminetia discrimina sollicita mēte non pensitat; incauti, atq; imprudentis contrahit notā; qui verò nimio metu diutius expendit; uili, abiectoque; animo est: medium inter utraq; reperire difficile.

Saxonū
animofu-
tas.

Iam leuia certamina seiebantur; stabant utrinque copiarum agmina ad pugnam instructa. Harnhaimius efficaci oratione suorum animos inflammabat ad pugnam. Omnes serio receperant se aut eodē uestigio pugnando impaudē morituros, aut uictoriam cæsis hostibus adepturos. Iam Martem horribiles tubarum cantus, tympanorumque sonitus accendebant.

Fridlan-
dus pacis
mentionē
iungit.

Cæsarei suum Ducem Fridlandum cogitabundum, arcanique aliquid profunda mente uoluentem uidebant; obrectabantque eius desidæ, ac timori: quo affici imminetis pugnæ discrimine uidebatur. Tum ille, cuius prudentiæ, ac uirtuti totius Imperij moles, salusque nitebatur, aliorum obloquutiones, insanaque indicia contemnens accitum ad se Terschium ad hostium castra cum caduceatore tendere iussit: petereque Arnhaimij congressum. Qui *abscessè negauit, se pugnandi occasionem omisurum: tormentorum, scloporumque ora, atque ensuum linguas, non ducum in eo rerum articulo loquutura.*

Non idcirco concidit animo Valstainus ab illud asperum Harnhaimi respōsum. Eundem iterum Terschium remisit: qui obtestaretur *uno breui colloquio totius Imperij salutem, aut excidium stare, nunquam tempus committendorum certaminum defuturum: sed constituendæ pacis negotia facili euanescere. Supremi ducis domini sui, penes quem sint belli, ac pacis arbitria alloquium audire, pugnandi non adimere facultatem: pacis mentionem auersari, aperte declarare se ad furentis mentis libidinem, animique impetum, non pro pace, iustitiaque bella gerere: sicuti ipsi uulgarant.*

Hæ Fridlandi rationes imminetis certaminis disicussio periculo, ruentia iam in mutuas cædes militum agmina tenuerunt. Quod Saxones spe pacis obiecta eam odisse tanto suæ causæ præiudicio, bellicque ruinas amare se uideri uellent. Hoc armorum diludium alios aliter affecit. Quidam se de certa uictoriæ spe deiectos esse indignabantur: alij se ingenti pugnæ, mortisque discrimine liberatos esse lætabantur: sed omnes suspensis animis hærebant: quorsum euasuræ essent hæ pacis transactiones: qualemque exitum habituræ. Burgorsius, Feltique dynasta ad audiendum Fridlandum à Saxo-
nibus

nibus missi. Qui posita natina oris seueritate, compositoque in lenitatem, comitatemque vultu sic inquit.

Nollem vos, quod ego inter hos copiarum se se expedientium ad pugnam fremitus, armorumque terribiles se inuicem iam quatientium tumultus importunam pacis mentionem iniiciam: me vestrum timere congressum; horreque praelij discrimina putaretis: quæ sicuti nunquam necessitate compulsus detrectari; ita vtrò ab hoste oblata non reformido. Hæc sunt eadem peditum agmina; atque equitum ala, qua ad Lutzenam etiamsi longè vobis numero superioribus, nullam tamen sibi moram attulerunt, quin cum vestris duplo maioribus copijs, ac Sueco Rege confligerent; & nunc ad meum nutum intentæ classici cantum tantum expectant: ut quàm mox dato signo in aciem pugnatuæ descendant: At non boni ducis est votis effranibus militum vulgi regi, nec in obliquum earum voluntatis impetu rapi. Quod citra vulnera, cædesque suorum potest assequi imperator; insani prorsus est illud per vulnera, stragesque militum quarere; & quod de me ipso assero; idem de vobis affirmo. Quid est per Deum immortalem, quid sine tot infontium sanguine, ac nece conueniri non possit? Ergo per prostrata cadauera, per cæsorum acervos, cadentiumque militum strues ad pacem, molienda via est; ac fœdera innoxio duntaxat cruore sancienda? Spirabunt tantum vulnera pacem; bellatorumque prostratæ Phalanges tantum tranquillitatem parabunt? Si pacatis alloquijs, si amicè, si ex æquo, & bono pax constitui potest; cur illam per, mutuas strages, ruiasque venamur? Usquequaque circumferimus arma; quaqua versum spargimus bellum, in omnibus locis acie confligimus; ut quisque nactus est hostem, siue iustus exercitus ille sit, siue palantes cohortes, & turmæ errantes; extemplo in illas incurrit. Ruimus præcipites nullo consilio in mutua vulnera; vastamus prouincias, vrbes excindimus: populos delemus, ob id quod sine culusquam vitæ dispendio, indigenarumque detrimento possumus comparare. Idcirco ad Noribergam pugnam distuli: meos milites intra munimenta continui: quamuis in aciem erumpere flagitarent: hostium insultus æquo animo tuli: spe ductus aliquem Principem tantis populorum stragibus intercessurum: atque inter pugnaturos exercitus sequestrem adurum. Inanos eorum latratus, obiretationesque contempsî: me veluti Sueci Regis nominis timidum, horrentemque carpentium; ea de causa tantum, ut inter arma iam se inuicem elidentia ad pacem quispiam aliquis aditum aperiret. Nullus se pacis arbitrum, ac sequestrem exhibuit: reieci tamen constantior pugnandi occasionem: non me in aciem demisi: ne clade asperati animi, ira recordes oblatae pacis condiciones repellerent. Nunc iterum strisso ferro, libratique tormentis rem nostram inconsultò in pugnae discrimen præcipitem damus: euaginated decernimus ensibus: de quo verborum contentione tantum possumus conuenire. Quid cupitis, quod sine alicuius interitu à vobis obtineri non possit? Pandite vestræ voluntatis arcana: explicate vota, quæ si non libenti animo Cæsar implebit: tunc ruite in arma, vibra-
te fer-

te ferrum: vestra optata, per nostra vulnera petite. Pro vobis iustitia faciet; aequitasque pugnabit: cui nec dum leniores componenda pacis rationes experti aduersamini imprudentes. Ego sanè antequam meas copias in aciem educam, vt tantæ sequuturæ cadis innoxium Deo me sistam; nec apud Suptero: tot militum stragis reus agar, omnia ineunda pacis consilia experiri decreui; obtestarique vniuersum orbem; vt videat, Cæsarem, cuius ego personam ago, voluntatemque declaro; non nisi coactum pugnare: mollioresque sancienda pacis rationes optare, quas ego proponam, atque à vobis alias offerri desidero; quas non adeò iniquas inuicem propositum iri puto, quæ vtrisque aliquid de suo summo remittentibus iure, probari non possint.

Legati Sa
xonis re-
sponso ad
Valstainū

Perorantis Valstaini verba Burgdorffus iratus excepit. Pacem quidem cuiunque cupiendam, amplectendamque nisi veluti syluestris fera omnè humanitatem exuerit; sed Fridlandum vana, ac inania retulisse à concilianda pace prorsus aliena: cum nemo sit, quem lateat Romanum Catholicum nullo sibi dedecori, culpæque ducere fidem ijs fallere; quos hæreticos vocant: proinde non ijs esse omnino fidendum.

Incanduit ira Valstainus tam libera, mordaciaque verba non solitus audire; sed indignationem compressit; cum de summa rerum ageretur; ne efferuescentis iræ impetus in summum discrimen imperium adduceret. Itaque se ipso lenior, ac moderatior addidit, non esse Burgdorffo Catholicos dubiæ, fluxæque fidei insimulandos; qui æquè, ac Protestantes fidem seruare didicissent.

Burgdorffus vterius iræ ardore prouectus, quàm lene pacis negotium deceret; orationem contraxit ad eos tantum Catholicos, qui vitæ societatem cum Protestantibus auersati, hanc doctrinam vulgauerant, non esse hæretico fidem seruandam. Hinc Valstainus ad auertendam ad alia Burgdorff mentem, ad carpandos eos digressus; qui hanc doctrinam in scholis profitebantur, à quibus se alienissimo animo viuere affirmabat; plura de illis falsè, amarèque differuit. Deinde ad leniendos, demerendosque conquisitorum animos ad Ducem Bavarum vellicandum orationem deflexit; ipsum esse tot bellorum turbinum, Imperijque tumultuum vnicam, ac solam originem; Cæsaris verò consilia eò omnia tendere: vt synceram pacem tota Germania componeret; quo omnes armorum apparatus, expeditasque vires ad Turcas acerbissimos Christiani nominis hostes obterendos, delendosque conuerteret.

Animaduertit Valstainus in sua vota Cōquisitorū animos impulisse; suoque delinitos alloquio de pristina ferocia plurimum decessisse: itaque lætus suos benè processisse dolos, hostibusque discusso imminentis pugnæ discrimine, illulisse, has illis pacis condiciones obtulit.

Pacis cō-
ditiones à
Fridlan-
do Saxo-
nibus ob-
lata.

Primò, sibi in animo esse vniuersalem pacè cum Sueciæ Regno, Saxoniz, Brandeburgique Electoribus constituere: esse & utrumque, vt Cæsar pacem à se initam ratam habeat.

Secun-

Secundò, Antiqua priuilegia in pristinum restituantur, proscriptiq; omnes, quibus aqua, & igni fuisset interdictù; patriæ reddantur, reuocenturq; ac bona sua recipiant fisco addicta.

Tertiò, Discordiarum authores, turbatoresque pacis toto Imperio exulare iubeantur.

Quartò, Illud impium placitum à multis probatum non esse hæreticis fidem seruandam, ab hac pacis conditione excludatur, aboleaturque ueluti bonis omnibus damnandum: cum inuiolabili fide, synceraque mente promissa omnia implenda sint.

Quintò, quia regni Sueciæ ordines in bellis Germanicis plurimum pecuniæ impenderant; neque idcirco tamen Imperium nouis nominibus nõ obarratum opporret; se passurum ut Sueci eam omnem Germaniæ partem, quam armis hætenus occuparant: pro pignore, prædaque retinerent, donec pecuniæ summa conuenienda solueretur: de qua Galliarù, Angliæque reges satis dabunt.

Sextò, Saxoniam, Brandenburgique Electores, cum Cæsar soluendo non esset; expensam, eo bello pecuniam Imperio condonarent.

Septimò, Milites omnes extra Imperium contra Turcas educerentur.

His conditionibus Suecis admodum, atque omnibus aduersarijs accēptis, eorum animos promereri, sopireque satagebat, ut abiectis belli cogitationibus, aut negligentiores efficeret; aut cunctando eneruaret. Nõ plus duos dies ad oblatas à Valtaino conditiones respõsa, immo nouæ præscriptæ ab hostibus pacis leges in Cæsarea castra venire tardarunt. Eas attulit Odoricus Holfatię regulus Dani Regis filius: qui per caduceatorem, à Fridlando fidem publicam postulauit; qua tuto, atque impunè inter hostes uersari liceret. Fridlandus cognita ueniētis principis amplitudine, tanto festiue dignis eum honoribus excepit: iussit exercitum omnem se se in aciem instruere; atq; longo ordine explicatis agminibus aduētanti se regulo ostētare; eumq; dispõsis maioribus, minoribusq; tormētis militaris lætitiæ, & plausus in signe salutate. Fama vulgauit Fridlandù priusquam à Regulo conditionũ capita præberentur, in prætorium abducto alias pacis leges Electori Saxoni deferendas dedisse; quas huiusmodi fuisse quidam prodidere.

Primò, se Palatino ditionem, Electoraleque suffragium redditurum, atq; omnes Imperiali proscriptione damnatos in Cæsaris gratiam, patriasque restitutum, libertatemq; pro cuiusquam arbitrio de religione sentiendi concessurum: dummodo sibi Bohemiæ regnum traderetur.

Secundò, insuper * Marcomanorum marchionatus pro Megalopolitano ducatu. * Lugiduni, & Iugæ sibi daretur.

Tertiò, memoria repetens sibi armorum abrogatum Imperium in Ratisponæ conuentu Bauari ducis maxime opera id omni studio petētis; omnem eum terrarum tractum ultra Anisum illi pignori datum armis occupare cogitabat; eumque ob debita sibi stipendia retinere.

Quartò, se arma cum Suecis, atq; Electoribus coniuncturum: Viennãq;

Hh

copias

Sueci, &
Saxones
pacis con-
ditioni-
bus assen-
tunt.

Dux lega-
tus in Cæ-
sarea ca-
stra uenit

Fridlandi
alia con-
ditiones
falso vul-
gata.
Mœsania.
Glogaum.

copias recta ducturum; vt ad seruandas pacis leges Cæsarem admoto armorum terrore, compelleret.

Vallstaini virtus eo loci, ac dignitatis excesserat; vt ad eam inde pellendā, deturbandāq; nullus illuc liuor, nisi perfidiæ scelus eniti non posset. His peractis Holsatiæ regulus oblati Electorum nomine conditionibus pacis, salute dicta, ad sua castra redijt: eum equestribus ludicris pugnis, certaminumq; spectaculis Liburnorū equitum ala honoris causa profequuta, quibus feriozem agere solitis, aliquot cæsis ludicrū præliū veri præbuit speciē.

*Conditio-
nes pacis
à Suecis
& Saxo-
nibus pro-
posita.*

Hæc erant autem conditionum pacis capita à Suecis, atque Electori- bus Fridlando proposita.

Primò, Cæsar exauthoratos milites ab Imperio amandaret; exarmaretque non tam suos vectigales, quàm exteros auxiliares.

Alberstat.

Secundò, Nullus se ex eius posteris in Magdeburgi * Pheugarique episcopatus ius habere contenderet.

Tertiò, Catholici fœderis principes belli impensas Sueciæ regno sarcirēt; quo solutis stipendijs milites à Germania nulla cuiusquam quærela æquioribus animis dimitti possent.

Quartò, dissidiōrū authores, turbatoresq; pacis toto Imperio eijcerētur.

Quintò, cōfirmaretur, sancireturq; vbiq; in Germania cōsciētia libertas.

Insania.

Sextò, cum Electori Saxonie octies nummum aureorum centena millia à Cæsare deberentur; superiores * Luititij, & media Bohemia illi inter provincias hæreditarias censenda, habendaque traderentur.

Septimò sua ditio, suffragijque ferendi in creando Imperatore facultas mortui Federici Palatini filio, hæredi que redderetur.

Hæ vltro, citroque latæ conditiones pacis copijs ad pugnam parantibus arma, tam iniquæ, quàm secum pugnantibus vbiq; vulgatæ omnium animos in rerum nouarum expectatōne erexerant. Vienna ipsa impatientia fremens diris omnibus Vallstaini caput deuonebat; & eo maiori ira, indignationeq; efferebuit, quando arcanæ ab eo latæ pacis conditiones emanarunt.

*Vallstai-
nus inie-
ta pacis
mentione
præliū di-
scussit.*

At Vallstainus, qui alia quæcunque quàm pacem solerti animo agitabat; primi sui voti non pugnandi felicem assequutus euentum; priorem illam vultus lenitatem paulatim asperabat; & quando Arnheimius pro Saxone Electore, Faltus pro Sueciæ regio, Burgdorffius pro Brandeburgi Electore ipsum in Prætorio conuenerunt; vt cum eo arctius, & pressius de pace transigerent; eum non modo ab illa simulata vultus comitate; sed etiam à conditionum genere decedentem repererunt; inter quas Conquisitoribus obtrudebat; ante omnē pacis transactionem Lugidunum, Vratislauiam, Suenitzium contra fas Imperio adempta ad Cæsaris existimationem, decusque retinendum, omnium primum esse reddenda.

Sed qui Vallstainū perfidiæ insimulabant; asseruerūt eū idcirco se à prima sententia alienum, mutatumque præbuisse; quod conquisitores optatū suis petitionibus responsum ab Electoribus non tulissent. Quia neq; Succis, neq; Electores ita perditam, impudentemque perfidiam probabant; sed tantum cum.

cum agendi de pace mandatis; quæ Cæsarem, Imperijq; seruarent; rediissent: eaque de causa ira frementem Valltainum eo prætextu præscriptas pacis condiciones repulisse. Quare conquiritores dimissi, multique de maligna Valltaini solertia, dolofoque ingenio questi discesserunt. Cum ferendis de hac re sermonibus equitaret; à quodam rustico admonetur: vt celeriori gradu festinarent: se enim in turris culmine columbarum cau. à stâtem procul aliquot Cæsareas turmas versus illos properantes vidisse. Hi subditis calcaribus equis, vix in tutum concitato cursu euolarant: cum sublequuntæ equitum turmæ se in conspectum dederunt.

Iam Valltaini fraudes, dolosæque artes emerferant: hostesque rabie frendebant: quod ab illo sibi tam malignè imponi, illudique fuissent. Cum ille repente conuersa totius exercitus mole in Suenitzium incubuit, inparatos, incautosque præsidarios occupaturus. Sed cum destinata propugnantium diligentia, virtuteq; non processissent; in Lignitzium impetum vertit; quod mœnibus scalis applicitis ferocissimè inuasit. Verum cū neque hoc pariter oppidum primæ quâquâ validissimæ impressioni cessisset, vallo fossaq; sepsit obsidione capturus, quod capi non posse impetu videretur.

Hoc vbi Suecis, Electoralibusq; innotuit, sublatis subito signis, alacri exercitu contra Valltainum dolos vturi festinant. Ille gnarus quantum ad pugnam cupiditas vltionis accendat: neque hic hostem expectare sustinuit: ne de suis fraudibus in vniuersas Cæsareas copias conceptas iure pectoribus iras effunderet. Itaque ad Suenitzium exercitum seduxit in collem: vt illum sub Reichembach, Braunique arcium tutela defenderet. At quatuor ænea tormenta, quinque militaria signa, centumque impedimentorum plaustra, præter plures captiuos festinatio, trepidatioque receptus in tuto sisti prohibuit: quod multum de Valltaini gloria detraxit: opinionemque in omnium animis confirmauit, illum Suecorum congressum, virtutemque formidare. A siderum quoque inspectore, quo familiariter vtebatur, ad diuinanda futura, territus esse dictus est: vel cum hoste sentire: sed adeo arcana perfidia, vt à quoquam deprehendi non posset.

Ad suum tegendū de Succo timorem dicere consueuerat: nullā bellandi, domandi; hostis rationē esse potiorē; quàm Fabij maximi instar cunctādo bellum extrahere; atq; hostem mora ipsa consumere; se aliquam victoriam putare nonnihl potius amittere; quam omnia perdere; cum hostis diutius bellum alere non posset; aut inter duces oritura diffidia; aut inter diuersi nominis gentis fœdera ruitura; neq; Cæsarem nisi interiecti diuturna temporis mora, vincere posse. Interim Liburnos equites suo more expedito agmine quaquaersum ad intercipiendos hostibus commeatus procedere iussit. Dum hi duo exercitus in suis castris aduersis frontibus hærent ad alia inuisenda sese narratio traducat.

Succi qui Heluetijs vicina loca bello terrebant, ad quatuor illas vrbes, quas Forestes vocant, Reinfeldenum, * Ganodurum, Sechinghenum, Landshutium. ntenderant animos; quæ quamuis Austriacæ domus vestigales

H h 2 sint;

Valltainus in Suenitzium arma frustra conuertit.

Fridland receptus.

Fridland consilium timorem regens.

Landshut burg.

*Sueci Fo-
restes vr-
bes in Hel-
uetijs in-
vadunt.*

sint; tamen ipsa vicinia in Helueticis nominis tutela, patrocinioque con-
quiescunt; vt his occupatis, esset Constantiæ expeditio facior; quo mo-
uentibus in Germaniam Hispanis, ac Insubribus copijs aditum interclude-
rent; vel saltem difficillimum facerent. Huius rei perficiendæ cura Comiti
Rheni mandata; quod sicuti omnia, quæ plurium consilijs, atque opera mi-
nistrantur; facile in vulgus emanant, arcanum etiam Suecorum consilium
ijsdem vrbibus patuit.

*Ferestes
vrbes ad
Heluetio-
rum opæ co-
fugiunt.*

Ille simul cum finitimarum ditionum conquistoribus coeuntes, ad Hel-
uetiorum opem confugiendum censuerunt; vt à se illud bellum auerteret;
Multum ab ijs honorificis legationibus missis, laboratum est; Rotomagen-
sis etiam ducis sedula industria, atque consilijs, vt quatuor illæ vrbes in sua
potestate deponerentur; quas impositis Helueticis præsidijs, tamdiu tene-
rent; donec tota Germania pace composita, præsentia bella cessarent. Hac
potissimum ratione eas vrbes imminente periculo eximi Helueticæ Rei-
publicæ satisfieri voluntati, & neutris partibus officii, cum vrbes depositæ
à nemine staturæ essent.

*Dux Ro-
thomagen-
sis cū Sue-
cis agit
pro Hel-
uetijs.*

Rotomagensis dux bonum ius dicere Helueticis sibi visis, libenter nego-
tium perficiendum suscepit; quod regionem eo modo pacari, summoueri
arma, gratumque suo Regi futurum putaret. Nulla mora in Suecica castra
ad Rheni comitem ad Sechinghenum statiuam habentem cōtendit. Cui effi-
cacissima oratione suadere conatus est; vt Helueticorum votis honesta pe-
tentium indulgeret. Verum comes officiosissimis verbis, & multa amoris
significatione Duci blanditus Oxensterni mandata causatus Helueticorum
voluntati se obsequi non posse respondit, eo inconsulto. Ipsum propterea
adirent; eos omnia æqua, atque honesta ab eo impetraturos. Se tamen om-
ni studio vsurum; vt Helueticij proceres suam in ipsos propensissimam vo-
luntatem cognoscerent; effecturumque esse, vt tam amicam, bonamque
Suecorum, quàm Austriorum viciniam experiantur.

Dum Helueticij in sociarum vrbium patrocinio desudant; in Lotharingiā
paululū diuertamus; quæ etiam si Germaniæ prouincia non sit de qua solū
scribere proposuimus; tamen quia se Germanicis bellis immiscuit; totaq;
se in Austriacæ domus, Imperijque subsidium effudit; vnde postea Regulis
nativis eiectis, Gallicis armis occupata, ipsius ruina defluxit; nō abs re erit;
neque præter suscepti operis institutum, bellorum causas, miserabilem
principum fugam, exilium, memorandosque rerum euentus ad posterita-
tis documenta cognoscere; vt quantum in lubrico, & præcipiti ingentes
principum quoque fortunæ hæreant, & quam fluxa sit humana felicitas vi-
deat; parumque etiam regiæ magnitudini fidat.

*Borogna
Alsacia.
Lotaringiæ de-
scriptio.*

Lotharingia à Lothario Galliæ Rege sic dicta ad occidentē Galliæ finiti-
tima ad meridiem * Sequanorum, Aeduorumq; ducatus finibus clauditur;
quæ respicit orientem solena * Triboces, Treuirensisque archiepiscopatū
conterminum habet; & ad Lutsemburgi quoque ducatū fertilibus campis
excurrit. Tota mōtibus ferè vallatur; omnis generis frugibus affluit; metal-

la quoq; ex fodinis ad incolarū vsum, & opes eruuntur; nec non ad Vögess motis radices fontes Sapillos pretiosos eiectāt; Generosos, ac validos fert equos Neapolitanis, ac Turcicis robusta indole profus æquandos.

Quatuor inclyti amnes totam interluunt; Mosa, qui à Vrgato monte cadens flectitur ad meridiem, & Barij ducatum à Lotharingia determinans in Rhenum influit. Alter * Obrincus, qui à Romericō monte decurrens, ipse quoque ad Austrum aquarum flexu Rheno excipitur. Tertius Murca, qui scateret à montibus, ex quibus argentum effoditur; longoque tractu, vbi diui Deodati, Nicolaiq; oppida, ac Nancæum alluit; Obrinco se insinuat. Quartus est Sarra, qui ab Oriente suos fontes habens Treuerim versus suas vndas trahens ipse quoque iu Obrincum euoluitur.

Nec Salinae, nec Balnea desunt; salutiferis aquis, ac calidis varijs morbis medentia. Suis natiuis Principibus paret: Dux Carolus in illa, antequam à Gallicis armis opprimeretur, imperabat: qui egregiè pugnavit, ferroxque iuuenis, vt ab aliquo rei militaris Imperatore bellicis artibus crudiretur; ad Germanica bella profectus, quæ contra Palatium Bohemiarum Regnum vsurpantem gerebantur: in Banaricis castris militare tyrocinium egit: totoque eo pio bello fortitudinis, inuictique animi pericula contemnentis, pietatisque præclara fecit exempla.

Ea diuturna Imperialium armorum consuetudo, contuberniaque ducum non tam eum Martis disciplinis, quam quadam in Austriacos propensione, amoreque imbuerunt: quem nec Lotharingiarum regulis creatus dedit: cum ad Suecici belli tumultus conscripto exercitu, contra Suecum profecturus esset; quamuis pro neutris se pugnaturum promisisset; nisi ad Gallici Regis id enixè petentis preces exercitum exarmasset.

Non diu tamen quieuit, Suecis * Hagenoiam obsidentibus; quod sui iuris, cum alijs in Tribocibus oppidis, illud esse diceret; eumque in arma trahentibus; vt ab ea obsidione eos arceret. Tacito odio eius minas indignatus, Gallo Regi succensuit; atque idcirco excitos Gallicos tumultus adiuuerat; clandestinoque connubio suam sororem obligatam violans fidem, Duci Aurelianensi Regis fratri coniunxerat: contra Galliarum Regni decreta Regis fratres, ac filios vxorem Regis in iussu ducere prohibentia.

Contractas igitur validas copias ducere in Germaniam parabat; quod vbi Gallo Regi nuntiatum est: iratus reguli audacia: eum de iure, quod sui maiores in Lotharingiam sibi esse contendebant, admonuit; præcipue in Barij ducatum; qui citra litem, ac dubium beneficiarium ad Galliarum Regnum pertinebat: cuius semper Dux fiduciarium possessionem debitis obsequijs à Rege contempsit accipere.

Itaque supremus sapientum Parisiensium conuentus decreuit illum ducatum à Lotharingis Ducibus ad eam diem beneficiarium possessum, dotalique vxoris iure in Carolum Ducem translatum publico addici; quando ille rogatus, vt stipendiarij, vectigalisque Galliarum Regni muneribus, ac obligationibus satisfaceret, recularat; Cuius edicti vigore Naue dyna-

Ita conquisitor missus est, qui regios ministros in illius ducatus possessionem induceret; eisque traderet potestatem.

*Lotharingi
ga cohortes
tes à Suecis
eadem
tur.*
Dux Carolus hoc accepto nuntio maiori exarsit iracundia; conflataque copias in Germaniam mittere maturavit. Verum hæc vel artis, bellicæque disciplinæ rudes, vel locorum ignaræ, aut aduerso fato inauspicata belli initia fecerunt. Tres siquidem cohortes Petersbachi via in Suecos incidentes maiori ex parte cæsæ, deletæque sunt. Aliæ pariter cohors equitum comite turma ad hostium moschettariorum equitum intuitum deserta conciditur.

*Lotharingi
ga turma
à Suecis
funditur.*
Dux tandem cum reliqua copiarum mole ab Alsatica Taberna cum tormentorum apparatu, impedimentorumque plaustris Pfaffenhoum mouit. Tres loricatorum equitum turmæ agmen præbant, quæ cum ab acie procul anullæ longo interuallo cæteros præuertissent: in aliquot Suecorum turmas incurrerunt; quibus cum à longè distito agmine subueniri non possent; fœdè disiectæ, protritæque sunt. Teruilla, Vincurtoque secundæ famæ ducibus captis. Hoc edito facinore Sueci, conuersis equis ad Palatinum Birchenfeldium Hagenoiam obsidentem de Lotharingi exercitus accessu docendum festinarunt.

*Dux Lotharingus
Pfaffenhoum
oppugnauit.*
Interim Lotharingi copijs in collem productis, Pfaffenhoui præfecto obnuntiarunt; nisi ex templo oppidum dederet; nullum postea clementiæ locum futurum. Ille trium tantum horarum interuallum poposcit: ut de suarum rerum statu Hannau comitem, cuius imperio parebat, commonefaceret: sed cum nullam moram ab hoste impetrare potuisset: se defensionis expedire compulsus, quamuis oppidum non amplius quàm quatuor, & viginti militum manipulus propugnaret: ad mœnia cucurrit.

Ciues alacres, promptique in armis præfecto polliciti sunt, se usque ad vltima patriam defensuros. Angebat fiduciam fœminarum audacia strenuam supra sexus imbecillitatem maribus operam nauantium. Nam aliæ rei tormentariæ vehendæ curam suscipere, aliæ munire aggeres, tellurem quasillis ferre: & cum res posceret, pro mœnibus vitorum, ac militum vicem subire: adesse sollicitæ laborantibus. Erat decima quinta diei hora; quarto idus Augusti, cum duo ingentia muralia tormenta in vibem horribili tonitru, sed terribiliori plaga sunt cœpta displodi; aliaque insuper colineata: in quatienda vrbe ad vigesimam primam horam summo ardore à Lotharingis laboratum est.

Eadem hora Palatinus Birchenfeldius ex aduerso se sistit; qui cum omnibus copijs, tormentorumque apparatu ab Hagenoia obsidione discesserat. Ad Suecorum aspectum subito Lotharingi instruunt aciem; intermissaque tormentorum iaculatione, ad hostem densatis ordinibus, tendunt; ut primi ad ostentandam animorum audaciam Suecos aggrediatur: quintæ moschettarijs ad tormentorum custodiam relictis.

Promota propius ad hostem acie, subsistunt, iterumque ad pugnam ordines parant; ac mutuis se ad fortiter dimicandum, viciscendæque suorum popularium

rium eedem hortationibus firmant. Parum inde procul aberat vicus, ad quem occupandum ad incerta, dubiaque prælij aliquot moschettarij equites Ducis iussu festinant. Quo conspecto Birchenfeldius ad deturbandos inde Lotharingos validum peditum agmen properare iubet; qui hostibus pulsus, loco potiti sunt. Acies verò ferendi certaminis cupida tanto impetu in Suecos incurrit; vt primis ordinibus dissipatis, in medium agmen prouecta ad non dubiam victoriam magnis passibus festinaret: toto Suecorum agmine in summum discrimen adducto. Verum hi, & pudore simul, & decoris metu acti iterum agmine restituto, confertis ordinibus tam diu violentissimis Lotharingorum impressionibus obstât; donec nimio labore corporum fatifcente vigore, reparantium mox pugnam recentium Suecorum impetum sustinere non possent.

Lotharingi Suecos inuadunt.

Ita propè factum est: Lotharingi primo illo acerrimo impetu viribus effusis, vigore corporum hebetato, amissoque robore torpidi: loco hostium furoris impulsibus acti cesserunt. Obstinatius tamen animis diu ne fugerent, dimicauerunt: sed tandem Suecis acriorem iterantibus impetum, tam se præcipiti fugæ dederunt; vt ignari quo dubium verterent gradum; aut quo cursum intenderent; locorum nescij passim ab hostibus cederentur.

Lotharingi à Suecis fuaduntur.

In leuum hostium cornu cohortium fugientium pondus reuolutum est; quod loco pulsus dissectum, dissipatumque est; vt ipsa hostes Lotharingorum fuga turbauerit; facile prorsus auertendos; si fugientibus in pugnam triarij aliqui successissent; qui in laxatos Suecorum ordines incurrissent. Validum tamen Lotharingorum equitum agmen oblatæ fugandi hostis occasione non defuit; nam leuo hostium cornu sociorum præcipiti fuga lacerato in muralia tormenta inuolauit; vt ijs deturbata custodia potirentur; cum satius fuisset exercitus iam confusi respectantisque fugam, vbi Suecorum turbata agmina fluctuabant; partem inuadere; quod procul dubio victoriam Lotharingis militibus peperisset.

Tormenta tamen tanta virtute defensa sunt; vt Lotharingi cum cede reiecti, se comites fugientibus socijs adiecerint. Alius Ducis equitatus, qui in syluam se ex fuga contulerat; cum à nemine se vrgeri vidisset; instructis iterum, densatisque ordinibus se in Frissteimi, Ranzanisque peditatum demisit; qui hastis, gladijs, maiorum scloporum veluti clauarum pulsibus Lotharingos non modo sustinuit, sed etiam fugauit.

Fulum equiratum sequuta est peditum strages, totiusque exercitus adeò miserabilis, scædaque laceratio; vt proiectis armis, quo expeditiores essent ad fugam, Tabernam Alfaticam ocysimo cursu profugerint: pudenda armorum, sarcinarum, tormentorumque præda hosti relicta. Et ne quid ad dedecus, et cladem deesset; Pfaffenhau præsidarij, ciuesque armati in ipso pugnae feruore in quingentos illos moschettarios tormentorum custodes animoso impetu eruperunt; qui nihilo socijs fortiores sibi tormenta turpiter adimi, in urbemque abripi passi sunt.

Lotharingorum fuga & strages.

Ex Suecis plures egregij duces hoc certamine ceciderunt, trecentiq; gre-

garij milites præter plurimos vulneratos. Ex Lotharingis cæſorum numerus ſciri non potuit; ſtrata cadauera eundè prope numerum impleuerunt. Sed Duci hæc clades maximè copias imminuit: plurimis ſuas domos ex fuga dilapſis, qui militarium inſueti laborum ſigna deſeruerunt. Palatinus victor, ac ſpolijs onuſtus ad Hagenoiæ obſidionem iterum rediit exercitum.

*Rex Gal-
lus Lotha-
ringia ſi-
gna inferit*

Hæc tamen clades exiguum Lotharingo duci detrimentum allatura videbatur; niſi Rex Gallus contracto quindecim peditum millium, & mille, & quingentorum equitum exercitu, ipſe Lotharingiæ ſua ſigna intuliſſet.

*Dux Lo-
tharingus
Cardina-
lem fra-
trem mi-
ſit ad Re-
gem.*

Ad hunc triſtiſſimum nuntium Dux in Sequanorum comitatum ſuas copias deduxit; atque ad Regem ſuum fratrem Cardinalem legauit; qui iras Regis agendo molliret; armaque iam Nançæum obſidentia pacaret.

Impauido ſanè, ad bellandum animo regulus erat; ſed vires ad regij, iuſtique exercitus impetum ſuſtinendum non ſuppetebant; nec ipſi amici, qui illum ad arma concitarant; ſatis erant viribus, ac armis ad ſe ipſos ne dum ad eum tuendum inſtructi. Humanum ſe Rex, facilemque interceſſori exhibuit; qui ad auertendam à fratre Regis indignationem aſſerebat; non ducem fratrem, ſed Parentem, cum adhuc viueret, de Aurelianenſis Ducis cum Principe Margarita connubio egiſſe. Rex tamen ſe non quieturum minatus eſt, niſi illa ſibi princeps ſemina ſiſteretur.

*Lotharin-
gi ducis
ſoror vi-
ri milita-
ria fugit.*

Dux, vt ſuam ſororè ab omni iniuria incolumè tueretur; & ne tam facile Regis votis inferuiret; aut illius connubij conceptam animo ſpem præproperis obſequijs abijceret; ſororè aulici pueri veſtibus induit; quo adoleſcentem mentita, tutius vigiles, cuſtodesque falleret.

Luciùburg

Proficiſcenti tres fidus amicos equites addidit; qui ipſam ſaluam in quãdam * Alifontopolis arcem deducerent; vnde mox in Belgium ad ſuum virum Aurelianenſem ducem ſe contulit: ita occulta virilis larua tecta lacerne, Gallorum agmina, ad Nançæum ſedentia peruaſit; vt ne de illa quidem tot militum quiſpiam fuerit ſuſpicatus. Vbi fugiens ſoror euafit in tutum, Cardinalis nihilo ſeciùs Richeleu Cardinale ſequeſtre, inſtitit cum Rege paciſci; cum quo tandem poſt multa inuicem iactata ita conuenit.

*Conuenta
cum Re-
ge Gallo
a Duce
Lotharin-
go condi-
tione.*

Cum Galliarum Rex iure queri de duce Carolo poſſit; quod multa non ſolum contra Vici, ac Linerduni conuenta fecerit, atque cum Galliæ hoſtibus conſenſerit; ſed etiam contra Regis principes ſederatos egerit hoſtem; clauſtiniſque nuptijs ſororem Principè Margaritam cum Aurelianenſi duce coniunxerit, abſque Regis aſſenſu, immo contra ipſius expreſſam vobibus voluntatem; neque vnquam pro Barij ducatu Regi dixerit ſacramētum: nec ſuos ad Gallicam aulam conquiſtores legarit; qui obiectas Duci Carolo criminationes apud ipſius maieltatem diluerent; nihilominus ad Cardinalis Lotharingi preces, qui ſuam fidem obſtringit Ducem fratrem plene ſatis Regi facturum; & quæcunque tantæ maieltatis poſtulat veneratio; obſequia præſtiturum ob ſummum huius rei arbitrium ſibi à fratre conceſſum, ſe in has pactiones cum Lotharingo duce deſcendere.

Dux

Dux Carolus omnia foedera cum hostibus Galliae sancita prorsus abrupit: data fide se in posterum nunquam cum aliquo principe in Regis detrimentum conspiraturum: praecipue cum Austriaca Germania, Hispaniaeque domo Regis iniuriam, sed ad illius arbitrium arma sumpturum, positurumque & contra omnes, nemine excepto, ac pro omnibus pugnaturum. Et ut omnem tolleret infensum, hostilisque animi suspicionem: se exauthoraturum milites pollicetur; nec tam diu conscripturum donec Germanica bella flagrabunt.

Econtra Cardinalis Richeleus dat fidem Regem exercitum subito dimissurum: cum ab Oxensterno, foederatisque principibus postulabitur; ne quid contra ducem Carolum bello tentet: armaque ab Lotharingia deducat.

Intra tres dies Nancem Regis potestati Dux Carolus tradat; ut in ea urbe cum praesidio, quod suam maiestatem decere videbitur, tam diu moretur; donec amica, bonaque ducis gesta, Germaniaeque pax Regem certum faciant, Ducem nihil rerum novarum moliturum: contra etumque ab Aurelianensi duce, cum Principe Margarita matrimonium legitimis rationibus, ac iuribus dirimatur, atque ob id intra quindecim dies spongia Regi se sistat; qui illam Nancem habitare patietur. Tandem donec de ditionibus, quas dux possidet, lites inter Regem, ipsumque componantur. Quae nulla mora agentur; donec illas arbitri secundum alterutrum dabant.

Interim utraque pars suis se finibus continebit: retineatque quae nunc possidet: sic Barij ducatus Parisiensis senatus decreto publicatus in Regis potestate sit tam diu: donec ipsius contentionibus satisfiet. Barf.

A nemine, nec a Rege aut ipsius ministris Lotharingiae ducatus, aut adiacentium ditionum proventus minimum carpantur, exiganturque quibus Dux, aut ipsius curatores pro arbitrio poterunt uti, atque excerpte, sicut etiam urbis * Nancem; quam bona fide Rex illico restituet; cum vicissim a Nanf. Duce fides pacta reddetur.

Interea dum in Regis potestate erit Cardinalis in ea poterit habitare, ac ius dicere: praeterea, quae spectant ad arma: quorum administratio penes Regem, legatosque eius erit: qui Cardinalem omni honore venerabuntur, & alent: sicuti tanti Principis dignitas poscit: a quo etiam duces tesseram militarem accipient.

Et quo maiori splendore Princeps Cardinalis Nancem moretur: cum dum sedes in urbe veteri posita sit: si in ea illi placuerit habitare: praesidium in noua stationem aget; nec in ea vlla ratione curabit: praeter duo propugnacula, & portam, quae alteram ab altera urbe seiungunt, quo casu poterit Cardinalis centum milites sui corporis custodes ad voluntatem eligere, ea tamen laege: ut tormenta omnia, eorumque sarcimenta, armaque in urbem nouam a veteri transferantur.

Milites praesidij nulli omnino molestiae ciuibus fuit: & quotiescunque ciues a praesidio damnum aliquod pateretur. Rex omnia incommoda sarciret, ac detrimenta pecunia pensabit. Et, quia fieri posset: ut non ita cito Germanica bella conficerentur: conuenit utraque pars, si bellum amplius qua-

quatuor annos teneret; perfectis ceteris huius fœderis conditionibus, Rex Nancęum urbem Duci restituet.

Dux Carolus his omnibus conditionibus libenter assensit: quas tamen Lotharingę, Austriacęque domus studiosi prępotentium armorum terrorem Duci expressisse affirmarunt: quod nec Gallicarum partium asseclę non inficiantur: cum regia arma Ducem ad ea compulerint: quę nec ipse, nec quilibet inferioris fortunę princeps nisi ægerrimę pateretur, & pro viribus repudiaret.

Besançon

*Naneum
traditur
Regi.*

His pactis cōditionibus, Ducis vxor, quę Visontium cū Principe Claudia secesserat: Luncuillā in suam ditionem regressa est. Mox à Lotharingo exauthorari milites cępti, Nancęumque vrbs Regi tradita. Post hæc Rex Gallus cum Virtinguorum Principe egit: vt Mariobrigę vrbi, arcique Gallicum præsidium Marchione Borbonio duce, sibi liceret imponere: quo Cęsareos in inferiores Triboces commeantes frænaret.

*Sueci in
Lotharin
giā incur
runt.*

Dum hæc agerentur aliquot Suecorum equitum turmę aut contempto percussio cum Lotharingo duce à Gallo Rege fœdere: aut nimia abreptę insolentia in Lotharingiam populabundę pronectę duos pagos hostiliter direptos incenderunt: iterum igne seuissimō bellorum ministro in Vallem Esenam illato. Quare Princeps Cardinalis cum nequicquam in Galli Regis tutela, fideque latere apud efferos hostes iuaret: ipse adito Rege de Suecorum inmanitate acerbissimę questus est: qui se operam daturum pollicetur; vt Sueci ab huiusmodi incurſibus abstinerent.

*Galli Lo
tharingia
oppida oc
cupant.*

*Theon
nulla.*

Duce Ferię interim ad Lotharingię fines exercitum promouente, Mariscallus à Fortia veritus, ne Sandiei opportuno loco consideret: vt inde difficillimę posset expelli: ad eum occupandum festinauit. Inde de armorum suorum sensu, consilioque Ducē edocuit precatus eadem de causā, vt Scierquegium oppidum inter Metas urbem, & Diuodurum situm Regis fidei, potestatique traderet; omnia Feria præterueto: se ex fide redditurū. Tum enim verò dux Carolus alioquin etiam violentię impotens non tenuit irā, qua maxima si quando alias exarsit: cum tutelę nomine se lædi, & custodię titulo, sua vsurpari, officiosa verba pessima incommoda sequi videret.

*Ducis Ca
rolis volū
tatis de
cretum.*

Subijt ergo animi impetus à Gallorum prorsus societate discedere: fideinque erga Regem omnino abijcere: sibi liberum, nullius obnoxium imperio: vel suis extorrem ditionibus viuere potius: quàm durissimū Gallorū iugum pati: libertatem pluris, geniumq; suum alieni dominatus impatiēs: quam quasilibet opulentissimas ditiones faciens: illum esse verē principem, qui nulli subiectus infra se videt omnia. Satis est virtuti ornato subiaceret fortunę: quam cuiusquam etiam magni Principis imperio submitti.

Sua dignitate, ac generis amplitudine regięque splendore familię prorsus illi videbatur indignum, & animum ita demittere: vt cuiuscunque Galli Regis ministri nutibus obediret: precarioque in suis auitis ditionibus imperaret.

Hęc generoso animo volenti orbitas occurrebat, futuręque prolis spes nulla.

nulla. Quare suo fratri Cardinali suam ditionem remittere statuit. Qui ad Regis explorandam voluntatem profectus quasi eum consulturus: vt quam citissime ab eo extorqueret assensum, suis alloquijs spem aliquam fuit excidere, se aulicam principem foeminam Regis gratioso propinquam vxorem ducturum.

Rex annuit Cardinalis votis; qui vix a praesentia Regis elapsus, deposita Vaticana purpura ducatus possessionem adiit: indulgenteque Pontifice, Claudiam Principem duxit vxorem; tanta Gallorum indignatione, ac fremitu; vt eodem tempore, quo huius rei nuntius Parisios ad regiam aulam allatus est; illi Regis ministri augendas nouis cohortibus custodias, stationesque militum firmandas putarint.

Quare Dux Franciscus veitns, ne si Nancæi inter facile suspicaces Gallorum animos morari perseveraret; praesertim tot militum custodijs septus, stipatusque stationibus aliquod incommodum pateretur: ne maiorem de se Gallis suspicionem iniiceret; hoc consilij iniit: Luneuillam Obrinco amni vicinam quadraginta passuum millibus Nancæo distantem secedere; vbi Lotharingi Principes rusticari, ac venationibus animum relaxare, delicijsque, ac voluptatibus curas remittere solent; vt quidquid accideret se ipsum, sponsamque a Gallorum potestate possit eripere.

Rusticandi igitur specie Luneuillam profectus est: sed ad Gallos duces Parisijs per celeres nuntios mandata perlata; vt Luneuillam firmis militum stationibus custodirent: excubiasque quam diligentissimas agerent; obseruarentque Ducem, ac Mottam, Claudiamque Principem Parisios deducendam ab eo deposcerent.

Marchio a Fortia Mariscalli filius Luneuillam profectus Mottam, Luneuillam, vxoremque a Duce Regis nomine postulauit. Dux rei atrocitate, petitionumque inexpectata acerbitate attonitus, Mottam, vxoremque tradere constantissime recusauit: quod contra conuentorum, pactio- numque datam fidem iniuicissime poscecentur. Marchione subdente, hoc esse Regis iussum, cui omnino parendum erat; & lenibus verbis suadente, vt Regia voluntati obsequeretur.

Dux de illata sibi contra fas omne violentia acerbissime expostulans adiecit; *nullum alium praeter Mottam sibi superesse receptum: vxorem vero ad societatem, solamenque curarum a Deo sibi concessam: nullum alium quam supremum fatum sibi erepturum. Regem Nancæo, & reliqua Lotharingia posse esse contentum: nisi etiam sibi per summam iniuriam sponsam abriperet.* Cui Marchio frustra querenti, obtestantique Superum, hominumque fidem; inquit, *se sui Regis mandata exequi decreuisse, rem non esse sedato animo coqueret: se postera die, ad ipsius voluntatis decretum cognoscendum suorum domesticorum aliquem missurum.* Mox sparsa in circumiecto agro cohortes Luneuillam accedere iussæ.

Matutino sequenti Marchionis corporis custodiam profectus cum valida equitum ala Luneuillam accurrit; Marchioni eadem flagitanti Dux primo

Dux Cas-
rolus suo
Fratri Lo-
tharingi
cedit.

Dux
Francis-
cus Prin-
cipem Lau-
diam duc-
tis vxore

Lotha-
ringi du-
ces Luno-
uillam se-
cedunt.

Galli Re-
gis postu-
latorum
acerbitas.

Lotharin-
gi ducis
de Gallo
Rege que-
rela

mo simile responsum dedit, deinde sua Carolique fratris vxore iussis cur-
 rum ascendere, ipse expeditus in equo ponè currum. Marienuillam iter in-
 tendit. Verum equitum præfectus eius vestigijs insitens Ducem iter Nan-
 caum deflectere coegit: quo vbi suam iniquam fortunam incusans perue-
 nit; ædes militum stationibus vallatæ, obsessæque sunt: vt custodiæ inuidia
 ab eo facta amoueretur. Rursus vxorem, Mottamque flagitantibus Gallis
 neutrum magno, erectoque animo dedere recusauit.

*Vxorem
 & Mottam
 à Lotha-
 ringo du-
 ce Galli
 depocant*

Aestuabāt animis Galli, & varia perplexi consilia voluebant; quid in hæ-
 re sibi potissimum faciendum esset. Cum duci ingentium curarum æstibus
 penè ohruto, & varijs cogitationum tempestatibus fluctuanti nuntiatum
 est, Regem omnino velle eius personam, vxoremque in potestate habere.

Dux veritus ne in acerbiora incommoda, calamitatesque incurreret;
 statuit se, vxoremque suam Regis arbitrio subtrahere, incolumemq; serua-
 re, eaque libertate frui: quæ omnium rerum potissima ab excelsis animis
 æstimatur. Suum arcanum consilium Polioni dynastæ fido in primis, atque
 antiquo suæ familiæ seruo aperuit. Multa peragenda rei consilia, ratio-
 nesque discussæ.

*Ducis Lo-
 tharingi
 consilium
 de fuga*

In hoc ambo consenserunt; vt Pollio venationis specie aliquot equos,
 canes, venatores eam versus agri partem mitteret; à qua breuis & facilis in
 Sequanos est transitus: hique per obliqua viarum, compendiaque per in-
 terualla dispositi Ducis aduentum præstolarentur. Atqui maximi, difficulti-
 mique negotij erat, & summæ plenus difficultatis deceptis vigilium sta-
 tionibus, atque custodijs ab arce, atque vrbe egressus: cum vbique Galli
 ad diligentiore custodiam cohortes militum duplicassent; & quotidie
 Carneti dynasta maior fori stator mane, ac vesperi duces officij gratia, vel
 custodiæ causa solitus esset inuisere.

*Principi
 Fuga dif-
 ficulitates
 suggerata.*

Hanc quoque obiectam difficultatem multa commentatio discussit. In
 quandam arcanam scalam, quæ ducit in planum; alioque per posticum
 ostiolo in vrbe veterem itur, oculis adiectis, per hanc egredi decreue-
 runt; sed noua subinde difficultas occurrebat. Illud ostiolum duodecim
 militum custodia seruabat; valido, ac crasso ferreo vecte clausum, cui quo-
 que difficultati consulendum erat.

Secandi repaguli fabro negotium datum. Hic nobili indutus amictu in
 cubiculum Ducis ingressus, nullo edito strepitu, vectem lima dissecuit: nulli-
 um custodia multo vino, somniferoque etiam aliquo potu sopita.

*Sponsa
 Palatio
 occulta di-
 scedit.*

Vesperi igitur pridie Nonas Aprilis à solito principes salutandi, felicem-
 que noctem eis precandi officio maiori statore digresso, Pollionis dynasta
 de more venit in aulam, aulico puero cereum funale præferente, cuius sta-
 tim vestibus sibi sponsa iniectis, ijs amicta idem funale manu tenens, nullo
 Gallorum aduertente, suspicanteque dolos, ab arce egressa est.

Dux nocte intempesta per scalam se dimisit, custodiaque militum pro-
 fundo somno sepultas suspensio gradu prætergressus in dynastæ Pollionis
 ædes felici successu euasit; & vt impauidus, securusque ex vrbe exitus pa-
 teret, adtegendum personarum nitorem; ne se natua oris venustas, pul-
 chritu-

Chritudoque proderet; duorum olitorum, qui fimum ad stercoreandos hortos vrbe efferre quotidie consueuerant; lacera, obsoleta, ac pinguia induit uelamenta; vultusque ferrugine illinunt; adeoque descendant; ut sibi ipsi quoque carbonarij ex principibus facti subito viderentur.

Postera die mane cum portæ aperirentur, ambo imposita humeris sportula fimo plena, cui plurimas, ingentisque pretij gemmas miscuerant; nullo impediante liberi egrediuntur ex vrbe.

*Principes
olitores
mentium
tur*

Pollionis dynasta, qui venationis titulo cum venatico apparatu, paulo post ducum discessu sexiugo curru conscenso, nulla fraudis penitus facta militibus suspicione, lustrato diligentius à custodibus curru permittentibus Gallis, ex vrbe pariter se tutum proripuit: cum sæpius ad sua rura exire soleret.

Principes interim itineris labore fessi, vix debili, festoque stantes gradu festini longius ab vrbe processerant; sed adeo languidi fatiscentibus in suo labore corporum viribus; ut sponsa nutante vestigio labans pene collapsura duci exprimeret Lachrymas: illius principis foemina casum miserabilem deploranti; que eo calamitatis recidisset; ut pannosa pedibus ingredi cogeretur; cum in superuenientem curru salientes eo ueni ad conditum equorum subsidentium locum celerrime peruolarunt; quibus conscensis in Regis Hispani terras feliciter euaserunt; Visontiumque; prouecti in Morissei dynastæ ædibus lassatas itineris labore vires aliquot dierum quiete receperunt.

*Ducum
Lachrymas
gi euadit
in tutum*

Die sequenti mane maior stator salutandi principes solito functurus obsequio astitit in atrio; sed illi occurrens cubicularius ut aliquanto tardior moraretur; quod Dux minus belle se haberet; orauit. Acque uisitator æquæ cubicularij petitioni: profectus inde duas horas regredi cunctatus est; sed iterum rogatus, ut ad horam quoque secederet; sineretque aliquantum duces quiescere: ille diuturnioris impatiens moræ fores manu pulsat; sed cum alto silentio in cubiculo nihil obstreperet; reserari ostium iussit; animaduersaq; principum fuga, diditque; tota vrbe rumore, plures equitum turmas per varia, diuersaque itinera expediuit: ut fugientes principes interceptos à fuga retraherent. Sed insistentium Gallorum celeritate fidi equitis astus elusit.

*Galli Lu-
thoringos
duces firm-
stra perse-
quuntur*

In hunc cum laxatis habenis, fugientes principes incidissent; ut trepidatio suspicax omnes casus futuros expendit; cum sistunt, ac dum equi parum recipiunt spiritus, colliguntque vires, edocent, quid ipsum dicere velint, si Gallorum equitum sequentium turmas offenderet. Ille data fide ad principum vota omnia facturum, equum cohibuit; captumque iter Nancæum versus Basileam deflexit lento gradu; ac si equus exhausto vigore ægrè progredi videretur: nec semi horula interiecta procurrentem contra se equitum turman intuitus illis obuium se ultrò obtulit.

*Principum
fugientium
sagax cõ-
silium*

Galli equitem circumfusi percunctantur; num huiusmodi currum vidisset? Etiani, ait ille, eumque iam pridem magno intervallo Basileam versus celeri cursu volasse; atque de cæteris rebus interrogatus, vera principum uultibus carbonum nigrore suffusus personatorum insignia prodidit. Huius equitis falsa monentis uasritie Galli decepti Basileam versus concitant equos;

qua

qua fraude in Sequanos elabēdi ducibus spatiū datū, equis alio, atque alio cōtinuato celerrimi nulla intermissione cursus labore disruptis cadētibus, quibus identidē recētes conductos si quibus in locis inuenirēt; sufficiebāt.

Plures dies Visontij ab itinere quieuiissent; nisi ab ijs præfectus vrbis enixè postulasset; vt aliò secederent; quod Galli vrbi excidium minarētur; si non eos actutum dimississet. Quare illi profugi per Sequanorum fines hospite equite comitante, in Allobroges concessere: à quorum duce postularunt Galli vt eos detineret; sed ille alieni mali instrumentum esse generosè recusauit; præcipue eorum principum; qui se illius fidei, tutelæque credidissent; quod execrandæ perfidiæ immanissimum scelus omnis mortalitas detestatura esset. Duæ equitum turmæ illis obuiam ad custodiam corporum missæ; donatique pretiosis vestibus, quæ tantos principes decerent; ac vbiq; summo cum honore, splendoreque excepti quacunq; transirent; xenijs eos certatim prosequētib; oppidani.

Principes
Lotharin-
gi in Al-
lobroges
descendūt

Inde Mediolanum profecti à Regio Infante Ferdinando pecunia, rebusque necessarijs adiuti se Florentiam solitum miserorū asylum, per fugiumque ad Mediceos principes contulerunt.

Nancæi secunda ducum Caroli, ac Francisci soror substiterat. Gesoduni principis vidua; quæ vt esset cuiuscunq; fratrum, sororisque fortunæ comes à Gallorum inuiso imperio se fuga subducere decreuit; in itoque cū Brousi purpurato podagra inualido, debilitatoq; consilio, lanea culcitra inuolutam principem, atque in ima currus parte stratam ille ex vrbe extulit; qui culcitra, ad fulcienda mollius podragosa membra secum ferre simulabat. Ducis vero Caroli vxor, quæ à Marito inuitata fugientem minime sequi sustinuit: Regis Galli iussu Parisios abducta est; atque omnibus humanitatis significationibus excepta. Vbi nunquā diuortio cū duce Carolo voluit assentiri; quāuis hoc illi regiū cōsiliū suadere maxime niteretur: vt pro arbitrio de ipsa, Lotharingæq; ducatu decernere æquo iure possent.

Florentia
cōsēdūt.

Salzbur

Sic memoranda omnibus sæculis aduersæ fortunæ iniquitate, Gallorumque potentia hac, illac tota ea regia excussa familia, summæque pietatis principes Catholicæ Religionis studiosissimi indigna sanè, deplorandaque calamitate patrio solo extorres, auitisque ditionibus euerfi alienis in regijs exules viuunt. Verum à tam funesto, tragicoque spectaculo, ne lachrymas eliciat, oculos auertamus; atque ad Germanica bella proprium nostræ narrationis institutum; prosequenda progrediamur.

Pacis negotia, vt diximus, à Valtaino cum Saxonum ducibus instiruta, non solum euauerant; sed etiam in maiores iras, ac suspiciones eruperāt: sed Valtainus sagax sua consilia tegere ita fallaciæ veritatis speciem prætexuit; vt ipsi Oxensterno, qui se insuperabilis solertiæ esse cēsebat; in animū induxerit, se seriò de pace agere. Quare Francofordiæ conuentu indixit; in quo cum inter cætera negotia etiam de exigendis pecuniarum pēssionibus retulisset; sibi ex arcano insensis suæ carpendæ auaritiæ præbuit occasio-

Fridlan-
di Oxen-
sterno im-
ponit

Suecorū
comentus

nem. Eum non posse suam cupiditatem ita continere; quin Germanici auri

vel

vel inuitus proderet famem; pro quo magis, quam Sueciæ Regni commo-
do bella gerere videretur. Postulabat conueniendæ pacis amplissimam po-
testatem: quia se pudere diceret, quod sibi nõ esset par apud fœderatos prin-
cipes Valtaini potentia authoritas. Vtrumque à conuentu negatum.

Valtainus ne tantam copiarum molem ex hybernis eductam in statiuus
otiarum, ignauiaq; læguere pateretur, clauderetque maledicorum ora suis
consilijs, gestisq; oblatrantia; Holchum in Cheruscos cum decē bellatorum
millibus, decem, & septem muralibus tormentis, atque ingēti comateuū,
reiq; tormentaria apparatus signa inferre, Lipsiamque in Saxonia tentare
iussit. Ille in prouinciam inuectus omnia ferro, igneque prouebat Cygnea
nullo labore potitus; quod urbem crebris funeribus lues exhauserat; aliquā-
tulum negotij habuit in expugnanda Friberga; sed quia moti belli scopus
Lipsia erat; omnia circum loca prædatus, urbi copijs admotis, urbē omnibus
obsidionis malis affligere institit.

*Fridlan-
dus copia
in Chera-
scos im-
mittit.*

Ciues artium belli rudes, mercatureq; tantum additi, cum se aduersus
Imperialiū impetum tueri non possent; manus Holcho dederūt. Qui gnarus
ibi quasi in aperto campo non posse subsistere; quantum pecuniæ, prædeque
potuit, ciuibus expresso, eductoq; ex urbe ingenti vini, ceruise, comateuū,
equorūq; modo, decedens urbe citra militare insolentiā moderate direpta,
Halā cōtendit, à qua quindecim tolern millibus extortis, vix Saxonia egres-
sus peste percussus interiit ab omnibus desertus, nec ab aliquo Augustanæ
confessionis, quā profitebatur, prædicante in eo mortis articulo ultimū vale-
potuit andire; cū nemo ne in se serperet lues, illi morienti assidere voluisset.

*Casareū:
Lipsiam
oppugnā
& capiūt.*

*Casareū:
Halam pe-
tunt.*

*Holcus:
peste per-
cussus ex-
tinguitur.*

Hunc vitæ exitū habuit Holchus vir bello acer, & impiger, vultu, verbisq;
comis, sed re ferus, & immanis, in ducendis ordinibus prudens, exequēdisq;
mandatis alacer, & efficax: in expeditionibus obeūdis audax, & pugnax; cū
amicis suavis, & moderatus, in hostes implacabilis; sed præcipuē suo princi-
pi fidus; qui si non à Catholicæ fidei veritate hereticis imbutus placitis abe-
rasset; plurimi Catholicis æstimandus.

Captæ Lipsiæ, direptæq; furentiū vbiq; Imperialium armorū sparsi nume-
res Arnheimiū profundo pacis speratæ veterno, excitarūt. Qui cognitis ho-
stiū consilijs, decē peditum millibus, Neomarcham contendit: vbi repētino
facto impetu, in oppidum irrumpens mille, & quingentos equites Liburnos
partim occidit; partē cepit. Tubaldus quoq; ne Arnheimio inferior habere-
tur; Lambergā profectus, ne quicquā propugnantibus prædiarij, expugna-
uit; vbi quindecim ingentia muralia tormenta cū Valtaini gētilitijs insigni-
bus cōfiata adeptus est. Hęc hostilia effecerūt: vt ardēriori, efficacioriq; sensu
de pace constituenda ageretur; atq; ideo quatuor hebdomadarū pactæ in-
ducig; ea lege ta. nē, vt neutri suas copias nouis additis cohortibus, augerēt.

*Saxonū:
varia ge-
ra in Ca-
sareos.*

*Strio da-
pace agi-
tur. inter-
Casareos
& Saxo-
nem*

Has inducias quidā insanus miles abruptit; dū Dani Regis filii animosil-
simū principē interemit. Hic castra protectatiū sequutus, cū quadā die Chi-
liarchū Picolomineū, cui cōponendę pacis negotiū à Fridlando datū erat;
adiisset: atq; diu arcanis colloquijs cū eo moratus à cōgressu discedēs mor-
tali

Dani Regis filius occisus.

tali vulnere maioris sclopi glâde ex occulto loco ab eo militecōorta percussus, paulò post summo cum animi Picolominei dolore elatus in tabernaculum, de sibi factis insidijs acerrimè questus extinctus est: fremens quod per fraudem occisus, nec in acie fortiter dimicans interiret.

Brisiaci urbis descriptio. Colmar.

Sueci, fœderatique vterius in prouinciæ viscera prouecti Brisiacum obsidione sepeferunt: rati illud oppidum duntaxat obstare, ne totius prouinciæ dominatum obtinerent. Hæc vrbs inter Basileam à qua octo, & viginti passuum nullibus abest, & Argentoratum, à quo duo, & triginta recedit, Argentuariæ vicina in Rheni extracta litore munitissima, atque inexpugnabilis omnium opinione censetur. Lotharingiæ propugnaculum, sequanorumque munimentum; qua Otho Imperator subacta, facile Lotharingiam Ludouico Galliarum Regi Caroli simplicis filio ademit. Sed Hispanis in Germaniam Duce Fera ingressis, iunctisque cum Aldringheno viribus, Sueci quoque arma coniungunt; formidabilemque exercitum militum numero collectis, quæ varijs in locis bellabant, agminibus, Hispanis, ac Italis ferociter objicere statuunt. Itaque obsidione soluta cum Horno copias sociare maturant.

Sueci Ducis sua arma coniungunt.

Rhemi comites Forestes vrbes iuuadit.

Inter hæc aliud Suecorum agmen: Rhemi comite Duce, nequicquam reclamantibus Heluetijs, in quorum fidem quatuor illæ Forestes vrbes abierant, eas inuaserat; vt Suecici consilij mandatis pareret; cui propositum erat Constantiam, lacunisque subigere; ex eo cum Ducem Feriam cum ingenti exercitu Hispani Regis iussu in Germaniam transmissurum cognouerant; vt illo aditu intercluso; vel Hispanos morarentur: vel à cæteris Cæsareis copijs longè distitos distinerent.

Hoc ab Austriacis à superiori vsque Maio mense explorato Suecorum consilio, per quasdam Horni literas interceptas; Constantiã, quæ Turgauia spectat, nouis additis munimentis, validius firmant; vel acerbissimè Heluetijs querentibus, enixeque flagitantibus, vt ex fœdere illa munimenta diruerentur; sed vbi de Imperio seruando, amouendisq; rerum excidijs agitur: fœdera negliguntur.

Varij Imperialium apparatus.

Perfectis igitur omnibus munimentis, Cæsar Archiducis Claudiæ consensu Comitem Maximilianum ab Vualdembergò Constantiæ præfecit; iussitque in eam urbem cum sua legione migrare. Aldringhenus quadringentorum militum impigram bello-manum auxiliarem Duce Melchiore Bruio insuper misit: quorum tamen ducenti Chemptam traducti, cæteri verò Richenau insulæ Constantiæ propugnaculo præsidio impositi. Volmantinghenum verò moschettariorum equitum ala custodire iussa; quæ assiduo per vias, campolque discursu, ab insidijs Constantiam, improuisoque aliquo impetu tueretur.

Constantiæ descriptio.

Hornus quamuis de suis deiectus consilij Constantiam prædiario-num numero auctam, adiectisq; lorice firmius munitam didicisset; ceptis tamen institit, illam vel obsidione, vel repetitis impressionibus subacturus. Constantia Rheno imminens ad Acronij lacus fauces, in longum toto littore

litore protensa pulcherrimæ vrbis speciem ostentat; ab Antiquis Gaudurum appellata; sed postea de Constantij Imperatoris nomine dicta Constantia; tribus suburbijis ad meridiem, ad Boream, occidentemque sepitur; Primum, alterumque suburbium parum contra vim munitum videbatur; quod exigua fossa, nec altè depressa, & aliquot antiquæ structuræ propugnaculis vallarentur.

Præfectus ad Suecici exercitus nuntium accessus aliquot adiectis loricis, munitioibusq; firmavit. Planicies ad occidentem se se latè inter Rhenum, vinearumque crepidinem explicat: Hic Hornus sua castra locavit: Tertium suburbium ad Septentrionem vergens ab vrbe interfluente Rheno, seiungitur; qui tamen ponte committitur; & quia Sueuiant versus porrigitur, amplioribus firmioribus propugnaculis altiùs eductis, fossaque profundius excavata munitur.

Hæc ciuitas semper libera suis legibus utebatur; sed impietatis apud Quomodo in Austriaca domus constantia possessa est. Carolum Quintum delata ab Austriacis domita est; suisque hæreditarijs conditionibus adiecta. Ciues ingruente Austriaco bello, ad Heluetiorum opem, tutelamque confugerunt; qui suam fidem, operamque polliciti sunt; dummodo decretis Imperialibus de religione acquiescerent: exactosque religiosos viros iterum in urbem acciperent.

Populus, Senatusque, ne libertatem amitterent, cedendum tempori censerunt: Verum Heluetij antequam negotium ulterius promouerent; submissis aulicis sequestribus Cæsaris voluntatem exquirunt; pertentantque sensus; ne se temerè alieni belli periculis aliorum causa inuoluerent. Quibus Cæsaris nomine significatum est; omnes ipsorum preces inanes, ac irritas fore; cum statutum esset, vt Constantia omnino Austriacum iugum acciperet. Quare illi ne contra se fortunati Principis læcesserent arma; desertam Constantiam victoris arbitrio reliquerunt, quam obsessam, expugnatamque his legibus in ditionem accepit.

Vt in posterum Austriacæ domus vctigalis esset; faceretq; imperata; quæ de Religionis rebus à Cæsare sancirentur; & alijs conditionibus, quæ ad firmandum illius vrbis imperium pertinebāt. Plurimi Tiriolensis comitatus incolæ in urbem inducti, admistiq; ciuibus sunt: qui eos in fide continerent; vt huc, illuc dilapsis antiquis indigenis colonia ceteri posset: cū pauci admodum præcorum ciuium superessent; qui auitæ libertatis posteris admonerēt.

Hornus perspectis Imperialium consilijis Constantiam armamentarium, belli que sedem destinantium, ibiq; Ducis Feriæ copias Mediolano per Hornus occupare Constantiam decernit. Tullinam vallem in Germaniam iustis itineribus transeuntes cum Aldringheno iungere decernentium; urbem repentino, improvisoque impetu capere cogitauit. Sed recta per Sueuiam ad illam proficisci vanum, ac periculosum; cum ab ea parte firmissimis propugnaculis munitetur. Hanc expeditionem sollicito animo versantem, subiit Chemptam ad motis scalis inexpectato impetu aggredi; qua occupata se Aldringheno iterum intercisurum sperabat. Sed agrestis quidam illorum Suecos tendere conspiciatus; agmē Hornus Chemptam aggredi iussit.

Li. cele-

celeriori passu anteuertēs Ciues Horni aduentantis admonuit ; quī extemplo raptim se se armant: atque ad mœnia Suecos pulsuri decurrunt ; seque frequentes ad propugnandam urbem expeditos ostentant .

Horni animi sollicitudo.

Hornus quamuis pro murorum lorica stantes defensores videret ; applitis tamen scalis, ab vniuerso exercitu iubet muros inuadi. Sueci impigrè stricis gladijs, clypeis capiti sinistris brachijs obtētis per scalarum gradus ad mœnijum fastigium eniruntur: sed deuolutis, resupinatisque ad ima, à ciuibus contis, & haltis, venabulis, grauiq; casu pluribus diffractis, aut cuspidibus traiectis, Hornus ab expugnatione male tētata discessit: cū per auersam, urbis partem ducentorū militū subsidiū ingressum, esse cognouisset.

Maior Horni cura erat ; ipsiusq; animū maxime omniū sollicitabat difficilis per Heluetiorum regionem transitus: cum aliunde expeditio parum, aut nihil processura esset; & si per illorū fines Heluetijs inconsultis, duceret copias, amicitia, mediæque personæ iētum fœdus abrumpebatur ; si ab ijs transitum postularet: sibi obtinendi optati viam, aditumque præcludebat: qui nisi ab vniuerso Heluetiorum conuentu permitti, concedique poterat : in quo plures semper præsertim ex Catholicis Austriacis partibus studebant: quibus admittentibus, eo transitu poterat summoueri. Tandem multis ancipiti animo agitatis, decreuit improviso agmine transgredi ea mēte: vt postea apud Heluetios facti audaciam purgaret .

Præ omnibus Heluetiorum claustris commodius illud Steini Tigurinæ Reipublicæ visum est: vt Constantiæ vicinius: quod nullis militum stationibus custodiebatur . Ad primos siquidem belli Constantiensis tumultus Tigurini quidem vtrumque pontis caput valido præsidio munierant ; veluti magni momenti claustrum : Verum suecicarum copiarum discessus Tigurinos sopitos securos periculi fecerat: qui vt in alendo præsidio magnæ impensæ parcerent: inde militum stationem abduxerant .

Heluetiorū negligentia.

Steinensibusque mandauerant: vt in vtriusque partis molitiones intenti, si quem ex Cæsareis, aut Suecis ad illas angustias accedere conspicerent : maiores illico admonerent : vt denuo aditum missis iisdem militum stationibus, intercluderent: & eò magis omni soliti cura Tigurini securo animo quiescere videbantur: quo maioribus militum præsidijs Turgauicū incolę suos fines munierant : ducesque cum peditum legionibus ex omnibus pagis electos conduxerant: ne cuiquam parti magis, quàm alteri fuarent .

Hornus Steinum versus copias ducit.

Hornus tamen ita solers nulli suo communicato consilio, clam Heluetijs, incolisque regionis suas copias. Steinum versus promouit: vt ne quis eos sui itineris admoneret : quos enunque obuios per anteuertentem equitū turmam, præcurrentemque inrerceperit : ne asperi, montanentem homines subito ad arma procurfu, angustijs aditus insiderent. Nihilominus quidam agrestes locorum Horno peritiores elusa ipsius diligentia, per viarum cōpendia, ignotoque tramites Steinum præcurrunt, edocent populares aliquot equitum turmas illa via citato agmine festinare : Magistratus illico per celeres nuntios admonent Tigurinos.

Vix

Vix discesserant tabellarij: cum Horni conquisitor ad loci consilium, suburbijq; magistrum literas affert; quibus Hornus significabat: *se certo scire validas Hispanorum copias suscepto in Sueviam itinere, non procul abesse*; *atque ab illis Steino, totique vicinæ, ac socijs plurima posse afferi detrimenta*; Idcirco illum exercitum ad communem salutem tuendam antea *tere decreuisse*; occupataque Constantiæ se opportuno in loco considerare; *ut à circumiecta regione hostes propelleret*; ideo se ab illis impunem, tutumque transitum postulare; obligata totius Sueviæ Regni, suaque honorati equitis fide, nihil omnino se minus sincero animo agitare; quod & privatis ipsorum commodis, & publicis reipublicæ viribus vel minimum posset officere. Iam se severissimis pænis sanxisset: ut omnes milites innoxij transirent; si quis contra faxit; capiti luiturum. Bono igitur animo essent; quod hic Suecorum per eorum fines transitus nemini prorsus noxius futurus esset; quibus omnia fausta, felicitaque precaretur.

Coacto igitur magistratu, lectis literis, cōquisitori Sueco responsum est. *Suum conuentum à Tigurinorum prorsus arbitrio pendere*; nihil ipsis inconsultis posse moveri; proinde se Hornum enixè orare; ut de hac re ad suos maiores scribendi spatium daret; ut eorum decretum accipiant; non diu moraturum.

Subiecit conquisitor; negotium tanti esse momenti: ut qualibet cunctatio maximum, & inevitabile detrimentum esset allatura. Quare abscessere respondendum, aut etiam, aut non.

Pluribus, diuque altercati patres alijs alia sentientibus: prout quisque aut odio, aut benevolentia in Austriacos moueretur; cum nihil certi explicarent: hinc valido exercitu urgente; inde metu obstante, ne suos maiores, vicinos, ac foederatos offenderent. Dum in consilio varijs disputationibus excutitur; vtrum minus damnosum esset.

Suecus Chiliarchus Conquisitoris comes ferociter succlamauit; decernerent extemplo, quidquid ipsis libitum foret: Suecos nullas velle deliberandi moras, nec magni facere an transitum concedant, nec ne: cum ipsius claves secum ipsi ferant. Aduerterent porro qua mala ab eo negato transitu proficisci possent: quorum culpa non Suecis, sed ipsis esset reponenda. Statuerent subito quid Horno respondendum esset.

In tantis igitur & rerum, & temporis angustijs ab vniuersis in hanc sententiam itum est: ut Suecis transitum concederent; donumq; facerent, quod sine manifesto exitio negare non poterant. Assensere pariter Turegi ciues; ne in se præpotentis hostis arma irritarent. Hornus ad Tigurinos, Turegumque eodem tenore literas dedit eos proceres supplex orans, ne illum repentinum transitum in contumeliam acciperent; quod præter confutrum facultatis petendæ morem per eorum terras copias traduceret; rerum periculum ingens moram non pati.

Prætergressus ille est cum toto exercitu ad eò innoxius, tantaque militari continentia; ut nemo de aliquo militum maleficio queri potuerit vbi aliq;

ii a atque

Sueci in
Constantia
conspicuntur
cum ve-
niunt

atque alia Suevicæ turmæ in Constantiæ conspectum apparere ceperunt : admirati, qua ratione nouem militum stationes, quarum maiorem partem Heluetij Catholici agebant, & ipse Turegi Baglius ciuis Lucernensis erat; eas aditus angustias contranitentibus Heluetijs, transire potuissent: dubij amici ne essent, an hostes: vrbis præfectus decharchum cum tympanista, ad eas misit, qui symbolum (quis viueret) sciscitarentur. Sueci decharcho detento, tympanistam argenteo tollero donatum remittunt: cum responso. *Constantiensibus ciuibus non esse mali aliquid suspicandum, aut de quoquam querendum: cum nullum à se incommodum acceperint; Postero matutino cum alia agmina, cohortesque militum accedere; Rhenumque trajicere præcui vidissent: nihil metuerent, se eorum bono adesse.* Ciues non amplius dubij, quin essent hostes; ad arma conclamant.

Hornus
Constantiæ
offensionem
sepat

Hornus vtraque litora à suis obtineri, naualique ponte Rheno amne commisso: vt sibi mutuo subsidio esse possent; copiarum partem contra Sueuiam tendere; ceteras cohortes Turegum versus castra locare iussit. Superarat lacus porta obsidione claudenda, quæ non suppetentibus nauigijs obfideri non poterat.

Ciues de-
fensionem
parant

Ciues omnes alacres sese ad patriam tuendam expediunt. Puberes, im-
puberes quibus per torosam corporum habitudinem, roburque liceret: mil-
litæ adscripti sub signis adesse iubentur. Scholarium quoque multitudo
Palladis studia, Martis negotio mutauit, imbellibus alia munera obeunda
attributa, Omnes portæ aggesta tellure, obiectoque aggere oppilata. Du-
ctæ extra mœnia lorica, valloque firmissimo circumseptæ.

In varias partes tabellarij ad poscenda auxilia dimissi. Fuit peritorum
ducum sententia si Hornus subito mœniibus instructo exercitu, successisset;
nullo temporis spatio ad muniendum ciuibus dato, urbem inuadentibus
Suecis cessuram fuisse. Cum illa hostis mora effecerit: vt propugnaculis
excitatis, repurgataque ruderibus fossa, atque altius depressa, expeditio dif-
ficilior euaserit.

Heluetio-
rum que-
rela de
Horno

Heluetij interim fremebant. *Hornum rupto fœdere, spreta Helueticæ
Reipublicæ maiestate, per suas terras, nulla petita transundi facultate,
suum exercitum traduxisse audacia nullis sæculis audita: non prius admo-
nitis magistratibus arma insolenter suis finibus intulisse. Procurrendum ad
arma abiçisso populi decreto: tantamque contumeliæ labem Heluetico no-
mini aspersam Suecorum sanguine detergendam: non ferendam omnino hu-
iusmodi iniuriam, sed communibus viribus vindicandam, omnes incla-
mant.*

*Quid deinceps contra olim tremendam toti orbi Heluetiorum gentem alij
ausuri essent; si nulla sui decoris, honorisque cura, semile facinus impu-
ue esse paterentur? Nihil amplius futurum: quod magis Heluetiorum vir-
tutis splendorem obscuret: quàm si nunc segnes, vecordes, ignani sine-
rent barbaros ab extremis terrarum oris in Germaniam ad mortalium
perniciem ingressos ludibrio habere pugnacissimam Heluetici populi fero-
ciam.*

*ciam. Quæ unquam vel validissima gens per suarum rupium claustra: per al-
pium angustias se inscijs, aut non aperientibus aditum aut inuitis irrupit?*

*Quis in posterum transeundi facultatem supplex postulaturus: empturusq;
pretio: si nunc Suecorum insolentiam non viciscantur? Quomodo deinceps
claudere, referareque fores Italiae, Germaniaeque; se posse iactabunt? si pro arbi-
trio transire cuique; licebit? si claues secum ferunt arma, si omnibus armatis
claustra patebunt? Exigendæ igitur à Suecis ipsorum temeritatis pœnæ ad
retinendam Heluetici nominis dignitatem: vt in posterum discant omnes ne-
mini impune futuram contra Heluetios audaciam.*

Austriaci quoque suas querelas iratis clamoribus iterabant; hæreditaria Austri-
am que-
rela, fœdera polluta, ruptam promissorum fidem, Ciues Constantienses dece-
ptos: communi ipsorum libertati factum præiudicium. Nulla alia ratione
tantis posse malis occurrere: vt Austriacæ domus offensas lenianti, fœdusque
restituatur; quàm hostes strictis armis, implacabili persequi bello, donec de
illis finibus deturbentur.

Tantis difficultatibus consiliati Heluetij hoc consilium inueniunt; ita Heluetio-
rum consi-
liū de Cō-
stantia oc-
cupanda. Rothomagensi Duce suggerente, vt Constantiam urbem eius consentien-
te Senatu, in suam fidem accipiant; exactoque extero præsidio, Helueticum
imponant; & tam diu depositi loco retineant; donec tota Germania pace
constituta, ijs dominis restituatur; quibus vniuersalis conuentus sententia
fuerit addicta.

Decernunt itaque; vt cum Horno, Constantiensique; populo ea lege transi-
gatur: vt ingresso in vrbe Heluetico præsidio, Hornus ab ea oppugnatione
discedat. Quod si Horno Heluetiorum decretum probante: illud Constania
damnaret: Heluetica Respublica obstaretur, se omnia boni amici, fœ-
deratique; implere officia; nec maiora facere pro vrbe teneri: quæ suo arbi-
trio per se suis rebus consulere. Quod si ex aduerso Hornus Heluetiorum
decretum repudiaret, Constantia probante; Heluetij armis Suecos ab ijs
regionibus, Constantiæque obsidione depellere tenerentur.

Hornus suadente Rothomagensi Duce Heluetiorum consilio libenter
assenfit, quod diceret sibi eo bello, obsidioneque; nihil aliud proposuisse: quã
prohibere, ne hostes illi occupatæ vrbi insiderent: At vrbis præfectus nec
litteras accipere, nec Heluetiorum conquisitorum propositiones voluit au-
dire: adiecto, Helueticis pagis non esse ægrè ferendum: si suorum mandatis Constan-
tiam
cuius Cō-
stantia. Principum obediret: seruaretque iurata fidem. Eadem Senatus, ac popu-
lus sensit. Flagitandum tamen Rothomagensi Duce internuntio iterum ab
Horno censent; vt suas copias Constantia abducat; se vicissim Hispanum
exercitum in Germaniam properantem à suis finibus summoturos.

Dum hæc agerentur, Ciuitas Vberlinga ducentos milites Constantiam
subsidio misit: Lindauia quoque præfectus sexcentos bellatores partim
Breggenza, partim ex ipsa vrbe Lindauia deducit: per lacum, antequam à
Suecis nauigatio intercluderetur: Constantiam nauigare iussit: seque com- Varia au-
xilia Com-
stantiam
misit.

promisit; dummodo viri fortes essent; hostemque strenuè repellerent.

*Homo
constanti
oppugnare
se aggre-
ditur.*

Actuarias itaque naues, onerariasque bellico more instruxit; quibus auxiliares manus, comineatusque subueheret. Quibus Homo nuntiatis, eum pernituit, quòd in ipso copiarum accessu urbem aggredi distulisset. Quare omni damnata mora, se impigrè ad oppugnationem instruxit. Sed antequam tormentis mœnia pulsaret præfectum, ac ciues ad deditionem faciendam literis inuitandos putauit; sed illis hortamenta reiicientibus; peditum cohortes ad occupanda duo lacui imminencia loca, ex quibus vndique in subiectas aquas, quàm longissimus patet prospectus: emisit. Inde prædari repentino decursu faciliè poterant transeuntes.

*Sueci se-
jam sen-
tiant.*

Horum octoginta Moschettarios ad tentandum fossæ alueum, an vadari possit, accedere iussit; subsequuntur aliquot equitum turmis: qui nullo sibi obstitente profecti, quod agrestium stationes truncem hostium aspectum ferre non solita, cum eos pleno passu, audacibusque animis ad se properantes vidissent; nullo tentato certamine, auferunt; aqua profundiori, quàm vt vado transiri possit, reperta, cum vndique è mœnibus, in quæ frequentes ciues confluxerant, maioribus sclopis peterent; vno duntaxat cæso, quindecim grauius vulneratis in castra redierunt. Pontonem, atque aliquot ligneas crates, fascesque abeuntium festinatio reliquit.

*Sueci de
calumnia
sibi à Co-
stantiensi
bus impo-
sita expo-
sulant.*

Multum Suecos ea sibi à Constantiensibus calumnia illata turbauit; cauillantibus fluena per aquæ ductus à Turego in urbem corruata à Succis virulentis liquoribus medicata. Præfectus tubarum cantibus prædicari, denuntiarique iussit; ne quis aquas à Succicis castris in urbem fluentes hauriret; quod essent venenis infectæ. Idcirco Sueci ne tam iniqui doli labe militaris dignitas scdaretur; ciuibus significari mandarunt; si aquæ aliquod vitium fecissent, non sua opera, aut malignitate, id factum esse: qui virus in ensium mucronibus ferrent; nec se veneficos, sed milites esse profiterentur; vt aquis veneno imbutis hostem, non aperto Marte conficerent.

Obsessi repetitis maiorum tormentorum pulsibus sacram Creutzlingheni turrim diruere conati sunt; vnde Succorum excubiæ quasi ex alta specula, quidquid ciues molirentur in viarum compitis prospectabant. Verum non benè collineata tela demissius incidentia, templum potius cuius diuorum simulacra hostis in tacta reliquerat; atque organum, quàm turrim ictibus diruerunt.

*Præfectus
viam sua-
rum salda-
git.*

Præfectus quoque omnes ædes Gortlichenum versus solo æquari iussit; ne, si hostis propius accederet; ijs ad producendas ad urbem loricas, promouendaque munimenta vti possit. Duos quoque myoparones, seu frzahas cum aliquot armatis nauigijs ad excipiendos comæatus, & rem tormentariam, quæ Lindania submittebantur, in lacu parat; quæ etiam ad eruptiones in hostes faciendas inseruent. Horum ministerio aliquot domicilia lacus litoribus obiacentia ad Turegum flammis incendit; quæ hosti ad urbem tutum, ac commodum præbebant accessum.

Sueci

Sueci decimo octauo Kal. Octobris moenia verberare tormentis, tecta iniectis incendiarijs globis vrere instituunt. Constantia tormētis concu- ritur. Eo die centum viginti sulphureæ bolides, centum quadraginta, quædam etiam centum sexaginta pondo in tecta magno vrbis ædium corruentium fragore, mortaliumq; terrore contortæ. Tres turres earum impulsæ impetu corruerunt. Magna pars mœnium tormentorum quassata pilis ingenti huatu proci derat. Nec minus à ciuibus ab emittend s in hostes tormentis cessatum est. Ad Cemetèrij murum, vbi erant hostilia collineata tormenta; vrbani collimatis pluresque ibi libratores, quasi destinatis ictibus peremerunt.

Infano boatu strepantibus tormentis, Sueci loricas, munimentaque, promouebant; quæ ad radices vrbis parmularum vsque producerant: suffosumque cuniculum tormentario puluere implent; cum res posceret; inflammandum: incendiarias bolides in vrbem sine fine iaculantur; quorum aliquæ cum nullo concepto igne innoxie cecidissent; templorum parietibus votiua munera appensa.

Die sequenti Constantiensibus fausto admodum, ac felice Chiliarchus Mercius nongentos quinquaginta pedites, & ducentos equites moschetarios per lacum subsidio in vrbem adduxit: Kmegus verò ducentos farinae modios, & quinquaginta sulphurei pulueris cados in vrbem conuexit: commodum sane, opportunumque subsidium, cum non minus ciues, quam prædiarij assiduis vigilijs, ac laboribus fessi iam tot obsidionis mala amplius pati non possent: immo ipsi Austriaci nominis studiosi nutarent.

Hoc igitur militum subsidium reddidit pristinam animorum alacritatè; vigoremque corporum iam languescens restituit. Quibus Sueco nuntiat se ipso eo die sequior furere visus est; mœnia assiduis tormentorum iactibus, tecta ignearum bolidum perpetua iaculatione diuerberans; vt nullæ ferè ædes ab ea peste immunes euaserint; totaque ciuitas ruinarum, & fragminum dissiliens puluere repletur.

Sueci ad collapsa mœnia impetum in vrbem facturi videbantur: sed totam noctem tormentis quassare muros, & tecta ignibus incendere instituerunt. Quibus noctis tenebris visum intercipientibus, satis commodè occurrere non poterat. Quamobrem in foro boario horreum tritico, pabuloque plenum flammam arripuit: & quamuis horreo adiacerent veteres domus ob aridam materiam ad concipiendos ignes facillimæ: nihilominus ciniû diligentia, ac sollicitudine factum est; vt ulterius flamma non serperet. Adeo frequentes fuerunt tormentorum, bolidumque iactus; vt peritiores milites veterani affirmarent se nunquam in maioribus vitæ periculis versatos fuisse; neque violentiorè, rabidioremq; obsidionem vidisse. Suburbiorum incolæ in vrbem fugerunt tormentorum, ac bolidum tempestate compulsi.

Decimoquinto Kal. Octobris Greutlinghenû, Paradisumque simul adorti sunt Sueci; vt obsessi duobus in locis tuendis intenti, dispersis viribus, ad sustinendû vtrobiq; impetû fierent debiliores. Sed integris subinde in fessorum succedèribus locû, abîdante propugnantium multitudie, non solû inuaden-

tum ferociæ, violentiæque restiterunt; sed etiã cū strage fortiter repulere.

Ad lacum etiam eadem hora ad bellici cantum cōcursum à ciuibus est; quod Sueci tres onerarias naues, & aliquot Myoparones Lindauïã vela explicantes intercipere conarentur: verum illi leuiores concitato remige in altum fēlici flante vento prouecti grauiora Suecorum nauigia eluserunt: Deinde cum inter Creutzlinghenum, & turrin tormētis quassata mēniunt corona tota fatiscens ruitura proculdubio videretur; ciues ne in vrbe m eo munimento nudatam Suecus irrumperet, in pomerio subitario opere loricã ducunt; duplicique vallo, prominentibus ad latera propugnaculis firmant; quæ in longitudinem porrecta tantum spatij occuparet; quantum ruentium mœnium hiatus aperiret.

*Ciuium
in tuēda
vrbe dili-
gentia*

*Hornus
hortatur
ciues ad
deditiōē*

Hornus antequam copias ad mœnia inuadenda promoueret: per tympanistam ciuibus obnuntiat; *se valde mulierum, innocentiumque puerorum misericordia commotum non sustinere in illius vrbis cladem, excidiumque ruere: priusquam maritos, parentesque roget; vt suarum vxorum, pignorumque miseret; quibus se parcere maxime cuperet; nisi eorum peruicacia, obstinatioque suum lenem, mitemque animum irritaret. Communis patriæ amor eorum diritatem molliret; nec sinerent præsidiariorum insana pertinacia illam excindi; quam aquissimis deditiōis conditionibus seruare possent. Proinde se eos etiam, atque etiam hortari: vt honesta pactione se dedant; imminentique se excidio subtrahant: quod proculdubio passuri erunt: se obstinatius oblatam clementiã repudiaissent se nunquam ab ea obsidione nisi capta vrbe recessurum: quamuis foret sub ipsis mœnibus copijs omnibus pereundum.*

*Ciuium
ad Hornum
refe-
ponsum*

Remissus ad Hornum tympanista argēteo tolero donatus, iussusque propugnantium nomine respondere; *ijs obnuntiationibus fœminas, non fortes viros terreret: qui suæ patriæ saluti sua capita deuouissent: pergeret porrò si quid militaris artis, si quid virium haberet, in ea oppugnatione proferre: illum se dignos Suecica virtute hostes milites inuenturum: qui suæ fidei commissas vrbes seruare suis principibus didicissent.*

Dum hæc inuicem iactarētur; firmum peditum, equitumque subsidium à Virtinguorum, comitique Rheni ditionibus missum in castra peruenit; quod mirum quantum Suecorum copijs vigorem, ac robur addiderit. Itaque vrbi ferocios insultant, minanturque extrema; ni extemplò deditiōē paciscātur. Verum Constantinenses crescentibus hostium viribus, impavidis magis animis roborantur. Eo die tympanista in castra missus ad petendos, redimendosq; captiuos, qui fuerāt in eruptionibus intercepti. Hic regressus præfecto vrbi retulit. Hornum velle postera die in vrbe prandere; sicuti in Capitolio Annibal se cœnaturum iactauit. Nulla tamen tympanistæ dictis habitas fides; quod Hornus esset verborum admodum parcus, minimeque rerum suarum iactator.

Postera die nihilominus mane antequam dilucesceret; Sueci pluribus in locis mœnibus successerunt; vt propugnaculum vires diuiderent; dubiosq; facerent; quam nam in partem daturi essent impetum, vt mox toto nisu, circum-

cumfusiq; exercitus mole in Petershausen suburbium repete veluti remissis stationibus, custoditum minus inuaderent. Verum hostes ea multum cogitatio fefellit; ibi namque valida hastatorum, sclopettariorumque agmina præpilatis hastilibus tanta virtute enitentes ad mœnium fastigium Suecos exceperunt; vt eos facti inconsulto eius impetus periteret.

*Suecorum
ferocissimus
impetus in
urbem*

Quatuor agmina Paradiso, aliaq; alijs in partibus succedentia vehemētissima impressione ad muri superiora cōniti deiectis propugnatoribus institerunt. Duas horas tenuit Suecorum impetus, tanta obstinatione; vt etiā si plurimi hastis transfixi, resupinatiq; caderent; retroq; præcipites de scalarū gradibus deuoluerentur; integris tamē subinde in morientiam subeuntibus locum, magis, ac magis impetus efferueret.

Sueci fossæ latitudinem nō bene dimensī, minores, breuiotesq; quān potceret spatium, pontes attulerant; qui nec mēnibus applicari poterant; Iterniq; super aquas maxime periculosum. Quare propugnantīū virtute depulsi, densissima nebula tecti à mēnibus instructis ordinibus recesserunt. Plures ex Sūecis, quān ex propugnatoribus periere: vt pote qui & cum validissimo hoste, & cum loci iniquitate pugnauerant Præfectus trecentos equites strenuam manum parauerat, quos Sueco obijceret, si fossa transmissa ulterius pergere ausi fuissent.

Ad Rauueneggum acerrimus à Suecis factus est impetus, quo prima fossa, secūdeq; parte potiti, iam mēniū ruinis scalas admouerant: cum Suecus centurio in superiora enixus animaduertit in interiori pomœrio aliam esse quoque præaltam loricam, fossamq; irrumpētibus superandam. Quare ne à lateribus dispositis tormētis ingressi milites cederentur: eos se recipere iussit. Magnam cladem intulit Suecis muri inter ipsū pugnādi ardorem subitis casus, quo aggredientium plurimi oppressi, protritique sunt.

Ibi magno, foelicique ausu quidam dux Suecus iniecta pectori propugnātis manu, eum inter glandium volitantium sibilos captiuum detraxit in castra. Nec minus in lacu res impigrè gerebatur; quinque hostiles naues cū septem Constantentiū frahatis proris aduersis ingentibus animis concurrunt; quæ ad insidiarum locum, quas in quodam saltu litori vicino Sueci tendebant sensim pugnando, ac recedendo deductæ maiorum scloporum, grandine penè obrutæ ad Constantiæ mœnium tutelam laceræ recurrerūt; sed mox alia pugna nauali fusæ, fugatæque Suecicæ naues lacum liberum Catholicis reliquerunt: qui mox ea peste toto lacu deterfā, valida militum, comæatuumque subsidia in urbem pro arbitrio inferebant.

*Sueci duci
ausus*

*Pugna
naualis
inter Suecos
& Constantienses*

Sūma interim alacritate ciues reficere munimenta, noua moliri, porrigere propugnacula, omnibus locis adesse frequentes, præcipuè in turris cuiusdā demisso fastigio, in fartoq; tellure tormenta librata, vt ea ex æquo in aduersum hostiliū tormentorum apparatus emitterēt. Nec ideo tamē à Suecis ab assidua tormentorum iaculatione cessatum. Sed prorsus concidisse animis videbātur, vt per ruinas urbem inuaderēt: vnde propugnātes

fero-

ferociter succlamabant: se propediem portas vrbs illis patefacturos; sed vt eos etiam intra ipsa munimenta aggredierentur.

Eadem die sub vesperam tympanista in Constantiæ conspectum veniens ciues tympani pulsibus compellauit; qui linteolo velatis oculis in vrbem, atque in forum adductus, vbi consilij primates coierant; literas sibi habendæ fidei publicas exhibuit. Exposuitque Turegi Baghium à magistratu, præfectoque vrbs postulare; vt sibi coram eis dari liceret; æquisque auribus audiretur. Hic de vrbs deposito, de quo supra meminimus, pluribus egit; & quamuis id summopere flagitaret; eadem tamen responsa à ciuib. tulit.

Nihil interea cuniculi, ac tormenta quieuerant; sed inani, vanoque conatu. Nam quanquam plura tecta tormentorum pulsibus strata, perforatæque turres, mœnia patulis hiatibus fatiscencia in vrbem obsessoris aditum dabanc; propugnantes nihilominus nihil tectorum ruinis, labentiumque mœnium aperturis territi introrsum munimenta loricas, vallumque ducebant; qua parte murorum imbecillitas vrbem malè tueretur. Obsessis faciebat animum apertus lacus: per quem Catholicæ naues assiduis cursibus aditum liberum, apertumque seruabant: obuersisque in litora proris, Suecorum statione, tormentorum ictibus infestabant.

Chiliarchus Chinegus Aldringheni, Ossæque iussu à lacu in Cōstantiam ingressus munimentis inuisis, de vrbs rerum statu, ac militum didicit; quibus exploratis, ad Aldringheni, Ossæque copias, quæ Rauenspurgum peruenerant, redijt.

Mox Sueci tanto impetu, ac rabie mœnia, tecta tormentorum verberatione pulsarunt; vt omnia circum loca desidere, hiscereque rerum natura, atque vrbs flammis obrui videretur. Sed ille horribilis tormentorum fragor, deiectæque turres, ac proruta domicilia, magis propugnantium animos efferabant ad pugnam.

Ciues uaria subfida recipiunt.

Sequenti nocte quingentorum moschettariorum equitum purpurati Sciaffembergi Maternichio Chiliarcho Duce subsidium in vrbem intrauit; cum oneraria nauis com meatuum, rerumque ad faciendæ tormenta pertinentium plena. Totum sequentem diem ea tormentorum procella durauit tanta ictuum frequentia; vt mirum fuerit, quod tormenta non disrupta crepuerint. Hoc agebat Dux Suecus, vt quam amplissimum mœnium hiatum suis inuadentibus aperiret: per quem integra, stipataque agmina in vrbem possent irrumpere.

Ea tormentorum tempestas sub vesperam posuit: iam decussis, abrasisque turrium fastigijs, à quibus in subiectos Suecos ciues amplius emittere tormenta non poterunt: & ne diruta reparare ciuib. vacaret; Gettlibeni stationibus equites hostes obequitant; quasi mox in vrbem impetum daturi: vt eo perpetuo timore, propugnatores intentos in impetum distinerent: Dum isti minantur, illi pro mœnibus armati hostem subeuntem expectant.

Sueci excitata ingenti flamma inuadendæ vrbs conditum symbolum præbent. Creutzlinghenumque eodem momento aliquot peditum cohortibus

tibus innadentibus: alia agmina adiuncta se demittunt in fossam: eamque mediam virgultorum, stirpiumque fascibus implent. Equites in pedes descendunt, ne dum pedites strenuè dimicant: ipsi segniter torpeant.

Constantienses equorum ephippia euacuati equitibus conspicati, animaduertunt Suecos supremos omnium virium conatus edituros; vt ea vniuersali impressione in urbem irrumpant; cum & equites inter peditum agmina dimicare, suamque nauare operam cogerentur: atque ea nocte ultimo discrimine de sua salute, excidioque ferro esse decernendum: litemque alterutrus victoria finiendam.

Impigrè itaque alacres ad tuendam urbem cōsurgunt: seque ineundo certamini strenuè parant. Validioribus periculosa loca firmant: robustioresque innadenti Sueco obijciunt. Duces Mercius, & Zellus cum purpurati Mercii legionis cohortibus Creutzlingæ impositi: alij alijs in locis curare iussi.

Sueci circumfusa mœnibus acie, audaci, plenoque gradu subeunt ruinas. Propugnatores confertis ordinibus præentis hastis, alabardisque se se innadentibus obijciunt. Illi aditum in urbem suorum strage moliuntur. Hi promptiores quosque, vt primi promouent gradum; obruncant: alij in cadentium loco hosti se sistunt: vulnerantque repugnantes: verum hi quoque per ruinas aguntur in præceps: tantaque fuit propugnantium alacritas: vt etiamsi perpetuo certaminis labore ægre spiritum traherent: ac proinde alij integris viribus sufficerentur: tamen suo veltigio cedere nisi grauiter vulnerati recusarent.

Sueci maria aggredimur, sed cū cæde summo uentur.

Totam noctem summo vtrinq; conatu, inuictaq; constantia pro Constantia pugnatum est: vt etiam cominus strictis gladijs, collato pede certarint: Verum tanta, actalia fuerunt propugnantium munimenta, lorice, vallum, propugnacula: tantusque numerus defendentium: vt tandem iam orto sole, suos imperus Sueci remiserint: atque à malè cœpta expeditione decesserint: quam is sanè egregia virtute pugnarint. Quatuordecim horas certamen tenuit.

A Ciuibus, præfidiarijsque non solum in arcendo à mœnibus hoste; sed etiam in extinguendis incendijs, quæ contortæ perpetuo in urbem incendiariae bolides excitabant: intentissima cura laboratum est.

Erat sanè validum vrbis præfidium: sed nisi in ipso pugnae seruore opportunum à lacu octingentorū militum recentium subsidium tribunus Commarcus adduxisset: vrbis manifestum pereundi discrimen aditura erat: adeò Sueci acribus iteratis impressionibus dimicarūt. Dum ad mœnia certaretur: ingens periculum Numinum profecto clementia à ciuibus depulsum est: Illud sanè aliquis diuus tutelaris Constantiæ propitius auertit. Dum tormentarius puluis è cadis erueretur propugnantibus perferendus: bolis incendiariae flammæ eiectans inter eos pulueris cados, perforatis ipso pondere tabulatis, è sublimi innocua ruit: quæ nullis in vicinam materiam incendijs effusis, extincta est.

Die

Die sequenti mane præfectus Mercius ex vulneribus expirauit. Zeifellus minoris sclopi glande traiectus, hastæque cuspe ictus extremo vitæ periculo conficiatus est; cuius vicè præfectus Linderus egregiè sustinuit. Octingentos, & eo amplius Suecos ille impetus sustulit. Centum sexaginta è defensoribus perierunt: totidem vulneratis.

*Numerus
in ipso im-
petu mor-
tuum.*

Kalendæ Octobris Saucijs redimendis, sepeliendisque mortuis destinata; quibus densissima offusa diei nebula minutissima pluuia cælo cadente, Sueci caliginis obtentu munimenta vsque ad fossæ marginem produxerunt; nullo propugnantium vetante; aut se se occultè prouehentem hostem adnertente. Cuius accessu, discussa iam nebula, conspecto; præfidiarij duce Turesesso, cum legionis Aldringheni legato ex vrbe erumpentes in Suecos acriter inuehuntur. Arrisit primis ausis pulso hoste, fortuna; sed vndique è castris tubarum classicis ad arma hostium cohortibus excitis, in urbem reiecti, compulsi que sunt.

*Sueci in
fossam vr-
bis pen-
trans.*

Postero die mille quingentos milites Rheinachus Imperialium copiarum maior itator subsidio in urbem adduxit. Mirum sanè videri potuit, quòd tot nouis subinde, & validis auxiliarijs cohortibus in urbem ingressis, quæ obsidentium certè numerum excesserunt; vel procul dubio æquarunt: tam rarò præfectus in hoites eruperit. Sed ipsius prudentiæ fuit, suos mœnibus continere: ne inutilibus, ac vanis ferociæ ostentationibus destinatum tuendæ vrbi subsidium minueret; cum ab huiusmodi eruptionibus, quæ ad ostentandum tantum animum hostibus valent: oppidorum amissio sæpe proficiscatur.

*Eruptio-
nes parè
utiles.*

Dux Rothomagensis interim in Suecica castra peruenerat; atque omni studio, animique ardore, & Heluctiæ Reipublicæ literis, & Regis Christianissimi precibus intercesserat; vt Hornus ab ea obsidione discederet; tantumque institit, suadendo, orando: vt tandem in suam sententiam impulsus ab ea oppugnatione detraxerit. Dux exorata Horni pertinacia suo damnatus voto exultans redijt in Heluetios.

*Hornus à
Cōstantia
obsidione
discedit.*

Hornus receptu copijs indicto, conclamatisque vasis, iussit milites se itineri expedire. Verum antequam castra inde moueret; tormentarij pulueris cados cuniculis inclusos incendit: ne ea materia hostis potiretur. Tormenta, inualidos, faucios cum firma militum custodia præmisit. Et cū vndecimus Kal. Nouembris constitutus esset receptui dies; tubicinem in urbem ad duo cadauera alterum nepotis sui, Gratzensteini comitis alterum impetranda misit; qui eo vltimo ad mœnia certamine fuerant interempti.

*Cōstantia
ciuilibus bel-
li inter
Heluetios
serò causa*

Hic fuit Constantiæ vrbs obsidionis, Hornique peruicaciæ finis; quæ tantum non inter Heluetios belli ciuilibus excitauit incendium: qui etiam si Constantiensi bello nihil se immiscere statuerant; à Catholicis tamen itum est ad bellicos apparatus; nec segnius Protestantes arma expedierant; concurrissentque profecto armatæ aduersis frontibus acies: nisi idem Rothomagensis Dux, ac dynasta Landeus, multa dexteritate, atque patientia; inter-

interiecta Regis Christianissimi autoritate, moras arma molientibus iniecerunt: cum ruentium iam in mutuam perniciem iratos animos leuissset.

Homo urgente Constantiam. Feriæ Dux conscriptas in Insucribus copias nulla aditum angustias claudente militum custodia: in Germaniam traduxerat: primumque militum agmen in Lindauæ agrum in statiuam dimissum: ut vires à difficilium viarum, anfractuumque, ac salebratum laboribus, reciperet: qui ut primò statim aditu animorum ferociam, pugnantique desiderium hostium demonstrarent, quosdam obuios Suecos aggressi obruncarunt: sed duabus integris hostium legionibus superuenientibus, Hispani cesserunt. Vltimæ peditum cohortes, atque equitum turma Solsmi comite ductore in Germaniam ingressæ.

Tria tamen eius exercitus peditum millia per ignotos calles, inuiosque tramites secreta fuga dilapsa in Italiam turpiter redierunt. Cæsar iussit Aldringhenum cum Fera sua arma sociare: non solum ut validum ex utriusque copijs exercitum constitueret: sed etiam ut locorum imperitum, Germanorumque morum ignarum ipsius societas erudiret: atque de regionum ingenijs, Germaniæque rerum statu doceret.

Vallstainus hanc armorum coniunctionem à Cæsare iussum iri præferat, quod nullum Aldringhenum melius Feriam deducturum cognosceret: Quare iteratis tabellarijs Aldringhenum monuerat: ut Hispanos officiosis verbis ludificaret: neque tamen vnquam illis accederet: sed cunctando rem traheret: cum illa suprema Eeriæ in Italicum illum exercitum potestate; nimium de sua summa in Cæsareas copias, totumque Imperium autoritate sibi decessisse videretur: quòd omnium Aultriacæ domus armorum sibi de latum fuisset imperium.

In his rerum difficultatibus anceps hærens Aldringhenus veri sui Principis dicto audiens esse decreuit; tum quia obstrictæ fidei ratio ita poscebat; tum quia ex arcano Vallstaini arrogantiam, superbiamque auersabatur: Suam igitur contumaciam apud Vallstainum ei misso Cæsaris literarum exemplo purgavit supplex orans, ne sibi succenseret; si ei non obsequeretur, quod in supremum suam vitam, honoremque discrimen vocaret; si Imperia Cæsaris detrectasset. Ingenti ita excanduit Vallstainus hac ab Aldringheno lata repulsa; vltionemque fremens tacito animo destinauit.

His sociatis armis ea sola petebantur; ut obsidione Constantia, Brisiacus, Philisburgum soluerentur: deinde Viringuorum prouincia duorum exercituum mole opprimeretur, & quod maximum omnium commodum cupiebatur, ut Aultriacis aranis à Sociorum, vectigaliumque prouincijs in hostiles agros immixtis, propriæ regiones statim militum leuantur: duxque ille suæ malignitatis, perfidique penas daret: qui per occasionem sua odia identidem in Aultriacos fatebatur.

Ut hanc armorum Imperialium coniunctionem Sueci impedirent; duo Duces Bernardus, Gulielmusque Vinnariensis, cum Christiano comite Pala-

erindum
n Germaniam in-
trat.

Cæsar in-
bet Al-
dringhenum
cum Fe-
ria sua
arma so-
ciare.

Fridlan-
dus armo-
rum con-
iunctionem
cum Fe-
ria agrò
ferit.

Aldrin-
ghenus
Vallstaino
obdisse
recusit.

Coniunctio
tionis Im-
perialium
armorum
cum Italo
exercitu
causa.

Palatino in Sueuiam mouerunt; quo suorum exercituum interiectu Hispanos ab Imperialibus separarent. Aldringhenum verò non ita Cæsaris mandata urgebant; quòd Valslainum irritare maximè vereretur, quem ferum, atque implacabilem iniuriarum ultorem sciebat. Quare hoc medium consilium multa meditatione commentus est; quo se & Fridlandi odij, vindictæ periculo subduceret, nec Cæsaris imperia negligere videretur; suæque maximè gloriæ confuleret. Bibacum Sueuiæ liberam urbem obsidione cingere cogitauit: vt dilata armorum cum Fera coniunctione Valslaini votis indulgeret.

*Aldringhenus
Bibacum
inuadit*

Hoc igitur solerti, ac prudenti consilio, octauo Kal. Octobris Bibacum circumpositis castris, obsedit; tanta militaris disciplinæ peritia, clausis undiq; militum stationibus locis; qua aditus esse posset ad urbem: vt faciliè vicinis Hispanis, & Italis quantus esset in bellicis negotijs ea optimè constituta obsidione, monstraret; præcipuus artificiosus ignibus in urbem iaculandis labor illum focijs spectandum, & hostibus terribilem fecit. Quare Sueci cū multis partibus tormetorū ictibus concussa hiscerent menia: & tecta coniectis in urbē flāmis arderent, se Cæsareis æquissimis cōditionibus dederūt.

*Bibacū
deditur
Aldringheno*

Hic fœlix, ac fere subitus Bibachi obsidionis euentus futurarum victoriarum initium, maximam spem, fortunatorumque successuum Cæsareis fecit. Hispanisq; faustum omem visum est: quod ad primum Catholici Regis armorum in Germaniam aduentum, conspectumque copiarum Res Cæsarea fœliciter processisset.

*Vinmariensis
suas con-
grahit co-
tias*

Vbi Vinmariensis de Feriæ ducis in Germaniã aduentu, Aldringhenūq; Lichum amnem ponte cōstrasse didicit, Spereuterum chiliarchum eo cum parte copiarum misit: vt ponte disrupto, Aldringhenum amnis trāsitu summoueret: sparsasque vbique contrahit copias, vt iusti exercitus mole, Hispanis, ac Cæsareis æquali virium robore posset occurrere.

*Alsatiæ
descriptio*

Aldringhenus suas tandem copias in Tribocibus cum Feriæ Duce coniungit. Hęc Tribocum prouincia nūc Alsatia in superiorem, & inferiorem scinditur; ab ortu respicit Heluetios, à quibus Rheno interfluēte diuiditur. Ad occasum ad Lotharingiam pertinet; à qua monte Vogleso seiūgitur: ad Austrum Sequanos, atq; ipsos Heluetios attingit, à Septétrione Virtinguos habet. Qua minimū patet intrer Rhenum, Voglesumq; montem quindecim passuum nullia Italicæ demēsionis suam explicat latitudinem; ad Hagenoiam verò triginta, à Virtinguis Basileam vsque centum quinque passuum millibus; sed ad extrema vsque ad Mariobrigæ cōfinia centum quinquaginta in longitudinem protenditur.

Animaduertendum tamen est à recentioribus Brisigauos, quoq; Tribocum siue Alsatię nomine appellari. Quòdam à Gallię Regno iura petebat; sed ab Hilderico à Galliarum ditone auulsa Eticoni consanguineo suo dono data est. Pluribus nobiles vrbes, vicisq; referta; omniū rerum vbique feracissima, a deò, vt ante præsentia bella commeatus, alimenta que vicinis quoque populis impertiret.

Mon-

Montes castaneis affluunt, latissima pascua armenta oberrant. Metalorum ferax: deniq; totius Germaniæ fertilissima censeripotest. Hinc ex omnium rerum copia conuiujs, crapulis, voluptatibus indigenæ plurimum indulgēt. Nihil in futurum seponunt: nec in promptuarijs recondunt præpinguis soli vbertate freti: & ideo si bellis, si annonæ caritate vrgentur, priuatæ inertiz ex publicis horreis de prompto frumento consulitur.

Agrorum incolæ aduenæ plerunq; sunt; qui omnes ad agrorum culturã ab indigenis admittuntur. Nec vino caret; quod plerisq; Germaniæ prouincijs ob diurnæ hyemis rigorem natura negauit.

Aldringhenus vbi cum Duce Feria. magnam Tribocum, Sueuicq; partem Aldringhenus & Feria varia opprida expugnati nullo hoste obuioprocurrissent; quamuis pugnam fugere viderentur, Reinfeldtrum tamen aggressi iterato impetu, expugnarunt. Inde Rheno transmissio, per illos vicos, & pagos commoda quæsitum errabant.

Hornus, & Birchfeldius Ferie, Aldringheniq; sectari vestigia iussi; copijs ad Argentoratũ traductis, in Triboces ad arma cū alijs Suecis socianda cõtendunt. Trecenti interea Cæsarei equites locorũ ignari à cæteris copijs auulsi, versus Suecos recta pergebãt imprudentes: quibus repente conspectis, conuersis equis citato cursu hostium viciniæ Ferie milites admonent.

Feria raptim cohortibus, & turmis vndiq; accersitis Sultzum exercitũ cogit; ne palatos hostis opprimeret; atq; in altiore locum seducto circumpositis pro vallo impedimentorum plaustis, ne acie conflagere inferior viribus cogeretur, hostem opperitur. Quo demum in conspectum se dante, setumultuarijs illis munimentis continuit; sed eminus tormentis in hostium aciem collineatis Suecos pilarum tempestate quatiebat.

Sueci multum bellici decoris sibi accessisse rati, territatis regijs, atq; intra plaustrorum vallum coercitis; & quod facta potestate pugnãdi illis sui metus confessionem expressissent: totiq; orbi monstraissent, se Hispanica arma adeo non timere, vt etiam illa vtrò ad certamen prouocata intra subitari a munimenta se continere compulerint. Sueci in Regionũ conspectũ veniunt

Hæc Ferie continentia carpẽdi sui occasione Protestantibus præbuit, abloquentibus Hispaniarum Regem malè suam pecuniã in socordi exercitu, ignauoq; imperatore conducendo pendisse: qui se nuper ab Italia in Germaniã ingressum iactabat: vt Suecos in Imperij iam dudum visceribus inharerentes expelleret; ille postea primos hostium congressus horruerit. Carpitur Ferie mentus

Hornus igitur cum ab ijs plaustrorum septis Feriam ad pugnam elicere non posset; inde discessit: nec Feria recedentibus institit infidias timens, ne se è munimentis eo simulato recessu deducerent. Hornum proficiscentem Legatus à Mariscallo à Forzia adiit; nũtians cum Tulli viginti bellatorum millia sub signis habere; paratũ illi adesse, si necessitas postularet, veturũq; ad quẽlibet ipsius vocantis nutum; vt coniuncti validius Ferie resisterent. Galli sunt subsidium. Sueci offensus

Hornus ingentibus actis Mariscallo gratijs, de oblati sibi vtrò auxilijs: respondit, sibi maiori non opus esse subsidio; cum intra famam, Germanorumque opinionem Hispani exercitus ante aduentum formidabilis.

bilis vires, atque animos inuenisset: proinde subsisteret, ne auctis ab re numero copijs, militum multitudinem commeatus, pabulumque deficerent; se tamen, si casus ita ferret; ipsius opem minimè recufaturum.

Adri-
ghenus
Chinzin-
gã subit,
& deso-
nis.

Horni discessus recedendi à Feria parumper Aldringheno occasione fecit: bellica negotia causato, reuera, vt Fridlando ostenderet, se quam minimum posset, cum Duce Feria morari. Ad Bristacum igitur ductis ultra Rhenum copijs, ad Chinzingam obsidendam processit: Non tamen diu in ea stetit obsidione; quod Hornus ad eum inde pellendum cum vniuerso exercitu properarit; nec ita celeriter copias ab vrbe deduxit; quin postremum agmen à Suecis superuenientibus carperetur.

Varia
Fridlandi
artus.

Inter hæc Fridlandus noua subinde consilia ad hostem fallendum tacita mente voluebat: eaque tanta arte tegebat, vanas rerum species ijs inducens; vt rerum agendarum, politicæq; disciplinæ peritiores ipsius arcana petitionesque fallerent; neque eas rimari, vllaque assequi coniectura non possent. Alij mera fraudolentæ mentis inuenta esse aiebant: vt Saxonem, à Sueco seiungeret; alij eum Cæsari infidias ordiri: occultosque dolos esse affirmabant; vt Bohemiæ Regnum fauentibus hostibus, vsurparet; eoque negotium prouectum esse; vt etiam conditionum fœderis capita scriberentur: Nec suorum consiliorum, quibus hoc pacis negotium promouebat; Valstainus admonere Cæsarem ditulit; cuius tanta erat apud eum, aulicosque proceres autoritas; vt ipsius fraudes, & infidias solertiam, vafritiemque putarent; qua Protestantes decipere moliebatur.

Quamuis plurimi eam Regni Bohemiæ conditionem damnarent; quæ tamen sola Protestantes in infidias tractura videbatur, pleriq; tamen callidum Fridlandi ingenium mirabantur; quod eo suæ proditiomis illicio Protestantes fallere conabatur. Illi de dubiæ fidei homine perpexi, atque ambigui in animum inducere nullo modo poterant à Vallstaino spreta sacramenti religione, suum Cæsarem, à quo tot beneficia, opes, dignitatesque amplissimas retulisset; per summam perfidiam, & scelus proditum iri. Idcirco de fœderis conditionibus conuenire non potuit.

Quod maiorem illis suspicionem iniecit; fuere literæ ab Electoralibus interceptæ; quibus dolosa Vallstaini consilia maxima ex parte nudabatur: Quamquam plures eas consultò scriptas assererent: aut vt eas interceptantibus illuderent; aut ancipitem Vallstaini redderent fidem: seu tamen seridò scriptæ, seu, vt authorem mentitus aliquis eas interceptandas, vt fereret suspiciones, commentus esset; maxima cura Electores inuexit; quia satius, prudentiusq; est malum timere, quàm bonum supinè, atque incòsulto sperare.

Idcirco in quodam conuentu Dresdæ habito sensere plerique non esse amplius Vallstaino doloso homini, plenoq; insidiarum fidendum; neq; omnino credendum eum dictatoria potestate in Imperio pro arbitrio dominantem, à cuius nutu fœderati principes, ac Cæsar ipse penderet; mutata repète fide, iniquissimo scelere Cæsarem deserturum; a liquè certè subesse dolum, cui erat celeriter occurrèdum. Excepit dicētis voces alius profundioris cōsilij Senator.

Et si.

Varia pro-
testantiu
de Vallstai
ni fide in-
uicia.

Et si miram, inquit, ac difficile cuiquam videri posset, Valsainum tot opibus à Ferdinando, ac honoribus cumulatum; prouectumque ad eam summa dignitatis amplitudinem; quam nec capere ipsius fortuna, nec maiorem Cæsar poterat enlargiri: hætenus inauditam ut priuati equitis fidei, arma, exercitus, Imperium, se ipsumque tradiderit: illum belli, pacisque arbitrum constituerit: tamen ea est humane mentis cupiditas maiora semper appetentis; ut nunquam sua fortuna contenta partis acquiescat: cui si ambitio comes adharet; non facile dixerim, quam in omnia scelera humana pectora impotenter arietet. Eo potentia, magnitudinis, fateor, Fridlandus excessit: quam quondam nec ipse ausus fuisset optare. Illud tenet honorum, dignitatumque fastigium, ut altiùs tolli à secunda fortuna non possit. Sed credimus non grandiora cupientem in eodem fortuna gradu velle subsistere? Tot stipatus ducum obsequijs, tot bellatorum ad ipsius nutum seruientium agminibus circumseptus, fæderatorum principum supplicibus libellis oratus; prouinciarum, populorumque demissioribus officijs exultus intumuit incapax eius fortuna magnitudinis: quæ ipsius animo superfusa ingerit regia amplitudinis desideria: atque ad Bohemiam imperium aspirare suadet. Tanta opum affluentia potens, tot honorum fulgoribus uniuersa Germania conspicuus nihil tamen sibi habere videtur: nisi etiam Bohemicum diadema suæ fronti circumdet: nisi ad regium fastigium euectus sublimi in solio sceptrâ gerens nullius addictus imperio mortalium vitæ, necisque arbiter sedeat. At enim ipsius orbitas aliud suadet: nullius maris filij nititur posteritate; in quem regnum hereditario iure transmittat: ut scelestissima perfidia labe totius antea vitæ splendorem inficiat. Quæstum ultimo scelere regnum ipso fato cedente, ad pristinos dominos postliminio redibit: non tanti interest: ut paucos annos turpiter regnet: & perditissimi proditoris aternâ infamia laboret. Vera omnia, non inficior, si maturo consilio suis quaque momentis, ac conditionibus mortalium cupiditas metiretur. Ambitio cæca dummodo suis immodicis votis indulgeat: nihil præterea curat. Ambitiosus per calcata diuina, humanaque iura viam sibi ad suspiratam dignitatem molitur. Satis erit Fridlando olim prinato patritio bellica virtute parto sua tempora Bohemico diademate redimisse; à caterorum procerum turba secretum inter coronata capita recenseri. Præter id quod labantem suam fortunam videt; se Hispanis inuisum cognoscit: qui omnia in aula Cæsarea pro arbitrio moderantur; quorum molitionibus tandem se impulsus iri formidat. Queritur amplissimum quondam sibi concessum armorum imperium, Fera pari potestate regijs copijs imperante, sibi imminutum. A Cæsare iam cadente nihil amplius sperare potest. Superest, ut mutantem suam fortunam regia dignitate firmet: quod assequi nulla ratione potest: nisi ad nostra arma confugiat, quorum ope Bohemiam regno potiri facile poterit. Nostris subnixus auxilijs; quod iam diu ambizioso animo coquit; nostro summo commodo, atque utilitate perficiet. Ego omnino istius hominis ambitionem fouendam censerem;

Oratio S
natoris
suadentis
Valsainū
fouendum
esse.

ut unicum ducem Casari ereptum nostris partibus adiciamus; Imperialesque copias, veluti dempto, detruncatoque capite inutile truncum torpidas, exanimisque faciamus. Nam quidquid acciderit, certe hoc duce subducto; quo rei Casaræ nititur moles; facile hostium cætera prolabantur; vel si in ipsius caput regium fastigium ruat; eadem profecto ruina secum partes Casaris trahet. Quia fieri non poterit, quin ex tot ducum, præfectorum, tribunorumque multitudine aliqui cum suis cohortibus, & legionibus ipsius obsequijs deuoti rebellantem sequantur: atque in ea deficientium permanentiumque in Casaris fide copiarum confusione, turbatis rebus opportuna debellandi, conficiendique hostis offeratur occasio.

Valstaino
auendū
fidecerim-
tur.

Huic prudenti, sanoque consilio assensere omnes, nemine discrepante. Præscriptæ fœderis conditiones Arnheimio perferendæ Fridlando traduntur: missus fecialis tubicen in Casaræ castra; qui fidem publicam posceret Arnheimio; qua impetrata, ille adito Fridlando cōditiones tradit; quibus inspectis, nulla expuncta; eas bono animo ait accipere; complexusque arcte Arnheimium inquit.

Tam te in negotijs agendis prudentem, sagacemque puto; quàm in pugnando fortem, ac strenuum censeo. Aequè lingua, enseque vales: Mercurij Martisque pariter donis excellis. Quantum tibi debeo? Quam gratiam tuis meritis referre possum? qui meo commodo, ac bono tantum negotium perficiendum suscepisti? Quidquid tua causa potentia; ac dignitatis acquiram; nunc id totum tuo arbitrio, ac voluntati deuoueo.

Deinde mutuis verborum officijs, ac blandimentis de gentis more se inuicem prosequuti tempus arcanis colloquijs extraxerunt. Mox Arnheimius conditionibus à Fridlādo subscriptione firmatis, discessit; nihil de faciendis armis, nec de exequendis extemplo conuentis effatus, siue consulto, siue oblitus hoc fecerit. Vix castris egressus iterum ad postulandam pro Lauenburgis duce publicam fidem misit. Qua accepta, ille cum splendido equitum comitatu Fridlandum conuenit: & post mutua salutationū officia Lauenburgus de copijs iungendis; quorsum essent arma vertenda, mentionem intulit.

Valstai-
nus (sui pe-
loris ar-
cana pro-
dit.

Valstainus moras rumpere, nec amplius differre sua destinata compulsus pectoris arcana ad illam diem multa arte contestata effudit. Opportet inquit arma sociare; ut communes hostes non procul absentes, Sueci scilicet tota Germania pellantur. Lauenburgus vomitam erupisse videns Valstainum iocari putauit; aut certè responsi dissimulauit acerbiter; illum pacato animo audiit; subrisuque illius voces excepit.

A Frid-
lādo data
fides exi-
gitur.

Mox supplex ab eo petijt: ut sui animi sensa liberè aperiret; consilia que panderet. Subiecit Valstainus omnino oportere Suecos è Germania eijci; utpote, qui essent illius prouinciarum exortes; nec vllam partem sibi iure vindicarent; & si quam bello subegissent, interueniente pace illam amittere: cum secundum vulgatam suscepti belli causam suo munere defunctis

aut

aut spontè Germania cedendum; aut armis eijciendi sint, atque ad uaves ab vitroque exercitu deducendi.

Lauenburgus vocibus precibus admittis adiecit; sed ira identidem eminente celsitudinem suam conuenta subirent; atque conditionum, quas inuicem pacti essent, meminisset; quibus Sueci quoque comprehendebantur: veluti præcipui partium focij, amicique fœderati; nec aliquid contra eam gentem tentandum, quæ huiusmodi contra obstrictam fidem, fasque omne perpetua violati fœderis labe, iniuria irritanda non erat. Et quamuis fufius id acri oratione Fridlando suadere niteretur; ille tamen sui propositi tenax nihil à sua sententia discessit; qua se in eas pactiones descendisse affirmabat. Quo inexpectato Fridlandi responso, ea omnia simulata pacis fœdera conciderunt, concordiaque spes prorsus extincta. Itaque miseri Quadi, qui decus in sua prouincia constitutæ pacis se adepturos sperabant; maioribus quàm antea calamitatibus iactabantur; cum illos duo simul exercitus expiarent; sed sinamus parumper Saxones Fridlandi vafritie deceptos, delusosque suas iras efflare; illumque nouas fraudes, dolosque struere: ad Suecos duces redeamus.

Suecos
i Germani-
a prius
eijciendos
Fridlan-
dus con-
tendit.

Horno à Constantiæ obsidione digressò, cõuenere in consiliũ Sueci præfecti: vt de ratione administrandi contra Feriã, Aldringhenum, Vuertumque belli decernerent. Dux Bernardus Vinmariensis vt erat maxime pugnax, ac ferox inuadendos protinus hostes censebat; cum trahendo moras bellorum violentia languesceret; quæ maxime bella stant, atque arma nituntur: capiendique consilij spatium, augendarumque virium hostibus detur.

Vinma-
riensis Ca-
sares in-
uadendos
censet.

Nos, aiebat, satis validis ad obterendum hostem sumus copijs instructi: omnes veterani milites, ac strenui bellatores. Totis castris fremitus militum auditur pugnam ferociter deposcentium. Animorum seruore utendum est; dum spe victoriæ pectora calent; ne illa cunctando militaris alacritas eadat. Pergamus dispositis impugnam ordinibus ingentibus animis ad hostem: atque laceffamus ad prælium: si pugnam detrectabit, nos fortiter audendo victricium armorum existimationem, & decus, quod tot victorijs sollicitè bellagerendo parauimus; retinebimus. Vastainus aut pacem cum Saxone, aut inducias panget; & nos inertia, desidiaque damnabimur. Nec vos Hispanici, Italicique exercitus terreat fama; tyrone milite constat bellicæ disciplina penitus rudi; cum tyrone Imperatore. Facile illum aut pugnando vincemus: aut fugando ita terrebbimus: vt amplius animum recipere non poterit. Si Hispanos aggredi differemus: sibi plurimum tribuent: efferenturque insolenter inani iactantia, quasi nos eos inuadere timbamus: quibus semel victis dissipatisque, non alia Insubres in Germaniam auxilia Imperatori submittent: qui tot alijs, ex alijs cladibus fractus his ultimis Austriacæ potentiæ deletis reliquijs, nostræ fortunæ obtemperare cogetur.

Dixerat Vinmariensis maximo cum præsentium ducum assensu; cum Hornus veteranus miles, exacte rerum experientia ductor subicit.

Kk 2. Si sol-

Hornus
pugnam
damnat.

Si sollicitudinem, celeritatem, promptitudinem in copiarum Imperatore requiri immo esse præcipuas ducum virtutes negarem: me eius disciplina, quam profiteor, imperitum traducerem. Scio tædia, & moras vires exercitus eneruare, torpescere cunctando militarem vigorem: sed si fas est dicere, quid sentiam: non sunt bella militum strage cruentis prælijs, rerum summam certaminum periculis obiectando, conficienda: si cunctando, si velitationibus identidem carpando hostem, si assiduis incurfionibus fatigando, insistendoque citra cruorem melius possumus debellare. Consilio prudencius, menteque satius, quam viribus, ac stolidi corporum ferocia bella geruntur. Si statim hoste conspecto, in eum inconsulidè esset impetus dandus: nec opportuniore rei bene gerendæ occasiones expectandæ; frustra hæc consilia, conuentumque ducum vocaremus. Vos non latet, milites esse potiore regnorum partem: immo spiritum ipsum, robur, & vires: quas si frequentibus certaminibus deteremus, quibus alijs prouinciæ nitentur? Imperator est militum parens, quos sicuti otio marcescere pati nequaquam debet: ita nec eos vitæ periculis imprudenter obtrudere. In seruandis militibus cautus esse debet, & solers: nisi quatenus abiecti, timidique animi dedecus fugiat. Nobis cum validissimo hoste res est: quondam inuictò amplissimarum ditionum opulentia, sociorum, amicorumque auxilijs diuturnum alere bellum potente: qui ne tot quidem cladibus attritus elatum animum aduersæ fortunæ submittit. Ego sic opinor has copias nec dum bellum expertas, ferocientes leuibus prælijs, sed frequentibus nunc à fronte, nunc à latere, modo à tergo incurfando laceffendas: quibus affectas incommo- dis: cum mundum bellicis laboribus induruerint, aut dilapsuras esse: aut paulatim perituras confido.

His pugnantibus inter se omnino opinionibus plures duces suas addere sententias, prout quisque alterutri adhæreret. Tandem decretum est, vt agmina per exigua interualla distincta procederent: quo, si hostis ingrueret; subito iungi, mutuoque subsidio sibi esse possent. Interim hosti proficiscenti instaretur; ne continuis incurfibus fatigatus, vllam quietem, viresque reciperet.

Vinma-
riensis in
Vindelici-
am in-
uehitur et
eius præ-
fectus.

Æstus.

Homo oppugandi regij exercitus negotium datum. Dux Bernardus verò cui Kaggius maior Vestfalici exercitus stator cum quinque fortium bellatorum millibus subsidio venerat: cum duodeviginti peditum legiones, & centum & quinquaginta equitum turmas in suis copijs recenseret; bene tormentorum apparatu instructus in Vindeliciam ingreditur: vt hostes ad prælium traheret; aut milites directæ prouinciæ præda ditaret: primoque impetu Naiburgum, & * Aureatum expugnat.

Vuertus veritus ne hostis ad obsidendum Ingloistadium moueret: cum debili, exiguoque præsidio teneretur, nec ad summouendum hostem idoneo; protinus, quos inde deduxerat milites, in urbem remisit: ne hostis superueniens propugnatoribus vacuum reperiret. Alteram copiarum partem Ratisponam ingredi iubet. Vinmariensis tra ducta ultra Rhenû copiarum parte, secus vtrunq; litus Ratisponâ instructis ordinibus gradiebat ut.

Ea

Ea vrbs Danubio obiacet Imperialibus, Electoralibusque comitijs, & conuentibus celebris; nullius obnoxia Imperio suis legibus vtebatur: antequam à Maximiliano Vindelicæ duce illius tuendæ prætextu, inducto in urbem Bauarorum præsidio occupata iterum Vindelicæ ditioni annecteretur. Quondam à Tiberio Romanorum duce ipsius conditore Tiberij Augusta appellata est. Pulcherrimo omnium quatuor, & viginti fornicum ponte Rhenum iungit; quo suburbia vrbi committuntur.

Ratispona deservit.

Toto Danubij litore in longum porrigitur. In medio flumine insula vrbe maior emergit. Dextrum suburbij latus Reghenus amnis præterfluit; qui paulo inferius suburbij domicilia in Danubium euoluitur. Rex Suecus ad hanc urbem Duce Bernardo Vinmariensi sollicitante, oculos, atque animû quondam adiecerat; sed Vindelicæ ducis diligentia vsurpata, sua spe depulsus aliò arma conuertit. Hanc Vinmariensis admotis copijs oppugnare constituit; gnarus eam inualido præsidio teneri; qua in potestatem reducta, sibi maximum decus, & commodum accessurum, Cæsareis verò rebus detrimentum allatum iri videbatur.

Ioannes purpuratus è Teude vbi primum sibi Vinmariensis cõsilium innotuit; hostesque ad urbem obsidendam festinare; omnes ædes mœnibus contiguas, omniaque circû tecta, xenodochia, templa, turre, vrbi propinqua dirui iussit; quo longior, apertiorque pateret vigilibus prospectus; cunctaque quaquaversum nihilo visum intercipiente lustrarent; & ne metandis castris vsui hostibus forent.

Teude.

Sueci ab ea parte, qua Vrbs Vindeliciam spectat; sua castra locarunt: quo factû est; vt citius annonæ difficultas ciues affligeret. Præfectus scindi pontis fornicem iussit; accitumque magistratum sacramento adegit, se fidelem, fortemque operam Imperio, Ducique Bauaro nauaturum. Omnia cartarum conficiendarum ædificia, fundendiq; cupri, ac ferris ligna secandi thecas, atque officinas incendit, campanique æris silentia tota vrbe iustitium indixit.

Sueci Responsa agrediantur.

Præfetti Ratispona sollicitudo & cura.

Cum dux Bauarus hanc Suecorum expeditionem animo præsensisset; binas literas ad præfectum Teuden dedit; quæ à Vinmariensi interceptæ illius animum magis in expugnationem vrbs accenderunt. Præfectum monebat. *Non esse multis ciuim, senatorumque fidendum; idcirco manibus excluderet, à quibus insidiæ timeri possent; aut extra urbem ad tuenda propugnacula destinaret. Nobilium, Senatorum, Protestantium, prædicantiumque consilia sollicitus specularetur; atque optimè in aliquo templo, tutoque loco custodiret; cum difficilium sit ab intestinis insidijs, quàm ab aperto, manifestoque hoste cauere. Conspiceret, qua hostis urbem obsideret; eamque partem aduersus hostilia castra tormentis muniret; eodemque tempore intra pomerium ductis loriceis, præfixoque vallo tutos receptus extrueret. Constantiensium exemplo, qui se bis potissimum operibus defenderunt. Nuntiaret subito an Inglostadio legatus Finchus, uti iussus erat, in urbem cum suis cohortibus aduenisset; aduentantem totis viribus excipere conaretur. Denique ad primum*

Bauari duci ad præfektum littera.

boſtium intuitum, Hoſſi, Donaſtauffique incolas in urbem induceret; atque in eorum ades hæreticos migrare iuberet; quos mollius agendo, lenibus verbis delin-
 tos amandaret ex urbe; & ſi id ſponte facere recuſarent, eos armis exigeret; qui-
 bus nulla omnino in re tanti momenti fides erat habenda. Denique admonebat
 quanti Romani Imperij illud oppidum intereſſet; ac proinde illud uſque ad ex-
 tremos conatus, & ſpiritus propugnaret. Præſenti, ac forti animo eſſet; quod et
 ſubſidia, ex ijs cohortibus quæ raptim ſcribentur, certiffimè ſubmittentur.

Sueci ani-
 moſt Ra-
 niſonam
 oppugnant.

Ad hanc ſuſcipiendam expeditionem Vinmarienſi erexerant animum
 Valltæini in ducem Bauarum odia; quibus certo ſciret eum obſeſſæ urbi
 ſubſidio non eſſe venturum; quòd Vinſdeliciam vaſtari, euertique cuperet;
 & Ducem omnibus belli malis affligi. Vinmarienſis itaque Valltæini metu
 liber: tormenta ex militari peritia altiori loco librat; quibus mœnia conti-
 nua verberatione proſcindit: atque ita precibus, ſuaſionibus, promiſſis mi-
 lites animauit; vt contra tormenta in fronte collocata ad propugnaculum
 inuadendum quod extra portam orientalem extructum erat, impauidi,
 promoti gradu depulſis propugnatoribus ceperint; ſed quia ex vicina turri
 lapides grandinabant; ſternebanturque glandium maiorum ſelopori pro-
 cella: ac tormenta continua iaculatione tonabant: in eo perſiſtere, niſi cum
 manifeſta pernicle, non poterant; cum nihil contra ingruentium pilarum
 ictus ſibi poſſent obtendere.

Sueci ſe-
 nuntur.

Inde itaque magna cum cede deiecti in caſtra redierunt: præcipuè cum
 ferream cataractam demiffam eſſe vidiffent. Eodem veperi præfectus cum
 videret lanarum edificiæ multum propugnationem, tormentorumque iacu-
 lationem impedire: ea iniectis facibus comburi iuſſit; ſed ſiãma latius ſer-
 pens præfecti iuſſos limites prætergreſſa partem urbis populabat ur incendio
 quæ tandem affluente ad eam extinguendam populo, compreſſa eſt.

Accepta heſterna die clades Suecos non tenuit; quin potera Preptunū
 propugnaculum agreſſi inuitis, & nequicquam repugnantis præſidiarijs
 occuparent; in ſociorum cedis vltionem, ad vnum omnibus deſenſoribus
 trucidatis. Nocte ſequenti Sueci rati tenebrarum horrorem metum ciuibus
 aucturum; tripartito ad motis ſcalis urbem inuadunt; ſed multa cum ſtra-
 ge à ciuibus deturbati, in caſtra laceris cohortibus redierunt.

Suecorum
 in obſidē
 da urbe
 labor.

Interim propius mœnia munimenta producere, loricas, quaſi actis cu-
 nicularis, ad foſſam vſque prouehere; præſe agere contra tormentorum ver-
 berationem tellurem à Suecis laboratum ciſtantaque ſedulitate, ac cura
 operi inſtiterunt; vt Bauaros omnes exteriores munitiones extra urbem
 extructas deferere, atque ad tuenda mœnia recedere compulerint.

Idibus Nouembris ingenti hiutu murus iteratis tormentorum ictibus
 prorutus deſedit prope Preptuni portam: Vinmarienſem copias ad ruinas
 urbi aggrediendæ expedientem tympanita à præſidiarijs miſſus adiit, in-
 ducias obſeſſorum nomine petens; vt cum eo de deditioe faciendâ tranſi-
 gerent. Conceſſæ perhumaniter à Vaimarenſi induciæ; ſed cum doſoſe ci-
 ues tempus extraherent, ac neſcerent moras; quo expectandi ſubſidi; tem-
 pus

pus haberent Vinmariensis eorum perfidia succensens temporis iacturā frequentiori, horribiliorique tormentorum verberatione pensauit. Quorū adeo violentus impetus fuit: vt magna pars muri conuulsa corruerit. Mox nium ruina territi ciues nō amplius deditionem differendam rati, ne Sueci diuturniori peruicacia irritati vrben diriperent: æquissimis conditionibus, quales se sponte de dentibus præscribi solent: vrben hostibus tradiderunt.

*Ratispona
deditur
Sueciis.*

Mille quingenti pedites sub decem signis, & quingenti equites Bauari excefferunt ex vrbe. Dux Bernardus cum quatuor, & viginti cohortibus in vrben intrauit: statim que pristina officia ciues exercere iussit, fora que frequentari. Postera die in Diuinæ Trinitatis templo, suæ religionis ritu operatus, gratias egit quod tam breui, & facile de tanti momenti vrbe victoriā fauente Cælesti Numine peperisset.

Sueci in vrben ingressi Ecclesiasticis accersitis, ingentem pecuniæ summam imperarunt: qui quamuis se inopes, exhanstosque præterita obsidione, cum duabus peditum cohortibus stipendia de suo soluisent; exclamarent; irritæ tamen preces, miserorumq; voces surdis auribus obstrepebāt; nec minus illis id enixè petentibus abeundi concessa facultas: quāuis suarū rerū supremā difficultatem causati dicerent; se non esse soluendo. Quare illis fuit omnino recētium dominorū acerbitas æquis animis perferenda.

*Suecorum
in Religio
se viros
acerbitas.*

Non plus trecēti Bauari in ea propugnatione perierunt. Mille Suecis sacramentum dixerunt, ne hospitiorū commodis priuarentur. Prælectus paulo post in vincula coniectus est; quod non Bauari ducis iussibus obedisset. Multum Ratisponæ expugnatio res Suecorum in illis partibus iuuit: sicuti Bauarorum animos valde pupugit; ingentiq; indignatione exulcerati eorū animi ob assidua detrimenta; quæ ab hostiū crebris excursibus patiebātur.

Vix Ratisponam ingressi fuerant Sueci: cum Catholicorum consuetudinem auersati; de illorum fide dubij aliquam ciuium contemnationem veriti Catholicorū plurimos, immò fere omnes vrbe exactos Ingolstadtū deduxerunt; quod frumentarias Hoffi extra vrbe molas comburendi agitasse consilia delati fuissent: nec vlla de hac re habita quæstione, quasi criminis comperti omnes eieci. Neque hic mutua Catholicorum, Protestantiumq; ira subsedit. Nam cum Ratisponam nuntiatū esset, sexaginta circiter Protestantes ciues in Vindelicia custodiæ traditos fuisse: Sueci ex varijs cœnobijs religiosorum præcipuos in vincula coniecerunt; ibi eos tandiu detenturi: donec Protestantes liberi à Bauaris dimitterentur.

*Catholici
Ratispona
excedere
iussi.*

Immo Suecorum de Catholicis eo timor excessit: vt cum vererentur ne ij Bauaris clam structis insidijs traderent vrben: eos paucos etiam, quæ hostili conuiuentia, aut indulgentia, in vrbe remanserant, omnes expulerint. Ipse quoque vrbis Antistes ab episcopali palatio in priuatas, humilesq; sedes migrare iussus, quod dicerent in eo clandestinos haberi conuentus; omnia etiam vrbica munia Protestantibus obeunda delata. Cuncta igitur hæreticis occupantibus Ratispona se iternm in Protestantium fecem prolapsam esse ingemuit.

IOSEPHI RICCI BRIXIANI

Clerici Regularis Congregationis Somaschæ
DE BELLIS GERMANICIS

Liber Octauus Epitome.



ERIE Exercitus fame, frigore enectus omnibus confliatus incommodis, illum insuper identidem Horno carpente totus ferè defluxit. Comes Turrianus, & Tubaldus cum suis copijs undique clausi Valstaini se arbitrio permisere, atque Quadorum occupata oppida reddidere. Valstainus Protestantes suis progressibus terret. Vratislavia Imperiale accipit iugum. Valstainus ob Buarum desertum à suis inimicis impellitur, perfidia insimulatur, occiditur: Vinmariensis Vindehiam bello pulsat. Vratislavia à Cæsare rebellat. Philisburgum Sueci expugnant: Multa contra Cæsareos prosperè conantur: plura oppida capiunt. Lotharingos acie fundunt: Galli Mottam obsessam in ditionem accipiunt. Cattorum Landgravius plures vrbes bello subigit: Reinfeltum verò nequicquam oppugnat. Pannoniæ Rex Imperialium copiarum supremus Dux contra Suecos prodit. Ratisponæ expugnatione primum militiæ rudimentum ponit. Ludouicus Rheni Comes bellum prosperè contra Cæsareos gerit. Cæsarei à Saxonibus acie vincuntur, Bannerius Francofordiam capit.

VAL-



VALSTAINVS quadraginta bellatorum millium exercitus mole toti Germaniæ formidandus è statius egressus Suecos primo impetu obruturus ; nactus hostem facta subito potestate pugnandi , ad certamen vel nolentes tracturus videbatur ; vt tandem vtris victoriæ præmio cederet Romanum Imperium ; vna pugna decerneret ; tantisque Germaniæ calamitatibus finem supremum certamen imponeret . In hanc spem erecti Catholici illum

*Valstaino
formidabilescopia*

diem sibi videre videbantur ; quo commissis aciebus, tot bellorum incommoda finirentur : idque à Valstaini virtute summopere Fæderati Principes expectebant . Cum illo vel vana spe pacis oblata hostem se magno ardore expedientem ad pugnam eludente ; vel copias , missis alio agminibus eneruante , vel trahendo inutiles moras non solum tam validi Imperialium armorum turbinis terror euauit : sed etiam Sueci posito tanti hostilis bellici apparatus metu, in ipsius Valstaini oculis vrbes, oppida, prouincias animosiores contemptis Cæsareis occuparunt : & quod illi perfidiæ labem asperfit ; deserto ad Suecorum arbitrium Bauaro Duce, ac Fera in Bohemiam longius ab hoste arma conuertit . Sed antequam illum de supremo honore, dictatoriæq; potestatis culmine deturbatum , proscriptum, cæsum intueamur ; alia, quæ ante ipsius necem acciderunt, prosequamur .

*Valstaini
mora dâ-
nata .*

*Valstai-
nus perfi-
dia infi-
mulatur
deserto
Bauaro
Duce .*

Dum Sueci in Angustano ciues inclementer insaniant ; Aldringhenus, qui Kinzinga Brisiacum copias reduxerat ; ne intra mœnia inter ciuiles delicias , ac voluptates militaris ferocia languesceret ; deductis vrbe copijs , vltra Ellam flumen castra posuerat . Hornus, vt in consilio sancita, ac mandata quæ ipse suggesterat, exequeretur ; silenti agmine improuisus intra ipsa munimenta Aldringhenus inopinantem aggreditur : qui quamuis ob difficilem munimentorum ascensum, virtutemque propugnantium , se in eo repentino impetu strenuè defendentium non eam cladem Suecus intulerit, quam animo proposuerat: trecentis tamen cæsis, & pluribus captis, inde victorem exercitum ad quatuor equitum legiones , qui in circumiecto .
* Aureati agro statiuâ habebant, inuadendas adduxit .

*Hornus
Aldring-
henû ino-
uadit .*

Aicstad

Illi comperto antea hostium aduentu, dispositis in aciem turmis, hostem audacibus animis expectant ; cum quo conferta subito acriter pugna , valentius quam pro numero dimicantes se egregiè tuentur ; sed tandem Suecorum multitudine Imperialium paucitatem opprimente pluribus amissis, ac captis in Aldringheni vicina castra secedere compelluntur ; hoste semper abeuntium tergis instante. Hornus vbi in castrorum conspectum venit ; procurrens agmen subsistere iussit ; instructa que in pugnam acie , multo tympanorum , tubarumque classico vniuersi conferendi prælij hosti obtulit facultatem . Verum comes cum se valde numero copiarum Sueco inferiorem, ac debiliore cognosceret ; spreto eo bellici cantus illicio ; suos intra munimenta cohibuit ; immo Brisiacum trepidum agmen reduxit : cum pa-

*Hornus
Cæsareo-
rum stati-
ua aggre-
ditur .
Imperia-
liû fuga .*

*Aldring-
henû la-
cessit ad
pugna m .*

rum

rum se tutum intra illa tumultuaria castrorum septa conspiceret; vt hesternâ die suo malo expertus fuerat.

Nec receptus sine clade fuit: nam cum turbatis terrore ordinibus irent; *Hornus recedens Imperialium tergis infra.* Hornus recedentium terga premens aliquot peditum cohortes minus celeri gradu sequutas interceptit. Hic Mariscallus quasi perpetui turbinis grando nunc comitem, nunc Feriam à fronte à latere à tergo sæpius incurfando quatiebat: & sicuti hunc debellandi hostis rationem ipse suaserat; ita illam tam strenuè exercebat: vt multum hostiles copias crebra incurfatione detriuerit.

Hornus tamen non ita Cæsareos afflixisset, si comes iunctis cum Feriali copijs vna processissent. Sed Aldringheni timor ne minus gratum faceret Valstaino, si Feriam sociatis armis, deduceret: miserum Ducem in maximas calamitates præcipitem dedit; qui Aldringhenum & socium, & suo dicto audientem sibi ratus futurum; se ab eo deserui in ignota, hostilique terra, omni destitutum auxilio, à comitatibus inopem, omnium indigum rerum frustra querebatur. Verum Aldringhenus comitatuum penuriam causabatur; qui binis copijs appetituri non erant; si iunctis simul agminibus graderentur.

Feria scripserat in Sequanos, vt inde milites suo subiectos imperio accerferet; quibus acceptis, quando Philisburgo subsidium ferre non poterat; in *Hornus in Virtinguos ingreditur.* Virtinguos ad vberiora statiuâ copias induceret. Traiecto igitur ad Brisiacum Danubio, sociatisque iterum cum Aldringheni copijs à Tribocibus egressus est. Hornus, qui intenta cura hostium consilia explorabat. Birchenfeldto Palatino ad se accito, iunctis armis Imperialium destinata præcepit. In Virtinguos primus ingressus omnibus comitatibus, ac pabulis ex villis, agris, & pagis uectis hosti regionem solitudinem, vastitatemque fecit, nudumque solum, ac desertas terras Cæsareis dereliquit.

Feria his nouis calamitatibus, miseris que pressus obiecto horribili famis aspectu, coactus est iterum ad Dutzingam Danubium copias traducere Germanorum perfidiam, malignaque ingenia nequicquam incusans; qui exterarum gentium virtutem, bellicosque progressus indignantur. Verum Feriam alia maior fame clades afflixit; æquissimæ Germaniæ hyemis rigor; intolerandaque frigora Hispanorum, Neopolitanorumque corpora mitiori cælo assueta ita coquebant; vt gelu propè constricta, tremetiaque perirent. Sed præcipue Neopolitanos ea rigidissimæ plagæ diritas, ac niuium pestis absumpsit: qui sub iucundissima temperati cæli clementia nati, vbi perpetuæ vernæ tempestatis suauitas, mollietatesque ridet: nunquã Germanicæ hyemis horrores, æternasque brumas fuerant experti. Generosi quidem illorum animi bellicis laboribus ferendis induruerant: at naturæ imbecillitatem algoris impatientem ad toleranda illa vehementissima frigora roborare non poterant.

Ingrauescabant quoque morbi ex ciborum, potionumque diuersitate, omnino natiuis, solitisque contraria. Quare castra militum funeribus reple-

replebantur. Augebant infelicitum militum calamitatem stipendiorum malignæ pensiones, pecuniarumque penuria; ac supina ministrorum incuria, qui crassiora indumenta frigoribus arcendis idonea, villosaque amacula non parauerant; sed eos siuerant leuioribus tunicis amicitari, quibus regidissima Neapolitani coeli hyeme vestitissimi esse poterant; sed suauiori, calidiorque Germaniæ tempestate leuissima erant.

Ministrorum Imperialium copiarum incuria.

Videbantur tetro sanè spectaculo, hic, illic iacentibus Itatorum cadueribus itinera constrata: qui Hispani Regis obsequijs deuoti in Suecica bella profecti ad interitum Germanico frigore rapiiebantur: qui ne vno tantum malo miseri angerentur; Suecus altissima quoque hyeme, damnatis Hypo caustorum temporibus bella gerebat: & quibus ferrum, frigoraque parcebant; fames acerbior hostis inedia extenuatos, & luridos perimebat. Languebant plurimis stomachi, pro salerno hausta ceruisia. Denique quos fatum tantis malis afflictos non abstulit; ita grauibus, diurnisque morbis impliciti vix debilia, ægraque corpora trahebant, vt omnino essent bellicis laboribus subeundis, armisque tractandis inepti. Quare plures ne tantis incommodis premerentur; ad Suecos salubri transfugio deficiebant.

Feria copiarum miserabilis facies.

Morbis corripuntur Copia.

Feria itaque mortuis, inutilibus, ac transfugis supputatis, breui ab eodie quo ex Tribocibus egressus est; tria militum milia comperit periisse. Ita ille formidandus exercitus ab ipsis Suecis habitus Germaniæ terror, qui solo sui nominis metu Suecos à duarum vrbiū obsidione deprelerat; à nullo nisi suis incommodis oppugnatus vix concisi, dissipatique exercitus infelicitum reliquiarum titulum merebatur; adeoque totus defluerat; vt sub plurium cohortium signis vix triginta milites censerentur; ac multos, qui equo merebant, se rescribi inter gregarios pedites non pudnerit.

Feria copiarum clades.

His rerum angustijs Feriæ deprehensio communicatis cum Aldringheni consilijs, placuit iterum experiri an feliciter procederet in Virtinguos ingressus; vt commodioribus statuis in hostili terra milites vterentur; & ob id quosdam locorum peritos ad explorandos, metiendosque aditus emiserrunt; quorum octo in hostium potestatem collapsi suspensio fracto gutture perierunt. Omnia igitur Sueco latè tenente, obsidenteque aditus in Virtinguos ingrediendi omni spe Feria depulsus, cum nec in Tribocibus commodè quiescere posset, Rheni comite Catholicos perurgente: in Vindeliciam cepias traducere cogitauit; ratus illius Duci suum gratum aduentum futurum, quod Valtzinus illi subsidio ire contempserat.

Caesares Dares de inuendis Virtinguis cogitant.

Feria in Vindeliciam ire decernit.

Sic Feria varijs cogitationum æstibus fluctuans incertus consilij suis malis medicamenta quærebat. Igitur à Rheni litoribus ad Danubij ripas transfessus in Vindeliciam modicis itineribus gradiebatur; Horno semper latera infestante. Tota Regia peditum cohors tardius reliquas subsequuta Suecorum circumfuso agmine circumuenta in hostium concessit arborum. Mox Sueci integrum Liburnorum equitum turmam.

Feria astat animo.

mam crudeliter conciderunt; nemini vita concessa.

*Ca,arei
flumen
transire
timent*

Regij igitur longo Danubij litore procedebant, in aduersa pariter ripa tendentibus Suecis, ne in Virtingu os intrarent; quod maximè verebantur, cum aliquot pontibus amnem constratum vidissent. Catholici igitur pontem spectantibus Suecis transire non ausi, ad Brennoburgum pontem moliantur; verum neque hoc consilium profuit, quòd Hornus Golonsteinum, & Chiliarchum Vuittembergum festino agmine properare iussisset, vt trāfitu Regios arcerent: sed tandem post varia discrimina, & viarum errorem in Vindeliciam Regij ingressi, statiuā circa Essi, Isaræque litora posuere. Hic veluti in tuto fame cōsumpta corpora recreare, ac tot laboribus fracta reficere sperabant, omnium mortalium egentissimi. Vestes idcirco si quas incolæ venales haberent, alimenta mercari cupiebant: & quæ illis vel indigenarum paupertas, vel auaritia negabat; militari licentia vel nolentibus eripiebant.

*Hispani
exercitus,
egestas*

*Bauarorū
auaritia*

Inter omnes Germaniæ populos Bauari rerum suarum tenacissimi esse dicuntur; vt ne pretium quidem soluere paratis res suas diuendant; nec peregrinis, & aduenis quicquid am proflare venale patiuntur. Agrestes igitur consternati amant sese, conglobantque frequentes; ne sua militibus vendere, aut gratis dare cogantur; quibus pro quiete erat sæpe cum seditiono rustico velitandum.

*Hispani
exercitus
calamitas*

Veftigales iuxta, ac focij ad Bauari Ducis auctoritatem confugiunt: qui forsitan nunquam huiusmodi angustijs pressus ingemuit quod hinc veftigales de regijs militibus querebantur: eosque hospitari obstinatissime recusabant; illinc amici, ac fœderati, Vindeliciæque defensores seminudi, rigiduli, fame, frigoreque consumpti prouincia excedere renuebant; antequam receptis viribus validiores possent contra hostem arma tractare.

*Bauari
ducis cle-
mentia*

Dux agrestes efferum hominum genus lenibus verbis mollire studebat, eos sua fide esse iubens, seque prædem constituens, pro rebus venditis pretium conuentum pensum iri. Fœderatos interim orabat, vt eos inopis turbæ frequentibus pecuniarum pensionibus exhaustæ miseresceret; suam obligans fidem se commeatus abundè suffecturum, atque eos in commodiora statiuā, ditioraque deducturum.

Miser eādum sane spectaculum eum exercitum intueri, qui Catholicorū in Germania leuamen, atque vnica spes futura censebatur: propè quem veterana arma tot bellis, & pugnis exercita accedere non ausura, Germanique Protestantes metuere videbantur; cœli intemperie, tempestatisque rigore, ac fame seminæcem, ab Horno identidem pulsatum infortunijs, incommodisque dissectum, & quod omnium miserimum in amicorum domicilij vitæ periculis conflictatum perire.

*Duci
Feria ma-
ror, & do-
lor*

Tantę rerum difficultates Feriæ animum alioquin inuictum fregerunt; cum vbi triumphos sperauerat, se victum prostratumque magno fortunæ suæ gloriæ inuidentis ludibrio vidisset. Ita grauissimis curis oppressus ex-
tabit; quòd eum valde puderet, & Valtaini malignitate, & fœderatorum
auari-

auaritia, iniquitateque fortunæ suo Regi obsequi non potuisse; tantaque spes, quam Constantia, ac Brisiaco obsidione solutis, de ipsius aduentu Germani Catholici conceperant irrita concidisset: quòd lacerus, dissectus, dissipatus exercitus, nullo cum hoste tentato certamine, nulla inita pugna, nullo edito fidei, virtutisque experimèto, fuisset. His itaque anxius curis animus, cum corpus quoque grauius afficeret, ingrauescente magis in dies morbo, se ad extremos vitæ dies peruenisse ratus se totum diuinæ voluntati deuotum, Deique arbitrio permisit; accitosque copiarum præfectos, ac tribunos inter quos, & natalium splendore, & bellicæ virtutis gloria, militarisque experientiæ fama, & constanti erga Hispanum Regem fide Comes Ioannes Serbellonius insignis eminebat, ita debili, intercisivaque voce affatus est.

Spiritus, quo viuimus ut precarium, ac mutuum à Deo accepimus; ita ille à nobis Deo reposcenti reddendus; atque ad ipsius arbitrium mutuum restituendum. Eterno Iudici me sistere debeo; obireque vadimonium diuinis citationibus accersitus: superest ut his tantulis copijs, quas reliquas meo Regi, mihi que fortuna fecit iniquitas parentem, ac ducem quæram; cuius felicioribus auspicijs, fortunatiorique imperio regantur. Te mihi sufficio, Comes Ioannes, armorumque imperum de manu trado. Hoc vltimo meæ erga Regem fidei edito opere, spero me, & Regis gratiam assequuturum, & accepta aliorum malignitate incommoda pensaturum, te copiarum Imperatore renuntiato, quas tuæ prudentiæ, virtuti: fideique committo. Tu modo mactæ animo, virtuteque esto; mearumque damna culparum tua fortitudine sarcias; & quas victorias meis criminibus Diuina bonitas denegauit; tua integritas, ac merita assequantur. Meum satum tuæ gloriæ faueat, tuaque magis virtus me decedente, resurgat. Vos duces Italo Imperatori obsequi ne pudeat; eumque consilijs, manibusque iuuat; quantumque ipsius virtus, ac dignitas poscit; pro vestro debito veneremini. Testor enim Superos si non me vobis Rex Ducem præfecisset, me libentissime pedibus hastatum militem sub Serbellonio Imperatore bellaturum fuisse.

Sic FERIA his vltimis vocibus enuntiatis, obtulit; & ex cœlto ducum silentio, erga se, & Comitum veneratione, inclinationeque ceruicium, atque illorum de sua morte dolorem, & de Comite substituto lætitiâ cognouit. Acceptis à Comite gratiarum actionibus, totius antea vitæ per sacram confessionem noxæ expiatis, Diuino cibo spiritu confirmato decessit, ducibus eius acerbissimo funeri illacrimantibus: quòd indignum ea sorte optimum ducem, parentem potius carissimum amisissent. Inter alia enim eius ingentis animæ pretia hoc effulsit insigne; quòd nulla auri labe cupiditatis obsorduit, & munificus, magnanimusque à sui Regis pecunia manus excussit, nullis militum stipendijs auarè interceptis, non thesauros cõgessit: sed suas quoque opes militibus, & amicis largè, effuseque donabat: quo omnium animos, venerationemque demerebatur: & amplissimus ceulus vix largitari satis erat.

Val-

Multorum
de Val-
staino su-
spicia

Valstaini
astus

Valstaino infensi, quorum plerique insignes viri, potentesque erant; vulgarunt ab eo Feriam veneni violentia sublatum: vt æmulum, ac riualem militibus pari suæ autoritate imperantem exstingeret: sed exenteratum cadauer nullo veneni apparente vestigio, hac calumnia Valstainum absoluit: qui ingeniosi ducis astu hostem fallens, Sciafgotschio cum octo bellatorum millibus in Quadis relicto, ipse lento gradu cum reliquis copijs exierat quasi in Saxoniam flexurus exercitum. Sed quando Arnheimium, qui eodem conuerterat copias eam prouinciam à Cæsareis defensus: ita longè prouectum esse didicit; vnde ad suos iuuandos in tempore redire non posset, conuersa repente exercitus fronte, in Turrianum comitem, & Tubaldum inuehitur.

Illi Sciafgotschij copias solas esse rati expeditis ad pugnam cohortibus, aciem contra Imperiales direxerant: sed vbi Valstainum cum vniuerso exercitu erumpere conspexerunt; in Stennaui arcem regredi festinarunt; ne apertis in campis hostium multitudine circumuenti opprimerentur. Verù neque mœnibus arcis inclusi se satis tutos ab hoste rati; veriti ne cum vniuersa gente perirent de deditioe pacisci decernunt; cum nullum ad salutem pateret effugium; & quocunque oculos circumferrent; omnes aditus à Cæsareis obsessos viderent.

Turri-
anus & Tu-
baldus
Valstaino
se dedunt

Arma tormentaque obtulerunt, si exarmatis, & saluis liceret abire. Cæsarei præterea militaria signa omnia sibi tradi iubebant; vniuersæque copix, vt ad Aufriacos transirent, minaciter imperabant: concessa tantum præfectis, centurionibus, signiferis, cæterisque aliqua militaris dignitatis munera obeuntibus libertate, ijs iniquissimis legibus assensere Tubaldus, & comes; quibus omnium grauissimum addidit Valstainus; vt omnia oppida à Saxonibus, & Suecis in Quadis hæcenus occupata sibi illico redderentur; si secus fecerent, omnes ferro nullo discrimine perituros.

Deditio-
nis condi-
tiones:
Hostibus
Valstaino
prescri-
pta
Tubaldi
constantia

Pugnare erat prorsus insanum, ac inutile; tam iniquis petitionibus assentire, qualibet morte, supplicioque peius, & fœdius. Nihilominus comes animo reputans quàm acerba, ac atrociam passurus esset; si in Imperialium manus incideret, à quibus omnia dira propter innumeras offensas, iniuriasque eis illatas metuenda erant; Valstaini obsequi voluntati decreuit; vt se quacunque ratione Imperialium manibus expediret. Ad hanc Comitatus deliberationem Tubaldus obtestatus est, se mori malle, strictoque ferro pugnantem, vt nobilem equitem deceret; quàm ita fœdis conditionibus summo cum dedecore acquiescere.

Turri-
anus liber
dimitti-
tur

Tri-
lano-
dus carpi-
tur ab in-
dici

Comiti igitur liberum abire permissum, Tubaldo detento; quamquam ille quoque vel coniuente ad eius fugam Fridlando, vel sui vsus iugenij solertia elabens ad suos Bergam se liberum contulit. Hæc Valstaino nullo suorum militum sanguinis impendio parta victoria maximæ laudi, gloriæ fuit; sed nihil est tam grande, & præclarum; quod solito liuore inuidia non mordeat. Aemuli, infensique Eridlando tam illustrem bellicæ decoris fulgorem ei perfidiæ, culpæque verterunt. Latrabant Fridlandum esse

esse Cæsaris proditorem censendum ; quod acerbissimum Imperij hostem rebellemque liberum dimississet : Tubaldumque Suecorum longe fortissimum aut ignaue, aut maligne è custodia suisset effugere : functam illam victoriam fuisse, quæ duarum ingentium prædarum, tantique momenti captiuorum iacturam fecisset. Comes Ognattus rerum Hispaniæ arbiter testius, sed mordacius Valtaini factum carpebat ; fugillabatque consilium ; quod duces liberos passus esset abire, alendosque milites retinisset, qui magis erant suspecti captiui, quam hostes damnosi. Hac ratione non perfidiæ Valtainum, sed imprudentiæ damnabat.

Comes Turrianus magno Cancellario Oxensterno adito acceptæ ignominie labem purgare pluribus nitebatur ; quod in tanto totius agminis discrimine deprehensus aliter militum salutem prospicere nequiuisset ; quos trucidandos, delendosque hostibus obiecisset ; si in aciem longe inferior numero descendisset. Fuit Comes æquis auribus auditus ; nec vlla circumstantium murmura dicentem interpellarunt. At Oxensternus, Comes, inquit, doleo vehementer, tam turpi clade Sueco nomini illata ; sed eo magis angor ; quo imprudentiori consilio te Suecicæ gentis militibus præfecerim. Comes hoc Oxensterni irato responso, non minus, quam quod omnes muscitabant, commotus, punctusque facti narrationem, uti acciderat, typis impressam vulgavit ; qua sibi iniustam ignominie, inertieque notam expungere, decusque suum ab inscijs rerum vulgi laceratione vindicare conabatur.

Cæsarei igitur nullo repugnante Lugidunum, Inlingæque, aliaque oppida receperunt ; Glogerga expugnata, in qua omnes ciues, armatosque milites peremerunt, Valtainus secundo rerum cursu ad maiora audenda prouectus Francofordiam ad Viadrum copias adduxit. Vrbs propugnatoribus vacua ad primum Imperialium aspectum extemplo se dedit ; quod præfectus Electoris iussu deductum inde præsidium Coltrinum recepisset à tergo ponte rescisso, ne se victores Cæsarei sequerentur. Ponte illico restituto Landspergam traduxit exercitum ; & ex itinere Zantcho amne traiecto, arcem eiusdem nominis impetu cepit ; Suecis omnibus obtruncatis ; quod audacius Imperialium viribus obstitissent.

Landsperga ne obsidionis mala perpeti cogeretur ; aut direptionis discrimen subiret ; liberum Suecici præsidij pacta discessum cum omnibus impedimentis, & armis, repente se dedit. His sublatis obicibus, in nouam Marchiam Fridlandus gloriosus intravit : ac per magnam Pomeraniæ partem infesto agmine prædabundus, nullo hoste obuioprocurrit ; ingenti militibus, opulentaque præda ditatis, Berruualdum direptum est ; Ferstenualdumque subditis flammis exustum ; frumentariæ molæ diffracta.

Hi Valtaini felices armorum progressus omnes illos populos terrebant ; sed præcipue Pomeraniæ, Brennburgique dynastam, quod iam penè tot cladibus prostratam rem Austriacam tam feliciter subleuaret. Verum

Pro-

Turrianus purgat cladis labem

Oxensterni mordax di um

Glogerga ligni

Varia Valtaini gesta

Landsperga deditur Valtaino

Protestantes nihil omnino tantis Valfstaini profectibus demissis animis, ac-
 citis undique ex praesidijs cohortibus, & turmis; vt aliquo iusti exercitus ro-
 bore procurrentem feliciter Valfstaini fortunam sistere possint: impigre bel-
 lum instaurant.

*Protestan-
te bellum
instaurat*

Nihil interim à Gulielmo Vinmariensi, Amhaimio, & Bannerio in tanta
 rerum trepidatione cessatum; sed raptim collectis ex omnibus pagis, &
 oppidis peditum manipulis, & equitum alis formidandum exercitum com-
 parauerant. Ad has tumultuarias tyronum Protestantium manus, atque
 inconditos agrestium delectus effusè ridebat Valfstainus; quod agmina præ-
 cipiti festinatione congesta minus bello idonea, vtpotè militaris disciplinæ
 penitus inscia essent; quibus ipse bellicosum exercitum, veteranasq; bel-
 latorum manus tot prælijs exercitas esset obiecturus.

*Valfstaini
de bellis
Protestan-
ti hunc ap-
paratibus,
refus. &*

Iam Pomeraniam bello subactam postliminio recepisse sibi videbatur;
 spemque ingentem suæ quondam Megalopolitanæ ditionis recuperandæ
 vasto conceperat animo; cum magna, atque illustra mente volenti; captæ
 à Duce Bernardo Ratisponæ nuntius allatus spem fregit omnem, & gaudia
 iniecta importunè amaritudine perturbauit: quasi animo diuinaret; hoc
 illatum Bauaro Duci incommodum suarum malorum, ruinarumque ini-
 tium facturum; suamque fortunam rursus egregiè florescentem corruptu-
 rum.

*Valfstaini
de sua rui-
na presa-
gium.*

Substitit itaq; cogitandum multa, ac varia sollicito animo versans. Qua-
 si flexi iugus, currus, qui concitatis ad cursum equis plana via celerrimè vo-
 lat: si quæ ad saxeam obicè rota impetu illato impacta distinguitur; statim
 retro resiliens cursum disiectis axibus silit: ita Valfstaino ad supremum
 gloriæ, decorumque saltigium citato gradu tendenti hic amissæ Ratisponæ
 tristissimus nuntius foelicem victoriarum cursum abruptit; acribus verbis
 in Bauarum Ducem inuectus; auarum suis perditè incubantem thesauris,
 ad custodiendas magis auro plenas arcas, quam ad tuendas vrbes natum
 acerbissimè vellicauit.

*Similitu-
dine bul-
la.*

*Valfstaini
de Duce
Bouaro-
querela.*

Extimuit illud pectus impavidum olim metuere nescium ad illius vrbis
 iacturæ nuntium innumera detrimenta præfagiens; quæ ex illo infellici suc-
 cessu profectura erant. Verebatur ne Vinmariensis Bohæmiæ, atque Au-
 striæ signa inferret; in ipsaque Imperij viscera victricia arma adigeret; fo-
 licem ipsius fortunam expauit: Quare vterius ad Baltici maris litora pro-
 uehi periculosum, noxiumque omnino ratus: quod Cæsaris prouinciæ,
 Imperij, cor præsidij, auxilijsque nudatæ hostis arbitrio diripiendæ obje-
 cerentur: ad illas tuendas flectendum exercitum duxit. Tabellarios vsque-
 quaque dimisit; qui ad palantes militum cohortes mandata perferrent; vt
 in vnas copias coactæ in Cæsarea castra migrarent. Quare Cæsarei om-
 nes ad Fridlandi receptus iussa; desertis omnibus locis, Francofordiam
 ad Viadrum, Landspergamque conuenerunt.

*Valfstaini
consilium,
& man-
data ad
Cæsarem
copias.*

Sciafgotschius interim in Quadis ad Vratislauiam copijs admotis, ho-
 spitia ab illis ciuibus, atque vt intra urbem admitteretur minacibus ver-
 bis

bis obnuntians vltima imperauit . Ciues territi cum missis in castra fecialibus de deditiois conditionibus conuenire non possent ; clausis portis se ad tuendam vrbem instruunt . Sed cum iteratis minis Siafgokschius sollicitaret , vt nulla mora de deditioe decernerent : tandem diu , multumq ; consulto in has leges paciscuntur : se in ditione , potestateque Cæsaris futuros , Protestantiumque partes penitus deserturos : dummodo ne suam religionem eiurare cogerentur : neque vllum vrbi præsidium imponeretur .

Siafgokschius Vratilauiam tentat .

Ciues vt fidem Cæsareis suam probarent : atque aliquo opere mutata ad Catholicos voluntatis ostenderent argumentum ; Frandorffo armorum in insula præfecto suaserunt , vt cum suis præfidiarijs ab ea arce discederet : se illi fidem publicam securi discessus à Cæsareis impetraturos . Verum ille ciuium suasionibus spretis , à sua statione secedere recusauit . Cæsarei idcirco promotis machinis ponti succedunt : quo insula vrbi committitur . Sed quodam matutino erumpente Aurora , trecenti moschettarij cum equitum ala silenti agmine , ex arce egressi Cæsareos nihil minus , quam præsidij impetum metuentes adorti , pluribus occisis , & captis , occæcatisque tormentis , ceteros in frequentiora castra fugere compulerunt .

Vratilauia Cæsareis deditur .

Tunc in vniuersis castris sollicito ad arma tubarum , tympanorumque sonitu militibus concitatis , aduolante ad locum discriminis equitatu : Sueci vix arcem repetendi spatium habuere : ad quam iam prædam , captiuosque præmiserant . Cæsarei coacto ducum consilio , de copiarum discrimine retulerunt , ob nimium sæuientia altissimæ hyemis frigora : quibus pene subditi milites gelu astricti rigeabant . Decretum est igitur omnium sententia , vt ea obsidione soluta , copiarum in commodiora loca reciperentur .

Arcis præfidiarij in Cæsareas erumpunt .

Cæsares ab arcis obsidione discedere statunt . Hamalen .

Per eos dies Catholici milites Schouenburgi comitem * Hamelia ad propria redentem interceptum Mindenum benè custoditum duxerunt . Huius comitis sedes est Bukenburgum arx munitissima desideranda potius : quam speranda . Comes vt Lutherana hæresi imbutus Protestantium partibus studebat . Arx illa multum ad Mindenum ab hoste seruandum profectura videbatur . Comite igitur in vincula ducto , in carcerem quoque cum facta Cæsaris litera vater miles intrauit : qui mestissimo comiti de sua vice acerbè querenti assidens ita , inquit .

Schouenburgi comes in vincula coniectus .

Tristis ego te nuntius , fecialisque adeo , Comes , inuitus sane hoc ferali fungor officio : utpote qui tibi feliciorem fortunam vellem : teque his carceris inclusum angustijs conpicere perborresco . Sed quocunque fata propulerint , vel inuitis eundem . His in manibus vitam tibi , mortemque affero : elige vtram malis : non vereor , quin vitam electurus sis . Lege in his literis quid de te Cæsar fieri iubet : nisi protinus producto arcano symbolo præfecto ferendo arcem Bukenburgum Cæsareis tradi mandaueris : aut tibi caput ictu carnificis , iussu Cæsaris abscindendum : aut arx Catholicis dedenda . Vtraque sane , fateor iniqua conditio , sed illa multo truncandi capitis iniquissima . Nemo est tam sibi hostis insensus , cuique sua vilis ita vita sordescat :

Militis ad comitum alloquium .

ut vniuersum terrarum urbem (citra tamen decoris , 'bonæque fama iacturam) pro vita seruanda non libenter , impenseque donaret ; ne dum exiguam traderet arcem ; quæ nullatenus viro sapienti est vitæ omnium rerum carissima præferenda . Quid enim extincti cineres curant ? aut quid bustis humana imperia prodesse possunt ? Vbi spiritus corporis nexibus absolutus inter infernas umbras , ac manes oberrat ; illum rerum superum cura non tangit ; nullus opum , mortalisque potentia afficit amor . Tacet cadauer examine inter alio tabo fluentia , scatentiaque putredine proijciendum . Melioribus fatis , secundioribus rebus vita seruanda est . Dum viuimus felicitiora aliquando sperare licet ; non enim semper nos iniqua fortuna premit ; quæ instabili rota sedens pro arbitrio versat humana ; sed quasi illam in nos scuisse peniteat ; crudelisque facti pudeat ; retro acta rota vertigine nos rursus erutos malis ad prosperiora clementior atollit . Mortuorum vero an solutis rerum compagibus fractus labatur orbis : an omnia secundissimo cursu ferantur , nihil omnino refert . Tu itaque tradita arce , te viuum , ac sospitem his vinculis solue ; expedi te ex his carceris septis ; foras utcumque liber erumpe . Marte res Germanicas bello miscente : aliquando tuam arcem postliminio recipies : tibi illam socij , amici , principes , aliqua fœderum conditiones , vel pacis conuenta restituent : extinctus illam æternum amittes .

Bukēbny.
gum. arcē
Comes Cæ
saris strae
dit.

His dictis miles proiectus in pluteum fictis Cæsaris literis foras exiit : Nisi horribilis mortis terror oblatus omnium aliarum rerum sensum adimeret ; atque iræ , indignationique ad erupendum aditum omnino præcluderet ; forsitan comes facta tyrannicæ aut mortis , aut arcis traditionis optione indignatus mori potius , quàm iniquissimæ petitioni satisfacere voluisset ; fortis , constansque animus vitam magis , quàm arcem amittere statuisset . Comes verò ad obiectæ mortis horrorem tradita tessera , præfecto scriptis literis imperauit ; ut arcem Cæsareis dederet : ad quam trecentorum moschetrariorum illico præsidium missum ; qui arcem com meatibus , & rei tormentariæ apparatu refertissimam repererunt .

Dux Ba
uarius an
xilia à
Fridlande
petit.

Dux Bauarus , qui Fridlandi auxilia sibi ad futura sperauerat ; quod à Pomerania cum exercitu Cæsareo regressum , Pilsenæ coactis ingentibus copijs , propè Vindeliciam accessisse didicisset , obstupuit quando illum retro in Bohemiam cognouit conuerso agmine proficisci . Quare missis per citatum tabellarium supplicibus literis orauit ; ut ad Vindeliciam à Vinnariensi tuendam , exigendosque à fœderata prouincia Sæcos exercitum duceret : à Fridlando responsum est , se pluribus in locis esse non posse : hereditarias Cæsaris prouincias se magis teneri defendere , quàm Ratispona expugnationem tentare : quæ sola negligentia , ignauique fuisset amissa . Non esse vrbes sine validis præsijs hostibus deferendas ; ut ad eas postmodum recipiendas exercitus à medio rerum gerendarum , victoriarumque cursu euocentur . Quo autem excusationi maiorem veri speciem prætexeret , addidit Sæcos , & Saxones continuatis Imperialium victorijs territos , & quasi animis fractos , coguita eorum receptu , vigorem , audaciamque pariter recepisse : arque

Fridlandi
opem Ba
uaro ferre
reserat.

vna.

una collectis omnibus copijs non exiguis malis Catholicos affecisse; cum antea huc, illucque dispersæ, palantesque vagarentur. Arabaimum duodecim pedium, & quatuordecim equitum millibus, & quingentis Triboces Inferiores emensum magnis itineribus ad Francofordiam obsidendam properasse.

Quod verò magis urgebat: rerumque Imperatoris intererat: Dux Vin-^{Fridlādi} mariensis ad Possam copias produxerat: unde agrestibus Austriacis ad tu-^{excursio-} multus ciendos, rebellandumque assuetis animum addere possit: quos iam ^{nes nego-} cognouerat: se vltro vinmariensi obtulisse: promississeque defecturos: quo-^{ta Bauaro} rumque illis peritos duces ad moderanda arma submitteret. Idcirco tan-^{copiis.} ti momenti rem se citra perfidiæ notam negligere omnino non posse. Hæc in speciem vera causatus Valstainus Bauarum ducem de suorum spe auxiliorum decussit: nec se à Bohemia amoueri vllis precibus passus est. Quod procul dubio contempta ad Suecorum arbitrium Vindelicia, illi maturauit exitium.

Francofordia interim quamuis acerrimè à Saxonibus oppugnata sexdecim muralibus tormentis Cæstrino abductis in castra vehementissimè quateretur; restitit tamen inuicta virtute hostium violentiæ; eosque Berlinum ab ea obsidione abire coegit; etsi absente longius Fridlando, Coppenicho amisso, cæsiisque à Burdorffo omnibus prædiarijs, qui sua signa sequi fortiter recusarunt; non exiguum incommodum Cæsarei tulissent. Hæc Valstaini culpæ aliæ, atque aliæ ad Cæsaream aulam delatæ, auctæque æmulorum querelis illi perniciem attulerunt.

Illum tamen maioris violentia impulit in exitium; quòd à suscepto recuperandæ Ratisponæ itinere, mutato repente consilio, in Bohemiam cum omnibus copijs deflexerit. Inde enim illi infensi vocandæ in dubium eius fidei, rebellionisq; insimulandi occasione cupidè arrepta arcanis petitem insidijs hoc veluti supremo impulsu in exitium præcipitem egerunt. Acerimis eum odijs, sed multa simulatione contactus, prosequerantur in Germania Catholici Regis ministri; inter quos Regens Villanus eum infensissime oderat: qui multo cum dolore saxo decessit; quòd prostratum Fridlandum prius non vidisset; quem omnibus conatibus, totisque vitibus eo amplissimæ dignitatis fastigio euertendum curauit.

Superbo Fridlandi ingenio insitum fuit; nativo, credo, odio Hispanam gentem auersari; nec munera vel ab ipso Rege missa, vel à ministris oblata, aut delatos honores magni facere. Nec mirandum est si magnus ille Monarcha huius hominis voluntatem aurei velleris dono; alijsque pretiosis tanto Rege dignis muneribus demereri studuerit: quo neminè hæctenus maiori animi ardore, constantiorique fide rem Austriacam fulcisse, aut solertius exercitas, peratiusque ductatle; suarumque impendio fortunatum, opumque profusione conscriptis ingentibus copijs, Cæsari succurrisse sciebat. Quidquid tamen largiretur Hispanus fastidiebat; sordebantque illi eius gentis munera ministrorum.

Aurei velleris insigne, aureo funiculo collo pendens gestabat; illudque

*Fridlādi
aurei vel
leris con-
tempus.*

semper mensis subductis, à prandio, & à cœna, aut cum magna negotia animo medicaretur; circumplicare indici, explicareque consueverat; quasi eo circunducendo, deducendoque digito caperet voluptatem: & aliquando ad præsentis conuersus illam auream bullam manu tenens, inquit; quid mihi hoc Phryxæo ariete opus est; qui etiam in gregariorum nobilium virorum pratis oberrat. Iterum cum aliquot generosissimis, pulcherrimisque equis ab eodem Hispano Rege per suos ministros donaretur; ad quendam suum gratiosum conuersus eos protinus coram ipso equorum ductore illi largitus est. Nihil denique illi gratum erat, aut acceptum quod Hispani dono darent: immo nullo consilio (alioquin sagax, & prudens) res Hispanicæ falsè ridebat; & dictis, & iocis cauiliabatur.

*Fridlādi
dicacitas
in Regem
Hispanū.*

*Hispani
res Valsa
ini curio-
sus inquit
sunt.*

Interdum in publica mensa amare subridens sic à suo Chiliarcho paulo ante ab Hispania regresso percunctatus est, bellè ne cum Rege agitur? ut diem cum suis amoribus fallit? dum nos hic testi ferro pro imperio pugnamus? Hæc, & huiusmodi cauilla erant fortasse tot eius in Austriacos meritis condonanda; cum ingentes potestates hominum obreftationibus pateant; nec sanè multum Hispanorum animos ista amara pungebant: sed solum veluti calcar urgebant, ut ipsius gesta curiosius, & fortasse malignius excuterent; & diligentiori examine expensa, ut aperta hostilis eius in Hispanos animi indicia notarent.

*Fridlādi
in Hispani-
not odij
insignia.*

Præceptum illud erat; quod nunquam consilijs, quæ Catholici Regis ministri Cæsari suggessissent; assentiri voluisset; illa domus Austriacæ commodis perniciosissima amarulenta voce sugillans. Alterum odiorum eius in Hispanos argumentum; quòd Aldringhenum suas copias cum Fera coniungere prohibuisset; ut ille exercitus tantis impensis, laboribusque conflatus incommodis, fame, ferroque in aliena terra peregrinus, locorum ignarus omni sociorum ope destitutus periret.

*Fridlādi
Auricorū
contemptus.*

Oderant eum quoque de rebus bellicis consiliarij, cum eorū monita negligeret, consiliaque elato animo repudiaret: addens contemptim, se nihili decreta facere inter auleis vestitos parietes sancta, sed sua exequi consilia inter armatas acies, ensiumque, & hastarum segetes sponte suscepta. Non parum illi pariter obfuit mos hoc ultimo eius armorum imperio retentus, nullius militaris dignitatis, bellicique officij, neque ijs quoque deferendi; quos ipse Cæsar enixè, ne dum consiliarij eius, commendassent.

Dicebat ille quippe fortia gesta, virtutem esse veras literas commendatitias, suffragationesque efficaces; quibus ad honorata militiæ ministeria strenui homines prouehuntur. Atqui ignorabat imprudens hæc esse supremi imperij, dictatoriæque nulli obnoxie potentie voluntatis insignia: Duces cohortibus pro voluntate præficere, equitum alis præfectos, vniuerso equitatu magistris, legionibus tribunos pro arbitrio dare, atque eripere, omnè supremi principis cõuellere potestatem. In exercitu plurimi illi suo-pte ingenio tumidū ad nimiam assentationem eruditi eius gestis, ac virtutibus efferen-

effereâdis adulatoria vanitate inflabant. Idcirco illi à paucioribus amicis ex animo fauebatur; quâquâ impesè ob eius seueritatè ab omnibus coleretur.

*Amicorū
Fridlan-
di sum-
latio*

Illius in ducèdis copijs militaris disciplinæ diritas vniuersorum militum animos asperabat; quamuis illos munificentia leniret. Genus Bohemicū erat inuisum ob seuerum ipsorum supercilium, quo plerumque rigent, & ad fastidium tument. Insuper eum inuisum faciebat primatum, procerumque contemptus; quod tenuiorum, & vltimæ sæpe sortis hominum esset amantior. Denique illa eius supremi armorum Imperij summa potestas illi plurimorum conflauit inuidiam: quod non eo moderate; sed superbe; inclementerque vteretur.

*QuaFrid-
landum
faciebant
inuisum*

Hæc odiosa, inuisaque in vnum ex multis partibus confluentia, atque in aulicorum, omniumque pectoribus ciuium, ac militum cōgesta in suppurationem abierant; vt pauci admodum in Cæsarea aula versarentur; qui nō illi perniciem, ac exitium optarēt; eius amicis apertè patrocinari, ipsiusque causam tueri non audentibus; quod imprudentis fit contra torrentis impetum niti: atque à conuulsi omnium æstimatione, opinioneque dissentire; cui ipsæ leges patēt; cum quidquid in vniuersum vulgus existimat; id Superum monitū, Deique vocem trito iam prouerbio, communis mortaliū sensus esse fateatur. Non igitur mirum si Fridlandus vulgi quoque sententia damnatus reus perduellionis criminis haberetur; quamquam eum ab omni culpa alienum prudentiores, sapientioresque censerent.

*Aulicorū
odia in
Fridlan-
dum*

Aemuli conati sunt Cæsari suadere Valstaini in Bohemiam receptum, fuisse ipsius corruptæ fidei, ac rebellionis insigne; præteritas suspectæ perfidiæ notas in memoriam reuocarunt; eum pro inuenda cum hostibus pugna longè, bellatorum numero, virtuteque inferioribus, infaustas pacis condiciones importunè obtulisset: quod Imperio dedecus, temporis, commeatuumque iacturam, militibus deposcentibus pugnā incommodum, animorumque demissionem turpiter attulit.

*Fridlan-
di in Bo-
hemiam
receptus
perfidiæ
insimula-
tur*

Neque hæc maligna Fridlando aduersantium inuenta, falsasque criminationes, vt alias, censeri posse; quia vniuersæ Germaniæ voces, singulorū de nutante Valstaini fide allati nuntij semper veri, fidique comperti perfidum illum, rebellemque inclamant. Liquido conspici illius perfidiam, & si quid solidius, potentiusque moueret: erant illa vulgata percussis cum Saxonibus, & Proteitātib; fœderis capita; quibus ad Bohemici Regni diadema aspirare comperiebatur. Quamuis hæc quorundam in Valstainum occulto liuore grassantium commenta videri possent; non esse tamen veluti falsa penitus aspernanda; sed diligenti indagacione inquirenda, an vera essent; vt mali adolescentis iniurijs matura medicina pararetur.

*Omnes
Fridlan-
dum im-
pellunt*

Metum ingerit Principi priuatorum supra natalium conditionem eminenti; cum natiuam indiguati fortunam ad altioræ potentæ fastigia superbo gradu nituntur. Hic machinæ insidiarum adnotæ omnes: vt Cæsaris animum si non in Fridlandi odium, in ipsius saltem dubiæ fidei suspicionē impellerent. Non cessarunt harum molitionum artifices cælestes diras, ar-

*Humiliū
usque
potentia*

canasque diuinationes, imminetia Imperio mala canētes in vulgus spāgere; vt Cæsar diuinis etiam obnūtiationibus, ne dum vulgi vana plerunque diuinantis oraculis, ac vocibus terretur.

Dubius Imperatoris animus de Fridlandi fide

His impulsibus nutabat Cæsar's animus, quid sibi in re grauiissimi, & maximi momenti statuendum esset; cum hinc suspectos delatores, dubiasque criminationes videret; illinc fieri non posse videretur, vt tot rerum tam diuersis è locis concordēs nuntij allati, tantaque sollicitudine, ac perseuerantia ingesti vani, falsique esse possent: & cum vniuersorum vocibus Valfstaini facta pugnare. Adduci tamen non poterat, vt crederet Ducem Albertum post tot exant latos pro domo Austriaca labores, post tot ipsius maxima in se merita; quibus malignorum obrectationibus nihil detrahi poterat, aut imminui, fidem suam toties fortissimis gestis probatam scēdasse, ingentiumque in Austriacos beneficiorum decus, gloriamque corrupisse.

Cæsar's consilium de exhortando Valfstaino

Inter hos curarum fluctus, cogitationumque varia subiiciētium tempestates Cæsar prudens consilium arripuit. Rumorem dididit suum filium Pannoniæ Regem se Austriacis copijs summo cum Imperio velle præficere; quòd Pannoniæ proceres, à quibus auxiliare equitum alæ his præsentium bellorum necessitatibus petebantur, Valfstaini indignarentur Imperium ei que obtemperare recusarent. Quætemberghi purpuratum aliorum negotiorum obtentu nisi in castra; vt è propinquo Valfstaini consilia exploraret (erat ille expertæ fidei, & propensissimæ in Cæsarem, ipsiusque commodis deuotissimæ voluntatis: simulque adeò sagax, & prudens, vt nemini tutius, & melius hoc negotium committi posset.)

Fridlandi facta explorantur

Fridlandi imprudentia

Denique crescentibus quotidie magis vndique de Valfstaini perfidia suspicionibus, quæ ab e multis consulto augebantur in maius, Cæsar's animū acerbius hæc postrema pupugit. Fridlandus maiorem copiarum partem non in Bohemiam solum, sed etiam in Austriam sub ipsa Viennæ suburbia, quasi obsidere Cæsare destinaret, iusserat in statua concedere. Et iā Strozzius Possam cū suis cohortibus, & Sciaffenbergus in circumiectos Viennæ agros, & villas profecti fuerant turmas in hospitia partiti.

Cæsar Patrem Chirogam e sacra Cappuccinorum familia Hispanum Pannoniæ Regine piacularem criminum confessionem excipere solitum ad Valfstainum misit: qui optimam Cæsar's in ipsum voluntatem, benevolentiamque exprimeret; adderetque Cæsarem ipsius imbecillam corporis habitudinem miseratum, quod sepius podagræ doloribus tētaretur, quibus afflictus, mentemque auferētibus, ad militaria munera obeunda ineptior nec hoites aggredi, aut inuadentibus ægrè posset obfistere, eoque iacente veluti capite, copiarum quoque torperent; hortari vt se armorum abdicaret Imperio; vltimosque vitæ dies in patrijs ædibus strepitu bellorum silente, tranquillò, pacatosque transigeret: partaque tanta gloria, insignique lætitiæ gestarum fama extra instabilis fortunæ iustus positus frueretur.

Fridlandum hortatur patrem ut se abdicet militari Imperio

Cæsar itaque Patrem Chirogam e sacra Cappuccinorum familia Hispanum Pannoniæ Regine piacularem criminum confessionem excipere solitum ad Valfstainum misit: qui optimam Cæsar's in ipsum voluntatem, benevolentiamque exprimeret; adderetque Cæsarem ipsius imbecillam corporis habitudinem miseratum, quod sepius podagræ doloribus tētaretur, quibus afflictus, mentemque auferētibus, ad militaria munera obeunda ineptior nec hoites aggredi, aut inuadentibus ægrè posset obfistere, eoque iacente veluti capite, copiarum quoque torperent; hortari vt se armorum abdicaret Imperio; vltimosque vitæ dies in patrijs ædibus strepitu bellorum silente, tranquillò, pacatosque transigeret: partaque tanta gloria, insignique lætitiæ gestarum fama extra instabilis fortunæ iustus positus frueretur.

Neq; Cæsaream maiestatem quicquā vereri ne suæ obsequeretur voluntati. Nā si illa totū Imperiū, eotiusq; Austriacæ domus fortunæ ipsius fidei potesta-

potestatique tradidisset eo pacis, bellique arbitro constituto; sibi que ipsi potentia, autoritateque æquato; poterat etiam pari fiducia similem ab eo honorem reposcere: non tamen hoc Cæsarem ab ipso petiturum fuisse, si ipsius honores, ac decora aliquod amplius incrementum ex illius continuatione potestatis posset accipere; quando ad supremum gloriæ fastigiū prouectus vterius, altiusque niti non posset. Hanc imperij abdicationem illi non esse iniquo animo ferendam; cum non æqualis, sed Pannoniæ Rex sceptris gerendis natus esset illi sufficiens, ipsius vestigia veluti maximi eius ætatis ducis sequuturus.

Hæc à religioso viro speciosè dicta, vt multis laudibus delinita audijt Fridlandus Patri Capucci no respondet.

multa patientia Fridlandus; suumque ingenium impatientissimum contumeliæ cohibuit: ne vlla turbati, commotique animi indignationem indicia proderet: sed non adeò tenuit iram; quin acerbius propositis responderet. Quando Cæsarea Maiestas certo animo statuisset, se à suprema armorum præfectura amouere: non esse sibi ipsius voluntatis decretis oblectandum; seque paratum esse cuiunque, ne dum Pannoniæ regi Imperatoris insignia remittere; sed si hæc ab ipsius Maiestatis, suisque inimicis proficiscerentur; esse veluti maxime noxia penitus reiçienda. Cæsarem subiret his perniciosis consilijs tam faciles aures præbuisse, Germaniam omnem, Imperiumque perdidisse. Sed quocunque res caderent, non esse stanti pede in vno ex inopinato de rebus grauissimis decernendum; se breui suam sententiam prolaturum.

Non ita diu cunctatus, optime suis rebus multa meditatione discussis, accitum eundem Patrem Chirogam ita alloquitur. Se eatenus Imperialium armorum gubernacula suscepisse; quatenus se Cæsari gratum facturum putarat; itaque se pariter libenti animo ad ipsius nutum paratum esse ea relinquere; cum obsequium recusanti, inuitoque seruiendum non esset: quando tamen pactæ conditiones seruarentur; quæ se à priuata vitæ quiete abductum bellicos labores subire iterum compulissent. Idcirco se Cæsaream Maiestatem orare, vt post sua merita maturè expensa, quæ nec numero pauca, nec pretiositate mediocria erant; in memoriam reuocaret; non illam militibus, sed se cum copias authoraret, suam obstrinxisse fidem debitis virtuti præmijs præfectorum in se merita pensaturum; vt promissis, quæ in tradendis ad milites conducendos diplomatis ipse fecisset; staret fides; quam liberare sine eius Maiestatis ope non poterat; cum omnes suas fortunas in bellis alendis, stipendiisque soluendis militibus profudisset; seque pro Imperij salute, omnibus suis opibus impensis, ad paupertatem, inopiamque redeisset; se præter honoris, decorisque iacturam in maximo vitæ discrimine versari. Quod si copiarum gregarij duces remunerandi erant; sibi consentaneum quoque videri; vt sibi omnium supremo duci ea saltem pecuniæ redderentur; quas in commodum, beneficiumque Cæsaris contulisset: post quæ omnia ipsius Maiestas quemlibet Imperialibus copijs præficere poterat: & quia diu in incerto barere perniciosum omnibus foret; salutare futurum si breui, expediteque destinata perficerentur.

Placuit Cæsari Valtaini responsio; vt pote quæ conuentis conditionibus

*Æmul-
us Frid-
landi in-
sidia.*

hiteretur. Itaque in hanc curam totus incubuit; vt datam fidem Valtaino seruaret; pecuniarumque impensas, ac damna sarciret. Fridlandi æmulis suæ insidiæ ad vota processisse visæ sunt; cum eo Cæsaris animum adduxissent; vt Fridlando abrogaret imperium; quod valde dubitarant; ne ipsius in resignanda potestate pronaptitudo suam incorruptam fidem Imperatori probasset. Illis opportunum prætere visum est supremo veluti impulsu hunc iam mutantem, minantemq; ruinam murum deijcere. Quosdam sibi fidios, Valtainoque clam infensos submiserunt in castra; qui contra illum sererent odia, ac struerent dolos. Orabantur omnes, vt Fridlandi gesta, consilia, molitiones intentissima cura specularentur; contaminatæque fidei suspicionibus auctis de omnibus per literas Imperatorem docerent.

*Fridlandi
ira ob abro-
gati sibi
imperii.*

Valtainus tanta sibi dictatoriæ potestatis ereptæ contumelia fremens, ac furens atrociam, diram, violentam irato animo agitabat; indignatione perniciosissima quæque, ac iniquissima suggerente; eoque magis ira implacabili succensebat; quo notiores sibi erant huius rei molitores (a fidis enim amicis de omnibus monebatur) Verum vna ipsius truculentis cogitationibus obstabat exercitus fides, & ducum erga Cæsarem veneratio; quos si in suas trahere partes, sibi eorum studia, atque auxilia posset adiungere; non verebatur, quin egregie esset vlturus iniuriam; inuitisq; æmulis suis exercitum retinere; quod facile se assequiturum putabat; quod omnes fere duces a se copijs præfectos sibi ad illam diem collatis dignitatibus deuinxisset.

*Varia
Fridlandi
molitiones,
& querela.*

Effecit igitur, vt rumores inter vulgus militum spargerentur; orta inter se, & ministros Cæsareos iurgia, quod ipso exercitus commoda procurante, illi copias in hyberna deduci, cum dirissima rigeret hyems, pati nollent; sed duro nimio, sæuque imperio præciperent: vt ad hostem oppugnandum iretur; quando esset cum tot alijs malis hyemis, famis, ac vestium penuriæ certandum: & quia ipse pro salute militum stabat. tota Imperialis aula, ministrorumque turba sibi diris, ac imprecationibus obstrepebat: idcirco se cogi armorum imperio se abdicare.

Nihil magis cupit exercitus veteranus bellicis laboribus fractus; quam hybernorum quietem; vt fatiscētium iam corporum vires illo salubri paucorum mensium otio, quieteque recreentur. Meminerat Romanos exercitus vsurpata violenter Senatus auctoritate, suos quondam iussisse Imperatores. Hanc supremam, augustissimamque potestatem in suum exercitum inducere conabatur; sed prius varijs, altisq; artibus tentandos milicium animos, quo inclinarent: ad seditionemque ciendos putabat.

*Fridlandus
exercitus
ducum
solllicitas.*

Submissis itaq; carioribus, copiarum duces, ac milites serendis de Imperialium ministrorum inclementia, ac diritate sermonibus sollicitabat; vt illata sibi violentia cogerent, ne supremi ducis dignitatem, armorumq; imperium deponeret: donec promissa præmia ducum meritis redderentur: ibiq; in publico ducum confessu exercitus conquistores flagitent. Præfectorum igitur conuentum indixit: ad quem præcipuè Aldringhenum venire cupiebat; illumque iteratis tabellarijs acciuit: sed quanto Fridlandus eum ardētius,

tius, frequentiusq; vocabat tanto magis ille suæ salutis metuens rerum Ferre memor, cum quo aliquoties ipso inuito, indignanteque iunxerat copias, tardius venire cunctabatur. Cæteris itaque copiarum præfectis, vno Comite Aldringheno absente, in prætorium coactis ita suam causam egit.

Virtuti enim verò semper liuor malignis latratibus solet obstrepere; inuidiaque illam genuino dente lacerare; & quo exeesior, clariorque est, eò procaciori rabie, insolentiorique audacia à malignis impetit. Quæ etsi suarum secura virium insanos amulorum impetus, morsusque rideat: illam tamen plerunque repetiti inuidorum conatus impellunt. Sperabam meorum amulorum implacabiles iras expletas, cum me in Ratisponensi Principum Germanorum conuentu, adnitente in primis Bauaro Duce continuatis vrbioris ad inuidiam gloriosi nominis fama florentem, subacta bello Cæsari tota Germania, Danoque Rege triumphato, centum armatorum millibus septimum terrentem latè rebelles, Baltico mari fræna, transmarinisque polaribus Regnis iugum iniungere parantem, interciso ad summum gloriæ fastigium cursu, de supremi armorum imperij culmine deturbarunt. Illam factor, iniuriam iniquo animo tuli: iras tamen silens alta mente compressi; nullas querimonias adieci; nisi quod non falsus vates, clades, excidiumque imperio ex illo permissiosissimo consilio Cæsari obnuntiaui; quibus nimio plus, signa inferente mox Germania Sueco, sera pænitentia ingemuit. Priuatus ad mea prædia secessi. Agebantur mihi tranquilli nullo armorum strepitu dies: inter quietam pacatam vitam silentia, grataque otia, tempora domesticis negotijs, curisque fallebam; cum vix me exauthorato, exercitusq; dimisso, ecce Suecici belli procella vrbium excidijs, populorum cædibus, Prouinciæ vastationibus in ipsa Imperij viscera debacchatur; cum vndique bella surgentia, armante se in Cæsarem tota Germania, Imperium infirmum, suis nudatum præsidijs, Cæsaremq; repentino stupentem malo agrè consilia, auxiliaque explicantem, fuso bis Tillio, cesisque Imperialibus copijs concusserunt. Tum me rebus acquiescentem meis, nihilque de bellicis honoribus cogitantem missa splendida procerum legatione sollicitant; orant vt in tanta omnium trepidatione, accisis Imperij rebus, suscepto iterum armorum regimine mea qualicunque virtute succurram. Reieci semel, iterum, ter copiarum Imperatoris munus: operam meam ijs amplius impendere recusavi; qui nulla mea vox, aut culpa, nisi quod me arma tractante incolume, ac formidandum stetit Imperium, nullo rebelle hiscere audente, in ordinem redegerunt. Verebar etenim ne rursus iustibus inuidiæ patens duplex abrogati imperij dedecus ferrem; ne rursus incesser moribus malignorum. Iterata tamen Cæsaris preces, flagitationesque Principum tenacius proposito hærentem meo flexerunt; vt iterum humeris labanti Imperio suppositis, supremi copiarum Ducis onus subirem; ijs tamen legibus, vt belli, pacisque arbiter dictatoria potestate omnia pro voluntate tractarem; nec regerer aulicorum consilijs, qui rei bellicæ plerunque rudes inter aulicæ delicias, ac voluptates ducibus mandata præscribunt; atque imprudentes

Fridlandus copiarum ducos alloquitur.

dentes noxia plerunque iubent ; cum Imperatori sit captandum in arena
 consilium ; atque ad subitos belli euentus , in re ipsa , quid agendum sit , il-
 lico decernendum ; ne dum procul à voluptuosorum hominum turba decre-
 ta per moras expectantur : bene gerendæ rei occasiones importuna cunctatio-
 ne è manibus elabantur . Subito prolatis , quasunque superioribus bellis
 congeffi victoriarum manubijs , & spolijs , profusisque pecunijs peditum
 cohortes , equitum turmas , exercitumq; formidandum pene momento con-
 flauit : ex omnibus terris veteranorum agmina meis imperijs assueta talia coe-
 gi : qualia in tantis temporum , rerumque angustijs uix sperare licebat . Er-
 rabant illi palantes Lipsiana territi clade ; perpetua Sueci Regis victoria
 hac , illac eos tota Germania dissecerant : plurimi spreta militaris sacra-
 menti Religione turpi transfugio se Suecis adiunxerant . Totis vicis strepe-
 rent tympana , canerent tubæ , nulli nomina dabant : non audebant infusta
 sequi vexilla : immo perfidi patriæ desertores in hostilia castra transibant .
 Tantis conflictatus angustijs Cæsar me iterum bello præficit : armorumque
 Imperatorem iubet . Tunc discussis quasi minacibus nimbis , hilarius aperiri
 cælum ; spesque Imperio redire , ac pristinus animorum vigor : tum matum
 milites ad signa confluere : positoque Suecorum metu , certatim se militiæ
 authoramento obligare , Exercitum vix post tot clades sperandum hostibus
 ostentauit : ut nihil amissum Lipsiana iactura , nec aliquid de Cæsareis co-
 pijs detritum eo infelici euentu videretur . Sed quid attinet hæc vobis no-
 tissima memorare ? Vos ipsi meæ fidi fortunæ ministri has copias adduxi-
 stis , vos hæc valida bellatorum agmina congeffistis . Steterunt sub signis
 armorum formidanda hostibus mole : exultantem victorijs Suecum , insolentiusque
 ferocientem , vel longè numero inferiores ad Lutzenam prælio con-
 tudimus : debellaturi omnino profecto , si Pappenbaimius cum cæteris copijs
 certamini adfuisse . Suecum Regem iam ad imperialem cydarim tendentem
 manus , vastisque votis Germaniæ dominatum anhelantem prostrauimus :
 quod vnum multas hostium victorias equauit . Quæ gloriose non iactò : nec
 magnificis verbis velut propria vendito : quod vestris fortibus acta sunt
 manibus ; vestraque virtus vltimis depulsis terroribus , in Cæsaris capite
 Imperiale diadema firmavit . Ausus sum nimium , fateor , maiora mihi
 de mea fortuna : sed digna sanè de vestra virtute pollicitus . Impulsum ,
 collapsum , fractum Imperium subleuandum , restituendumque suscepi . Sueci
 latè furentis sistendam fortunam , rumpendamque curavi . Fauere Superi
 fortibus ausis : vidimus humi procumbens exanime Regis caduere : lace-
 ras hostium copias non dubia nostra , cæso Rege , victoria , conspeximus .
 Audyt hæc eadem Cæsar : audiere amici , focique Principes : effusa lætitiâ
 tanto sublato hoste , exultarunt : pÿs supplicationibus ad omnes Diuorum
 aras ab ijs supplicatum est pro gratiarum actione : nostræ lætissimis accla-
 mationibus applausere victoriæ . Quid est quod iterum , quasi aliquid in bel-
 lo deliquerim : aut clandestinis consilijs cum hoste consenserim : hæc Impera-
 toria dignitate non prehensione quæsita , non submissis gratiosorum studijs
 ebl. m.

oblandita, immo repudiata, inuito mihi iniecta per summam contumeliam
 euector? Quid ex illo ad hunc usque diem (vos innocentiae meae testes ap-
 pello) facinoris admisi? aut qua me sceleris tæbe sœdauit, ut Cæsar meo-
 rum inimicorum consilijs impulsus, mihi hoc supremi Ducis munus eripiat?
 ut hoc summo immerita contumelia dedecore omnia mea gesta deformet?
 ob mea ingentia in Austriacos merita aulicorum maledictis proscindat?
 Has fortasse criminationes aulici mihi inter spumantes trientes eructant.
 Huius me sceleris, perfidiaque arguunt: quod Ratispona cum quateretur
 à Sueco, non tuli suppetitias: Vindeliciam deserui Suecorum arbitrio popu-
 landam. Vocatus à Duce subsidio ire contempsi. Nescio quis vnquam lue-
 rit alieni criminis pœnas, aut quemquam aliorum errata damnarint. Illa
 vrbs erat Bauari Ducis tutela, fideique commissa: illi erat valido presidio,
 auxiliaribus turmis, & omnibus rebus ad ferendum diuturnum obsidium
 necessarijs, com meatibusque munienda: non malignè, auarè sufficienda sub-
 sidia. An cum alia Suecica legiones, & agmina Germaniam latè vastä-
 rent: Austriaque minarentur, cum circumstarent undique hostiles exerci-
 tus: erant mihi scilicet hæreditariae Cæsaris prouinciæ hostium libidini
 deserendæ: ut ad Vindeliciam tuendam accurrerem. Cæsaris, non Ba-
 uari Ducis stipendia mereo. Pro illo primum mihi pugnandum est: quo
 ab hostibus tuto: socijs etiam opera impendenda. Sed hæc est nostra mi-
 litantium iniqua fortuna: ut dum sub pellibus duramus, ferroque recti
 armorum graui fatiscimus pondere, & pugnarum discriminibus implicamur:
 delicatorum hominum obtreffationibus laceremur; procul à bellicis laboribus
 aulici voluptuosi homines nostra malignè gesta sugillant; nec cessant quo-
 tidianis criminationibus me præcipue inter alios urgere; donec de hoc supre-
 mo militaris dignitatis gradu, atque honore decedant. Quod nequaquam
 vestris auxilijs, Studijsque fretus generoso animo patiar: non tam mea,
 quàm vestra causa. Nam si me id omnino iubente Cæsare, hoc armorum im-
 perio abdicauero; quis pro cuiusque meritis vobis præmia decernet? Ecquid
 erit fortibus vestrae virtutis operibus pretij? Alius vobis ignotus. vobis
 illi vicissim ignotis non vestram fortitudinem, non industriam expertus, nul-
 lis vestris beneficijs obstrictus nulla vobis pariter merita præmia partietur:
 Mibi promissorum liberanda fides est; mihi pretia vestrae notæ virtuti lar-
 gè, munificèque mettenda; qui vobis pugnantibus adsui spectator, & testis;
 qui vos in acie, in leuioribus prælijs, in urbium oppugnatione cum hoste
 dimicantes aspexi: quæ virtutis trophæa profecto amittetis; si mihi armo-
 rum imperium iniquè abrogari patièmini. Quondam Romanae legiones, vin-
 dicata sibi Senatus, populique Romani auctoritate suos dicebant Impera-
 tores: nunc semel mea causa, pro meo honore, vestrisque commodis hunc
 Romanae militiæ morem iam exoletum in vestra castra, militiamque reuo-
 cate: à nemine vobis id culpæ, vitioque vertetur; cum pro vestri ducis
 tantum, copiarumque salute, non ut à Cæsare deficiatis, hæc veterem
 militaris auctoritatis consuetudinem restituantis. Et sicuti omnes in mea
 verba

verba iurastis : ita pro me constanti , inuiolataque fide stantes me ab hac iniuria defendite . Neque hoc à vobis enixè contendo ; vt vos à Cæsaris obsequijs , & debito seruitutis abducam ; cui me ipsum , meaq; deuoui ; quem scio meorum amulorum suasionibus , consilijsq; deceptum hæc sibi perniciofa , mihi verò contumeliosa sanxiffe : sed vt ipsi Imperium incolume , mihi partum bellicum decus , vestræque virtuti debita præmia conseruem .

Ducis af-
sensus ad
Fridlandi
perorati.

His à Fridlando in præfectorum conuentu maximo cum omnium assensu peroratis ; prolatum est chirographum omnibus subsignandum : quo Valtaino suam omnes fidem iurabant ; quod cum æqua , honestaque postulare videretur , ad eius vota subscriptum ab omnibus est . Significat in eo Valtainus se magistratu abire paratum ab vniuersis copiarum Ducibus , atque exercitu cogi , ne copias desereret ; imperioque se abdicaret : sed pergeret eodem supremi Ducis munere fungi , pro Cæsare maiestatis , copiarumq; salute : quæ eo ab exercitus præfectura amoto , in manifestum discrimen iuratura erat .

Amulo-
rum Frid-
landi : ob
eius con-
tumaciã
latitia.

Voce , vultu , gestu applaudentibus omnibus recitatæ de scripto hæc tabulæ sunt ; & summa omnium alacritate , militaris dicendi sacramenti more , elatis manibus , suam omnes Valtaino fidem obstringunt : ij etiam , qui coniurationis conscij insidias Fridlandi capiti comparabant , maiori simulata lætitia iurant ; immo latius dixerim , verò , solidoque gaudio ; quòd inde maius , indubitatũq; Fridlandi perfidiæ sumerent argumentum ; quem antea nisi malignè inductis suspitionibus , criminari potuerunt .

Fridlan-
dus per-
fidia sus-
pitionem
vanis .

Exemplo omnia nuntiata sunt Viennã ; & ad Cæsaream aulam delata auctaque nouarum proditionum , certæque Fridlandi perfidiæ incrementis , adeò dolosis , vt apud synceros animos fabulæ potius , fraudolëtorumq; hominum commenta , quam vera crimina videri potuissent . Sed vbi de Imperij , vitæq; periculis agitur , sui timidus animos etiam manes suspiciones exterrant ; iamiorisq; consilij est prudenter timere , quam supina incuria discrimina imminencia negligere . Regnorum cautior custos diffidentia est .

Credita igitur Valtaini perfidia , cuius vel maximum esset insigne supremum armorum imperium inuito Cæsare , retinere . De occurrendo igitur huic inualefcenti malo consultum est . Qui asperatum Valtaini perucacia Cæsaris animam nouit , illius perdendi , protinus occasionem arripuit ; & quasi flabello in eius pectore irarum iam conceptos ignes accendit . Nullis iam maledictis , atq; obreftationibus temperabat ; palam omnes Valtaini gesta carpebant , nec illum amplius Ducis titulo dignabantur .

Fridlan-
di timor
de Aldri-
ngano .

Defecere illum etiam Vienna solitæ admonitiones . Postremum tantum nuntium accepit nescio quid eius notæ perfidiæ , discriminisque obscurius musantem . Ab Aldringheno maius , quam ab alijs sibi periculum metuebat ; vt potè qui incorrupta fide , sinceraque obseruantia Cæsarem colens non tam ferro , quam calamo illi fidissimè obsequeretur : quod illi , & Cæsaris gratiam pepererat , & ad bellica honoratiora ministeria promouerat .

Aldringheni igitur ingeniũ , fidelẽq; operã tunc Fridlandus accito Pi-
colo-

colomineo, cui maximè fidebat; suafit, vt quacunque ratione curaret: vt Aldringhenum in castra deduceret: aut in suas traheret prates; id recusantem captum custodiri iuberet: vt si libertatis honoribus frui nollet, vinculorum angustias, atque incommoda pateretur. Non placuit Terzicæ vxoris Vallstaini sororis viro (ambo enim duas sorores ab Arachi familia duxerant vxores) quòd ille sua arcana Picolominei fidei credidisset. atque de hoc cum Vallstaino conquestus est; diserte docens extero homini, qui à Cæsare suæ felicitis fortunæ initia, atque incrementa suscepisset; præsertim Italo, nihil in Germania præter bellica decora possidenti tam incaute non esse fidendum. Quod si irritatum Cæsaris animum vereretur, propriæ salutis protinus, honorique consuleret.

*Terzica
Fridlandi
confidit
improbat,
quòd Pi-
colomi-
neo fide-
rit*

Fridlandus verò iisdem rationibus, & aduenæ hominis, qui sibi multis nominibus esset obstructus: honorèque veluti claro loco natus eques profiteretur, cui omnibus de causis tuto fidere posset, Terzicæ obiecta diluit. Nec mora Picholomineus Aldringhenum iussu Fridlandi conuenit; communicatisque inuicem consilijs re tam graui mutuis colloquijs diligenter expensâ; maturè statuerunt Vallstaino casu irreparabili corruente, Cæsare sequi: cum prorsus perditus esset infaniz labantem molem sedibus suis auulsam velle temerè subiectis humeris sustinere.

*Aldrin-
gheni, &
Picolomi-
nes decre-
tam*

Vallstaini errata non posse ampliùs excusari; qui à multis, certisque indicibus corruptæ fidei deferre. ut. Satius esse eodem, quò raperet torrentis impetus, trahi. Nihil Fridlandum posse causari, neque suis erroribus aliquã excusationem obtendere; quòd Feriz duci, contra quam quod poscerent Cæsari res, sua auxilia mittere recusarit; atque Aldringhenum sua cum eo arma iungere prohibuerit; quòd Vindeliciam sociam prouinciam vastandam hostibus deseruerit, & quòd omnium criminum grauissimū erat; vellet armorum imperiū vel ipso prohibete Cæsare retinere, illudq; sui Principis primogenito non inuidere solū, sed etiā nullo pudore, reuerentiaque denegare: cui Pannoniorū auxiliiorū rationes, & Parentis authoritas illud decerneret. Hæc nõ esse in dubiū vocanda veluti manifestè perfidiæ deprehensa; quidquid esset de initis cum hoste consilijs, arcanoque consensu.

*Fridlan-
di errata*

Statutum igitur fuit: vt Aldringhenus Pilsena, quo ad castra iter susceperat; flecteret Viennam; citatisque equis magnis itineribus festinaret: Cæsari igitur omnia Vallstaini consilia detexit; atque de omnibus rebus eū diligentissime docuit: & quamuis eodem ferè momento Vallstaini literæ Cæsari fuissent allatæ; quibus obiectas criminationes pluribus refellebat, illarūq; tabularū, quas copiarū duces subscripserāt, excusationes afferret; suæ in Austriacos beneficia identidē memorans. Nihilominus, vndiq; hominis ruinam vrgentibus fati, alio casu comperta, cōfirmataque perfidia est.

*Cæsar de
Fridlan-
di perfu-
diamone-
tur*

Sciassembergus Viennam aduenerat; ardentèque nimis, ac importunè à Cæsare flagitauerat; vt in urbem cum aliquot peditum cohortibus reciperetur varia, ac multa de sua petitione causatus: sed hoc totū ad Vallstainū præcipitandum eius flexere inimici. Aspicebant siquidem eum velle cohortes

*Aliud
Fridlandi
erratum*

tes

res illas in urbem inducere, ut eodem tempore cum ipso Cæsare totam Austriacam Dominum deleret, paratis iam in urbe siciarijs, cum suis exercitus cum hoste coniungeret; & ob id ipsum Ducem Franciscum Albertum Saxenum cum Valtaini mādatis nuper ad ducem Vinmariensem profectum. Sciassenbergus igitur veluti cogitati sceleris conscius in vincula conijcitur.

Fridlando abrogatur incipit Galassio traditur

Expedita extemplo ad Galassium diplomata; quibus iubebatur copia- rum regimen, ac curam suscipere: edictumque vulgatum, quo omnibus cohortium præfectis, chiliarchis, aquiliferis, centurionibus, dearchis iurata Fridlādo fides remittebatur: iubebaturque omnes Galassij Imperio parere; donec supremus Dux exercitus dictus mitteretur in castra: cōdonabaturque insuper omnibus criminis venia; qui Valtaino militare sacramentum dixissent: gratissimis ijs penis indictis, qui illi in posterum adhaerissent.

Fridlandus undique impellitur

Lati æmuli Valtaini quod insidiarum molitiones feliciter processissent; fidos statim amicos miserunt in castra; qui Valtainum insidijs exceptum interficerent: atque ad alios etiam, quorum operam certo sibi poterant polliceri, de hac re mandata dederunt. Verebantur enim ne si vixisset, tot circumuentus malis desperatione præceps, aut Austriacos intestino bello concuteret; aut ipsum Cæsarem capti consilij pæniteret: cum Valtainna ex animo dilexisset; sed omnium maximam, ac præcipuam, ne insidiarum apparatus, qui ad plures emanant, retexeretur: sciebantque Fridlandum pecunia, ingenio, clientelisque potentem ijs opportune, atque solerter vsurum: si destinatis iniecta mora, beneficium longioris temporis habuisset: insignes viros, qui vltisci se possunt, prius plectendos, quā damnandos; atque ad eorum damnationem satis esse criminum delationem.

Æmulorum timor de Fridlandi potentia

Fridlandi animi astus

Galassio edictum

Fridlandus interim cum nullum Picolomineum redeūtem videret; Galassiumque variarum causarum obtentu ad se accedere recusantem; cauere sibi oppido cepit; resque suas prudentiū expendere. Non tamen omnis spes prorsus interciderat, quā in literis ad Cæsarem datis collocarat: quātum non etiam responsionis tempus effluerat. Verum in ancipiti hærenti. varijsque cogitationibus perplexo omne dubium excussit Galassij edictum, quo omnes Cæsarei milites Valtainum deserere, neque amplius ei obtemperare iubebantur, ut potè exhautorato, abrogatoque illi armorū imperio.

Fridlandi prope consilium & despectatio

Ad huius edicti aspectum ingenuit Valtainus; quod se nimium alienæ fidei credidisset, & quales, quantique aperti inimici forent, liquido cōperit; sed nocentiores, occulto odio sēnientes, qui amicæ fidei specie deciperent cognoscere nequaquam potuit. Serò animaduertit eum delirare; qui audeat esse suo domino potentiorē. Omnem spem gratiæ Cæsaris amplius assequēde, perseverādiq; in exercitus præfectura prorsus abiecit. Enitanda solū vitæ pericula Protestantium subsidio ratus ad omnia audenda animum efferauit. Aestuatibus perfidiæ scelere animis desperatio peiora cōsilia subiicit.

Ducem igitur Albertum Saxenum Castrorum Mariscallum, quo cum de constituenda pace pluries egerat; iussit acciri; eodemque tempore suum Cancellarium ad Marchionem Columbachium misit: qui eum de suarum

rerum

rerum infœlici statu doceret ; se maximè cupere Vinmariensem , Arnhai-
mumque Egræ alloqui: vt cum illis de grauissimis rebus communicaret.

Nuntiatum fuerat Valstaino iam à Cæsare eum ipsum esse profcriptum, *Fridlan-*
mandatumque ducibus, vt interficeretur : quando viuus capi non posset ; *du profcri-*
atque ipsius eades Pragæ veluti rebellis hominis occupatas, direpta; fuisse. *bitur à*
Ca, ara

Cum videret igitur prementibus, vndique periculis , iã non esse amplius
in habendis conuentibus, & consilij nectēdas moras: sed sibi intentiori cu-
ra. cauendum : cum integræ peditum cohortes, & equitum turmæ, tribuniq;
militum, se deserto, cū suis legionibus è castris discederēt : vt se cū Galassio
coniungerent : tabellarios ad Ducē Vinmariensem mittere properabat; ite- *Fridlan-*
rabatq; preces, Ducē Saxenū enixissimè orans: vt Vinmariensi suaderet: vt *du ad*
se Egram transferret: vt ibi communicatis consilij, decernerent , quid in tā *Suecos*
periculoso rerum suarum articulo sibi faciendū esset: sed Dux Bernardus, *rian fugere*
qui ingenij vafritiem, variasque fallendi artes Fridlandi nouerat: dolos, insi- *re parat*
dia; & metuens, & si expeditas itineri copias haberet: vt Fridlando se toties *Suecorū*
ardentibus precibus euocanti succurreret; sibi tamen in animum inducere *ducum de*
non poterat; quin hæc rerū nouarum molimina fraudibus, insidijsq; misce- *Fridlan-*
rētur; idcirco tardius, & lētius copias, & quasi claudicāte gradu mouebat. *du si nauis-*
Sic etiam cæteri Sueci duces quidquid diceret , faceretq; Fridlandus, frau- *bus timor*
dolenti hominis insidias putabant cum illis non posse fieri videretur : vt il-
le tot beneficijs Cæsari obstrictus ab eo serio deficeret . & parta belli de-
cora perfidiæ labe corrumpret .

Sciassenbergus interea Viennæ suam causam dicebat è vinculis: niteba-
turq; suum innocentem animum, nulli affinem culpæ Cæsari, atque aulicis
aperire; eodēq; tēpore eas validas rationes afferebat; quæ ipsum Valstainū *Sciassem-*
innoxium probare, atq; omni perfidiæ suspicione eximere potuissent; si Cæ- *bergus suā*
saris , ministrorumq; animos malis opinionibus contra Fridlandum imbu- *causam*
tos inimicis affectibus, ac sensibus vacuos nactus fuisset : quid quid pro re- *dicendo*
fellendis obiectis criminibus, amouendisq; à se culpis ingereret; id totum *Valstainū*
noxium, criminofumque censebant . *afferebat.*

Valstainus ratus non diutius conctaturos à se vocatos; quin Egram con-
uenirent; decreuit illuc iter inire: sed quid hoc illi profuturum erat, qui secū
perniciem, necemq; ferebat ? Si qui magis sibi fidus putabat; suam Cæsari
obligarant fidem se Fridlandum iugulaturos ; cum primum per occasione
tutò liceret. Arbitrabatur ille, Egram in tutissimum locum proficisci; quòd *Fridlan-*
illius vr̄bis præfectus Ioannes Cordonus Scotus, qui Terzchij tribuni legio- *du Egrā*
nis legatus ab infima gregarij militis sorte ad illud præfecti munus, aliosq; *profugū*
militares honores à se promotus fuisset .

Valstainus igitur Pilsena profectus Egram festino gradu tendebat; quia
per singula momenta suorum amicorum aliquis veluti proditiōis, rebel-
lionisq; conscius captus esse nuntiabatur. Non plus equitum mille ad cor-
poris custodiam secum abduxit; pauca impedimenta cum pecuniâ trahēs;
cæteris copijs cum reliquis impedimentis subsequi iussis.

Vbi.

Cæsaris mandata Egrā perferuntur. Butlerus in Fridlandi eadem solistatur. Vbi Egrā peruenit ad quoddā palatiū ab arce retractius diuertit; quod fremitus multitudinis, turbarūq; fragores suo ingenio vitaret, armaretq; altum circa sua domicilia silentium. Ibi remissa tantisper curarum mole, quibus æger animus obruebatur, quieuit. Inter hæc Vienna earum literarum vnæ, de quibus supra meminimus; tribuno Butlero à fidissimo nuntio allatæ fuerunt; quibus illi operum omnium clarissimum, gratissimumque Cæsari futurum suadebatur; vt viuum, aut mortuum Valtainum Cæsaris manibus, potestatiq; traderet, vtcunque se opportunior daret occasio; sed efficacioribus verbis eius cædes inculcari videbatur; amplissima præmia egregio operi, atque labori futura.

Hibernia incola Austriacis fidis. Adnonebatur denique Cordoni tantæ rei arcana tuto illum credere posse. In re ardua audenda nihil æquæ iuuat, ac sodalis nostrorum consiliorum promotor, & particeps. Hiberniæ insulæ indigenæ veluti Catholiciæ Religionis tenaces, ac religiosi cultores Austriacis addicti, deuotique maximè sunt; quod illi eius insulæ incolas summa munificentia, muneribus, ac honoribus prosequantur. Ex mutua igitur consuetudine, fidoque contubernio, & crebris alloquijs inter Butlerum, & Cordonum maxima necessitudo coaluit; apertusque, ac syncerus Germanico more ad summum quasi fratrum amor excessit.

Butlerus & Cordonum in Fridlandi eadem consensunt. Acceptis his literis totus cogitabundus, & tacitus secum ipse rei magnitudinem profundo animo versans decreuit tandem suæ altius prouehendæ fortunæ non amittere occasionem. Cordonum adijt percunctatus ab eo graui, & magna molientis indicia vultu præferenti est; an sibi esset amicis veræ, intaminatæque fidei: ille diuinans, quid illa repentina, & abscessa petitio altiùs occuleret; impensius etiam, quàm poscebatur, suam fidelem operam, constantem, fortemque promisit; qua accepta firma fide Butlerus literas illi ostendit, atque eius opem in hac re, studiumque, vel saltem silentium postulauit.

Coniuratorum in Austria, et prudentia. Nec mora paucis vterque conueniunt rem ex literarum præscripto peragere; sed erat perficiendæ rei via complananda, omniaque impedimentæ amolienda. Degebant Egræ aliquot peditum cohortes ex animo Fridlandicæ: quibus minimè fidendum erat. Quare cum Valtaini coniuratis notum esset ingenium; qui moschettariorum equitum virtute maximè niti soleret: ei suadent, vt illud militum genus ad sui corporis custodiam adscisceret; nullisque alijs fideret.

Amici Fridlandi parantur insidia. Illæ igitur cohortes Fridlandi obsequijs prorsus addictæ emittuntur ex vrbe. Et equites moschettarij in earum locum inducti. His coniurationis inijs optimè constitutis; erant etiam fideliores, carioresque amici maximè pugnaces à Fridlandi latere amouendi; qui cum apud milites magnæ essent authoritatis; gratiaque plurimum valerent; si quid minimi rei indicij ad illos emanasset; icelix insidiarum euentus prorsus desperandus fuisset. Placuit igitur eos conuiuio exceptos inter epulas largiori vino madidos, ac hilares iugulare.

Ter-

Terzica itaque, Illous, Kinchius, & Nimanus, Valstaino a prime fidi, probatæque fidei amici ad cœnam à Gordonò inuitati sunt; cui se Gualtierus, Lesleus stator maior duorum popularium iuratæ amicitæ sodales quasi in triumviratum adiunxere; qui primi de Valstaini consilijs, ac molitionibus aulicos admonuerant. Alij etiam milites amici Fridlandi vigilibus de industria immisti, & in peditum stationes ad conuiuantium positas tumentum è centurijs selecti aliquot fideliores inducti.

Inter cœnandû mutata tessera à Fridlâdo præscripta; ne quis nisi ex fidis, & amicis intraret. Dum dapes instruebantur, tragici spectaculi actores audendo facinori expediti ensium mucrones acuebant: & dum se cupedijs ingurgitant; spumantibusq; pateris proluuntur, de rebus præsentibus quasi per iocum sermones miscebant: Cæsaremq; satyricis dieterijs lacerabant; quòd ingrattissimo animo maleficijs ingentia Valstaini meritâ compensaret.

Varij insidiarum in Fridlandi operatus

Nec dum posita secunda mensa, nec allata tragemata: cum sermonibus, dapibusque mutatis, pro trapezocomis epularû structoribus inclinatis hastis conuiuû milites intrant, ac trucibus vocibus, in quibus facinoris, quòd parabatur, atrocitas eminebat; inquit, viuat Imperator, & domus Austriaca: ad quas voces triumviri Gordonus, Butlerus, & Lesleus è mensa protinus exilientes se fe aggressoribus adglomerant, ex Hibernia insula omnes de Butleri cohorte ferociter succlamarunt (viuat Ferdinandus) atq; simul in conuiuas intentis hastis violenti irruunt. Primus prostratus cœsusque Kinzchius aliquantulum percussoribus oblectatus.

Coniurati in conuiu nasirruus

Fridladi amici caduntur.

De Terzica falso iactatum fuit sermonibus omnium; eum de gelidorum, quos vocant, numero fuisse; qui quibusdam magicis caracteribus, schedulis exceptis sagarum carminibus excantatis deuoratis, quatuor, & viginti horas cutem impenetrabilem ferri, tormentorûq; ictibus a deò durant: vt nudo, aduersoq; pectore exiguo metretæ vini cõpendio plumbeas glandes maioribus sclopis excussas impune excipiant, innoxis ad pedes defluentibus pilis relicto tantum cutis impulsus globi violentia præstrictæ paruo stigmatè; quòd scalpello incisa cute, expressoq; cruore contulso momento sanatur. Nulli siquidem magici cantus æque ensium, hastarumq; ictus repulere, ac è corio dorcadis thorax? verum illius quoque durities incussæ vehementius alabardæ cedens in viscera cuspidi aditum dedit.

Magica schedula deuoratae cutem durant

Nimanus fuga salutem querens è cubiculo erupit; verum ipse quoque exitum scrutatus pluitibus confossus humi procubuit. Illous cæteris audacior, ac promptior; vt strenuum militem decet, maluit pugnans fortiter interire. Nani cum sibi omnino proditorum scelere pereundum videret: ad primas proditorû voces intrepide è mensa prosiliit; strictoq; repente ferro, parieti tergus applicuit; ne à proditoribus circumuentus pateret ictibus inuentum; mox stabili vestigio hærens alios temerè prouectos sternit, alios grauius vulnerat; omnes fortiter se tuendo propellit.

Illius ferocia

Gordonum perfidum truculanti ssima voce compellat; ipsum ad singulare certamen prouocans: ceteros infames, vili ssima capita inclamat: qui

M m con-

conferto globo in quatuor innocentium cædem perfidissimè, atq; iniquissimè ruerent, conuicia, diraq; ingerens strenuissimè decertabat; atque oculis cruentū spirantibus gladium manu rotabat; plures cæsim, punctim in decussimque feriens, ensē vibrans grauib; inflictiis vulneribus confecit.

Dux Lerda vulnē ratur.

Dux Lerda mortali plaga ictus certamine excessit.

Illous interfcitur.

Si solus igitur Illous tantus fuit in cædendis, summouendisq; aggressoribus: quid coniuratis futurum erat; si quatuor duces simul conglobati inuadentium impetum propulissent? aut destinata parum feliciter successissent; aut eminus minorum tormentorum missilibus erat agendum; quorum fragor ad arma totam urbem, copiarumque reliquum concitasset: coniuratiq; ad unum cæsi fuissent. Illous tandem intentatis vndique hastarū mucronibus unum illum tot incessentibus ensibus, alabardis, multis traiecit vulneribus expirauit. Dominis ad cœnam vocatis, solita lixarum turba in aliud remotius abducta conclaue: quod cum de rebus grauib;, atque arcanis inter conuiuas foret agendum, non deceret seruos interesse cœniui.

Coniurati ad interficiendum Fridlandum properant.

His ducibus interfectis Gordonus veritus, ne quis inter tumultum elapsus rei gestæ euentū Fridlādo nuntiaret: vt salutaris nuntij pretium acciperet: ipse vigil pro foribus egit excubias. Lesleus in foro idem munus obiit. Pacato domus tumultu, Butlerus vno ex suis ducibus, duodecimque electissimis moschettarijs adscitis, cum pluribus alijs, qui manipulum sequebantur: recta ad Fridlandi palatium contendit; prolataque vigilibus tessera militari, custodum statione potius nullo edito strepitu iuuantibus ijs, quos custodibus consulto miscuerat: in interiora conclauiua peruasit.

Quid ageret Fridlandus ante suam necem.

Primæ fores impactæ veluti ariete humi prostratæ. Custodiæ militum siliuerunt: aut corruptæ, aut stupore attonitæ: quod ab amicorum carissimis Fridlandum inuadi conspicerent. Erat Fridlandus interiori tātum linea tunica amictus ceruiciæ craterem à cubiculario oblatum hausturus: cum audito portarum ruentium crepitu, substitit hærens, quid illud rei esset? cubiculariumque scrutatus misit: quid illo nocturno silentio importunus strepitus ederetur. Ille qui omnis fragoris erat prorsus impatiens, exquisitaque silentia circa suas ædes amabat: optinè poterat diuinare illum importunū, nocturnumque strepitum hostiis aliquid, malique portendere.

Cubicularius in-fidias in-clamat.

Cubicularius domicilio egressus cōnratos armatos strictis gladijs offendit: obstupuit primò ad illorum trucem intuitum: deinde in cubiculum trepido recursu resiliens, manu attracta à tergo ianua: vt pessulo cadete, clauderetur: infidias, infidias iterum, atque iterum exclamat: qui non tamen ita se festino gradu subduxit quin coniurati vociferantem vulnerarent.

Coniurati Fridlandum inuadunt.

Nec mora deiectis valido impulsu foribus: quæ debiles incumbentium violentiæ cesserunt: in Fridlandi cubiculum strictis gladijs irrumpunt. Ille atrocitate inopinati casus attonitus demisit animum: nec ad sui tutelam ea arma arripuit: quæ acie in hostes in alijs magis horrēdis terroribus impauit: animo tractarat: sed ad fenestrā trepidus aduolauit: nescio an vt milites clamoribus exciret ad arma: an vt se se in præceps deijceret; sed erat

erat è ferro clàtrata conuerfus itaque Butlerum inclinata, intentaque hàsta ad se ferendum ruentem vidit, terribilique eum voce increpuit: & cum minis preces miscere vellet, confusum protulit sonum in nulla distincta verba voce formata. Interim Butlerus haurit vterum ferro, iterūque hasta trāsfixus humi cadens extinguitur. Eodem tempore turbines cælum multo tonitruum fragore miscebant: videbanturque tot fortissimorum ducum funeribus illachrymari.

Fridlandus vulnerratur, & occiditur.

Ita excessit è vita ille Albertus Valsainus, cuius animo ita se fortunæ felicitas superfuderat: vt è priuati equitis conditione eum ad supremam honorum, potentiz, opumque fastigium extulerit Fortunatissimumque Cæsarem Ferdinandum eius potestati, arbitrioque tradiderit. Incredibili prudentia, virtute, arte, peritia commissos sibi exercitus duxerat: & quod in ipsius vita felicissimum censi poterat: sui seculi bellicosissimum, pugnantissimumque Regem hostem sub suis oculis acie cadentem vidit.

Fridlandi fortunæ dotes.

Illi bellum pro Cæsare administranti maximi principes paruerunt. Sæpe fe Imperij columen, seruatoremque vocari lætus exaudiit. Seuera militari disciplina milites continebat; in eos durum, & asperum imperium exercens: ex quo ipsius innocentia facile poterat coniectari: cum rebelles beneficijs, suauitate, facilitateque morum militum animos solcāt demereri. Interijt à suis occisus, & tamen ad neminem promptius confluxere cohortes: vt illum hostium spolijs diuitem, gloriosumque facerent. Danum regem bello domitum ex Quadis, totaque Bohemia armis exegit. Ad Balticum mare protulit Imperij fines, quod plura secula Romanas non viderant aquilas.

Fridlandi laus.

Fridlandico, Megalopolitanoque ducatu ipsius bellici pensati labores: atque Imperij princeps tota Cæsarea aula fuustū acclamante renuntiatus. Cæsaris voluntati, omniumque Imperialiū animis imperare visus est. Sed quamuis tanta potentia in Germania floreret: à se Hispani tamen Regis animum alienauit: quòd ab Italici belli cōsilio in Mátuæ perniciem Cæsarem auertere conatus esset. Vasto animo ingētes spiritus nutriebat. Regio pene luxu, & sumptu, exquisitorique magnificentia supra omnes Germanos principes viuere gaudebat. Vulgari tamen amictu utebatur, à plebeio parum abhorretē: quod magni animi indicium est: siquidem nunc vestium pompa, & cultus elegantioris, ac pretiosioris ineptiæ comediarum actoribus, circulatoribusque communes cum principibus sunt.

Militaris disciplinæ rigidissimus custos acriori seueritate in officio milites continebat. Locutuleios, vanaque rerum suarum iactatione tumentes perosus, Hispanos quoque ex gentis ingenio gloriosos milites contemnebat. Naturæ peccata, quibus à beatarum mentium conditione diuidimur: effusis largitionibus contegebat. Harum ingentium virtutum fulgore conspicuum Inuidia magnas animas impellere assueta, immerentem in indignā tanto viro calamitatē de sublimi felicitatis, gloriæque fastigio deiecit.

Cæsorum cadauera in quodam sacello ordine collocata. Illud vero Val-

staini imperatum, vt honorifico tumulo conderetur. Quod apertè docuit rei gerendæ seriem, perficiendæque cędis mandata Vienna coniuratis du-
Cęsorum corpora in sacra ad colloca- tur. Frid- londi ve- ro cada- uer hono- rifico tu- mulo con- ditur.
 cebus fuisse præscripta. Nam cum quidã acerbè de hac magnifica Valtaini sepultura apud Cęsarem quererentur, postularentque vt effossum è loculo cadauer veluti perduellis eo supremo honore indigni extra sacra septa proijceretur; repulsam tulere. Verebantur sepulchri decus Valtaino inui- dentes, ne illud esset ipsius innocentię cęnotaphium quod eum infontem omnibus sæculis prædicaret.

Nec dum ab ipsius cęde tres intercefferant horæ; cum dux Franciscus Albertus, qui Vinmariensem ducem pro Valtaino conuenerat: rediēs Ra-
Vinmariē- sis dolor de Frid- lādi nece.
 tispna illius, amicorumque cędis ignarus in Imperiales incidens captus Viennam abducitur. Dux quoque Bernardus Ratispona profectus Egram versus insidiarum metuens lento gradu tendebat; cum Valtaini cędis ei nuntius affertur. Incredibili dolore subito concussus ingemuit; se incredulū identidem amariūs incusans; suasque moras sera pēnitentia damnans. Francisci quoque Alberti vincula ægerrimè tulit.

Picolomineus Cęsaris iussu cum duobus equitum, & quatuor peditum
Picolomi- neus Egrā contēdit.
 millibus Pilsenam intrauit. Ingressus subito muralibus tormētis & sulphu- rei pulueris cadis, omnibusque impedimentis à Fridlando relictis potius Pilsena Egram tetendit, vt coniuratis adesset: sed ipsius auxilio iā cęso Frid-
Fridlādi amici co- muniūtur in vincu- la max li- berantur.
 lando opus non fuit. Post Fridlandi necē omnes ipsius amici, quiq; eius fa- uisse, studisseq; partibus putabātur, custodijs asseruari iussi. Adeo frequētes ducebātur in vincula; vt Pragenfes carceres colonię militum viderētur; & tamen omnes, indicta rescipiscētibus venia, dummodo in posterum partes tantum Cęsaris sequerentur; perduellionis scelere absoluti liberi abierunt.

Inter magis cōspicuos, qui in vincula ducti fuerant; Sciafgotschius emi-
Froidber- gi amor erga suū Chiliar- chum.
 nebat. Quadorum præfectus Olauię eius loci Chiliarchi iussu detentus est: cuius legatus tribunus Freidbergherus eius amantissimus, vbi eum captū, detrusumque in carcerem audiit; omnem legionem, quæ mille trecentis militibus constabat ad sui Chiliarchi salutem tuendā concitauit ad arma; immo nobiliores Tropau ciues, & quamplurimos potuit è vicinis oppidis interceptit; pluresque Cęsaris purpuratos, conquistoresque custodiæ tradi- dit, necem acerbissimam omnibus interminatus, si quid durius in suum Chiliarchum consultum foret. Aliquot quoque peditum legiones insolenti-
Militum de ducum cęde que- rela.
 tiūs quasi in seditionem versæ stipendia, exauthorarique flagitabant; fre- mebantque minis adiectis, quòd pro fortis, fidelisque operæ pretio ensibus latera foderentur, alabardisque proficissis vteris viscera ad pedes transfixa defluerent. Verum hæc militum consternatio subito pacata quieuit, atque ad fidem seditiosi milites redierunt.

Ex prouocatione sæpe quoq; certatū inter milites est; alijs pro Valtaini
Plures pro Valtaini innocētia & persi- dia decer- tant.
 innocētia; alijs pro Cęsaris iustitia pugnātibus. Cuius studiosi flagitabāt, vt omnes Fridlādi amici exauthorati eijcerētur è castris: ne aliquod ciuile bel- lū accēderent; Pānoniæq; rex designatus Imperator ad exercitū mitteretur.

Sed

Sed militum vulgi, quod aliquo insigni duce nō regitur; facile defertur ille. animorum æstus; tumultuantisq; desidet insolentia, cum vel obiecta oculis terret pœnarum acerbitas, vel militaris sacramenti religio animos mouet.

Fridlandi percussores amplissima præmia à Cæsare retulerunt. Lesleus Fridländi percussores præmijs donantur. aureo torque per totum baccato gemmis viginti tolerum millibus æstimato donatus est; illique insuper legionis Pannoniæ Regis corporis custodum præfectura promissa. Alijs etiam ingentis pretij torques pro cuiusque nauata cædi opera distributi: iniectaque omnibus spes rebellium fortunas, bonaque iam fisco addicta singulis esse partienda.

Cæsar Pragam se trāsferre cogitauit, vt res nouas ex Valstaini cæde molientium conatus comprimeret; deuotosque in fide suæ præsentia maiestatis contineret; sed Picolomineus vbi demisisse animos consternatos, sedatosque vrbs tumultus aspexit; Cæsarem monuit nihil opus esse ipsius aduentu: cum omnia pacata silerent. Cæsar itaque Viennæ sublitit; vbi præter honorē sepulchri, Valstaini etiam manibus hostijs maioribus parētavit; nulla tamē exequiarum pompa, iussitq; atratis in amiculis pro ipsius salute sacrificulos operari: suoq; familiari dixit, ducis Valstaini crimen esse lōge minus atrox, quā ipsius inimici paulò malignioribus animis figurarāt.

Non ita multò post Sciaffenbergus vinculis, & crimine absolutus est, eius innocentia comperta. Aliquot tamen capite multati sceleris participes, conscijq; deprehensi. Duci Francisco Iulio Lauemburgo dies dictus est: qui ad obeundum vadimonium Viennam suæ conscientię secu: us aduolauit: sic Cæsar inter hæc Fridlandi innocentia, noxæq; dubia puniendis alijs, alijs absoluendis, illius memoria cū honore identidem recolenda, ancipites mortalium animos fecit; quid sibi de huius rei veritate sentiendū foret.

Vratislauenses spe ducti Fridlandi nece Cæsarea arma in duas partes fecessura esse: eo prætextu, quod de libero religionis cultu cum Sciafgokschio conuentorum fides seruata non esset à Cæsare deficere moliebantur: sed potentiùs mouebant cum insulæ præsidio diffidorum incommoda; cuius perpetuis incurfibus quotidiana detrimenta ciuibus inferebantur. Magistratus igitur populo in concionem vocato retulit de præsentium rerum statu: illinsque sententiam rogauit: an in Cæsaris fide, amicitiaque persistendum foret: an fœdus cum Suecis, atque Electoribus ineundum. Pauci admodum sentiebant à Cæsare standum: non solum ob antiqui sacramenti religionem: quæ omnino violanda non erat: sed etiam quòd Electores, & Sueci, vt gente, dominatu, compendiorumque causis prorsus diuersi diutius initam societatem colere non possent: cum nullus supremæ autoritatis imperator, qualis Rex Suecus olim fuerat copijs præfset: & Suecorum intra Imperij, Germaniæque viscera esset nimis crescens metuenda potentia: sed si nihilominus mentibus insideret hostibus Imperatoris accedere: viderent etiam, atque etiam: ne si ille toto bello victor existeret; eiurata temerè fidei pœnas darent: tum neque Electorum promissa, neq; Suecorum, liberarumque vrbiuum societatem profuturam. Cogitarent, nulli vnquam

populo rebellionem feliciter processisse; vnis exceptis Batauis, qui locorū iniquitate inuij Hispana arma riserunt.

*Pratila-
nienfes fa-
dus cum
Sueco per
cutiunt.*

Tota concio magno silentio has Cæsareæ parti fauentium voces, ac rationes exceptit; sed protinus in Protestantium studia, damnata Cæsaris societate, inclinatis animis succlamarunt; *Quameunque sequendam Protestantium fortunam: in ea viuendum, moriendumque esse: etiamsi ciuitas ipsa, ne dum priuilegia esset amittenda.* Hoc plebiscito de creto Frādorffum Insulæ præfectum edocent; quid populus iusserit. Itaq; subito sublatis hostilibus, pacatis dissidijs, ad mutuā defensionē, si bellum ingrueret, sedus percipiunt.

*Vnde Phi-
lisburgū
dicitur.*

Hisdem diebus ad Philisburgum munitissimū totius Germaniæ propugnaculum unius Sueci aliquot mensiū irrita obsidione pependērāt; nec multiplici circumdatum vallo, fossaq; septem vllam spem deditiois faciebat: nec nisi diuturna, ac difficili obsidione poterat expugnari; cum in fossa altius aqua restagnante, mœnibus succedi non posset; omnemque impetum arx munitissima submoueret. Illam Marchio Spinula feruente Bohemico cōtra Palatinum bello, ad Rheni littora condiderat; Philisburgumque à Catholici Regis nomine appellauit, cum prius Vndenhaimum vocaretur.

*Philisbur-
gi descri-
ptio.*

Marchio optimè explorato loci ingenio; ratus illū tuendæ Spiræ fortissimum munimētum futurum; si ibi Propugnaculum strueretur; huic operi excitando adiecto animo arcem ad stellæ simulacrum circumseptem quasi radijs prominentibus, propugnaculis figurauit. In depressam profundius fossam aqua fluminis corruata. In exteriori pomœtio fixo firmissimo vallo oppidum sepfit. Nec his munitionibus contentus ad distindendū longiūs hostem aliquot parmulas, ac loricas eduxit; duobus mœnium ordinibus totam vallauit; propugnaculis per interualla in fossam procurrētibus.

*Cæsareū
Philisbur-
gum occu-
pant.*

Inter vtraque mœnia fossa satis ampla subsidente, in quam pariter deducta per emissaria fluminis aqua, ab vtroque latere quasi lacum effecit; vt difficiliorem ad subeundum hosti aditum redderet. Treuirēsis Elector legitimus princeps valido imposito præsidio propugnaculum suæ ditionis firmissimum, ac carissimum custodiuit; donec à Suecis obsideretur: quo tempore veritus præfectus, ne illud amitteret; subsidio Hispanos acciuit; qui arcem cum longe numero, adiectis Imperialibus, Electorales excederent, occuparunt; socijs in Cæsaris verba iurare adactis.

*Obsessi
Suecos ca-
dunt.*

Obsessi igitur cum Suecos remissius neglectis custodijs, infrequētibusq; stationibus agere comperissent; nocte concubia cum omnia alto silentio quiescunt; tacito agmine è portis egressi repentino facto impetu, quodam hostium propugnaculo potiti; Suecos obuios paucis captiuis abductis, nullo discrimine trucidarunt.

Iterum tertio idus Ianuarij eruptione facta, tormētis simul è mœnibus in Suecica castra iaculātibus, nō exiguū detrimentū obsidētibus attulerūt; sed cōsuetibus vndiq; ad certaminis locū equitū turmis, in oppidū minime trepido gradu, ne hostiū mole opprimerētur; redierunt. Verū cū ad omnium rerum vltima iam ventū esset; & commeatus, annonaq; penitus defecissent;

nec

nec ullus venientis subsidij nuntius afferretur; quocumque aditu firmis hostium stationibus obfesso, de deditioe animis agitabant, quod vbi rescituit Treuirensis Elector sepius Cæsareos, missis caduceatoribus, sollicitant: vt quando illius retinendæ arcis spem penitus amisissent, sibi illam vero domino restituerent; se ad illam tuendam firma bellatorum subsidia auxiliareque peditum legiones esse misuram.

Treuirensis Elector Philisburgum repetit.

Eandem à Suecis obfessoribus flagitant; quibus addebat: *cum se Galli Regis fidei permisset, quo cum ipsi isto fœdere societatem inissent, eos non posse vereri, quin illud propugnaculum: quotiescunque res exigeret, eorum commodis inseruiret: tutusque receptus Suecis transeuntibus foret:* Sed Sueci illius victoriæ decus, quod tantis sibi, diurnisque laboribus, & sanguine comparassent, decreto nemini cadere, eamque gloriam ferre, quæ de subacta omnium opinione inexpugnabili Germaniæ arce profectura erat: nec sexdecim mensium laborum fructus (tot enim in ea obsidione perstiterant Sueci) momento stolidos, insanosque perdere, quos maximis dispendijs, periculis sibi strenuè, ac fortiter quæsiuissent: abscisè, atque ingentibus animis responderunt: se cuiuscunque principis turmas ab eius arcis submoturos accessu. Galli proinde recederent; nisi mallent fœdus inter Succos, eorumque Regem initum rumperetur. Neque enim sibi quicquã Hispanos ægrè facere; quod valida subsidia in Lucenibergensi ducatu coegissent; cum sibi tantum animorum esset: vt eorum impetus non fracturos se modo sperarent; sed etiam cum cæde, strageque propulsuros.

Sueci Philisburgum Treuirensi Electori cedere reos, ante

Ad hoc abruptum Suecorum responsum Elector, Gallique quieuerunt; quod Mariscallus à Forzia iussus esset à Rege: vt leniter agendo, molliterque tractando ferores Suecorum animos vota Electoris impleret. Cum igitur Philisburgi præfectus legatus maior Bambergherus, & Dux Petrus Suarez alter pro Cæsare, alter pro Rege Catholico omnia fortitudinis, constantiæ, patientiæque exempla edidissent: vltima passi neque ciborum sordes canes, feles, sorices, aliaque seditissima escarum inquinamenta auersati, arceam Suecis idibus Ianuarij æquissimis conditionibus dederunt.

Philisburgum deditur Suecis

Sueci nihil in vrbe tot mensium obsidionis malis exhausta annonæ præter ducedecim vini dolia repperunt. Quare sedulo conuehentos vndique commeatus, cæteraque ad humanos vsus necessaria, ac rerum omnium affluentia vrbe firmandam curarunt; ne si hostis ad eam bello repetendam, vt credi par erat, accederet: isdem, quibus Cæsarei, rerum difficultatibus premerentur. Plurima muralia tormenta, ingens tormentarij pulueris, & ferrearum pilarum modus, sex & viginti campanæ humi deffosæ repertæ sunt. His ita peractis Sueci festis ignibus, hilari muralium tormentorum fragore, quibus nostram lætitiã testari solemus, sibi de expugnata munitissima vrbe effusè gratulati sunt.

Volitabant quaquauersum victricia Suecica signa, atque vndique Rem Cæsaream impellebant. Hic tribunus oppidum, ille præfectus arcem quotidie suis partibus adiugebat: Imperialibus copias in apertos campos edu-

Imperialium timor

Vuerdeni
præfectus
ciues ad
tuendam
urbem
hortatur

cere nõ audentibus; neque se tot Suecorũ conatibus obijcere. Quare Vuerdeni præfectus veritus ne illi eodem ciuitas Suecorum impetu caperetur; maturè suis rebus consulere, oppidumque commeatibus, rebusq; tormentarijs munire constituit. Alij quoque ministri Neoburgo profecti cum Cæsareo conquistore Adamo Zorno eodem conuenerant. Hos omnes, vt aut tentæ vrbis gloriæ, aut amissæ pudoris sodales haberet: in consilium cū vrbis Senatu vocatos hortatus est: vt urbem fortiter propugnarent; se strenuè effecturum: vt suæ partes nõ desiderarentur. Hostem vbique victorem circumferentem signa, locaq; identidem occupantem, illam certè vrbem cū copijs victricibus aditurum: proinde defensionem pararent; ne sæuissimum barbarorum iugum acciperent: sibi non deesse vigorem, ac spiritum, si suos ipsi conatus pari virtute iuuabunt; vt mœnibus arceat immanissimos hostes; proculque inde cum dedecore abire compellat: satis firmis urbem propugnaculis vallari, à quibus si viriliter contra Suecum pugnare decernant; se non vereri, quin summoti, victique hostis, ac seruata sibi Imperatorique patriæ decus bellicum ferant.

Præfecto peroranti Zornus assensit; atq; Cæsaris nomine amplissima præmia fortibus viris promisit: à cuius Imperatoria munificentia quidquid honesti peteretur, sibi poterant polliceri. Neoburgi etiam Senatores, qui eodem venerant; præfecti fauere sententiæ: propugnandam omnino esse urbem, neq; hostibus fidem fallentibus, apud quos nihil est inuiolabilis, nihil sancti dedendam. Audierant attentis auribus Vuerdeni Senatoreshortamenta, propõsita, promissa; sed mutuo se oculorum coniectu inuicem taciti intuentes, nutibusq; cognitis singulorum consilijs, vt pote quorum eadè sententia mentibus insideret; ab eorum seniore antiqui moris viro ita pro omnibus responsum ferunt.

Vuerdeni
ciuis respõ
sio ad præ
fectum

Nunquam me ciuium conuentibus, aut consilijs interfuisse memini, in quibus nan semper aliqui speciosa dictu: cum de re quapiam ardua referretur, factu verò difficilia verbis magnificis prædicarit. Verum non eorum fiduciam, animositatemque sugillo. Hæc pacis, quietisque subselia à periculis remota bene sperare, principibus obsequi, iuratam fidem seruare, operamque suam fortiter polliceri suadent. At hæc canities promissæ pectore tenus barbæ, tot annorum, quibus graior, experientia, effeta iam atatis rerum præteritarum cognitio docet, accuratiùs esse nostras, hostiumque vires ex mutua collatione pendendas: imminentiæque grauius, ac diligentius excutienda discrimina, ac rerum nostrarum, vrbisque statum prudentiùs examinandum: ne incauti angustijs deprehensi serò de nostra vana, ferocique audacia, ac stoliditate queramur. Parcite, Ciues, parce, Præfecte, si quid liberiùs loquar. Date hoc senilis, ac prope cadentis atatis prærogatiua, vt iam humana, mortaliaque despicienti liceat syncerè, atque aperte pro meâ patriæ salute, quidquid libuerit profiteri. Noxia siquidè assentationis odi, atque execror blandimenta, quæ plerunque populis perniciè principibus exitium, priuatisque rebus detrimentum ferunt. Neque enim in hoc seniorum conuentu, ubi de rerum nostrarum summa, atq; extremo vrbis periculo agitur:
est

est ambigua, ac perplexa oratione loquendum. Vtinam facerent Superi
 urbem nostris imbecillis, infirmisque viribus à Suecis tueri posse-
 mus. Ego primus certè ut bellico aliquo ausu, ac decore honestiùs claude-
 rem hos meos ultimos dies; gloriosiorque meæ patriæ deuoto capite fato
 concederem; pro mœnibus hoc senile pectus hostibus obijcerem; subeuntes
 hastâ, ac tormentis arcerem; meos ciues ad suam probandam Casari fi-
 dem, communemque patriam fortiter defendendam hortarer. At quæ per
 Deum immortalē nostra vis est, atque potentia; ut urgentibus hostibus,
 atque impetum in mœnia facientibus resistamus? Quæ auxiliares sociorum
 manus, quæ præsiariarum cohortes, & centuriatæ iuuentutis delectus
 cum fremuerint classica, & tympana bellicum perstrepuerint, ad mœnia
 tuenda aduolabunt? quæ stipatæ phalanges ad lorica fastigium enitentes ho-
 stes hastarum pulsibus ad ima deiciant? Nos scilicet orbæ ciuitatis inu-
 tiles reliquæ destituti senes nutantia senio membra, tremētiaque ætatis
 vitio ad pomerium irabemus; ut hostem admotis scalis muros scandē-
 tem in caput præcipitem demus. Nostra soboles in bella profecta pro alia-
 rum urbium salute, pro Casare pugnat: Inuentus assiduus delectibus, sti-
 pendijsque consumpta nos inter hæc squalentia solitudine tecta deseruit.
 Quidquid virium, quidquid roboris erat, frequentes tympanorum pulsus,
 tubarumque cantus inuitantium ad bellum in alienas terras abduxit; nobis
 miseris senibus ad habitationem urbis verius, quam ad custodiam relictis.
 Nos igitur, si totis è castris hostium egressæ cohortes undique muros inua-
 dent; languidi feroces hostium impetus sustinebimus? Laudo in oppido de-
 fendendo constantiam; erga suum Principem fidem usque ad ultimos spi-
 ritus seruandam puto: timidos, abiectosque animos non damno solum:
 sed etiam auersor: barbarorum iugum, imperiumque perhorresco: nouos
 Principes nostrorum insuetos morum repudio: sed quis pro nobis miles:
 quæ armata iuuentus per mœnia discurrens Suecorum inuadentium assultus,
 violentiamque propellet? His ne debilibus viribus audendum: quod neque
 fermissima munimenta, ac valida armatorum præsidia potuerunt? Inexpu-
 gnabiles, totiusque Germaniæ munitissimas arces nequicquam tuentibus Cæ-
 sareis feliciter expugnarunt: obtinuerunt bellatoribus frequentissima oppida:
 nihil iam inuium nihil insuperabile huic efferæ genti obijci potest: quidquid
 aggreditur aut cito, aut sero potitur: victoriam secum impetus trahit: om-
 nia pro arbitrio victa pessundat: nisi illa indomita gentis feritas volunta-
 rijs deditioibus deliniatur. Verum tamen agite, ciues, enim verò nos pau-
 ci cum tantulo præsidio clausis portis properemus ad mœnia: primis im-
 pressionibus strenuè resistamus: Quid tum si efferatis rabie animis: ut dif-
 ficillimis quibusque rebus maximè oblectari solent: iterato acrius impetu,
 nobis mœnium corona depulsis violenti: (quod ne fuerint Superi) in ur-
 bem irrumpent? quæ cadentis patriæ lacrymabilis facies? horret animus mi-
 ferrima horribilis rei tantum etiam specie oblata: quæ insontium cædes? quæ
 populi sædissima strages? quæ nostrarum rerum, fortunarumque direptio.

Nullus

Nullus ignorat effranem militum licentiam, cum vrbes impetu factò capiuntur. Nihil à seuissimo hominum genere nisi vltima expectanda. Tantis igitur periculis nullis validi militum propugnantium cohortibus stolidi, nullius consilij hanc patriam obtrudemus? immo in illa dabimus imprudentes nostri ipsorum carnifices? si nostræ vires huiusmodi essent; quibus præpotenti hosti posset obsisti; puderet me properatæ deditiois mentionem inycere: hanc meæ ante actæ vitæ intaminatæ ad hanc vsque diem erga Cæsarem fidei labem inferre nollem. Sed cum nihil virium ad urbem tuendam nisi feroces animos afferamus supremi excidij discrimini obijciendam urbem non censeo. Sed si tibi præfectè, fert animus hostium impetus expectare, expedireque defensionem; Cæsareos Duces nostri periculi celeriter admone; cita militum subsidia deposce, accersi peditum cohortes; induc in urbem equitum turmas, auge nouis auxiliariis præsidium manipulis; nostram operam non desiderabis: sociabimus ex animo cum militibus arma. Illi nimirum nostra discrimina in sua capita vertent: nos suis armis tuendos suscipient. Intra arcium, urbiumque munimenta trepidant ad Suecorum accessum: non audent extra propugnacula copias educere: suis quisque periculis cauet: ne dum alienis prospicere curat. Nostris igitur tantum viribus fretus expedis defensionem? tuos oculos in nostra solum auxilia conuertis? Nos officio nostro fecimus satis, nostrumque munus prorfus impleuimus, cum pro nostra salute tuenda annua vectigalia Imperatori persoluimus; cum assiduo pecunias in præsentia bella pependimus: neque idcirco essemus vllatenus his propugnationis periculis immiscendi, cum vobis ad nostrum præsidium mensura stipendia metiamur. Vobis sunt ex militari munere, non ciuibus certaminum adeunda discrimina; qui vos in hoc ipsum suis opibus alunt: vitæque vobis subsidia sufficiunt. Ad quid perpetuis pecuniarum exactioibus exhaurimur, crebrisque pensionibus emungimur: nisi vt necessitate premente, nobis tuendis accepta vitæ subsidia reponatis? Quæ tributa singulis pendimus annis: pecuniæ, quas identidem pacis tempore soluimus; in ararijs ad bellorum incommodis consulendum reponendæ sunt: vt inde ingruentibus postea bellis adleuandum imperium difficillimis temporibus depromantur: non luxu, conuiujs, edenais spectaculis vanissimis sumptibus profundantur: ne aliquo urgente bello, instanteque hoste ad miseros iterum ciues nullo pudore, fortunarumque reliquias confugiatur. Nihilominus tamen hos pauculos obolos, quos reliquos nobis continua exactioinum fecit acerbitas: ad retinendam incorruptæ fidei existimationem, inuictæque constantiæ laudem libentissimè promeremus: si quicquam nos hoc tantulo subsidio profecturos, atque hunc urbem seruaturus Cæsari speraremus: sed his absumptis ad inopiam deuoluti iisdem difficultatibus implicabimur. Neque fieri potest, vt quamuis supremis conatibus adnitamur: diu urbem ab hostium potentia, atque impetu defendamus. Quare ne Suecorum stolidi obstinatione animos asperemus; honestis pactis conditionibus urbem dedendam puto; ne reliquos superstites ciues inconsulta audacia, ac temeritate perdamus: atque huic

huic patria dum bellicosi, pugnaeque videri cupimus; exitium insano consilio paremus. Quod nostri erit officij stipendia militibus, commeatusq; abundè donec suppetent, admetiemur. Caterum tua pace, Praefecte, nostræ incolumitati, salutique pro nostro arbitrio prospiciemus.

Senis peroratio fuit reliquorum ciuium conuentus decretum. Praefectus tacitus, & cogitabundus ciues à consilio non dubiam iram contracta fronte praefereute dimisit, addens se facturum, quod Deus in tali re faciendum fuggeffisset. Animaduertit ciues iam Caesareum iimperium perosos in fide erga Caesarem nutare. Illum audaculum senem aut acerbis verbis castigare, aut ob nimium liberam, temerariamq; orationem punire, nec sani consilij, nec illius temporis erat.

Kal. Februarij Suecorum turmae in vrbe conspectum venere. Praefectus librata iam opportunis in locis tormenta in confertas hostium cohortes emisit; aliquot templa mœnibus adiacentia combussit; ne illis Suecus ad quatiendam ex alto urbem tormentis ibi dispositis vteretur: aut ne illa hereticis ritibus inquinaret. Positis castris, hostis antequam vineas, pluteos, loricisque admoueret; mollius praefecti animum missis in urbem per tubicinem literis tentat; suadetque, vt ab illa vrbe cum suo praesidio decedat, Abnuuit praefectus turpiter, & ignaue ad hostium nutum, & aspectum nullo inuito certamine, urbem hostibus tradere.

Adductis igitur in mœnia praesidiarijs, collineatisque tormentis repente, Suecos missilium iactibus ferit; suburbiaque iniectis flammis iussit incendi; ne à tormentorum ictibus tegerent hostem; sed ædibus flamma pepercit, casas tantum aliquot populata. Paulatim interim prolatis loricis, & vineis hostes vrbi succedunt ita prope: vt admoto astiocho, portam demoliri pararent; qua postea deiecta, in suburbium ingressi urbem acrius vrgent. Praefectus ad illius hostium accessus intuitum xenodochium cæteris ædibus eminentius vrbi imminens, in quod aggesta tellure collimatis tormentis inde potentiùs quati vrbs poterat; iussit aliquot promptissimos milites contortis flammis incendere, qui in ipso conatu deprehensi obruncati ab hostibus sunt.

Vicetumbus subito in xenodochij culmen tormentis eductis, directisq; in urbem vehementius mœnia diuerberat, Dehiscente crebris pulsibus muro, latumque hiatum aperiente, Suecus se ad inpetum faciendum expediebat; cum ciues vniuersi agmine facto, aditum praefectum iubent ab vrbe discedere; se nolle maiora pati detrimenta, quam haecenus tulissent. Conuentus igitur deditiois leges, quamquam ægrè assentientibus Suecis, ob primas repulsas iratis. Durior igitur praesidiarijs lata conditio, vt scilicet cum singulis duntaxat ensibus in Bohemiam migrarent: Praefectus tantum, cæterique cohortium Duces sua impedimenta secum abducerent. Vna militum abeuntium centuria detractis ex hasta Imperialibus signis, se Suecis applicuit.

Iisdem fere diebus alia Suecorum manus Donastauffum ad Rheni litora

sex

*Sueci Do-
nauffu
occupant.*
sex passuum millibus Ratispona recedens obsidebat : desperabantque iam prosperum illius expeditionis euentum . Cum Bauari in hostem erumpere damnofo consilio decernunt ; vterius enim , quàm par erat , in castra hostium illati, ab accurrentibus vndique Suecis propulsi celeriori, quàm prodierant, gradu, in urbem recurrunt : abeuntium tergis Suecus instans portam Bauarorum turmis immixtus intrauit ; qui portæ statione, adiectoque propugnaculo potitus in arcem in quam Bauari profugerant cõuersis tormentis, ita illam crebris missilium pulsibus quatit ; vt territi Bauari quatri-duo arcem dederint. Milites omnes sine fraude Inglostadium deducti .

*Donauffu
aff. meuer
titur a
Suecis.*
Hoc oppido expugnato ; quasi sublato impedimento , commercia inter Ratisponam, & Straubingam restituta sunt ; redditusque liber mercibus vltro, citroque commeatibus aditus . Consultatum est inter Suecos an illius urbis statio esset valido præsidio tenenda ; variantibus hinc inde sententijs ; potior visa est ; eam esse funditus demoliendam ; cum Bauarus maioribus auctus viribus illam repetere , iterumque commercia inter easdes vrbes intercipere posset .

*Hornus
Constanti.
versus pro
sicicitur .*
Hornus suo agmini copijs adiectis, quæ Philisburgum expugnant ; Constantiæ lacum versus septuaginta equitû turmis iter ingreditur . Quare circumiecta oppida Austriacis partibus deuota illius quondam ferocia experta non mediocri terrore perculsa arma parabant : Cæsareique omnia nauigia Lindauiam, ne ijs potiretur hostis, subduxerunt . Cuius præfectus paulò ante Suecorum aduentum suburbia dirui iussit ; ipsumque Patrum Capuccinorum cœnobium flammis incendi, ne ea contra tormentorum missilia sibi hostis obtenderet .

*Dux Lo-
tharingus
pro Cæsare
bellat.*
Otho Ludouicus Rheni Comes, vt Horni conatus inuaret ; Ducem Lotharingum ; qui iam cum Cæsare arma coniunxerat ; coactisque septem armorum millibus hostem aggredi cogitantem ; sibi aggrediendum putauit ; ne Hornus in Tribocibus cuncta bello terrentem ; incursum, aut intercipiendis commeatibus præpediret . Stennauro itaque motis copijs ad hostem recta tetendit . Lotharingus, qui nisi in armis suæ pristinæ recipiendæ fortunæ spes suas collocarat ; ingenti animi alacritate hostium pro-uocationem non detrectat modo ; sed etiam eductis in aciem copijs, ad pugnam ordines instruit .

*Pugna in
ter Lotha-
ringos &
Rheni Co-
mitum.*
Nec mora clangentibus vtrinque bellicum tubis, tympanisque martiali sonitu ad pugnam milites animante, aduersa fronte concurrunt . Missilium tempestate cessante, cominus ad gladios res deducitur ; immitti pedibus pedites, turmisque turmæ ; vt quisque nactus est hostem ensè impactis ictibus ferit : collatoque pede decertat : nullus suo nisi cadens vestigio cedit : nec nisi in cæsi hostis locum promouet gradum . Hæc diu iniuctæ vtræque acies neutra pauoris indicia præbente ; immo vulnera magis animos efferabant . Tandem veterana virtute acrius prementibus Suecis, Lotharingi cessere cum loco victoriam . Ad mille quingentos ex Lotharingo exercitu corruerunt . Sueci aliquot muralia

*Lotharin-
gi fundi-
tur a Sue-
cis .*

tor-

tormenta cum pluribus militaribus signis adepti sunt.

Hornus verò latè territa Sueuia, Steini angusti arum aditu ab Heluetijs iterum impetrato, omnes copias ad Bibacum promouit: vbi quocunq; aditu militum stacionibus clauso, erectis tumulis ad libranda tormenta, loricas, munimenta que excitauit. Verum hic sedulus Suecorum labor, & aggerum tumultuaria, repentina que molitio, nihil Strafoldum præfectum terruit; cum nec dum vllus tormentorum apparatus proferretur. Hornus, qui illà expeditionem festinato perficere cupiebat; oblati æquis legibus ditionis, præfectum ad urbem tradendam per tubicinem inuitauit. Ille paucis, sed strenuo bellatore dignis Mariscallo respondit, non esse transigendi tempus; aperto Marte, ferro que urbem non verbis mollibus occupandam: proinde mœnia subiret; inuenturum, qui non inania Suecorum, Gothorumq; nomina formidarent.

Hornus
Bibacum
oppugnauit.

Erat præfecto admodum debile præsidium; imbecillæque pro tanto hoste pellendo vires. Hornus audaci præfecti responso iratus. Adeo insolens victoria est: vt virtutem ne verbis quidem ferocibus prodi a debiliore patiatur. Postera die tormenta, quæ lutulentis vijs ægerrimè trahebantur, superata itinerum difficultate, in vrbis conspectu producuntur. Extemplo suis quæque locis collimata, ac tanta ictuum frequentia vrbis concuti cæpta est: vt pluribus in locis murus profcissus hostibus ad inuadendum amplum aditum aperiret. Tunc Strafoldus cognito vrbis discrimine, non amplius differendam ditionem ratus, tubicinem ad Hornum cum aliquot ciuium, nobilioribus misit, petens, vt saluis cum impedimentis liceret abire.

Strafoldus
deditio-
nem fa-
cit

Hornus abruptè id concedere recusauit cui Tubicen. *Hoc meus sanè do minus à te acerbum, crudeleque responsum se laturum diuinauit. Ille sui memor officij, disciplinaque militaris, ac sui decoris tenax urbem sua fidei, tutelaque commissam ad solum inanium verborum terrorem tradere noluit; præstitit, quod & ipsius clara natalia, boni equitis munus, obligataque Cæsaris fides poscebant, quod etiam foret ab hoste probandum. Cur igitur tu præfecti constantia, virtuteque indignaris? Ecquando vnquam euenit in bellis (nisi omnino præfecti perfidi, ignauique sint) vt ad vanum tubicinis ad ditionem inuitantis cantum, non expectato saltem vnus volantis tormentaria pilæ ictu, vrbes hostibus, arcesque dedantur? Næ tu id quidem ab hoste non posceres: ne victoriæ gloria dedentis ignaui fieret vilior, & minor. Quæ enim laus est inertes, timidosque vincere? Quo fortior, validiorque hostis est, ita clarius de illo prostrato bellicum decus exoritur: ex hostilis magnitudine virtutis crescit honor, lausque victoriæ. Sed si prorsus tuo animo infedit, nos omnino velle perdere, nec saluos abire permittere, perfectus ex desperatione generosa consilia capiet, quæ magis hostibus noxia, quàm sibi futura sunt. Nulla est difficilior, periculosiorque pugna, quàm quæ cum desperatis inicitur. Per vulnera, stragesque tuorum hæc vrbis tibi petenda est: quam posses clementius agendo, citra tuorum militum iacturam, maiori cum lenitatis, moderationisque laude obtinere. Scicitare ab his ciuibus, quibus vsibus tormen-*

Tubicinis
verba ad
Hornum

tarij

rarij pulueris residuum destinatum sit . Protestantes tui in subterraneo specu conclusi , effosso subtus cuniculo trepidant ; ne se praefectus desperata salute iniectis cuniculo ignibus in sublime contorqueat : quod ille procul dubio perficiet , nisi tu nos saluos abire patieris . Quando ad vltima rem ductam videbit , nec nostris armis mania tueri poterimus ; in qua certe per tuorum militum cadauerum strues tibi scandendum erit : viaque in urbem tuorum strage molienda . Nos igitur , si tuos milites , si eiusdem religionis ciuos saluos esse desideras : sine ex hac urbe nos cum nostris sarcinis , & armis incolumes excedere . Sin nos perire mauis . scias non desperantium modo nos viribus , atque animis pugnaturos : sed etiam tuorum strage , horribilique laniena egregie nostram cadem vlturos .

*Praefecti
animosa
feritas*

Adeo non aliquid Hornum mouere tubicinis verba ; vt etiam ad maiorem prouocauerint iracundiam . Negata igitur ciuibus , praesidioque salute , praefectoque inde in urbem tubicine , expeditur in moenia impetus . Praefectus aptato concipiendis flammis cuniculo , promptum suuiculum accensum esse iubet ; vt longè funestissimum faceret suam vltimum diem ; Protestantiumque foedissima strage memorabilem . Lachrymę tamen aliquot innocentium puellarum suorum affinium , parentumque casum effusę lugentium ferocis praefecti animi diritatem adeo mollierunt ; vt Horni aduendi , precandique ab eo suorum ciuuium salutem concesserit potestatem . Iam admotę erant moenibus scalę , paratęque igneę bolides in urbem iaciendę : vt simul ferro , flammaque grassante periret .

*Virgines
passissimis
Hornum
exorant*

Iam milites expediti in armis inuadendę urbis tubę classicum expectabant ; cum Hornus patefacta repente porta quasi lymphatam puellarum turbam passis crinibus vlulantium , lacerantiumque comas ad sui equi pedes videt accidere ; alias supplices tendere manus , alias pronas humi procumbere , telluremque capite plangere ; alias pugnis tundere vultus , ac pectora , genasque vnguibus lancinare ; omnes pracludente spiritum dolore , vix has miserabiles voces ex crebris singultibus exprimere : te nostri misereat Imperator ; te moueat nostra calamitas . Ad illum miserandum virginum vlulantium aspectum delinita irati pectoris feritate , vltionis ardor , succedente clemencia , refrixit .

Iussit Hornus supplices stare , ac gemitus cohibere : vnamque earum pro omnibus loqui , clementiamque sperare . Vna ceteris animosior verba necessitate suggerente , compressis vtcunque singultibus , dum fari incipit lachrymę iterum profiliunt , interpellantque dicentem . Tandem fixis in Hornum oculis lachryinis madentibus confusa sane verborum structura ; sed efficaci oratione , tenerrimoque affectu suorum ciuuium causam egit : atque ad viuum suorum affinium , parentumque supremum vitę discrimen expressit ; addidit preces iuuantibus identidem ad victoriam fletibus , Horni animum flexit .

Ille ite, inquit, renuntiate vestro crudeli praefecto vestrorum planctum quolibet ferro potentioribus telis eum meam iustam iram vicisse : mittat feciales in castra,

castra, qui mecum de deditiois legibus paciscantur: quod ego libenter eius Hornus à Virginib. pacatur. militum barbarorum vitam tot innocentium ciuium salute mutabo. Transactum est igitur: vt nono Kal. Aprilis Bauari inermes absque vllis militari- bus signis, cum sarcinis tantum discederent.

Hinc Hornus Kemptam procedens eam in deditioem accepit; quod eius præfecto capitale fuit, nam ignauia damnatus habita quaestione, securi percussus est. Kempta * Drusomagum profectus est: satis validis propugnaculis munitum loci amœnitate iucundum, mercatorum, frequentia celebre telarum præcipuè textura diues. Exiguus amnis illum interluit; qui in * Hilaram illabitur; nec vnquam vel seuiſſimæ hyemis rigoribus glacie concreſcit. Kemptam obtinet. Memio gen

Hornus positis castris circumductoque vallo opportunis locis tormenta librauit. Curabat in ea Comes ab Arcu summæ vigilantia, ac virtutis eques cum mille sexcentorum peditum præsidio. Fistembergus, Crombergusq; Chiliarchi Drusomagi obsidione audita, collecto ex vicinis præsidijs satis valido militum agmine, subsidio ire maturant; sed vrbe circum vndique aggeribus, munimentisque clausa; aditu nequicquam tentato; cum per Suecorum munimentum non possent irrumperere; re infecta redierunt. Iller

Sueci paulatim exterioribus vrbis munitionibus accesserunt; quas magno impetu aggressi, ducentis Imperialibus cæsis, ac pluribus captis, adepti sunt. Ex hoc tam graui illato vrbi detrimento, Comes cum se diutius contra Suecorum impetum vrbem tueri non posse, animaduertens; æquissimis Hornus Drusomagi obsidet. pactis conditionibus vrbem Sueco dedit: instructis ordinibus egrediente more militari præsidio, explicatisque vexillis tympanorum pulsibus ad incedentium gressuum mensuram, tempusque temperantibus sonum. Drusomagi cum deditur Sueci.

Quamquã nostri instituti non sit externa bella Germanicis immiscere; que sola persequenda desumpsimus: tamen quia Lotharingia Germaniæ iuuantæ causa Gallicis armis affigitur; rerum Germanicarum seriem nos non arbitror interciderere; si quæ post Ducum fugam: Galli contra Lotharingos gessere Duces, exequemur. Rex Gallus à Duce Francisco postula- Lotharingorū Ducū infortunia narrantur. uerat; vt sibi sponſam, Motamque arcem firmissimum totius Lotharingiæ propugnaculum dederet. Vtrumque Regi à Duce iure negatum, quod vxor esset aduersæ fortunæ solatium; Mota verò tutissimus suis afflictis rebus receptus. Quare irati Galli petunt armis, quod assequi minæ, obnuntiationesque non possunt: Admoto ezercitu, arcem obsidione circundant, fame domituri; quod omnis oppugnatio irrita futura videretur.

Mota * Nançeo quadraginta passuum millibus distat sublimis collis imposita fastigio. Nullus altior obiacet mons, à quo sic despectus in arcem; omnia extra tormenti ictum, ad mille, & quingentos passus longè altiora loca recedunt: præter rupem arcis è regione surgentem colli coniunctam, super extructis propugnaculis à Ducibus munitam, quam Reguli viridarium vocant. Hinc tantum veluti è superiori loco arcis ædes patent ietibus tormentorum. Mille passus in longum protenditur; quadringentos Nansi Mota descriptio. eius

eius latitudo se pandit: vndique fossa perdomita filicis pertinacia, in ipsa rupe celorum ictibus excavata octo passus depressa, decem, & octo patēte vallatur; in vna tantum fossæ parte aqua restagnante.

Arcis propugnatiū virtus.

Egregia virtute à Gallorum furore diu se tutati sunt præfidiarij; tantoq; vigore, vt spem conciperent, Gallos & diurnæ obsidionis laboribus sefos; inuisitaque propugnantium constantia retardatos propediem ab eo irrito conatu abituros. Quando obsidentibus Mariscallus à Forzia cum valida bellatorum manu subsidio venit in castra: qui loci ingenium intentioni cura speculatus, excitatis iam munimentis commendatis, iussit duo alia exigua propugnacula educi, quibus obfessi arctius vrgerentur.

Arc Biscia à Gal- lis obside- tur.

Firmatis propugnaculis, pressisque arctius Lotharingis, eos Mariscallus inedia macerandos, non tormentorum pulsibus, aut impressionibus oppugnandos, omniaque venientia subsidia arcenda putauit. Interim, ne sedendo in castris milites otio marcescerent: sex legiones ad Bisciam arcem expugnandam proficisci iubet; sexcentos passus eius amplectitur ambitus: octoginta latitudo explicatur. Illi pro Lotharingiæ Duce Tureicu comes præerat; qui conspectis Gallicis cohortibus, arma ad tuendam arcem expedit; quamuis non plus trecentos præfidiarios haberet; duobus tamen, & viginti muralibus tormentis rem gesturus. Mariscallus ipse oppugnationi interesse voluit; qui in quatuor arcæ ambientibus locis tormenta collineauit.

Prima die vndique in arcem excussa missilia; nec minus ferociter à præfidiarijs in Gallos sua displodebantur: sed casto vulnere, cum in hostem plus quingentis ferreis pilis collimatis, nemo omnino discerptus cecidisse visus fuerit. Inde arcis mœnia continua verberatione concussa, tanta pilarum frequentia alternis ictibus munimenta ferientium; vt volitantes hinc, inde globi per aerem horribili sibilo cernerentur.

Arc Biscia deditur Gal- lis.

Hæc missilium formidanda tempesta propugnantium magis animos fregit; quàm munimenta prostrauit. Itaque salutem cum sarcinis, promptisque armis, ac tutum egressum cum hoste pacti arcem Gallo dediderunt; ea tamen lege deditis imposita, vt acceptis singulis assertorijs libellis promitterent, se in sua rura, ac domicilia migraturos; in quibus liberi suis municipalibus legibus vterentur.

Propugnatiū in- uicta se- rocia,

Biscia expugnata, firmataque præsidio, cum reliquis cohortibus Mariscallus victor Motam redijt; vbi interim passim sui propius arcem productis loricis, accefferant. Neque tamen idcirco obfessi territi segnus ex arcis propugnaculis missilium iaculatione certabant. Hostes siquidem ita destinatis ictibus vulnerabant; vt plures etiam ex copiarum primoribus interficerent; nec vllus intercedebat dies, quin Gallorum præcipuos destinato ferirent.

Nullum præsidium acrius, ac fortius in obfessores è mœnibus missilibus dimicauit; nullum maiori virtute arcem suæ fidei creditam propugnauit. Galli stationes suas in dubios belli euentus, quidquid accideret erectis pro-

propugnaculis munierunt. Tripartito arx obsidebatur: Ad portam Mariscallus sua castra locauerat; Hebronus aduersus propugnaculum nigrum tetenderat. Albo se se Arpagionus Vicecomes obiecerat.

Singulis stationibus quaternæ peditum legiones, octo muralia tormenta, ad arcem quatiendam, præter decem Sagros attributa: sed æstu calidissimæ tempestatis in dies magis feruente nocturna sublata quies, aucta com meatuum difficultas, ingruentes morbi, quibus tentati propugnantium plurimi decumbebant; præfecto ingentem curam intenderant: Mariscallus tamen illius exitus oppugnationis incertus, ne ab irrita incæpto discederet; mœnia cuniculis subruere statuit. Quinque iussit effodi. Primus ad Arpagionis Vicecomitis stationem actus est; qui quia in mollius saxum operæ inciderunt; centum quinquaginta pedes ipsa arce profundius depressus est. Ad eandem stationem alter cuniculus, sed difficilior, quod solidissima cautes esset cælorum ictibus, ac tursionibus perdomanda; non amplius sexaginta circiter pedes excauatus.

Primus quinque fornicibus concameratus, decem millibus pyrii pulueris pondo singuli implendi: erantque huiusmodi, ut à transuersis oppidanorum cuniculis excipi, aut exhalari non possint. Duo alij ad Marchionis à Forzia stationem centum viginti pedes defossi, altius etiam descensuri: nisi molitores saxum album durissimum offendissent. Ne Rex moram increparet, cuniculorum moduli ad eum missi; ut operis difficultatem cognosceret; & quàm ægre cuniculi in insuperabili filicis diritate agerentur.

Quartus arcem propius cæteris accedebat, ad septuaginta circiter pedes profundè demissus. Postremus ad tertiam stationem centum quinquaginta ad ima descendit. Obsidionis initio duo, & triginta stadia castrorum circuitus procurrebat; arctior in dies promotis paulatim propius arcem loricis, minorque fiebat; ut quarto Kal. Augusti Galli propè fossæ marginem penetrarint; ubi obtentis pluteis, & vineis, ita se ab holte texerunt; ut missilium iactibus lædi non possent.

Turreus Castrorum magister cum sua legione ultra fossam prouectus ad mœnium antes infedit. Hac territi audacia, vicinitateque hostium obsessi; saxorum grandine, telorum omnis generis iaculatione hostem inde repellere conati sunt, sed irrita virtute: nam quamuis plurimos vulnerarint; multos etiam occiderint; tribus tamen recenti robore, atque integris viribus laceratæ subsidio succedentibus legionibus, locum audacia partum strenue tenuerunt iam totum Album propugnaculum dissectum corruerat.

Tormenta aduersus portam collocata loricam terribili pilarum nimbo quatiebant. Procellosus dies, effusique cælo imbres vnius diei tormentorum iaculationem interpellarunt. Sed postera die Galli iterata maiori impetu temporis iacturam missilium frequentiori procella pensarunt; deiectaque pars muri supra præfecti ædes. Hebronus ruinis cum sua legione succ essit; sed ita è maioribus sclopis emissa tela, saxaque grandinarunt; ut

N n ad

ad mediam fossam, vsque progressus, ne tota legio missilibus concideretur retrò redire compulsus fuerit.

Viri religiosi strenuitas.

Propugnantium dux fuit religiosus vir præfecti frater Eustochius; qui inter tot volitantia vndique tela, ferientiaque missilia impunè versatus est; quamuis inter promptissimos quosque ante primos ordines maxime omnium conspicuus dimicaret; sub certaminis finem tantum brachium maioris schlopi glande præstrictum extulit pugna: cui subito obducta efficaci, præsentissimoque medicamento cicatrice, acrior redijt in certamen; valentior, si quando alias telorum, saxorumque iaculator.

Mota periculum.

Hoc ultimo res Motæ discrimine fluctuabat: cum Mariscallus tam diuturni laboris impatiens cuniculis flammam injeci iubet; quo Lotharingi intelligerent, illam arcem ab imo excisum iri; si se diutius pergerent, obstinatiisque tueri. Vnus ex Marchionis cuniculis, in quo quatuor mille, & quingentæ sulphurei pulueris libræ erant inclusæ, concepto igne tam horribili violentia tota ab imo concussa collis mole in aperturam erupit; vt totam mœnium frontem ab angulo ad latus, cum sua tellure in acrem excufferit: Quibus ingentibus ruinarum fragminibus in fossam recidentibus; ita latus mœnium patuit hiatus, vt vicenos homines longo ordine dispositos caperet amplitudo.

Cuniculi incisi via lentia.

Accidit vt eluctante in apertum cuniculi flamma nullus præter vigilem in mœnium fastigio constiterit. Ad cuniculi erumpentis fragorem exciti propugnantes raptis, quæ fors obtulit, armis, alij stricto ferro, alij minoribus tormentis armati, quidam inclinatis hastis ad ruinarum aditum tuendum accurrunt. In obliquum in latera excussa frequentius tormenta Gallos ascensu cum horribili strage deturbabant; qui in arcem per ruinas eniti destinauerant; & ob id ipsum itator cum sex militibus in expedito erat, vt loci positum exploraret; quorum tribus momento missilibus interfectis, alij quinque, & viginti eodem muneri obeundo succedunt: permissumque est omnibus voce præconis, vt ad parandum bellicum decus, gloriæque militaris famam per ruinas in arcem eniterentur.

Galli à mœnium ascensu detruduntur.

Ad hoc præclarum facinus audendum centum viginti strenui bellatores copiarum promptissimi coierunt; fere omnes signiferi, statores, præfecti, legatique, qui vna voce, consensuque sibi ducem Pontis Courlay dynastam elegerunt. Hæc selectissima bellatorum manus, cui certum erat aut mori, aut per ruinas in arcem peruadere, stipato agmine, inclinatisque hastis graui passu ad fossam procedebat. Sed cum noctis tenebræ aspectum interciperent; nec vbi pedem figerent satis nossent, nec intermicantia tenebris tormentorum fulgetra tutam semitam aperirent; cum magis subito lumine prætringerent oculos intuentium: quo in tenebras abeunte eadem obscuriori noctis caligine voluerentur: eodem vestigio subsistere decreuerunt; primamque surgentis diei lucem expectare.

Leæ; si qua militum cohorum ruinas aggressura se expedit.

Albescente aurora Galli æquiores ad inuadendum viam, planioresque ruinas speculati; eò promouent gradum, quò facilius aditus videbatur. Lo-

tha-

charingi maius arcis amittendæ discrimen, funditus eruta magna muri parte, amplisque datis ruinis, quàm timuerant, cognouerunt. Dum igitur Galli se ad impetum faciendum expediunt; inclinatisque hæntis per ruinas scandere conantur; obsessi nutibus se de deditioe velle transigere annueunt. Continuere pedem Galli: tum obsessi percunctati sunt; an tuto possent suos feciales mittere in castra; etiam, inquit illi. Tum ex arce aliquot viri nobiles prodierunt; à quibus cum Vicecomes sciscitaretur; an illis faciendæ pacis, dedendæque arcis esset plena facultas; cui feciales, se ex arce egreffos, vt Mariscallum venerarentur; colerentque verborum obsequijs.

*Ob: effi ad
deditioem
faciendâ
inclinat.*

Subrisit amarum Arpagionus; subiecitque subiratns, esse importuna tunc verborum officia: aut ferro decernendi esse tempus, aut arcis dedendæ: de alterutro deliberarent. Illi petita vnus tantum ad statuendâ, capiendumque consilium, horæ mora; impetrataque, ad præstitutum tempus; exierunt ex arce præfecti filius stator maior, vnusque ex primatibus ciuium: qui etiam pro obsidibus substituerunt in castris; vicissimque missa in arcem fidei seruandæ pignora aliquot nobiliores duces. Tum serio de deditioe legibus actum; quæ paucis comprehensæ sunt. Sancitum est, vt milites armati militariter procedentium more cum suis sarcinis ex arce prodirent. Ciues regem Galliarum suum principem venerarentur: nec alij, quàm ipsi sua penderet vectigalia; cæterum suis legibus viuerent; suaque antiqua priuilegia retinerent.

*Mota do-
ditur Gal-
lii.*

Cogimur iterum lectori nostri concisum textum operis excusare; quod aliæ, atque aliæ Imperialium, Suecorumque manus tota Germania dissipatæ se inuicem varijs bellis, leuioribusque expeditionibus persequerentur. Quarum exitus si silentio præterire velim, mutila, ac manca fieret rerum narratio; sed dum singula rerum membra secamus, & suis quæque temporibus reddere contendimus; necesse est, vt rerum cognitio concise, ac confusè legentibus proponatur. Quare ita omnia digeremus, colligemusque disiecta qua qua versum expeditionum fragmenta; vt simul connexa quasi vnum corpus solidum, spectabileque continuent.

*Sparsum
tota Ger-
mania
belli.*

Per hos dies Sueci Aureato expugnato, Vuilzburgum promoti exercitu, tanta celeritate urbem obsidione sepserrunt; vt omnibus vndique aditibus occupatis, sine manifesto vitæ discrimine non posset adiri. Nec arcis præfectus alienis malis edoctus in hostes erumpere audebat; ne milites solita perfidia in hostilia castra transfugerent. Bauari cognito illius urbis obsidio, congestis commearibus, qui ad lenandos inopia obsessos satis essent; eò cum valida bellatorum manu subsidium illaturi festinant; quod vbi didicit Vinmariensis, mille quingentos equites, & pedites misit ducibus Ioanne Cattorum Landgrauio, præfectoque Heustero: vt Bauaros ab ingressu urbis arcerent, obsidentemque iuuarent.

*Aicstad.
Sueci
Vuilzbun-
gum op-
pugnans.*

Illi Aureatum progressi cum Bauaros aggredi duplo se maiores militum numero non auderent; Vuickemburgum copias reducunt; vt inde ma-

Bauari Suecos inuadunt. **gis** è propinquo socijs adderent animos. Bauari ad hunc Suecorum receptum audaciores hostium vestigia sequuntur; ac mane ad erumpentem diei lucem Suecorum custodias adorti momento triginta ex vigilibus peremerunt; vt vix à cæteris sociorum repentina cæde excitatis ad arma conclamatum sit. Nihilominus Bauaro acrius sæuiente, præcrebrescenteque magis, ac magis tumultus fragore, clamoræque trepidatione fugientium, totis castris expedita sunt arma; amboque duces in primis dimicantium ordinibus contiterunt; vt suo exemplo cæteros ad capescendam fortiter pugnam animarent. Inter promptissimos igitur Landgrauius, Heusterus, legatusque Ramellus dimicabant. Recruduit vtrinque pugna superuenientibus integris hinc, inde cohortibus.

Bauari Vuilzburgo succurrunt. Bauari dum hic prælio distinent hostem, ex aduersa porta quindecim commeatum plaustra in urbem inducunt: quo intellecto illius expeditionis Bauari duces, quorum præcipuus erat Inglostadij præfectus læti subsidio, in hostium oculis in urbem inuecto, receptui cani iusserunt. Excessere paulatim certamine Bauari. At Sueci ingenti efferati rabie, quòd hostes vel se spectantibus, & inuitis obsessis auxilium tulissent; institerunt vehementius cedentibus facta illis potestate pugnandi; adeoque molesti à fronte, à tergo, à latere abeuntium agmen fodiebant; vt tandem propè Aureatum ad pugnam vel nolentes violenta prouocatione pertraxerint. Quasi acti furore, lymphatique rabie pugnaere Sueci: adeoque feroci impetu, quãuis longè numero inferiores in Bauaros inuecti sunt; vt trecentis ferè momento occisis, octingentisque captis, ipso præcipuè Inglostadij præfecto, & duobus muralibus tormentis, cæteros fuderint.

Hornus ad Constantia lacum hæret.

Hornus interim ad Constantiæ lacum obstinatiores hærebat; ne quicquam reclamantibus fœderatis; quod validiorem exercitus partem inutilibus, ac perniciosis expeditionibus implicaret: sed ille ceruicosus, & contumax destinata exequi suo genio pergebat. Rex Succus cum Germaniâ bello quarteret, docuerat; nunquam principi extero, in aliena prouincia bellanti diuturniorum arcium obsidionum tædijs, & moris exercitus robur, & impetus esse frangendos: neque in munitis locis expugnandis stare victoriam, cum tantula tellus, saxorumque congeries copiarum cædibus, thesaurorumque profusione, omniumque rerum pretiosissimi temporis iactura, incerto exitu, plerumque stent: & nisi affluent pecuniarum, bellatorumque torrentes; qui mortuus sufficiantur; esse maxime perniciosas arcium oppugnationes. Hornus tamen sui propositi tenax Vberlingæ admouit exercitum.

Constantia descriptio

Hornus con. ad obsidet.

Hæc ciuitas Imperialis ad lacus oram Constantiæ obiacet; quondam Sueviæ ducum sedes; quorum dominatu se spontè subducens Imperio adhæsit; amœno situ conspicua; sed nihil in ea magis insigne, quam diues Xenodochium. Hanc Hornus ducto circum vallo, nisi qua lacus aquis alluitur, castris positus obsidere aggressus est. His Horni exitiosis, importunisque obsidij obtrectatum à Fœderatis principibus est. Qui missis in compendium bellis aut expedite vincere, & de domo Austriaca triũphare, vel iugum

ingum æquò animò pati maluissent; cum diuturna alendo bella fortunæ omnes, bonaque excindantur; vt victoribus nihil pro laborum præmio superfit; inno omnium rerum vastitas deploranda.

Maiò mense inuendo Hornus vrbes tormentorum concussibus mœnia subruere instituit; frequentesque impetus faciebat in muros; verum obsessi elusis hostium conatibus, non modo se strenuè tuebantur; sed etiã erumpentes ex vrbe militum stationes identidem adorti carpebant. Quare Hornus cum irritam fore oppugnationem, nullumque futurum tantis laboribus fructum urbem soluit obsidio, inanibus querelis suam sortem incusans, quæ sua omnia tentamenta in irritum præuertisset. Diu sumagum igitur, & Kemptam copijs subductis equitatum omnem in Virtinguos in statiuâ dimisit: post euersam Samefuilleri Monastarum sedem opulentissimum totius Germaniæ sacerdotium, eiusque latifundia vastata. Ipse quoque quieuit vires otio ad futura certamina collecturus.

*Hornus
ab obsidio
ne Constã
tia discedit.*

Interea melioris spe successus * Ascalingium perseverabat obsidio: adeòque incaluerat; vt ad lapidis iactum oppugnantes munimenta prodixerint: omnesq; aditus positis militum stationibus clauferint. Nihilominus cum illud oppidum Catholicorum Principum magni referret; ingensq; eorum res accepturæ essent incommodû: si in Suecorum potestâtè veniret; coactis quatuor bellatorû millibus, cû quatuor muralibus tormētis eo iter suscipiunt: traiectoq; flumine Leina, eminentiori loco infederunt; vnde obsessis sui aduentus indicia euoluto in aerem fumo, poterant demonstrare.

*Hilden-
haim
Sueci A-
scalingiũ
oppugnãt.*

Exploratores Suecis nuntiauerant subsidium obsessis breui venturum esse; sed de numero nihil certi retulerant. Quare conquisitor Sonderfonus profectus è castris Sachtenstadum se contulit; vbi Catholicorum aciem in quadam valle instructam vidit. Protestantes subito obiacentem occupant collem in quem subductis tormentis Catholicum equitatum prostratis integris ordinibus lacerabant. Hi nullo contra disploso tormento, propè urbem accedebant. Quorum silentio quasi timore hostes animati duas equitum turmas in Catholicos immiserunt; quæ vndique à Cæsareis circumfusæ telis, gladijque concisæ perierunt. Verum superueniente mox reliquo agmine, Catholici fugam arripiunt, in duobus pagis subsistere conuersa fronte irruentis hostis impetum propulsuri; sed inde quoque deiectis, dilapso fuga equitatu, pedatus fere omnis intereccione deletus. Sarcinæ omnes, ac tormenta cessere victori.

*Catholicorum
subsidium
castris
Suecis.*

Quò tempore subsidiariæ cohortes cû Protestantibus dimicabant Ascalingij præfectus erumpēs ex vrbe per castrorû hostiliũ munimenta prædabundus, vel tabundusq; cucurrit; æquanit solo propugnacula, in stationes flamas iniecit. Paulò ante etiã facta validissima eruptione, hostes adeò cecidit; vt è totis in eum castris concurrentibus turmis, vix in urbem propulerint. Sueci, fugatis cæsisq; subsidiarijs ad Ascalingij obsidionē iterũ redierũ. Præfectus cum summæ fortitudinis, fidei, constantiæ, exempla dedisset: desperato auxilio, diuturnis obsidionis laboribus præsidio lassato, urbem

*Ascalingiũ
in Suecorum
potestatem
venit.*

saluti omnibus rebus, atque honestissimis conditionibus, quibus omnium salutis honorique cauebatur, acceptis, Sueco tradidit.

Catti quoque; Salzktenum impetu capti subditis flammis incenderunt: deinde Lyppestadii progressi, minis, obnuntiationibus, territi in deditionem fideque receperunt, cuius exemplum sequuntur aliae urbes Sothum, Hanum, Lunenum iuventati excidium Catto cesserunt. Postquam, iam hyemis saevissimae rigore quietem a laboribus suadente Landgravius copias Brielum in hyberna dimisit. Quo cognito Benichausenus eum improvisus accurrit; & post diurnam, acerrimamque pugnam Caesareis eiecit, caesisque Cattis, Brielo perditus est.

*Caesari
improvisi
inuadunt
Cattos.*

Quindecim ante dies cum iisdem Cattis Mindeni praesidium conflavit. Nam cum Branechum Cattorum tribunum cum sua legione Vffalum in statua profectum didicisset, raptim coacta duorum millium bellatorum manu; nocturno silentio illuc cum altocho tacito agmine processere; quo portae ad primos nascentis Aurorae cardines applicito, disploque fores, et valuis, euulsas humi deiecerunt. Eo subito, inopinatoque fragore Catti excitati ad arma tota urbe concitantur sacraque; praeter ad maiorem festinationem, trepidationemque; ciendam frequenter istu pulsantur. Tota legio armata ex varijs urbis regionibus manipulatim alius, alio celerior ad arcendum aditu Caesarem prostrata circumfunditur portae; adeoque; conferto, stipatoque; agmine hostem irrupere conantem incessante pugna strictis ensibus summovent; ut tandem extra limem illato acrius gradu propulerint. Caesareos puduit re infecta redire, itaque iterum conglobati ferociore impetu portam inuadunt: & quamuis Catti primo defuncti periculo animosiores ad eam tuendam praecipites recurrissent, Caesari tamen ultimos primis urgentibus, quasi obiecto impenetrabili hastatorum muro; ita aditum praesepserunt: ut primi ordinis militum frontem non modo suo stare vestigio, sed etiam in ferre Cattis gradum a tergo impulsam, atque; progredi in urbem coegerint. Capto Vffalo, direptoque Catti obruncati fere omnes; paucis nobilioribus captiuis seruatis. Tribunus cum aliquot ex promptioribus se se ex aduersa porta ad fugam effudit parum de vxore deserta laborans; spe tamen illius pretio redimendae.

*Caesareo-
rum feracia
& virtus
Vffalum
intercipit*

*Landgravius
Mindenum
in
fidij oc-
cupat.*

Sed has suorum clades Landgravius Mindeno improviso impetu capto, praesepit: qui his forte diebus, repudiatis a Caesare conditionibus pacis, percussioque; cum Suecis, Gallis, Batavis perpetuo foedere, decem veteranorum militum millibus persultabat campis; communicatoque cum suis Ducibus rei gerendae consilio, quod a quibusdam ciuibus inuitaretur, felicem expeditionis exitum pollicentibus; electissimos, egregieque fortes aliquot milites amplis arcibus ad merces vehentium formam contextis inclusos in urbem induxit; alios agrestu cultu, pinguique lacerna rusticorum specie venalia fererentium eodem tempore urbi iussit accedere; qui condita hora ad portam profecti conscijs ex arcibus ad tesserae signum exilientibus, stricto ferro momento obruncata militum statione, occupatam urbem tumultu, pauore, caedeque implent.

Catholici terrore stolidi, amentesque nec expedire consilia, ut in re
subi-

subita; nec conglobare se se, aut coire, parareque arma norant: sed trepido discurfu salutem fuga querere potius, quam hostem summouere maturant. Ut accidit in repentinis euentis, in quibus mentem auferente, turbanteque terrore, quid cauendum, quidve amplectendum sit, à se alienatus animus, in tanto tumultu, confusioneque rerum prorsus ignorat. Quadringenti circiter Catholici cum tribus ducibus, legionisque legato impetu Cattorum protritit; Præfectus cum pluribus copiarum ministris captiuus abductus. Ciues direptionem centum tolerum millibus redemerunt.

Ob hæc Landgrauij gloriosa facinora Gallorum Regis legatus profectus in Cartos illam Galliarum Mariscalli titulo Regis nomine honestavit; ac vniuersis Gallicis copijs in Germania supremi legati munere præfedit cum annuo duodecim aureorum millium stipendio; quorum primam portionem subito numerauit. Ille oblatum à tanto Rege munus amplexus impensius suam operam Regi promisit; cum mirifico etiam Principum fœderatorum assensu, ac placito; quod effusè lætarentur Germanum principem ad eum honorem prouehi; quo nulli nisi Galliarum indigentæ decorantur; cum Gallia non soleat Mariscalli scipionem cuiusquam exteri manibus aptare; nisi popularis, sui que incolæ. Non tamen diu promissam operam Regi nauauit; nam cum plures dies in Monasterij vrbis agro degisset; vbi didicit feliciorum fortunam Imperialibus rebus afflare, cum tribus equitum millibus ad Batauorum stipendia transfuit.

Alibi Austriacos quatiēbat Ioannes Philippus Rheni comes, dum frater ad Vuerdingam hærebat. Reinfeldtum ille obsessum ad vltima egerat; omnesque deditiois pactiones obstinato animo recufarat; sed vt libero se ciues suo permitterent arbitrio, imperabat, quod tribuum Mercium viuū habere euperet; qua comitis feritate, iniquitateque ciues, ac præfidiarij irati nunquam amicis hostis scuitiæ tradendum putarunt; nisi omnes eadem fortunam, ac discrimen adirent; perire cum caro duce malunt; quam illo turpiter acerbissimi hostis libidini deserto, superstitēs viuere. In turriū itaque fastigijs, & mœnium loriceis vexilla purpurea sustulerunt decreti belli, certaminisque insignia; atque acrius propugnationi instant parati; potius mori, quam hosti vlla pactione se dedere. Nec Landgravius segnius vrget obsessos; quos iam sulphureus puluis, tormentorumque farcimenta defecerant; cum frequentibus ictibus illa prorsus exhaustissent.

Huius incommodi admoniti Imperiales pluries subsidium in urbem inducere omni conatu tentarunt. Sed erant ad eò vbi que aditus clausi; vt vix tantula apparatus portio ægerrimè per summam industriam in urbem fuerit inuecta. Mox de vltima omnium rerum illius vrbis difficultate certiores facti, Brisiaci habito ducum conuentu; decretum est; vt omnino vrbis periclitanti subsidio iretur.

Brisiaco igitur egressa expedita quadringentorum peditum, & centum equitum manus; quibus alij ducenti equites, & aliquot peditum cohortes; cum octingentis agrestibus in idipsum Vuilinga missi proficiscentibus;

Nn. 4. adhæ-

Cattorum Landgravius a Gallo Rege aulhoratur.

Landgravius Batauorum miles.

Philippus Rheni comes Reinfeldtum vrget.

Obsessorum generositas.

Cæsares Reinfeldto subuenire decernunt.

adhæserunt; qui simul omnes dimidij iusti exercitus speciem faciebant. His viribus Cæsarei validi quinque hostiles peditum cohortes, quæ Reinfeldti pontis aditum ultra flumen tuebantur, sperabant se facile posse delere; si eas improniso impetu aggredierentur. Condixerant enim cum obsessis; et cum ipsi illam custodiam inuaderent; præsidium eodem tempore portis erumpens paratum commeatum, recentiumque militum, & rei tormentariæ subsidium in urbem adducerent.

Imperialium consilium de Reinfeldto succurrendo. Eriburg.

Hæc salubriter destinata, quorundam Brisacensium militum avaritia præuertit. Dum siquidem populabundi, palantesque à reliquo agmine per agrestium gurgulia procurrunt, ab hostibus intercepti Canofschio arcana suorum consilia detexerunt. Ille propterea alias septem peditum cohortes, quæ in * Cardeblancæ agro hybernabāt; & quatuor Rheni comitis per citatos nuntios acciuit; iussitque omnes, flumine superato secum arma fociare. Nigræ sylvæ aditus omnes, per quos Cæsarei transitori videbantur; firmis militum itationibus custodiri.

Arcana ducibus te genda.

Vbi ducum arcana in vulgus militū manant; cogitata molimina, paratæque insidiæ in auctorum capita refunduntur. Hic Imperialium ducum error effecit, ut erumpens ex nigra sylva subsidium circumfusus illico hostibus cingeretur. Cæsarei ad inopinatum hostium aspectum territi, ac stupidi, relicto commeatum apparatu, stipatis ordinibus, aduersa hostibus fronte, incolumes recesserunt: & quamvis incursum ordinibus hostis aliquos carperet; minus tamen incommodum periculo fuit.

Imperialium subsidium sagittarum.

Non idcirco tamen Cæsarei vrbi succurrendi spem omnem penitus abiecerunt. Aliud tutius ferendi subsidij consilium ineunt. Duas onerarias naves rebus omnibus ad infarcienda tormenta instructas pronò flumine demittunt: quæ secundissimo cursu feliciter euectæ opratum subsidium laboranti vrbi tulerunt: nequicquam eas tormentis deprimere, maiorum scloporum incussa procella, ne litus appellerent hoste impedire conante.

Reinfeldto à Cæsareis succurritur.

Hoc allato vrbi subsidio comes fremens, ac frendens tormentorum frequentissima iaculatione iras effudit; quæ dudum silentia in urbem dispersa non fuerant: sed ubi difficiliorem in dies expugnationem fieri vidit; ad novas conducendas copias in Argentorati agrum aliquot duces cum pecunia misit. Decimo Kal. Iulij summo mane cum mille moschettarijs, & duodecim equitum turmis, quingentisque fossoribus nigram sylvam intrauit; ut inde Cæsareis deturbatis, obsessos arctius vrgeret.

Landgravius Cæsareis inuadit.

Cæsarei de Comitibus consilij per exploratores edocti, motis copijs, Vuilingam versus ineunt iter; & cum ad diui Blasij cenobium peruenissent; dum siltunt agmen corpora curaturi: ecce Comitibus turmæ eos a depreto itineris labore fessos arma stringere, stipareque ordines coegerunt. Cæsarei nihil sibi quamvis minores numero defuerunt. Conserto illico agmine Rhenanos excipiunt, atque in orbem sibi inuicem applicitis homeris pugnant; confodiuntque quotquot cominus congrédi audent. Verum paucorum virtutem hostium multitudine obruente; tandem post acerrimam pugnam

Cæsareis fugiunt.

gnam fusi, cæsiq; sunt; capto eorum supremo duce Henrico Schonauo copiarum legato. Hæc sociorum clades admodum oblectos afflicta; nihil tamen de pristina constantia remiserunt.

Paulò post Comiti allata sunt Oxensterni mandata; vt à Reinfeldti oppugnatione discedens, se cum Horno coniungeret: vt sociatis viribus, validius Infantis Cardinalis armis firmum exercitum in Germaniam ducturi resisterent. Comes, & vt Oxensterni faceret imperata; nec expugnata obstinatissimæ vrbis decus amitteret; probe cognitis propugnantium angustijs, quos fames omni telo potentior vrgebat; fratrem ad continuandû obsidium cum parte copiarum reliquit; ipse vero cum cæteris ad Hornum festinato contendit: verebatur tamen ne fratri datæ ad continuandum obsidium cohortes; pro tantæ expeditiois ausu satis essent: idcirco percircumiecitos pagos, & villas ad scribendos pedites cum pecunia circumijit; coactumque quadringentorum moschettariorum agmen in fraterna castra dimisit.

Landgravius cum Horno sociare iubetur

Accidit, vt dum huic intentus opeti Cardabianca quadraginta duntaxat equitum comitatu proficisceretur; in quinquaginta Imperialium grauioris armaturæ equitum turmam incideret; qui Brisfaco ad hoc ipsum fuerat emissi: vt errantem quotidie cum paucorum satellitum custodia comitem interciperent. Nec mora vt fere numero pares audacter conferunt manus. Quatuor horas æqua vtrinq; fortuna ad neutram partem propendente victoria, ferocibus, obstinatissimisque animis dimicatum est. Tandem rem Comes obtinuit, decem ex Imperialibus cæsis, captisque viginti. Cæteris salutem attulit fuga. Cruentissima tamen victoria fuit, omnibus fere Comitibus equitibus vulneratis. Reinfeldtrum verò cum famis, diuturnæque obsidionis mala forti, inuictoque animo tulisset actum ad vltima hostium obstinationi pactis æquis conditionibus cessit.

Friburg Lanigravij discrimen

Pugnantes Casares. & Landgravius

Fatigot tot vrbium obsidia, deditiones, leuiores pugnas, structas insidias; imminentiæque inuicem agmina recensendo. Ingentium copiarum gesta vno Imperatore, continuatamque bellorum seriem vno duce, campestris prælia exequi cuperem; non disiecta, sparsaque huc illuc rerum fragmenta colligere. En tandem votis meis rerum sequentium series bellorumque simul annexa materia respondet, dum Pannoniæ Regis eiusdem, & Imperialium copiarum supremi ducis, summæq; atque egregiæ indolis iuuenis Cæsaris primogeniti res gestas narrare aggredior.

Pannoniæ Regis res gesta

Cæso, vt diximus, Alberto Valltano Cæsareæ copiæ suo orbatæ parente, ac duce palantes, atque attonitæ cum à diuersis præfectis, chiliarchisque ducerentur; tantum non Res Cæsareæ penitus concidit; dum nullius ducis imperio satis ex animo parent; & ducum iussa minoris authoritatis, ac nominis indignantur. Cæsar itaque Ferdinandum filium iam Pannoniæ Regem destinatum vniuersis Imperialibus copijs summo cum imperio præfecit, quem in aula, & Augusti parentis veneratio, & Matris amor diu fuerat remoratus: præcipue tamen hæc cogitatio detinuit; quòd non tantum suæ

Pannoniæ Rex Cæsaris copijs præfecit

virtuti

virtuti Pater tribuebat: vt iuuenis adhuc bellum, & periculorum frequentia, & magnitudine maximum, hostiumque potentia, ac viribus formidandum, in cuius administratione peritissimi duces, egregijque bellatores succiderant: regere suis tantum consilijs, auspicijsque auderet.

Illud nihilominus decus ambibat, vt præclaris gestis, bellicisque laboribus sibi viam ad Imperialem cydariam moliretur: seque dignam tanto parente sobolem, nec degenerem demonstraret. Iam pugnandi, vincendi que rationes à suæ ipsius sublimitate fortunæ, nataliumque eminentia petitas regia mente coquebat: iam ruentis in præceps Imperij sistendi modum sollicito animo agitabat. Victorias, aiebat, libentius regia, quam priuata lauro capta coronare. Et ne iuuenili feruore actus militaris nimum gloriæ cupidus laberetur: imperiali paludamento seniorum ducum diuturnarum rerum experientia, exactæque prudentiæ Cæsar consilium adiecit; qui regis iuueniliter exultantis ardorem maturioribus deliberationibus temperarent. Sueci duces, Protestantesque principes vbi Pannoniæ Regem copiarum imperatorem renuntiatum à Cæsare didicerunt; rati non enim nisi cum ingenti exercitus, dignaque regia maiestate copiarum mole, ac summorum ducum splendidissimo comitatu in bellum profecturum; Vlmæ coiere frequentes, vt de propulsando tam formidandi belli periculo consultarent: & eo magis quod Regem in Ratispona recuperanda primæ militiæ rudimenta positurum audierant.

In eo grati consensu, varijs pugnantibusque sententijs altercati sunt duces; alijs alia sentientibus. Comes Gratzius perfidus transfuga, & eo necessarius: Cæsaris hostis discrebat; Danubij nauigationem tollendam, atque à Lenciam vsque aditum fluminis claudendum: transversis ad vtrumque littus cathenis, ac firmis militum stationibus custodiendum: pro quo exequendo consilio aliud iusti corpus exercitus conducendum; ne vires alijs in locis necessariæ minuerentur: nonis copijs opus esse ad nouas expeditiones aggrediendas; ne dum veteranæ circumferuntur; partem iam cætera deferantur. Nam cum Cæsarei, atque Hispani sibi Ratisponam expugnandam destinassent; vt ab amicis suisque exploratoribus moniti fuerant; nullum aliud remediū potentius fore, ad auertendos ab eo consilio hostes, urbemque retinendam; quam si fluminis transitum impederent; cum non aliam de nisi secundo amne, deuehendi essent Cæsareis commentus: cunctis iunctis deinde simul cum Suecicis copijs fœderatorum principum agminibus, Pannoniæ Regem ad vniuersi prælij fortunam trahendū: nec de victoria ambigendum esse, cum veterano, ac strenuo equitatu, ac tot prælijs, & bellis probatæ virtutis peditatu suæ copiarum constarent: & è contra Cæsarei tyrones omnes, cū tyrone, ac penè puero Imperatore sint: & Duces quamuis egregij, Regis imperitia in obliquum iuuenili ardore abreptum iri. Nec illud nomen regium inane, coronatique capitis auspicia quiquam formidanda, cum victoria in brachiorum robore, animorumque vigore, non in vana nominum existimatione consistat. Quod si semel fortiter audendo,

Regia fortuna periculorum experis.

Consiliorij Pannoniæ Regis tribunum.

Protestantium iudicio.

Linæ Salubris Comitissæ Gratzij consilium.

Comitissæ Gratzij rationes contra Cæsareos.

do, regios prælio sternerent : verendum non esse , quia domus Austriaca tot bellis concussa , tot aduersis pugnis depressa , atque prostrata , se amplius esset erectura.

Hic etiam vt vana plerumque spe inflantur mortalium animi , de nouo Rege Romanorum creando, quod alias inter ipsos conuenerat, sedulo actū est. Iamque Oxensternus Mocontinus, Dux Bernardus Colonienfis Elector inanibus votis designati erant, ea mente , vt Vinmariensis Romanorum Rex Electorum suffragijs crearetur : libet hic cum Persio exclamare .

O Curas hominum , o quantum in rebus inane.

Gratzij sententia placuit Duci Bernardo suarum rerum , fortunarumque amplitudinem à sui ensis capulo , dubijsque præliorum euentibus sperare assueto ; Oxensternus tamen vt exactioinum , & pensionum quæstor , & Hornus, vt Gratzij virtutis inuidus æmulus, à quo ad Bambergam fuerat præliocitus , cuius amissæ pugnæ dedecus Rex Gustauus illi verbis acerbissimis exprobrarat; refragati sunt.

Intellexit Oxensternus (qui ægerrimè ad conducendos nonos exercitus pecuniam ex ærario proterebat) Comitem Gratzium non tantum partium commodo , quam propria vtilitate duci ; vt nouas copias scribendas censeret ; quòd illarum imperium sibi delatum iri ex aliorum ducum pollicitis obligata fide sperabat. Itaque ab vtrisque vnanimi sententia responsum est, amicorum prouincias vix præsentium copiarum grauissimum alendorum onus ferre posse: ne dum nouis sustentandis exercitibus suffecturas; non esse igitur de re difficillima referendum. Soluta conuentu, nulla in præfens re explicata, ad suas quisque stationes rediere.

Feruebant vtrinque bellici apparatus , opportunoque bellis gerendis tempori arma, atque animi parabantur. Nec tantum Sueci ad bellicos apparatus incumbunt; nec intra belli molimina eorum deseruet industria: sed etiam impigrè inchoant bellum . Nam Rheni comes Ludouicus pridie nonas Aprilis cum selecta copiarum parte apparatuque tormentorum Neoburgum ad Rheni positum litora inter Basileam , & Brisia cum positis castris circumfedit. Ad eius aspectum præfidiarij, vt suorum promptitudinem animorum, militaremque virtutè hosti probarent; ex vrbe ferociter erumpentes turbant aliquantulum castra metantes : sed cum vndique in eos concursus hostium fieret , diuturno certamine fatigati in urbem animoso, confertoque receptu redierunt.

Interim comes diuersas equitum turmas ad populandas vicinas regiones emisit; quibus in castra regressis, labefactato tormentorum violentia, procilloque muro, atque ruinis æquata fossæ altitudine agmina ad aggredienda mœnia parauit. Subtere supatis ordinibus muri hiatum Rhœnani ; nec minori ferocia , virtuteque ab obsessis excepti sunt . Pugnatum est æquè obstinatis , ac fortibus animis in ipso muri aperturæ vestibulo : illi vt in urbem , vel per vulnera , cædesque suorum sibi aditum aperirent ; hi vt suæ virtuti fideiq; creditâ urbè tuerentur. Tandè post cruentissimâ pugnam

de

*Electorum
ducum
vanitas*

*Suecorū
ducum
vrij ani-
morum
sentias*

*Nihil à
Suecis da-
osibus sta-
tuatur*

*Rhœni
comes
Neoburgū
tenas*

*Propu-
gnantium
oppugna-
tiumque
obstinata
ferocia*

de ruinis cum strage reiecti Rhenani, depulsi que sunt. Quo infelici primi conatus euentu iratus admodum Comes suos in concionem vocatos his acribus verbis castigat.

Comitis acerbe oratio ad suos milites.

Quò abiit illa vestrorum animorum ferocia; militarisque audacia? Evanuit tam citò indomitum vestrorum corporum robur, quo hostes, arces, ac pralia vicistis? Nescio an vos sitis milites mei. Nota mihi sanè dudum ora video? sed non cognosco virtutem. Humi strata mœnia procumbunt, æqua, ac plana ruinarum crepido; amplius patet muri disiecti hiatus; timidus tantum miles obsessus propugnat ingressum; nec vos perumpere per medios hostium ordines potuistis? vos toties victis turpiter, ac ignave cedetis. Si in hoc campo cum eodem hoste pari numero certaretis; nonne vos pueret non eum subito fundere repugnantem? Quid interest in hac planitie ne: an in complanatis ruinis cum eodem superiores vos longè numero dimicetis? Locus ne vires, atque animos mutat? Credo vestra tela hebetia, reusosque enses: vt per mediam hostium phalangem eorum ora fodiendo per vadere non possitis. Illi opposita hastarum segete aditum sepium: conferto laterum robore claudunt: cur vos item inclinatis in hostium pectora hastilibus vulnerando, cædendo non pellitis loco propugnatores? Ego profecto in ula eadem fossa tanti, accepti dedecoris labem meo cruore detergam; ne dux ignauorum militum sim tanta insania superstes: mihi que frustra tentata urbis ignominia exprobetur. Si quis vestrum, qui non omnino adhuc posuerit verecundiam, cuique bellicum decus alicui cura sit: me cras per easdem ruinas strenuè vadentem sequatur: aut in urbem deiectis loco propugnatoribus irrumpam: aut in vestigio cæsus honesta morte perfungar.

Hæc acerba comitis obinrgatio graui, seueroque vultu in viuacem iram, indignationemque composito, prolata adeò præsentiam ducum, militumque animos pupugit; vt parum abfuerit; quin eodem momento muros inuaderent. Cohortium præfecti certatim vitam offerre, milites fortem operam polliceri, omnes obtestari sacramento se aut in Neoburgum per æqua, atque iniqua peruasuros; aut in ipsis ruinis fortiter morituros potius, quàm latum vnguena pedem relatuos.

A Castris paratur in mania impetus.

Imperiale præsidium fugit ex urbe.

In posterum diem conductus dandus in mœnia impetus. Verum Cæsarei, qui ex eminentioribus locis militum per castra discursus, apparatusque viderant; coeuntes in consilium de imminente urbis discrimine disseruerunt; propriisque viribus, ac ciuium studijs expensis, in hanc sententiam pedibus eunt omnes; non posse iterum à violentissimo hostis inuadentis impetu urbem defendi. Quare de nocte cum carioribus rebus conscensis nauibus prono Rheno Brisiacum deteruntur.

Matutino sequenti ad primos Auroræ fulgores Comes expeditis, & promptus peditum cohortes ad urbem aggrediendam instruebant; cum ecce quidam ciuis emissus à populo eum de Imperialium fuga docet; nullos dolos, nullas insidias latere, eum posse citra pugnae discrimina urbem intra-

intrare, à ciuibus hilariter acceptum iri. Comes duplici scelici lætus euentu, & quod vrbe sine suorum cæde potiretur: & quod Cæsarei cum præclara suæ virtutis existimatione turpiter diffugissent: equo sublimis pone sequētibus copijs inijt urbem. Intransentem ciues supplices precantur: vt innoxij populi saluti prospiciens militem à rapinis, atque insolentia cohibeat. Comes urbem ingressus nihil molestiæ præter militum hospitia Ciuibus attulit. Mœnia extemplo tormentorum pulsibus diruta adhibitis operis reparari, munitionesque disiectas restitui iussit. Inde Lotharingi à se fusi exercitus reliquias adeptus nullo exploso minori tormento, aut alicuius velitationis expertas fortunam suis copijs sponte deditas adiecit; quem enim aduersa fortuna perculit, hunc quoque mortalium studia destituunt.

Comes
vrbe Neu-
burgo pe-
ditur

Saxoniam Elector comparato valido in futurum bellum exercitu, Turgauique lustrato mouit in Quados: vt allato armorum terrore eos populos cogeret ab Imperatore deficere; quos neque literis, neque suasionibus à constanti in Cæsarem fide poterat amouere. Cæsarei de Saxonum in Quados aduentu maturè admoniti, ne in locis parum munitis deprehenderentur; Lignitium secesserunt. Arnheimius verò cum parum abesset, extremum agmen celeriter insequutus aliquot milites interceptit. Geoburghi steteret Saxonica copia, quæ vniuersi prælij experiendæ fortunæ, confligendique cum hoste cupidæ corpora curant, instructaque acie dispositis in pugnam ordinibus ad hostem animosæ contendunt.

Saxones
in Qua-
dos inua-
dunt

Exigua interiecta mora antecursores retulerunt; Cæsareos eductis in aciem copijs explicatoque æquioribus in locis agmine, collineatisque tormentis hostium accessum in campis patentibus expectare. Tertio idus Maij quarta diei hora hostiles copiæ in mutuum conspectum venire. Cæsarei centum, & decem equitum turmas extenderunt in cornua: præter Liburnos, Hispanosque equites moschettarios cum selectiori, prætorique peditatu, è viginti legionibus educto. Stabat Cæsarea acies fulgidis armis, animosoque aspectu formidanda Saxones exceptura. Indicta omnibus ordinibus prælij tessera, *Sanctus Franciscus*.

utrinque
aciei ordo

Media Saxonum acies quatuor ingentia peditum agmina proferebat; duo in subsidijs locata; totidem equitum alas explicabat, duæ inter triarios ad subitum prælij casus reiectæ. Horum pugnæ symbolum fuit. *Deus nostrum auxilium*. Non fuit classicorum cantibus opus, qui milites efferrerēt ad pugnam, Martemque accenderent; nec vllis velitationum præludijs, vt paulatim animi inflammarentur ad prælium. Cohærese subito acies illatis inuicem signis, nulla eminus prius, vt solet, missilium iaculatione certatum est; pes illico pedi illatus, pulsataque mutuo dirum vmbonibus agmina sonuerunt.

Inter Cæ-
sareos &
Saxones
pugna cõ-
seruitur

Tres assiduas horas pari vtrinque virtute, atque animis pugnatum ferociter est in neutram partem se dante victoria; vtraque æqualibus viribus dimicante. Intercurrebant agmina duces segniores animantes ad pugnam, ore, manu exemplo accertimè decertantes. Quanti in restituendis ordinibus,

bus, reparandaque pugna, ac sollicitando ad victoriæ fructus, decusque milites utriusque fuerunt. Hortamenta, iussa, verborum castigationes pariter ingerebantur. Vbi cedebat vestigio miles, aut vicini commilitones, aut duces increpita acriter ignavia in pugnam regredi compellebāt. Substant integri in cadentium locum; eodem gradu stabiles nullo agmine fluctuante hærebant utraque acies. Imperialium tormenta eminentioribus locis collineata tota Saxonum agmina perforabant; integris ordinibus laceratis.

Utriusque exercitus ferocia.

Saxones ne vera virtus tormentorum missilibus itereretur; lancinarenturque impune cohortes; prouecto illuc promptiorum agmine eā pestem auertere conabantur. Ibi enim verò cruentior pugna referbuit; Cæsareis tormenta retinere nitentibus, Saxonibus ijs potiri conantibus. Hi bis propulsis hostibus ea ceperunt: bis illi pariter reiectis Saxonibus, receperunt. Loricati equites Imperiales maiori obstinatione, quam viribus dimicabāt: atqui robor ab ira, ac pernicacia promanat. Prima tandem Imperialium equitum ala sinistra, contra quam Chiliarchus Bosius aduersa fronte pugnabat; inclinavit in fugam: cuius principium fecere equites Liburni; quibus illa maiori ex parte constabat.

Cæsare fugantur.

Liburnorum equitum conditio.

Hic miles pene inermis admodum sanè audax, & expeditus init incredibili ardore pugnam; sed mox ubi primus ille deseruit impetus, languet graui certaminis labore fractus. Vehementissime in hostes inuehitur, incurfat in latera festinus, atque molestus; assequitur citato cursu fugientes, ac crudeliter cedit; in primis conatibus indefessus, & pugnax; sed ubi validos obiectus offendit; illa pernicax audacia retunditur.

Imperialium peditum ferocia.

Terga verterunt equites Liburni; nec tamen pedites equitū auxilio destituti suo cessere vestigio. Stetere constantius contra irruentes undique hostes; & quamuis in orbem circumuenti pugnare cogentur; hastarum tamē vallo; perpetuaque; missilium procella hostem propè temerè prouectum impactis vulneribus summoiebant; & quantum militaris virtus suos vltimos conatus proferre potest; hostem egregiè sustinere. At quem animum non addit hostibus aduersariorum fuga? & quantum demittit ignavia, timorque fociorum.

Elementa in Cæsareos pugnant. Cæsareus equitatus pugna resistit.

Hæsit tamen intrepida peditum acies, quamuis equitum fuga Saxones audaciores illam undiq; vehementius impeterent: nec pulsa loco cessisset, nisi noua ingruens, & insuperabilis violentia illam retro referre pedem cogisset. Orta repente ventorum procella Imperialium ora importuno impetu feriens tormentorum, sclopetorumque; fumo in vultus delato, intercepto oculorum intuitu pugnandi etiā facultatem Cæsareis adimebat. Quare cum pro hostibus fumus, cælum, ac venti certarent; nequicquam increpante, retinenteque Coloredo, terga dederunt. Ventorum igitur auxiliaris violentia non Saxonum strenuitas vicit. Arnheimius fortunæ subsidijs addidit artem, iussit triarias legiones in perculos iam hostes incurrere. Qua re animaduersa Cæsarei equites: qui in acie remanserant: densata ordinum fron-

te,

te , tanto impetu in dexterā hostium alam inuecti sunt : vt disiectis ordinibus dissipatam in fugam auerterint .

Dux Saxo mota in pedites equitum subsidia contra proterentes omnia Cæsareos equites coactus conuertere ; illuc accurrit cum lectissimo equitū globo, vbi sui Imperialium equitum procella percussis cedebant . Fugientibus inertiam, vilem timorem, abiectosq; animos exprobens precibus, minis, castigationibus obtinuit, vt sisterent fugam: atq; in suos quisque ordines coirent: quod dum suæ inertiae pudore suffusi milites exequuntur: quingentos equites transuersum ad latera: qui aciem redditam sibi firmarent proferre: atque in cochleam contra Cæsareos assiduis minorum tormentorū iactibus decurrere iussit: rursus igitur acie composita acrius vtrinq; pugna exarsit: sed non diu Saxonū impetum, sustinere Cæsarei iam fessi pugnando: iterū laxatis ordinibus dissipantur: eo maiori clade quo eos, vsquequaque fuga distractior abripuit: nec Lignitzium vti conuenerat, coierunt .

Cæsareæ igitur victæ, fugatæque sunt copiarum quatuor millibus cæsis, sexcentisq; captis: octo cohortium signa, duodecim turmalia vexilla; nouem maioris formæ muralia tormenta, omnia impedimenta adepti sunt Saxones . Dubius est cæsorū Saxonum numerus: quadringentos ipsi professi sunt, ducentosq; vulneratos: quod in cruentissima, obstinataq; pugna haud credi par est. Coloredus Lintzium cū paucis se ex fuga recepit: atq; ex tēplo copiarū p̄fectos quaquaersum emisit, qui in vnū palantes milites cogerēt.

Nō Saxones solum, sed etiam omnes fœderati Protestantium Principes omnibus effulsa lætitiæ declarationibus hanc celebrare victoriam: quæ nec etiam Saxones contenti Viadro amne transgresso, Stennauum concesserūt: vnde audito Saxonū adiuctu, Cæsarei subito recessere: at nō ad eō festino receptu, quin Saxone in postremos incurrēte aliquot præsidiarios amiserint. Hinc amne Viadro ponte cōstrato ad* Lugidunū obsidendū accessit.

Nihil laboris, sollicitudinis, virtutisq; prætermisere Cæsarei; vt illud oppidum à Saxonibus tuerentur: sed tanta fuit inuadentium violentia: vt Saxonum multitudini paucorum cedente virtute illud honestis conuentis pactionibus hosti dederint . Inde Electorales turmæ Vuolauum, Daghimbergum, Mertzum, Bernestatum, Vuartembergum in Quadorum viscera, quæ Sarmatiam spectant, emissæ cum mille quingentorum Imperialium cede scelicitus, quam sperauerant, occuparunt .

Dum fortunatis successibus tumidi Saxones tota Quadorum prouincia vitricibus armis vagantur: Bannerij quoque agmina partim ex Suecis partim ex Brandeburgi militia conflata in huius prouinciæ mediterranea penetrarunt: sed cum ille tantis eam copijs alendis bellorum diu afflictatam incommodis impotentem videret; ad Francofordiam expugnandam infesto agmine profiscitur: promotis igitur vrbi copijs, breuique loricis, ac munimentis vsque ad fossam prolatis, ac deiecta violenta tormentorum verberatione ampla muri parte: supererat solum, vt Sueci per stratas mœnium ruinas in urbem irrumperent.

Iam

*Rursus
Cæsarei
succedunt.*

*Protestan-
tium læ-
titiæ de-
claratio
victoriae.*

Glogauum.

*Saxones
Lugidunum
appropinquauit.*

*Bauerius
Francofor-
diam oppugnauit.*

Iam turres Gubeni, Lebufenique portis imminētes collapsæ ruinis fossam impleuerant. Iam tormenta interiacentem propugnacula mœnium fontem, fasciamque diruerant. Sueci se impressioni faciendæ strenuè expēdiebant. Cæsarei nullo præclaro edito bellicæ virtutis opere, Suecorū alacritate, ferociaque territi deditiois leges paciscuntur. Quinto igitur Nonas Iunij paulo plus mille præfidiarij excesserunt ex vrbe ense duntaxat armati, cum singulis farcinulis Glatzium migrarunt: exiguum sanè tanti ambitus vrbi tuendæ præsidium. Quo mirum non est, si Sueco tam facile cessit.

*Vrbs Sue-
cis dedi-
tur*

Bannerius in vrbem ingressus refici subito munimenta, strataque mœnia reparari, fossamque ruinarum fragminibus repurgari; atque alia opportuniora propugnacula, commodioribus locis extrui iussit: vt si eius vrbis recuperandæ libido Imperiales inceseret; maiores difficultates, quàm ipse tulerat in ea expugnanda offenderent.

*Rex Pan-
nonia Ra-
tispone
obsidionē
molitur*

Furentibus certatim in Cæsareos Saxonibus æque, ac Suecis, Rex Pannoniæ morarum impatiens, vt iam militaris tyrocini, rudimenta in ipso armorum imperio Marte præceptore condisceret; bellicisque laboribus assuesceret; destinata Ratisponæ expeditione, ad se vndique toto Imperio copias dispersas accersit: constitutisque belli administrandi rationibus, copiarum imperia ducibus, inuneraque partitus, Matthia Galassio supremo exercitus legato, castrorum præfectis comite Aldringheno, Coloradoque, fratreque Octauio Picolomineo equitum magistro renūtiatis, iussit Aldringhenum sinistrali Danubij litore ducentem Catholici fœderis arma Ratisponæ promouere; quibus septem Imperialium millia post vniuersalem copiarum lustrationem se additurum promisit: cum quibus omnibus, & alijs quibusdam peditum legionibus Hispana pecunia conductis viginti bellatorum millia sub signis erat habiturus; mox ipso Rege cum reliqua triginta millium bellatorum mole dextero eiusdem fluminis litore subsequuturo; Colorado in Bohemia contra Saxones, & fœderatos iusso subsistere.

*Saxo Ele-
ctor paci
à Cæsare
poscitur*

Verum antequam in arma Rex proficisceretur Saxonis Electoris animū legationibus emolliendum, abducendumque quacunque ratione ab hostium societate, atque Cæsari conciliandum putauit. Misit itaque, qui nuntiaret sibi à Cæsare agendæ cum eo pacis, totoque Imperio constituendæ datam amplissimam facultatem. Proinde se in hoc ipsum Littomeritium comitem Trautmansdorffum, Questenbergum Ghebardum iuris peritum mittere; orauitque vt ipse quoque Elector suos conquisitores ad transigendum de pace legaret. Ille flagitante Rege Nicolaum Gibondum Electoralis arcani consilij assessorem, Federicum Metschium consistorij præsidem, & iuris prudentem, Oppelum ex aulico consilio iussit eodem proficisci; vt viderent, audirentque capita conditionum à Cæsareis proponenda.

Hoc bellum semper cruentis prælijs spes pacis admisit, sed adeo tenues, vt cum turbulentum, & atrox maxime fureret, inter tenebricosos armorum horrores pacis aliqua tantum scintilla fulgeret. Nimia erant, & graua

grauia diffidia, acerbiores offensæ, quam vt possent nisi cum magno alterutrius partis incommodo componi.

Rebus itaque sic constitutis, Ratisponæ expeditione decreta; prodijt tandem Rex Ferdinandus ad bellum ijs auspicijs, quæ regia maiestas humano fastigio celsior secum ducere solet. Pilznam curru prouehitur; vbi vniuersis copijs stipendia admêsus eas diligenti lustratione recêsuit. In pecunia erat procusa Regis imago ad venerationem, beneuolentiãq; militũ captandã, quæ nulla re potentius, quàm pecunia paratur: deinde Ratisponã copijs iter edicitur; vt ibi Bauari ducis armis in eius expeditionis societatem adscitis maioribus viribus præliarentur. Vulgata Ratisponæ oppugnationis fama; quæ eo minus credibilis Protestantibus videbatur; quo erat decantatior, quàm belli arcana deceret quæ maxime tegi à ducibus soleãt.

Kaggius supremus ducis Bernardi Vinmariensis copiarum stator illius arcis præfectus magno ardore, ac sollicitudine exteriorum munitionum adhibito ingenti fossorum numero ipse præfens, vrgensq; opus perficiendarũ munus desũpsit; vt Cæsareos procul fossa distêtos diutius ijs expugnãdis remoraretur. Nihil die, nocteq; intermittebatur ab operis labor; breuiq; effectũ est; vt in insula tria propugnacula educta cõsurgerêt. Eodẽ tẽpore præfectus de bellicis Imperialiũ apparatus, & vbi Bauari cõmeatus, armaq; cõgerebãt per exploratores edoctus, ad ea populãda validas præfidiariorũ manus emittebat ex vrbe; qui obuia quæq; cõtinuis procurfibus prædabãtur.

Septimo Kal. Iunii Cæsareæ turmæ se in Ratisponæ conspectũ dederũt; Danubijq; insulã in ipso primo aditu aggressæ frumêtarias molas demoliri conãtur. Verũ à propugnatoribus sulphurearũ glandiũ tẽpestate sũmotæ recesserũt. Postero die mane Kaggius triginta equites, & quinque, & viginti pedites moschettarios ad occupandum vltra Danubiũ collis cacumẽ propugnaculo aduersum ad pontis caput extructo misit. His trecenti Cæsarei occurrere, vt eos collis ascensu prohiberent. Sed iam illi sollicitè prætergressi per collis prona, deiectusq; Cæsareis deturbatis collis dorso infederũt.

Alium, atque alium nuntiũ per citatos subinde tabellarios de cẽpto Ratisponæ obsidio Dux Vinmariensis accepit; grauiq; illum de hac re cura angebat; quod sibi non fatis validæ vires suppeterent; quibus ab ea oppugnatione hostes depellere posset. Itaque solitis belli artibus ad auertendos ab eo consilio hostes animum adiecit. Ingenti com meatuum, rei; tormentariæ copia in vrbem inuecta; ad Kelleinũ tres supra Ratisponã leucas Danubio ponte iuncto de aggrediendis Bauaris cogitauit; qui in aduerso litore tetenderant; ea mente, vt hostiles copias paulatim deterendo, carpendo que eneruaret. Verum illi vitato congressu, traiecto ad Donastausium Danubio in tutum eluso hoste incolumes euaserunt.

Substitere nihilominus aduersum Vinmariensem Pannonij, Liburnique equites; in quos ille tanto impetu intulit signa; vt quadringentis fere momento cesis, reli quos latè disiectos fugarit. Dux Bauarus in superiores Vangiones reccepit exercitum; vt se cum Pannoniæ Rege illac transcurrerent.

*Pannonia
Rex pro-
dit in ar-
ma.*

*Ratispo-
na præ-
fidiij cura,
ac solici-
tudo.*

*Cæsareus
exercitus
in Ratis-
pona con-
spectũ ve-
nit.*

*Vinma-
riensis cu-
ra de Ra-
tispona.*

teconiungeret . Postera die mane Vinmariensis quadringentos mofchettarios, & ducentos equites misit; qui traiecto ad Retisponam Rheno, primum Imperialium agmen assequuti aliquot animosa velitatione carperunt; illi tamen in collis fastigium prouecti triginta muralia tormenta apto loco librarunt: vt inde arcis mœnia ad pœntis caput supernè ingentium pilarum turbine verberarent.

*Cæsarei
Ratispo-
nam oppu-
gnant*

*Sueci cū
Cæsareis
velitatur*

Sueci quoque sua tormenta in vinearum collem educunt; vt tormentis tormenta quaterent, Cæsareosque de eo loco depellerent: sed inani plaga, vanoque ictu, cum longius esset spatium, quàm, vt excussi tormentis globi eò possent peruolare. Cum itaque intra destinata languescerent, Cæsarei ex tuto arcis muros pilarum nimbo feriebant. Interim equites ad acuendam virtutem velitandi cum Suecis cupido incescit; traiecto-que Rheno hostes tubarum cantibus lacesserunt ad pugnam. Sueci instruetis ordinibus de colle descendentes adeo feroci, vehementique impetu Cæsareos inuaserunt; vt celeriori, quàm venerant, passu flumen remetiri coacti deinceps prouocationibus abstinuerint.

*Vinma-
riensis in
Vindeli-
ciam co-
pias ducit*

Vinmariensis cum certo cognouisset, se vr̄bis obsidioni intercedere non posse; in Vindeliciam suas copias effundere statuit, eo consilio; vt cū Hor- no sociatis armis; aliquam vr̄bem inuaderet. Dum Vinmariensis varia molitur, versatque animo diuersa consilia: Aldringheni agmine cum Pannoniæ Regis exercitu iuncto, omnes simul ad flumen aduersus Ratisponã procedunt: vt magis è propinquo ostentatis copijs vr̄bem terrerent: sperabantque propediem Italica agmina quæ à Cardinali Infante deducebantur iu Belgium, affutura; quorum opportuno subsidio arctiùs vr̄bem premere, atque oppugnare decreuerant.

*Cæsarea
castra cõ-
meatuum
penuria
laborant*

Regij dispositis quasi paribus interuallis stationibus, vr̄bem circum amplexi loriceis, propugnaculis excitatis; perfecta, expletaque ex militari disciplina obsidionis, castrorumque forma circumdant. Mox in castris commeatuum penuriam milites patiebantur; ob ingentem nobilium virorum multitudinem, quam secum Regiæ maiestatis veneratio trahebat; cum nihil illi proceres quanti inter aulæ delicias, vrbanamque copiam, & armati exercitus tenues viuendi rationes interesset, satis nossent; secum in armarum, calouarumque inutilem turbam, ac feruorum greges adduxerant; nullis parcentes impensis, vbi, & Regi, & Principi Cæsaris filio esset obsequendum; paucis diebus pecuniam, comneatulusque absumperunt; qui cū aduerso flumine lento remige trahendi essent, tarde admodum, minusque expeditè, ac malignè deferiebantur in castra.

*Suecorum
error in
Ratispo-
na subsi-
dit*

Ex hoc facile ab hostibus intelligi potuit, quàm salubre futurum fuisset, de intercludendo dispositis in vtroque litore stationibus flumine Gratzij cõfilium; quod si saniori iudicio cæteri duces sequuti fuissent, nullo stricto telo, aut certaminis periculo fames tantum erat ab obsidione Cæsareos depulsura, sed Superi Catholicis propitij excogitata salubriter diluerunt. Neque tamen commeatuum inopia Imperialium animos fre-

git ; quin maiori animorum ardore obsidionem arceant . Vinmariensis inde profecto ab omni hostium metu securi Hostium suburbium sex , & triginta maioris formæ tormentis ingentium pilarum assidua iaculatione quatiebant . Totas Pentecostes ferias desævians illa tormentorum procella aliquantum muri spatium deiecit . Sub vesperam Cæsarei per illum muri hiatus in suburbium peruadere facta valida impressione tentarunt ; sed obsepiente aditum hastatorum , moschettariorumque phalange , non repulsi modo , sed etiam magna strage cæsi , captique sunt ; inter quos insignes aliquot copiarum præfecti . Non tamen hostium ferocia , virtuteque territi Imperiales à tentando ingressu cessarunt ; sed fortissimi quique stipatis ordinibus conglobati per strata sociorum cadauera , fluentemque sanguinis labem ingenti audacia ad illam mœnium aperturam occupandam succedunt .

*Cæsarei
ruina ag-
grediuntur*

Tum enim vero horribilior editur cædes . Cæsarei quippe iniquo loco pugnantes impactis in eorum ora , atque in pectora hastarum cuspidibus impunè ferè ab hostibus cædebantur . Quare plurimis in ipsis loci angustij promptissimorum amissis , in castra de Suecorum inaudita ferocia pauidi recesserunt . Tum hostium ignauia , & propria virtute scælicis duplicis pugnae euentu elatis animis Sueci non contenti intra munimenta pugnare , in Imperiales erumpunt ; quorum fere centum antequam à vicinis stationibus subueniretur , occisis , quindecim cum aliquot impedimentis in urbem captiuos abripiunt .

*Imperia-
les de ru-
nis de-
turbatur*

Perseuerabat obsidio multa Suecorum spe felicitis propugnationis euentus , & aliqua Imperialium , iam refrigerante primis difficultatibus animorum ardore , segnitie . Quare ex vtriusque partis vel virtutis , vel desidia comparatione censebant plerique propero iudicio ; aut irritam , aut diuturnam , difficillimamque eam oppugnationem futuram . Cum ciuitas ipsa proprio loci ingenio munita à Protestantium partiù longè fortissimis defenderetur : insuper adeo commeatibus affluens , copiaque frugum , vt lautè admodum obsessi viuerent ; cùm Regij aliquod annonæ incommodum pateretur . Aliquantum tamen supremi statoris cædes obsessos affecit ; qui dissiliētis lapidis fragmine tormentaria pila decussio , caput vulneratus interiit .

*Suecorum
spes &
Imperia-
lem timor*

Pannoniæ Rex vt faciliorem eam faceret expeditionem ; venturaque , in castra commeatum , militumque subsidia tuta ab hoste seruaret : sibi omnino Kalchaimo Suecos eiciendos putauit ; vt loco ad hoc obtinendum opportuno . Aldringhenus igitur ad illud oppidum expugnandum cum sex bellatorum millibus à Rege missus triduo acerrima oppugnatione tribunum Rosaum præfectum deditonem pacisci coegit . Ioannes etiam Vuertus cum equitum ala campos populari , vicinorq ; pagos diripere iussus ; vt Sueci omni annoa defecti inde facessere cogerentur .

*Cæsarei
ad kal-
chaimum
expugnā-
dum con-
surgunt*

Vinmariensis conclamata esse Ratisponæ salutem ratus , oppugnanti- que Imperiali cessuram , nisi ei præsentem validoq ; remedio subueniretur ; ducem Birchenfeldtum in Franconia finibus suis copijs bellantem , & Marif-

*Vinma-
riensis co-
gere auxi-
lia salu-
gō*

callum Hornū in Augustæ agro, Saxonemq; Electorem in Cheruscis cessantem sollicitis nuntijs accersit; oratq; etiam, atq; etiam, vt cum omnibus eorum copijs in sua castra festinent. Verum Saxo aut quia ad sua tuenda copiæ sibi essent opus; aut quia Vinmariensis potentia, amplitudoq; vt principis ab auita Saxonum familia genus ducentis ei suspecta foret; aut quia stante Ratispona, Cæsareisque copijs in ea diuturna obsidione nullo operæ pretio immo cum detrimento pendentibus; Suecorum potentia vltra eos limites proferretur; intra quos eam Imperij principes paterentur; aut alijs de causis, venire contempsit.

Cur Saxo cum Vinmariensi sociare sua arma contempserit

Birchenfeldtius quoque minus sua cunctatione, aut virtutis emulatione Vinmariensis votis indulgit: solus Hornus, quia in ea vrbe contra Cæsareos retinēda magnum Suecicorum armorum exultationi, ac gloriæ cunulum accessurum videbat, sublatis subito signis venire maturauit in castra; sed non adeo festino gradu, quin in Landtshuto ex itinere expugnādo ne ceteret moras, ac proinde Vinmariensis apertè, ac palam identidem quaereretur; quod Hornus suæ fortunæ, ac laudi inuideret, quod eo prætermisso, se copiarum Imperatorem suffragia militaria dixissent.

Rex Pannoniæ interim suo primo bellico operi auspici futurorum intētiſſima cura instabat: quando hoc primum bellicum ausum si improspere processisset, nimium animum hosti facturum esset; omniq; domus Auiti iace totiusq; Imperij spes, quam de ipsius in bellum egressu cūcti sollicitis animis cōcepissent; prorsus ablaturum. Constitit igitur in altero Danubij litore, & Dux Bauarus extra flumen ex aduerso castra locauit; tantaq; militari peritia munimenta eduxerunt, prominētibus per interualla in latera propugnaculis; vt omnes Suecorum impetus elusura facile viderentur.

Cæsareis exercitijs munimenta

Infessi omnes firmis militum stationibus aditus, per quos in vrbe intrari posset, vt ad illam vsque diem obsessi se nullis obsidionis malis pressos fatēri potuissent. In vtroq; deinde fluminis litore plus centum muralia tormēta in vrbem collineata vna cum ijs; quæ dux Bauarus secum adduxerat, dignum sane tanto Rege, Electoreque obsidium. Fulminabant in mēnia continuis iactibus tormenta; tremere tellus cœlūq; dehiscere horrendis tormentorum fragoribus videbantur. Obsessorum honoris cote virtutē acueritium infederat animis omnium constanti decreto se Ratisponæ obsidionē omnibus sæculi memorabilem esse facturos. Nihil se inania Regum, Electorumque nomina terrere.

Propugnaculorum statione

Ita valenter, ac scite tormentorum globos in obsidētium castra regerebant; vt plurimos quasi destinatis ictibus lacerarent, Cæsareos ob ictuum tormentorum, sulphureorumque missilium frequentiam pyrius puluis defecit; atque integrum diem ab emittendis tormentis cessandum fuit; donec alij cadi conueherentur in castra; in quæ præter comiteatū inopiam, lues etiā senissima grassabatur; sed par tantis malis regius animus sedulus rebus omnibus prospiciebat: robusteq; iam virtutis constantia, ac virilis pectoris firmitate cæteros animabat; vt famis, pestis, difficilisque oppugnatio-

Pannonia Regis inuicta constantia

nis

nis incommodis luperatis ; in ea obsidione peristerent : quæ cæterorum operum rudimentum , si fœlici successu finiretur , ad non dubiam belli totius profligati laudem esset aditum patefactura .

Regi interim delatum fuit Suecos ingentem commeatum , reique tormentariæ vim Kelainum Danubij impositum litori , non plus duodecim passuum millibus à castris summotum concessisse ; eo consilio , vt quæcunq; ferendi subsidij occasio incideret ; ea in expedito haberent . Sex igitur bellatorum millia ad illud oppidum expugnandum , auehendosque commeatus festinare iubet . Præerat oppido Tribunus Rosa : qui biduo fortiter Imperialium impetum fregit ; sed mœnium fascia humi prostrata , Cæsareisque ad innadendum paratis ; interiecta pactione se dedit .

*Cæsare
hostiū cō-
meatus r.
tercipiunt.*

Ea commeatu copia multum Imperialium inopiam leuauit . Rex interea animaduertens in Bauaris castris omnia segniter agi , & quodam torpore languescere ; vt excitaret animorum vigorem , alacritatemque , ac feruorem frigescentibus adderet ; aliquot suorum militum legiones in ea castra migrare iussit ; qui desidiam illam , ac segnitiam excuterent . Vnciatim quod aiunt , ardebat obsidio ; pedentimque exercitus mœnibus succedebat . Obsessi se egregiè , & eruptionibus , & flammaram iaculatione lædendis Cæsareis tuebantur ; qui insulam , pontisque propugnaculum dum magno impetu aggrediuntur ; duas quoque legiones nauibus impositas idem à flumine adoriri iubent .

*Præsidia-
rij in ob-
sidetes e-
rumpunt.*

Sueci cum vtrinque ancipiti malo premerentur ; non sine fœda inuadentium strage in urbem se recipere coacti sunt . Interim copiarum equites velociore , in vicina , remotaque loca frumentatum , pabulatumque prouolabant . Chiliarchus Vuertus cum octo Pannoniorum , Germanorum , Liburnorumque equitum turmis Noribergam vsque procurrens pagos , villasq; populatus ingentem farinæ , animaliumque modum , & octingentos captiuos abduxit in castra .

Protestantes tot Ratisponæ amittendæ periculis inuoluti ; cum ad innadendos Cæsareos sibi non satis virium esset ; alio arma verterunt : vt si fortasse suorum calamitatibus moti , desertis alienis , ad propria tuenda discederent . Dux Vinmariensis ad Locoritam liberam Franconiæ urbem magni momenti obsidendam contendit ; ac positis castris circum aliquot propugnacula excitauit : vt vrbe omne subsidium excluderet : sed sentiens neq; idcirco Regem à Ratisponæ obsidione decessurum ; relicto ibi cum parte copiarum ad obsidionem continuandam Comite Gratzio : ipse cum cæteris pergit ad Hornum cum illo arma iuncturus : qui Vuerti excursionibus anditis ; in Vindeliciam ad Aichum expugnandum processerat . Suecis aliquandiu Bauari resistere ; sed mendacio decepti Vuertum ab hostibus fuissemq; fuisse , deditioem fecerunt . Vuertus ad Aichi oppugnationis nuntium cum firmo bellatorum agmine eo festinato profectus est : vt Suecos inde propelleret ; verum illi munimenta demoliti , atq; vrbe direpta discesserant . Quare præfectus illico in urbem regressus raptim disiectas mu-

*Forcheim
Vinmariū
fis Loco-
ritum obi-
sides .*

Sueci Aichum obtinent .

*Aichum
incendio
absumi-
tur.*

nitiones,loricasq; restituit. De quo certior factus Hornus iterum redijt in-
fensor:vrbeq; impetu facto potitus non solum armatos, sed etiam inermes
occidit: captumq; præfectum sicuti tot malorum causam suspendio necari
iussit. Dum milites ipsius domum prædantur: cuidam incauto in aridam
materiam excidit ignis: qui non præfecti solum domicilia, sed vicina quæ-
que cum incredibili vrbis detrimento corripuit.

Lusatia

*Saxones
Luititios
euerunt.*

Fulminabat in * Luititij interim Saxo, Sittauumq; vrbem illius prouin-
ciæ primariam non sine ingenti promptiorum militum iactura formidando
tormentorum apparatu, crebrisq; impressionibus expugnatam diripiendam
militum arbitrio tradidit. In omnem ætatem, sexumq; sequitum, obuij quiq;
crudeliter obruncati. Electori Saxoni ad Sittauū hærenti Bannerius Oxen-
sterni iussu cum suis copijs adiungitur eius imperata facturus: vt sibi ma-
gis illius fidē, beneuolentiamq; deuinciret. Nouerat enim eius in Austria-
cos propensionis radices ex eius animo non prorsus auulsas; quæ aliquan-
do in pacis virorem poterant pullulare.

*Sueci Bo-
hemiã iu-
uadunt.*

Statuere communi sententia Bohemiam inuadere. Littomeritium sociata
promouent arma. Curabant ibi Balthassar Mâradius, Lambouis, & alij
Cæsarei Ducēs cum sex equitum, & tribus peditum legionibus: qui ad pri-
mum Bannerij copiarum intuitum, cantato classico, in eas foras erum-
punt acie præliaturi, cum non essent admodum se numero validiores.
Sed iam velitantibus, tota hostili acie superueniente pauidi, transmissio vt-
cunque Viadro amne, scisso à tergo ponte, ne sibi recedentibus hostis inita-
ret: Pragam in tutum euaserunt: gnariq; ad se inuadendos hostem propera-
re, in eum fatalem locum exercitum educunt; vbi Dux Bauarus Palatinum
ingenti prælio prostrauerat; dispositiq; in acie ordinibus Saxones ingenti-
bus animis opperiantur: sed cum se longē viribus impares hosti viderent;
in collis dorsum secedunt: vbi subitarijs munimentis erectis, collimatisque
tormentis se sepiunt.

*Cæsareis
Saxones
erumpunt.*

*Saxones:
Cæsareis
ad pugnam
laessunt.*

Sueci à Saxonibus seiuncti tendebant: sed iterū iunctis cū Saxonibus co-
pijs, explicatis ordinibus suā aciem Cæsareis ad pugnam expeditā ostentant:
frequentiq; tubarū, tympanorumq; classico ad præliū cient: verū illi certa-
mine detrectato, se continent munimentis. Assiduis tamen velitationibus
promptiorū vtriusq; exercitus probata virtus; quibus Protestantium octin-
genti, sexcenti verò Imperialiū ceciderunt. Ex quo facile cognosci potuit;
si Cæsa rei numero hostes æquassent; non recusaturos fuisse certamen; cum
ijs leuibus prælijs se pares hostium virtuti monstrassent.

*Saxones
& Sueci
in Pratiu
discedunt.*

Non aduerſi itetere diu hostes Imperialibus copijs; quod commeatum
penuriæ incommoda pati cepissent. Iraque cum ad Imperiales eniti diffi-
cillimum foret; nec superari, nisi cum manifesta pernicie eius loci iniquitas
posset; quā etiam emissa ab vrbe tormenta tuebantur; conclamatis valis, in-
de exercitū abduxerunt; postremi agminis ordines aliquantū turbante Cz-
sareo. Vbi Meiaichū attigere ibi substitit Arnhaimius: Bannerius verò Litto-
meritiū profectus est: vt vtriq; statiuorū copia, ac quiete milites recrearēt.

Dux

Dux Vinmariensis sociatis cum Horno viribus, quatuor, & viginti bellatorum millium summam effecerat : validam sanè in rem præsentem manus : at non ad eò firma , vt aggrediendis intra munimenta Cæsareis satis esset . In Vindeliciam igitur infesto agmine ingressi omnia turbant belli terrore : expugnatisque pluribus locis, Landfutho exercitum promouere ; quod tribus motchettariorum equitum legionibus propugnantibus non nisi bellicæ virtutis violentia, armorumque impetu expugnari non posse videbatur: præsertim cum ad tormenti iactum non procul inde cum magna Cæsarei, ac Bauari equitatus parte Aldringhenus abesset : nihilominus in Imperialium oculis oppido capto, cœdissimam prædiariorum stragem dederunt.

Landfutho

*Sueci
Landfuthum oppugnâtes & capti sunt*

Huic incommodo vt prospiceret Aldringhenus, cum equitatu festinus accurrit ; sed infelix properauit ad necem . Nam cum hoste premente se recipere cogeretur, in Isaræ transitu maioris sclopi glande percussus interiit . Opinati sunt plures à proprijs delinatio ictu confossum . Propria virtus illum ad splendida militiæ ministeria, non gratiosorum suffragatio promouit . Vir sanè animosus, & efficax perspicaci, & subito semper ingenio ; multæ etiam , vt homo Germanus calliditatis . Obijt, quòd videre potnit felicitatis humanæ, iam illum deserente fortuna : eius siquidem amplitudinis authores, vt suspectæ fidei acta ipsius, consiliaque omnia curiosiori, intentiorique cura trutinabant : non capite tantum : sed etiam nominis, & gloriæ tæma periclitaturi, nisi illum maturius fatum iam aduersantis fortunæ ictibus subtraxisset.

Aldringhenus occiditur eius doctus

Ingens auri pondus ab Italia præcipuè ex miseranda Mantuæ direptione in Germaniam auexerat : auxeratque præsentium bellorum ope . Non tamen fuit pecuniæ admodum tenax ; quàm militari munificentia, cum res posceret, profundebat . Fuit facilis, & suauis ingenij, in amicos maximè officiosus : suos principes impensè solitus reuereri ; cum quibus semper intra gratæ moderationis limites egit . In obeûdis expeditionibus egregiè fortis, & audax, in capiendis consilijs sagax, & cautus . Nihil in hoc duce malignitas carpsit, præter obscura natalia : quòd apud mortales maioris honoris, atque admirationis esse debebat ; quòd vir infimo loco natus non generis splendore, nec auita maiorum gratia ; sed propriæ virtutis ope ad summos militiæ honores excelescit . Interfecto Aldringhenus, Cæsareus equitatus amne traiecto , Ekclauchum minime trepido receptu secessit, illum insequi hoste non curante .

Hi Suecorum in Vindelicia progressus, armorumque terror, quo totam prouinciam euersuri videbantur ; nihil Pannoniæ Regem, Bauarumque duccem ab acriori Ratisponæ oppugnatione auerterunt ; immo Regis præsentia stimulos virtuti subdeite ; qui nulla suæ salutis cura, omni contèpto vitæ discrimine, omnibus prælijs intererat . Offum suburbium ita ferociter Cæsarei adorti sunt ; vt quamuis pari virtute , ferociaque Iunenis Turrianus comes cum sua peditum legione mœnia defenderet ; tandem sapius validioribus

Pannonia Regis ante nositas

impressionibus iteratis per densatam propugnantium aciem in suburbium irruerint.

Hic conuersis illico contra urbem tormentis; validius, maiorique plaga mœnia feriebant: quibus dum æquali ictuum tormentorum frequentia respondent, tantum tormentarij pulueris proiecerunt; vt breui ad illius inopiam reuoluti se amplius posse tueri à Cæsareorum impetu desperarent; cum nulla futuri subsidij spes à socijs accederet. Explicato itaque à præfecto ducibus omnibus in consilium accitis misero rerum statu; & quo loco esset tormentarij pulueris, & pilarum inopia; quæ trium dierum iaculationi vix satis futuræ erant; omnium consensu tabulis excepto, cum Rege cōuenit: vt æquis tam pro præsidio, quàm pro ciuibus conditionibus urbem dederet.

*Obsessio ad
deditionem
inclinant*

Excesserunt ex vrbe cum suo Kaggio Præfecto ad duo peditum millia, & equites quingentos cum quatuor muralibus tormentis. Huius urbis obsidio, expugnatioque fuit nostri sæculi celeberrima, & maxime memoranda. Quia obsessi intra duos menses plus ducenties in Cæsareos eruperunt, qui septies in urbem ab vniuerso exercitu impetu facto plus quindecim pilarum millia tormentis, & duo ignearum bolidum iaculati sunt. Quanquã ea expeditio duodecim bellatorum millibus partim ferro, partim fame, incommodisque consumptis Cæsareis staret: tantum nihilominus animos Catholicorum crexit; quantum Proteſtantium, eorumque sociorum deiecit; qui acerbissimis querelis acta ducum, auaritiãque carpebant; quod incolas tantum pecunijs emungere, extorquereque ab agrestibus nummorum pensiones cogitarent: atque inanibus disputationibus, vanisque consilijs nihil explicando tempus tererent: dum hostes prouincias aucti viribus occuparent. Rex capta vrbe valido ad eam tuendam præsidio firmata, munitaque copiarum promptissimis, munitiones omnes, quas Sueci foris eduxerant, dirui, & muralium tormentorũ pulsibus prostrata restitui iussit.

*Protestan-
tium de
amissa
Ratispon-
na quare-
la & do-
lor*

Captæ Ratisponæ nuntius Vinmariensi, & Horno summum dolorem, inussit; qui cum in vtilem, exosamque militibus ob Vindeliciæ penuriam suorum armorum societatem, animaduertent; Hornus in Sueuiam, Vinmariensis Durlingam, Lauingamque versus seiuncto inuice in agmine discesserunt. Regem cognita propugnantium rei tormentariæ inopia; tam mites, & æquas condiciones tulisse pœnituit. Sed hostis viciniã, virtusque defensorum, atque ardens illius primæ consiciendæ expeditionis cupido, qua cæteris felicius faceret auspiciũ; famamque perfecti bellici operis gloriosius, solidiusque firmaret, deditiõnem æquis conditionibus maturauit. Rege, Duceque Bauaro inter lætissimas populi acclamationes triumphantium more Ingloftadium ingressis, non procul inde sæderati exercitus confederunt. Comes Gratzius veritus, ne ad se in Locoriti obsidione pergentem Cæsarei ducerent copias, soluta trepide obsidione

*Sueci
Ducem se
inuicem
discedunt*

Suuinphordiam recessit.

IOSEPHI

IOSEPHI RICCI BRIXIANI

Clerici Regularis Congregationis Somaſchæ

DE BELLIS GERMANICIS

Liber Nonus Epitome.



ARDINALIS Infans in Germaniam cum exercitu proficiscitur : iunctis cum Pannonia Rege copijs Vinmariensem , & Hornum ad Aras Flacrias ingenti prælio vincunt. Gratzius comes capitur . Philisburgum Gallis Sueci tradunt : Rosenburgum à Cesareis expugnatur . Inter Casarem , & Saxonem Ducem pax constituitur : frementibus Suecis , qui Chirzingam amittunt . Varia oppida se Gallo permittunt . Tota Suenia Cesaris arma victricia procurrununt . Augusta Austriacum accipit iugum . Philisburgum insidijs à Cesareis recuperatur : Francofordia Cesari conciliatur . Treuirensis Elector cum ipsa urbe capitur ab Hispanis . Rex Gallus Austriacis bellum indicit . Dux Vinmariensis ad Galli Regis stipendia transit . Germani in Valle Tellina cum Gallis varia fortuna pugnant . Vormatia Gallasso deditur Drusomagus cum alijs urbibus in Pannonia Regis potestatem venit . Anna Austriaca Bauaro Duci nubis Sueci Saxonem Ducem affligunt . Mococtiacum Cesarei in deditioem accipiunt . Rex Gallus Lotharingiam bello subigit . Dux Saxo Magdeburgum , & alias vrbes expugnat . Pannonia Rex ab Electoribus Rex Romanorum dicitur . Caesar morbo extinguitur . Galassius Landspergam impetu capit . Dux Rothomagensis moritur Vinmariensis Reinfeldto , alijsque urbibus , Bannerius vero Cygnea potitur . Picolomineo fufis Gallis obseſſo Diuoduro succurrit . Bannerius Cesareos cadit , & fugat : sed ipse fugatus postea fuga laboribus fractus extabit . Vinmariensis frenbri correptus obit .

200.

CA



Imperialium cum duce mutata fortuna

APTAE Ratisponæ fama sicuti Protestantium animos, Suecorumque pupugit : ita in feliciorum spem rerum Catholicorum mentes erexit. Videbatur cū ipso duce Imperialium mutata esse fortuna ; atque à Suecicis castris ad Cæsarea signa leuis transfuga defecisse, auspicia regij capitis sequutura ; cum primum militaris tyrocini rudimentum difficilis veteranæ virtutis operis, summorumque ducum industrie laude donasset. Tot enim cladibus, si quid ab Austriae peccarum foret ; expleta Numinis ira, iam propitium eorum rebus aspirare ; secundareque expeditiones videbatur.

Non tamen hoc prospero Pannoniæ Regis successu Sueci ita demiserant animos ; quin coactis vndique auxilijs, se regiæ fortunæ, potentiaque pares Cæsareis ostentarent. Sed alia illos maior cura torquebat ; Cardinalis Infantis cum valido exercitu, illustriumque ducum comitatu ex Insubribus in Germaniam aduentus ; cuius, si cum Pannoniæ Rege arma iungerentur ; qui duorum exercituum impetus poterunt sustinere ; cum vnus tantū viribus obsisti vix possit? Tunc apparuit Horni salubre fuisse consiliū ; qui obstinato animo Veneti lacus orā, Heluetiorumque Alpiū angustias intriterat occupare : vt à Germania Insubres copias, Cardinalēque Infantē excluderet.

Horni cōsiliū salubre

Horni Cardinalis Infantis in Germaniam motus

Hunc Belgio Rex frater summo cum imperio præfecerat. Qui ex Hispania Mediolanum profectus firmam in Insubribus bellatorum manum coegerat ; eam primo quoque tempore secum ad illius prouinciæ Gallorum, Batauorumque armis quassatæ subsidium ducturus. Nonaginta peditum cohortes, & quinque, & viginti equitum turmas Didaco Gusmano Marchione Leganes supremo copiarum legato, Philippo Spinula equitū magistro, Comite Ioanne Serbellonio rei tormentariæ præfecto secū trahebat.

Spruch

Salzburg

Dicta Senatui Mediolanensi salute, clero, ciuibus felix iter apprecantibus per Tellinam vallem Oenipontem peruenit. Magnis, & honoris, & beneuolentiæ significationibus ab Archiduce Claudia exceptus est, atque splendidis Pannoniæ Regis, Gesodunique Archiepiscopi legationibus cultus. Ibi tres dies moratus Rotembergum profectus est ; nō inde discessurus donec omnes copiae ab Italia in Germaniā transmisisissent. Legatos ad Pannoniæ Regē misit : vt cū illo de sui in Belgium trāsitus ratione transigerent.

Regalium Cardinalis ut cū Austriae sua armamentis

Petebat ab illo subsidij causa duas Aeduorum legiones, & vnam Germanorum cum illa equitum purpura : i Sabaci. Verū vbi diu inter Austriacos consultatum est ; omnibus visum priusquam Insubricæ copiae in Belgiū migrarent ; primum ipsius viribus ad exigendos Suenia, Vindeliciaque Suecos vtendum. Granæ igitur Marchio ad Cardinalem Infantem legatus mittitur, qui eum Pannoniæ Regis nomine rogaret : vt cum Austriacis sua arma coniungeret : vt sociatis vna viribus, præpotentem hostem à socijs, hæreditarijsque prouincijs expellerent : Quibus consanguinei Regis honestis, iustisque votis libenter admodum Cardinalis indulgit.

Dum

Dum hæc agerentur Pannoniæ Regina Cardinalis soror per legatos fratrem amantissimis obsequijs venerata; cum Possaum eius videndi desiderio raperetur, sui illum in eam urbem aduētus admonuit: quod etiam Cardinalem eodem proficisci coegit. Venienti Siruellæ comes Reginæ nomine obuiam prodijt; quæ cum Cardinalis Driadestani, Frachemburgi comitis, Castagnedæque Marchionis, aliorumque procerum nobilissimo comitatu fratrem ad mediam palatij scalam ascendentem excepit.

*Pannonia
Regina
Cardina-
lem suum
fratrē in-
uisit.*

Triduum suauissimæ fraternæ charitatis consuetudini datum. Inde Copstainum profectus copias omnes in conspectum dedit. Duo equitum, & septingenti, nouem peditum millia censa sunt; ducibus magnæ existimationis, claritatisque viris: quibus in prætorium accitis, vtrum de duobus consilijs capiendum esset, relatum est; an contra Saxoniz ducem mouendum, an Sueci prius bello persequendi, donec amissæ Ratisponæ dolore animis consternati, confusique à se inuicem dissiderent. Germani duces censebant prius inuadendam esse à Pannoniæ Rege Saxoniam; vt illum Electorem ad pacem petendam suis malis contusum, fractumque compellerent; Verum Hispani, Bauarique ducis legati sentiebant, primum petendos esse Suecos; quibus victis, atque concisis, pax facilius postmodum cum duce Saxone pangeretur. Hæc sententia alteram prægrauauit.

*Suecos pri-
mo esse pe-
rīdos de-
cernitur.*

Rex itaque ad Danubium regressus Donauertæ successit, quam iterato ab vniuerso Cæsareo exercitu in moenia impetu captam diripuit: præsidarijs omnibus, armatisque cæsis. Cuius successus admoniti Sueci duces, decretum est, vt Vinnariensis media inter Donauertam, & Vlmam suo exercitu obtineret: Hornus vero inter Hilaram, Lichumque amnes insideret: ibique accitæ vndique sociorum auxiliares manus expectarentur; præcipue Otho Ludouicus Rheni comes, qui cum septem bellatorum millibus in Tribocum finibus bellabat: primus omnium euocatus. Sed importunum inter duces certamen dignationis exortum ea Suecicæ rei difficultate insensis Sueco Superis, aduersaque fortuna prudenter promissa corruptit.

*Sueci sua
munera
belli par-
tiantur.*

Comitis Lindouici mora præcipua omnium Suecorum malorum origo; quo cunctante, iustaque negligente, Austriaci nullo obuiio per illas regiones impunè, libereque currebant. Ioannes Vuertus omnia illius tractus oppida incensibus septa expugnauit, præter Rotemburgum liberam urbem; quæ validiori præsidio firmata Imperialium assultus elusit.

*Hofatum
capiunt &
diripiunt
à Cæsa-
reis.*

Liburni equites Hostato violentissimo impetu superato, per omnia scelerum, sæuitiæque genera in miseros oppidanos bacchati sunt; vt defossam pecuniam faterentur. Alijs pollices gens barbara sclopettorum rotarum forcipulis, quibus silex ad excutiendum ignem, detineri solet, infertos paulatim ducto circum vecte, compressit; alijs cutem à pedum plantis abrasit; alijs pudenda acubus perforauit; alios feruentem aquâ lotio mixtam haurire coegit; alijs crurum ossa per summos cruciatus impactis malleorum ictibus fregit: interiере lacerati tormentis à magistratu nobiles ciues. Hospitalis domus curatorem tunica molesta puniuit. Nec mystis barbarissi-

*Barbara
Liburno-
rum equitū
feritas.*

mæ

mæ gentis pepercit immanitas ; adeo per omnes ordines illius diritas sæuij. Nihil æquè animos efferat, ac auri cupiditas, pecuniarumque libido. Ducenti quinquaginta tormentis deformati inauditæ crudelitatis, tetro sane, miserabilique spectaculo stigmata circumferebant.

Horruere vicinæ gentes terrentis è propinquo Liburnicæ manus sæuitiam. Quare * Virtinguorum dux omnibus suis vectigalibus edixit; vt omnes quibus per ætatem liceret, expediti in armis, promptique ad tuendam regionem tela pararent; ne si hostibus eius inuadendæ prouinciæ libido incesset; inopinato, improvisoque malo corriperentur; & quando continuos tormentorum fragores audissent, per omnes pagos, & oppida classica fremerent; coeundique militum delectibus signa darentur, quo omnes ad destinatas sibi quisque stationes accederent. Sed quando vnũ duntaxat tormenti ictum accepissent; illum alicuius incendij indicem intelligerent. Denique imperabat, vt ad trium tormentorum ictum symbolum omnes in munitiora loca cum rerum carissimis, & com meatibus, armætisque nulla mora secederent: ibique vt fortes milites decet, se egregiè à Cæsareis tuerentur.

Hostiles exercitus prope Aras * Flauias in mutuum fere conspectum infederant in vniuersi prælij fortunam intenti. Gratzius, & Kaggius futurum prælium præfagientes congerendis ex tota Franconia militibus infudabant. Censebant Sueci se optimo loco metatos esse castra; vnde facilius vrbi submittere subsidia possent.

Hæc vrbs antiquissima inter liberar Imperij vrbes, ab Imperatore Vespasiano condita dicitur in perenne victoriæ monumentum, quam ex domitis ingenti prælio Germanis retulit; ex quo & Aræ Flauicæ illi nomen inuentum. Ad collis radices sita est; qui extra mœnia molliter assurgit. Quondam incendio consumpta à Federico secundo Imperatore, eiusque filio Conrado in pristinam, melioremque frequentiam, splendoremque restituta mirum in modum clausis intra mœnium septa suburbij aucta est.

Sueci tam vltra spreta Imperialium vicinia, prouecti sunt; vt collem vrbi aduersum cum commodiori saltu ad obsessorum retinenda commercia occuparint. Rex, & dux Bauarus hostium propinquitate conspecta, cum iam prælium detrectari non posset; vt felicem pugnæ successum solidius, tutiusque firmarent; quotidie celeres tabellarios ad Cardinalem Infantem mittebant; enixè flagitantes; vt cum suis copijs in castra venire properaret; cum ex Suecorum accessu ferendi prælij occasionem imminere certum esset; cumque hostilibus vndique vrbibus cingerentur; numerosiori exercitu opus esset; vt in infenso solo tot hostium vim non summouere modo, sed etiam frangere possent. Festinato quoque ex Franconia milites accessit quo maiori exercitus mole Suecos innaerent.

Sueci vicino vrbi colle potiti Vinmariensem equitatum ad cuiusdam aditus angustias Catholicis copijs aduersas, quæ iam æquioribus locis infederant; explorandas prouehi iusserunt; an per illas sine discrimine posset peruadi.

Virttemberg.

Virtin-gui tela armaque parant.

Nortligen

Hostiles exercitus in mutuo conspectu.

Nerolin-ga descriptur.

ofardina-Is Infantis ad Pannoniæ rege nec vsitur

peruadi. Quibus diligenter inspectis, cognita transitus difficultate, committendi prælij cogitatione abiecta, submissis aliquot peditum cohortibus Aras flauias firmiori præsidio muniere: iussis præsidarijs, & oppidanis se strenuè vsque ad comitis Gratzij, & Ludouici Rheni aduentum à Cæsareis tueri; & quo magis milites, ciuesque confirmaret; ipse Hornus ducentos quinquaginta moschettarios, equitatu latera incedentium stipante ad urbem deduxit: paucisque præfectum in portæ vestibulo alloquutus; citum pollicitus auxilium, in suam stationem incoluuis redijt.

Sueci Nerolinga succurrunt.

Coiere Sueci duces in consilium à Vinmariensi vocati: quos ille pugnaci vultu cruentumque martis ardorem spirante sic dicitur alloquutus.

Vinmariensis oratio pugnã sadentis.

Hostilium castrorum fremitus nostris auribus obstrepentis vicinitas nostræ nos arguit ignaviæ: atque inertiae exprobrat turpitudinem, Comitones: Non enim Tyro Imperator cum collectitio tumultuarioque milite ab aratris, & sarculis ad arma tractanda abrepto tota Vindelicia impune persultaret: neque in nostris oculis alias caperet vrbes, alias sibi expugnandas decerneret, si, quod nuper fuimus, omnium discriminum contemptores illum in suis ipsius castris aggressi inani Regis nomine exultantem iuuenem illata aliqua clade contudissemus. Ratisponam spectantibus nobis amisimus; illam propugnantium virtuti defuimus: aliò procul ab hoste arma conuertimus; cum ipse fuisset intra ipsa munimenta aggrediendus. Nunc locis æquioribus occupatis, iugum Nerolinga minatur. Iam munimentis ad obsidendum loca designat. Nos tantum cunctabundi hostilis virtutis spectatores hærebimus in collium fastigijs timidi veluti nubes tempestatum, ac fulminum vacua montium tantum cacumina lambens, cessantes arma duntaxat e propinquo Cæsareis ostentabimus? Productis ille loriceis, excitatis aggeribus, erectisque propugnaculis, sociam urbem corona sepiet; fame, ferro, ignibus, omnibus obsidionis malis afflictam obtinebit. Sint propugnatores animosi, fortes, audaces illatam vim aliquandiu repellent; sit vrbs omnium rerum apparatu munita. Nihil est quod diurnitas mali non frangat; quod aëti cuniculi, tormentorumque iacula non demoliantur. Nos igitur alteram ignominiam turpiter, atque ignaue feremus? alterum dedecus inulti patiemur? Quin potius imus, & antequam se aggeribus vallet; atque arctet obsidium; Italaque arma trepidis nuntijs accita in castra perueniant; atque idcirco sit cum duplici hoste pugnandum, continuis irritamentis in plana deductum oppugnemus? Nescio cur tantum comæatuum belluones exalto segnes Cæsarea castra despiciamus. Si retro in alia loca cedemus: si ad amolliendum à Nerolinga hostem, uti nuper ad Ratisponam inutili consilio fecimus: signa alijs prouincijs Austriacis inferemus: quantos ille animos smet? quam existimationem ipsius armis inconsulti parabimus? at quantum dedecoris è contra nostris accedet: partæque iam gloria, laudisque iacturam faciemus? si hostium ora formidolosi fugiemus: se proditos hosti, se desertos iure focj præsidarij querentur; nostri exercitus animos deiciemus; cum ex ipso trepido discessu sædus timor oriatur. Neque hic diutius sine pugna subsistera

ffere possumus; quod commeatus difficile admodum conuehantur in castra, hostibus quaquauerfum infesto agmine procurrentibus. Confligendum igitur ac tutum cum hoste puto, dum milites calent animis, dum omnes pugnam deponant; ut & sociam urbem obsidione soluamus; & quam fortibus factis sumus adepti inuictæ virtutis gloriam: ardua, atque difficilia audendo retineamus. Si paulo fortius adnitendo tu has multuarias tyronum manus acie fuderimus; quas alias copias nostris victricibus obijciet? quem alium scribet exercitum? Scimus quam egrè totam vertendo Germaniam, hereditariasque prouincias delectibus exhauriendo has tantulas pene conflarit; quas si vno prælio fortiter obreremus; patebit latè totum nostris armis imperium, dominatus, regna, prouinciæ ultrò in nostram potestatem, ditionemque concedent: erit tantus victoriæ fructus; quantus nec sperari, nec cupidis animis concipi possit. Nec video cur non facile Casareos acie fundamus. Habet sanè Rex peritos Duces, strenuos cohortium præfectos, qui optima in consilijs suadere possunt; sed militaris disciplinæ rudes militum manus, insuetasque bellandi, quæ inuehenti se acriter nostræ phalangis aspectum, timidæ sustinebunt. Nostræ verò copiarum veterana omnes, tot expugnandis, tuendisq; urbibus, velitationibus prælijs bellicose, atque pugnaces. Non magis seruare ordines, ferri in hostes densata fronte, conglobare se se, atque in orbem pugnare Duces quàm milites callent; ducentis tantum vocis imperio opus est, ut suo militari munere egregie fungantur. Cum igitur per omnia nos superiores hostibus videam, armis, virtute, audacia, pugnandum omnino cum hoste decerno.

At Hornus sedati magis animi saniori consilio cuncta librantis, qui nullo pugnae ardore, aut præliandi libidine se præcipitem ferri passus est vnam, sic Vaimarensi respondit.

*Horni ora
Ho præliū
damman-
ti.*

Isdem rationibus, quibus tu pugnam suadere conaris, adduceret, ut eam probarem, Serenissime Princeps, si speciosè dictis paria quoque catera responderent. Non sanè diffido nostrorum militum virtuti; scio audaciam, peritiam, nosco promptitudinem, strenuitatem; video nos omnibus rebus Casareis antecellere: sed vnum omnium potissimum summæ votorum, felicitatiq; deest æquitas, atque opportunitas loci: si patente campo explicare ordines, aciem instruere, extendere cornua; atque in aduersum hostem tota simul exercitus mole ducere possemus; & ego pugnam decernerem; nec quicquam de victoria vererer; primusque infesto telo in hostes incurrerem; at quomodo in duorum hostilium exercituum oculis palati manipulatim illas angustias, quæ hinc non procul ad hostem ferunt: sine certa pernicie poterimus superare? Vix sunt denis militibus peruiæ, nedum equitum ala, aut integræ peditum cohorti; & quomodo per illas totum agmen non laxatis ordinibus transmitteremus? si in nos turbatos irruet hostis; quid consilij in re trepida, ac confusa capiemus? Ille in eo angusto aditu subessor agit: cupit esse nos tam perditæ, stultæque audaciæ, ut pugnandi cupiditate in obliquum abrepti per illas omnino angustias peruadere audeamus. Hostis equo-ribus

ribus infidet locis: intra munimenta se continet: non prodibit in aciem donec Italica: tum copiarum accessu auctior, ac firmior ultro lateffet. Detrahe tu illum primum ex munitis stationibus in planitiem, educ ex superioribus locis in campos: tunc hilari sono bellicum cane. Non ita Casareos Duces bellicæ disciplinæ arbitror imperitos; ut se temerè vniuersi prælii fortunæ committere audeant: nisi nobis longè numero superiores. Italica è propinquo perstreperunt arma: diutius morari non possunt, quin in Casarea castra perueniant. Tunc hostis è castris egressus sponte faciet pugnandi potestatem; & quod dudum expetis prælium, offeret ultro validior. Aderunt duo Austriaci sanguinis Principes; qui etsi in aula delitijs educati nihil Martis studia, artesque norunt; ipsorum tamen præsentia nescio quid humano fastigio maius effulgens militum animos inflammabit ad pugnam: ac Regius aspectus sufficiet præliantibus vires, cuius duplici auspicio regionum Iuuenum binæ copiæ regentur. Neque tum etiam pugnandum cum hoste censerem; quod duplo maiori numero bellatorum nobis præstabit; & si (quod ne Superi faxint) hunc exercitum amitteremus, in summam omnium rerum diffultatem prolapsi, alium comparare nequeamus; omniaque iam parta tot victoriarum præmia vnius temerè initi prælii iniquitate perdamus. At enim discessus indecoris, turpis fuga, timorque visus militum animos demittet. Nullus est in his copijs aded tui ingenij, ignarus, & inscius: qui te non pugnacissimum Ducem prælia, certamina feroci animo meditantem cognoscat. Tuum discessum militaris artis peritiæ, prudentiæque dabunt, maturæ opus esse solertiæ, imperatoriæque cautelæ putabunt: non tibi illum ignaviæ timorique vertent. In his ipsis stationibus vrbi propinquis arbitror persistendum, unde in urbem facilis est subsidiorum gradus, & quacunque hora liberit obsessis poterimus subuenire. Rex, Dux, Insans obsidionis diurnitate lassabuntur; inuitique omnibus malis afflictæ ab hac oppugnatione discedent. Bono Duci, ut perniciofa sugienda sunt prælia; ita vtilia acriter amplectenda.

Hanc Horni sententiam consilij sapientiores, prudentioresque sequebantur. At Vinmariensis eorum degeneres animos sugillare, timoremque mordere non desinit abhorrentium à pugna; suæque ignaviæ prudentioris consilij cautionem obtendentium. Hanc esse suetam timidorum cautionem; ut Fabianam cunctationem fortibus ausis semper obtrudant. Nihil acerbius militem pungit, quam obiecta timoris nota; quam ut deleat, certæ etiam se deuouet neci. Hornus tamen nihil cauillis ducis offensus paulatim illius præferendi animi æstus molliùs agendo sedauit: effecitque monendo; ut postera die mane ad explorandas angustias Vinmariensis equitatus iterum mitteretur; & quando sine discrimine transiri integris ordinibus possent; traducto exercitu pugnaretur.

Equitatus eo pronectus apertè comperit fieri non posse; ut sine manifesta totius exercitus clade illæ peruaderentur angustia; quod non solum æquiora, eminentioraque loca Casarei occupassent; sed etiam hostilia castra

Vinmariensis animositas ignauiam inuerepantissimam

Sueci cō- *strā* ingentis militum 'numeri accessione creuissent. Quo nuntio Vinma-
filium pu- *riensis* pugnandi ardor aliquantum deferbuit; defeditque prælij commit-
gnādiā ubi *tendi* cupido. Quare in nouo consilio statutum est; vt pluribus citatis ta-
ciunt. bellarijs Rheni Comes, & Grätzius euocati contento agmine festinare iuberentur. Interim nuntiaretur obsessis, vt se strenuè ab hoste defende-
 rent; donec in castra focia agmina peruenissent: quibus præsentibus, illico descensuros in aciem; vt hostes ab ea obsidione deciterent.

Sueci re- *cedunt a* *Cæsareis.* His ita dispositis Protestantes Popfingam cum vniuerso exercitu rece-
 ferunt. Sed Imperiales in id solum sollicita cura intenti, vt arctiùs preme-
 rent urbem, non abeuntibus insultere. Illi tamen ne fugam tegetibus re-
 nebris moliri viderentur; ne in ea pericula ruerent; quæ nocturni plerunque
 receptus offendunt: in eodem loco, vsque ad orientem solem pernoctare
 decernunt. Tunc optimorum ducum more densatis ordinibus, profecti
 copias ad Popfingam in eminentiorem tumulum ab Imperialium aspe-
 ctu subducunt.

Longius etiam somnouendas Vinmariensis Horni salutare consilium
 sequutus putabat; dum expectati socij comites in castra venissent; sed Hor-
 nus huic quoque Vinmariensis sententiæ refragatus nouas rationes atte-
 xuit, quibus remotius abeundum non esse contendit: hoc superioris placi-
 ta consilij præuerrere: hostem in Virtinguorum ducatum ingressurum; si
 Suecos suorum obiectu corporum, ductisque aggeribus aditum claudere
 non vidissent. Aras Flauias subito Regi cessuras; si longius copias abduce-
 rent; Cæsareosque libero campo Franconia, Suetiæque potitos commea-
 tus affatim habituros: qui eo minus illis suppetebant; quo propiùs hostili
 aduersa fronte exercitu confidente, ad frumentandum, pabulandumque
 temere excurrere formidabant.

Cinim *Nerolin-* *ga de Sue-* *corum re-* *cessu que-* *rela.* His Horni rationibus vim, roburque addidere magistratus, præfectique
 literæ de illo tantulo receptu acerbè quærentium. Aliæ iterum literæ super-
 uenere; quæ pusilli illius magistratus, deiectique prorsus animi eius urbis
 indicia præferebant; præpropera que deditio imminere videbatur, si remo-
 tiùs copiæ Suecicæ recessissent; quibus sera nimis sociorum aduentus mo-
 ra molestissima erat. Sed leuauere curam duæ Virtinguorum, duæque aliæ
Subsidia *in Sueci-* *ca castra* *perueniunt.* Sciaualschij equitum legiones auxere fiduciam. Sed equi pabuli inopia
 strigiosiores vix fessorem ferebant: spes nihilominus futuri subsidij alebat
 magis equitum animos, quàm equorum inedia; & quia pabulando plures
 equi à Cæsareis abigebantur, mandatum est ne è castris nisi valido equi-
 tum præsidio firmati exirent.

Vinmariensis ab urbis conspectu discedens promiserat ciuibus; se intra
 sex dies subsidio venturum; aut militum auxilia, commeatumque in vr-
 bem missurum: porrò illi promissi effluxerant dies; alium igitur nuntium
 misit in urbem enixe flagitans; vt alios quoque sex dies deditionem differ-
 rent; & quando amplius expectare non possent; excitatis ignibus vrgentis
 necessitatis indicia præberent.

Nun-

Nuntius per medias Imperialium stationes, & vigiliis elapsus; atque in urbem felici ausu ingressus admonet ciues, quid Vinmariensis fieri velit; qui cum nihil præter sua commoda spectarent; nec ultra mœnia intuitum proferrerent; vix accepto incendiolorum simbolo, statim in sublime flammis euolutis, iteratis identidem ignibus suæ pusillitatis, abiectique animi potius, quàm prementis necessitatis signa ostentabant.

*Nerolin-
ga ciuū
trepidatio*

Hæc Suecorum condicta cum ciuibus signa à Cæsareis probè cognita, effecerunt; vt maiori tormentorum violentia quaterent urbem. Dux Bernardus, cuius virtuti, atque imperio fœderatorum principum existimatio, resque creditæ erant; ad pugnae desideria iterum reuolutus terram pedibus pulsans, ac fremens aiebat, *aut non ita breue ferrendi obseſſis auxilij tempus præſtituendum esse: aut intra conuenſum liberandam esse fidem, occumbendumque fortiter potiùs: quàm fallenda promissa.*

*Vinma-
riensis ite-
rum pu-
gnæ sua-
det*

Hornus, qui quantæ esset in bellicis consilijs authoritatis optimè norat, tantum perfecit hortando, monendo: vt à Vinmariensi præfectorum conuentus iterum cogeretur. In quo tamen variantibus sententijs, nihil certi expeditum est; secum inuicem contrarijs opinionibus altercantibus Vinmariensis sua prælia decernebat: Hornus verò sentiebat, Gratzium saltem expectandum esse; qui iam Gemundam peruenisse nuntiabatur. In hanc Horni sententiam totum consilium pedibus iuit.

*Hornū
contraria
Vinma-
riensi sen-
tentia*

Consulentibus Suecis allatum est, Cardinalem Infantem iam propè esse, vt cum Cæsareis arma coniungeret: qui festino agnune gradiens quarto Non. Septembris sexdecim stadia a Cæsareis castris infedit. Cui Rex ipse, cum Etruriæ principe, Duce Lotharingo, comitibus Galassio, & Piccolomineo, numeroſoq; aliorum principum, ac procerum comitatu obuiam prodiit. Vtrique ex equo eodem tempore ad quinquaginta procul passus alter ab altero defilierunt: grauique incessu, renidentique blandum vultu in mutuo occurſu tenerrimo affectu se inuicem amplexati hæere tātisper: deinde iterum cōscensis equis processere Austriacæ soboles. Cardinalis ad Regis dexteram equitabat; principi aduenæ eum honorem Rex haberi voluit, qui etiam Infantem ad destinatam stationem deduxit. Postera die tormentorum explosione, ludicris concertationibus Cardinalis celebratus aduētus.

*Cardina-
lis Infans
à Pannu-
nia Rege
inuisitur*

Sueci duces vt obseſſis animos adderent; propius urbem accedendum censuerunt; atq; in Arenſpergo colle vrbi propinquo castra ponenda: quòd Cæsareis admodum graue, molestumque futurum erat. Ad locum castris destinatum prodeuntibus Suecis affertur comitem Gratzium vno amplius die, quàm promiserat, tardaturum in castra venire.

*Sueci pro-
prius ur-
bem acco-
dant*

Cæsarei interea tormentorū icibus prostrata mœnium parte ferocissimo impetu in urbem per ruinas irrūpere desato agmine tentant; ea spe inuitis, presentibusq; hostibus vrbe potiēdi, si nihil, in moriētū integris succedētibus locū, remitteretur impressio. Verū præſidarij valētiores, quàm ciues, expressis à necessitate viribus tam strenuè Cæsareos omni telorū genere pepulere; vt fœdissimè mulctati mēbris, laucij, se minces se in castra receperunt.

*Cæsarei
vrbi ag-
gradiuntur*

Pp

Cæsa-

*Cæsarei
repellen-
tur* Cæsareis inuadentibus mœnia, cessauere Imperialium tormentorum frigores: quorum silentio rati Sueci Duces aut urbem cessisse victori; aut de deditone transigere; validum equitum agmen ad rem explorandam miserunt. Ab interceptis cognitum est præsidium Cæsareis restitisse.

Iam alijs sex diebus elapsis obsessi è turrium culminibus flammaram signis fidē exigebant. Vinmariensis moras omnes acerrimis obloquutionibus increpabat: fœderatarū vrbū indignationē obtrudebat; si alteram vrbē ignauē, ac turpiter finerēt, in suis ipsorum oculis expugnari. Quid de astricta fide seruanda iterum non attexuit, cuius ille vltimus dies spirabat?

*Gratzius
peruenit
in Sueci-
ca castra* Dubijs hærentibus Suecis nuntiatum est, Rheni comitē alios duos, dies moraturum adesse. Egerrimè ille alteriùs ducis ferebat imperium. Tantum igitur institit Vinmariensis, vt nonis Septembris Suecicæ copiæ propiùs urbem cœperint admoueri. Proficiscentibus se Gratzij agmen adiunxit: plures quoque milites ex Durlachi Marchionis ditione collecti adhæserunt: Goldestainus pariter comitis Ludouici maior stator cum quatuor equitum turnis aduenit. His equitum, peditumque subsidijs alacri animo Vinmariensis Gratzium obuium amplexus ait omnino esse Austriacos inuadendos.

*Pugnãdi
consilium
exprobat* Cui Gratzius, se expeditum imperium accipere: sed consilium nimis audax probare non posse: quia cum viginti bellatorum millium summam exercitus non excederet, Imperialium verò duplo maior numerus censeretur, non erat vniuersæ pugne discrimen tam inferioribus viribus subeundum: & eo minus, quod Cæsareis essent copiæ Cardinalis Infantus adiectæ: quarum maior pars Italij militibus constabat: qui extra patriam valentiores ad retinendum bellicum gentis decus audaciùs pugnare consuescunt: atque idcirco probatæ fortitudinis bellatores omnem operam duros: vt toti Germaniæ suam virtutem aliquo egregio opere testarentur: proinde se vtilius censere ibidem castra munire, vbi exercitum commeatu defecturi non erant: quam cum duplo validiori hoste confligere: interim Rheni comitem, Gulielmumq; ducē cum numerofo agmine affuturos: tunc securius, ac tutius fore cū hoste certamē.

*Vinma-
riensis pu-
gnam de-
cernit* Attamen quamuis Hornus pro viribus conaretur Vinmariensem à prælij cogitationibus amouere, & Gratzius plenum audaciæ consiliū, ac maximè periculosum improbaret; nihilominus ille, vel prudentioribus dissentientibus, pugnam decreuit: illud identidem iterans, iam non esse amplius consiliorum, sed præliorum tempus; repetebatque militari pietate, Deus nobis aderit, fortesque ausus fortunabit. Noſter est omnium strenuissimus equitatus, imparem numerum supplebit militum virtus. Deinde ad Gratzium conuersus, inquit; iam adest tempus, o comes, quo tibi gloriam, ac decus, nobis verò tua inuicta virtus victoriam paret. Hæc ducis verba Horni animū acriter pupugerunt; quæ fortasse ad eum seriò incitandum, acuendumq; vehementius ad pugnam, eiusq; notandum timorem, cum audacia opus esset; dicta fuisse videbatur.

*Horni ti-
mor à
Vinma-
riensē no-
tatur* Iussit igitur comitem cum quatuor peditum legionibus ad leuā regios inuadere, data fide se illicò suorum militum subsidio, cohortes, turmasque missurum Vadā, inquit comes, meumque pro viribus munus implebo. Ad Hornum

num

num vero amara fugillatione præstrictum, ac proinde subiratum; turbatoque animo missitante, ait: *Omnino parendum est, Horne, tua solita virtute nostra felicitis fortuna minister, & author nostra cura victoriam.*

A Suecia in pugna defenditur

Mouentis se hostis nuntium ante cursores Cæsareis attulerunt; sed cum ignorarent; quam in partem se flecteret hostis; eodem vestigio instructæ acie consistunt. Iustus est illico prior Aldobrandinus prouentem sese hostem aditu prohibere. Ille ut æque prudens, ac strenuus obtestatus est pro tanta expeditione sibi esse exiguum militum numerum; audacter tamen, obuiam hostibus prodit; ut timidi animi notam effugeret. Cōsueuere Germani Italos irridere veluti nimiū in bellicis deliberationibus cautos: ode-runtq; suopte ingenio sagacem, ingeniosamq; gentē: & ideò illi maiora militū auxilia, de ipsius salute Germanis parū fortasse laborātib; , denegata.

Prior tanto impetu in hostes incurrit: ut per medios hostes inaudita audacia perumpens; ducem strenue sequentibus suis iā pelleret Suecos: quos turbatos Prioris impulsu acribus verbis Gratzius castigās ante primos ordines equo prouectus rotati sclopuli ictu Aldobrandinum traiectum prostravit: quo ex equo defluēte, vestigio cedere Imperiales cœperunt; aliquot militaribus signis, campestribusque tormentis hosti relictis. Qui tamen non ita Cæsareos facili Marte fugauit, quin ingentem militum numerum; ac fortissimos quosque duces amiserit.

Prior Aldobrandinus Suecos inuadit

Vulneratus extinguitur

Eodem vesperi pugnauere Vinmariensis, & Hornus, ad eò ferociter, ut non velitatione, leuique prælio sed iusta acie concurrisse exercitus viderentur. Vinmariensem ita ultra pugnandi ardor abripuit: ut se montem Arenspergam destinatum velitationibus locum præteruectum non aduerterit.

A suo etiam latere fufis Cæsareis acie iussū subsistere; ad dexteram eminentem saltum intuitus, quem quadringenti Hispani infederāt; omnino eos inde exturbandos putauit. Mandat igitur, ut moschettariorū ala saltui succedens ab eo Hispanos deiciat. Verum Hispanorū occurfus, obiectusq; Suecis fuit admodum perniciosus, & durus. Ij namq; perpetua missilium grandine adeo perculere subeuntes; ut totam eam moschettariorum alam fœde conciderint. Erat hic saltus angustus, cuius extrema patens cāpus, sed modicè accliuus excipiebat; qui paulatim assurgens saltui, valliq; dextrorsum subsidenti imminebat. Vinmariensis ut irrito conatu immò cū clade ab Hispanis Suecos repulso esse conspexit; aliud validius agmen duce Vicetūbo Hispanos aggredi iussit. Successere subsidio Hispani aliquot pedites Itali Duce Serbellonio: sed Hispani iam aliquot retro passus instantibus Suecis abcesserant. Interim nocturnæ tenebræ intercepto rerum aspectu, in sese quosq; castra recipere compulerunt. Gratzius quamuis nullum proforsus subsidium à Vinmariensi acceperat; quòd ille se submissurum promiserat; Cæsareos tamen ita ab eo latere terruit; ut Rex in suam stationem redierit omnes copias in aciem educturus; quæ iam vtrinq; ardere videbatur. Trepidatumq; est adeo ad Cardinalis Infantis impedimenta. fluctuante terrore cu. todia: ut ipsi Aultriaci censuerint, si Gratzius firmiori vterius agmine

Hispani à Suecis inuaduntur

Italici Suecis Hispanos inuadunt

Cæsareo-rum discrimen

processisset, futurū fuisse: vt ab ea parte victoriā fuis hostibus compararet. Sed nimio pugnæ labore languescens, cū fesso, lassatoq; agmine se recepit.

Inter transeundum à quodam cohortis præfecto cognitum fuit, ostensumque Comiti Prioris Aldobrandini iacens confossum cadauer. Ille ex equo defiliijt perspectumq; diligentius cognouit eundē ipsum esse, à se rotati sclopuli glande traiectū: ingemuit, quod ornatissimū virum occiderit; laudauitque magnificè militaris fortitudinis, & audaciæ; insitque in plaustrum tolli cadauer; illudque tribuno Rosæ tradidit custodiendum.

Sueci læti quod prima feliciter processissent; in summæ rerum discrimen pugnare cupiebant; eo magis quod à captiuis didicerant, in eo cum Hispanis ad saltum certamine longè plures, quàm ex Suecis Cæsareos cecidisse. Sed Hornus circumspectior, & cautior hâc inanem spem ex vano conceptâ abnuente capite irridebat; suadebatq; vt ad leuam exercitus ductis munitentis ea nocte consideret, à fronte flumen Egram pro vallo, fossaq; hosti obiecturus: atq; ea ratione potissimum cum obsessis tutiora futura cōmercia, subsidiaq; inuicem securius communicatum iri. Quod eo salubrius, vtiliusq; futurum erat: quod Nerseimum commeatibus abundans copiarum terga firmaret: ibiq; Rheni Comitē, & Ducem Gulielmum expectari posse.

Sed quid possunt prudentiorū consilia apud animos efferatos ad pugnâ præterito certamine cruentatos, exiguosq; felici progressu illectos? Omnes iam præcipites feruntur in prælium: pugnam milites, ducesq; conclamant. Aliàs Horni non strictis ensibus consilia in conuentibus valuerunt: tunc vtilia, salubriaque suadenti duces iuxta, ac militum vulgus obstrepuit.

Vinmarenensis, cæterique cohortium præfecti præferoces vana spe inflati quasi victoriā iam haberent in potestate; obrectare liberius Horni formidini, carpere ignauiam, socordiamq; fugillare. Asserebāt illi captis montis eminentioribus locis tormenta Cæsareos ad eò habitura sub ictu; subiectamq; hostilē aciē infestatura: vt dissipare, lacerareq; ordines possēt. Neq; aliquid discriminis ab Imperiali equitatu timēdū: cū re ipsa hesterno certamine probatū fuisset: nō esse vllatenus virtuti Suecorū equitū componendū.

Hornus cum tot feroculorum sententijs obniti non posset; obrurus male sanis consilijs pugnam inconsculta audaciā suadentium manus dedit. Et quia ille arduam difficultatem afferebat; turmatim solutis ordinibus vnā itineris hora in exercitum traducendum, sine vllō tormentorum vsu; statutum fuit, vt tormenta ab extremo agmine traherentur, quo expeditius, faciliusque copiæ transmitterentur. Præmissis eadem nocte Horni agminibus, quibus cæteras copias præire contigerat, non benè milites paruere mandatis. Tormenta siquidem inter peditum cohortes, & equitum turmas, plaustraque rei tormentariæ onusta interiecta, cum per aspera, confragosaq; itinera transeundum foret, inuersa, reuolutisque vehibus in medijs vijs strata per noctis tenebras gradienti equitatu impeditum maximè fecerant iter, qui idcirco serò ad destinatam metam peruenit.

Cæsarei interim quibus nec dū explorata erāt hostiū cōsilia, quaqua ver-

sum

Pietas ca-
daueri. Al-
dobrandi-
ni impen-
sa à Grat-
zio.

Hornus
vanā spē
suorū ir-
ridet.

Hornus ti-
morē Sue-
corū Duces
pauillens.

Hornus
audā pu-
gnandi con-
siliū pro-
bat.

Itineris
difficili-
tatem.

sum speculatores miserant; ut qua se flectenti hosti occurrerent. Coactis in pratorium ducibus de pugnae serendae necessitate, quacunque se hostis inueheret, relatum est. In huius exitu praelij duorum Austriae domus Principum, Banari Ducis, totiusque Imperij stare fortunam: nec quemquam hostis certaminis casus terreret; tumultuaria praelia, velitationesque nihil ad rerum summam proficere. Inexpiabilem dedecoris labem omnes contracturos, si duplo maior exercitus hostem longè imparem viribus non fugaret.

*Cæsarem
inuicem se
se ad p.
enam in-
flammas,*

Interpellauit se inuicem animosis sermonibus animates trepidus nuntius hostem ad campi fines accedere; ut inde tormentis Austriacas copias incesset. Idcirco Nocerique Duci mandatū, ut locorū situm, quauis de nocte exploraret; atque æquiora loca occupanda decerneret. Dux bellicæ artis apimè sciens omnia loca circum intenta cura speculatus, regressus in castra de situs ingenio, loci opportunitate scitissimè retulit. Eò igitur statim fossores cum Hispanorū cohortium custodia, architecti, machinarūque opifices missi, ut collis fastigiū eductis aggeribus, valloque munirent: quo stationarij ex eminentiori loco totā subiectam planitiē tormentis percellerent: atque in abeuntē hostem missilibus fulminaret: ex quo certā ille cladem accepturus erat: si in eū campum ingredi auderet: atque in eo vniuersa acie certare. Hoc Dux Lotharingus, Granæque Marchio suaferant: idem senserant Dux Contrera, Castagnedæque Marchio. Tota Martini Diazchezi legio eò profecta est: ut tam magni momenti opus suo præsidio promoneret.

*Cæsarem
collis fa-
stigiū mu-
niant.*

Tres subito parmularum erigi ceptæ, è quibus imposita tormenta totū campum ictibus infestarent: eodem tempore quo ligo fodiebat; tormenta traherentur: locis destinatis collimanda. Imperialium simul agmina, Banarorum, Hispanorumque legiones in aciem instruebantur ad pugnam, ne se imparatos, solutosque hostis inuaderet. Dux Lotharingus addidit: non solum è castris in praelium exercitum educendum: sed etiam obsidentes milites euocandos, tum ut pugnantes iuarent, tum, ut aduersante fortuna, receptum cōiuncti firmarent. Non tam boni Ducis est sperare victoriam; quam etiam fortuitis iacturæ euentis, atque cladis incommodis prouidere. Huic parmularum operi aliæ Hispanorum cohortes iniussa: se quasi propugnaculum obtenderunt; ac si primi agminis decus præcipere vellent: quæ se tamen postea excitatis aggeribus munierunt.

*Lotharin-
gus Ducis
cōsiliū.*

Ad primum Suecorum aduentum hæc promotō gradu accedentē hostem adortæ nocturnis nihil morantibus tenebris, cum maiorum scloporum fulgura identidem aerem illustrarent: ferocissimè dimicabant: sed in paucos ingruente maiori fociorum numero, cum ex militari disciplina fossorū custodia deferenda non esset: se se aduersa semper hostibus fronte conglobati animosè intra munimenta recipiunt. Capti aliquot Hispani de parmularum structura Suecos edocent; Cæsareumque exercitum disposita acie, se ad primam diei lucem ad pugnam expedisse.

*Hispani
Suecos a-
dortunt.*

Nec diutius displosa tormenta captiuorum dicta horrendis fragoribus rata facere distulerunt: in densata siquidem Suecorum agmina emissa inte-

Cæsarea
tormenta
Suecos la-
cerant. gros ordines prosternebant. Tunc Suecorū impauda audacia in pectoribus tremere visa est; remissaq; ferocia formidare; cū illud collis fastigium a Cæsareis occupatū vidissent; quod sola negligentia sibi præripere passa est: nec posset citra multorū sanguinem, exercitusq; pernitiē hostis ab eo depelli.

Iam dies appetebat cum Vinmariensis, Hornus, & Gratzius clarā omnino solis lucē omnia pandentem prius expectandā putarunt: quā quicquā contra Cæsareos tentaretur; ad quos munito, eminentique insidentes loco: eniti maximē periculosum erat: cum qua possimum se loricarum figura sepsissent, videri luce dubia, non posset. Quod Suecorum consilium, atque inutiles mora Cæsareis saluti fuit; cum horæ spatium amplius ad loricas, & parmulas altius educendas, munimenta; firmiora molienda habuerint.

Suecorum
mora Cæsareis, sa-
lutaris.

Sueci nihilominus non ita raptim, festinatoq; labore Cæsareos excitatos propugnaacula censuerunt: vt illo tantulo temporis interuallo quicquā iam cepto operi superatu difficile, ac firmiter astruerent: sperabantq; se in tempore superuenturos: antequam ad perfectæ propugnationis formam parmulae excitarentur. Rarō negligentia suis fruitur votis; quam semper sequitur pœnitentia. In bellicis rebus plerunque damnosæ sunt moræ.

Non prius igitur octauo idus Septembris primi Auroræ fulgores discuffis noctis tenebris splenduerunt: cum Hornus assumpto dextero aciei cornu, ad cliuum promouens agmen vicinos Duces ita alloquebatur; *Heri vespere Comes Gratzius Cæsareos vicit; hodie nostra interest non minus illo nos strenuos, ac fortes ostendere. Gloriosus ille censendus est: qui eodem ausu, & vincit hostem, & superat emulum: sit ille ad voluntatem validus, & pugna: suos quantum potest conatus extendat: nunquam vestrae bellicę virtutis metam attinget: nisi forte mutastis ingenium.*

Hornus
hortatur
Suecos ad
pugnam.

Agmen obequitans, intercurrensq; ordines singulis cohortibus eadem, & similia inculcabat. Per viam Hispanorum cadaueribus; quos Sueci ab ea statione depulerant: stratam prouehabatur: quæ adhuc palpitantia, ac repida quasi victoriæ primitiæ prosperi futuri pugnae successus spem militibus, ac Duci faciebant.

Vbi Hornus ad cliui radices peruenit: equitatum in dextero latere continuit: tum vt pedites à tormentis Austriacis tueretur: quos tenui ordine quasi singulos à tormentis tectos, qua accipi detrimenta non possent: progredi iubet: tum quia ille erat æquior locus ad eorum agmina facili intereoursu peruadenda: quorum interest primos omnium hostem inuadere. His ita constitutis, ipse in collis cacumen euasit: vt inde ex alto subiecta æquiora loca despiceret: in quibus laxiùs posset ordines explicare. Iam perfectas ab hoste parmulas, eductosq; ad iustam altitudinē aggeres summo cum dolore conspexit: & eo maiorem hoc curam intenderat; quòd mutandi consilij tempus non erat; sed vel inuitis cum hoste pugnandum.

Variatio
ni de in-
uadendo
hoste con-
silia.

Omnia sollicitè rimatus cognouit perfectiorē hostium parmulam in declinis collis initio surgentem primum esse inuadendam; quæ nisi caperetur, nulli vsui tormenta futura erant; nec poterant aptè librari. Hæc anxio animo

animo versans animaduertit Vizleuanum tribunum legatum suum cum sua equitum legione se ponere sequentem. Hic non probe cognitis Mariscalli mandatis, sui muneris esse putauit suum ducem quacunque euntem comitari: neque hoc obsequio contentus infesto etiam agmine iniussus in tres Imperialium legiones Germanorum unam, reliquas Italorum simul cõsertas incurrit. Vix mouit agmen Vizleuanus cum loricatorum equitum alam alterius sequentis subsidio firmatam in suæ legionis latera se se acri impetu inuehentem vidit. Impaudus Suecus in pulsantem latera hostem conuertit ordinum frontem; propulsiq; valida impressione loricatos; fugentibusque instans usque ad elui radices procurrat; nec ita celeriter à periculoso loco potuit referre gradum; quin ab integris aliquot Imperialium turmis inuaderetur: quæ in eum densato agmine irruentes hostem ipso violento incubitu disparant duobus illi turmalibus signis ereptis.

Sueci Cæsareos imitadunt.

Sueci fugantur

Hoc accepto incommodo iratus Hornus, ac fremens sua iussa præuertit; veritus ne ea equitum legio, quæ sicuti propria, & streuissimam, ita reliquarum omnium acceptissima erat; tota concideretur; protinus imperauit ut alia equitum agmina periclitanti legioni subuenirent: quibus cum esset transeundum, qua Imperialium tormentorum excussa ferrea pilæ volitabant; aliquid passa detrimenti pereuntem sociorum equitum legionem ab eo discrimine explicarunt.

Sueci percussa subueniuntur

Mariscallus primis adoriendæ illius parmulae consilii insistens, ex quæ cæteris deinceps, clinoque potiri facile erat, à quo rerum summa, ac victoria pendebat; imperat, ut duo suorum agmina eam adoriantur; expressè, diserteque mandans, ut parmulam duntaxat adipisci conentur; nec ulterius impetu illati ferantur; quamuis Cæsarei verterent terga; sed partum virtute locum tuerentur; donec ipse alia mandata præscriberet.

Inuexere se se acerrimo impetu Sueci; nec minori audacia ab Imperialibus excepti, hastis, ac missilibus pellebantur. Pari utriq; virtute aliquandiu pugnarunt, & quamuis alteris per aggerum ardua esset enitendum, alteris intra munimenta æquiori loco, melioriq; sorte pugnandum: Sueci nihilominus omnium fortasse copiarum promptissimi in parmulam, deiectis Cæsareis, salierunt; qui suis cadentibus ducibus se in fugam nullo cohibente pudore coniecerant. Sueci eius victoriæ feruore acti Horni mandatorum obliti, cum parmula fixa statione esset retinenda; atque in fugientium terga tormenta vertenda, fugientibus institerunt, cumque effuso cursu Cæsareos sectarentur, ita turbantur ordines; ut nullus miles ad sua signa coire, non in agmen redire, non se amplius in ordines stipare iam nosset.

Sueci Imperialium munimentum aggredduntur

Sueci parmulam adipiscuntur

Hispani atque Itali, qui pugnae spectatores in suis qui; stationibus immoti constiterant; hostium errore, confusioneque; conspecta, opportunum vincendi victoris, amissæque; parmulae recuperandæ occasionem oblatam rati socios fugientes in clamant; acriq; reprehensione castigant; sistere fugam conantur: sed iam nimio terrore pectoribus occupatis, verba irrita, obiurgationeque; inanes timor spernebat. Iam fuga in ipsos reuoluta poterat ordi-

Imperialium prouidum consilium

nes soluere; cum illi rotatis sclopolis, hastatumque cuspidibus in se irruentes summovent; qui cum sociorum armis interclusa fuga, à fronte necem offenderent; quam à tergo vitabant: ancipiti malo oppressi æque à socijs, atque ab hostibus cæderentur; sistunt gradum, atque à ducibus Hispanis, ac Italis adiuti restitunt ordines, ipsique legionibus inferuntur.

*Suecorum
incommodum*

Interim tormentarij pulueris plaustrum flamma corripuit; cuius effusæ latius tenebricosi fumi nubes auxere magis Suecorum incommodum: quia oculorum usum eripiente fumo, quo loco consisterent, aut quorsum flecterent gradum, non videbant: & quia mala alia plerumque secum trahunt, & quasi quadam fatali violentia cathenant.

*Suecorum
irritus labor*

Dum Austriaci ferir e hostem, atque è parmula ad satietatem cedendo, eijcere incipiunt: Suecicus equitatus iussu subsidio accurrere peditatui, à destinato loco procul absceserat; quasi aliud, quam quod mandatum erat, acturus; adfuit tamen, sed tardius, & ex celeri festinatione incompositus: primæque turmæ parum in rem profuere: incensi sulphurei pulueris fumo aspectum intercipientem; nec equi, nec equites, quo ferretur satis norant: Itaque Austriaci receptam parmulam tanta deinceps virtute propugnarunt; ut quamuis Hornus cõtentissimo conatu integris agminibus subeuntibus, eam adipisci tentauerit; fuerit tamen omnis irritus labor, ingentique strage Hispanorum virtute repulsus: quorum strenuitatem nec dum villa pugna probatam admirati Sueci solitam ferociam remittere visi sunt.

*Astro
inter Cæsares &
Suecos
pugna;*

Dum sudat hic Hornus, Vinmariensis, qui in sinistro copiarum cornu curabat; inter vrbs planiciem, & saltum cum Duce Lotharingo seruerat manus; cui aderant cum promptissimis, ac recentibus bellatorum agminibus Galassius, & Marchio Leganes; sicuti Vinmariensem Gratzius iuuabat. Hic enim verò cruentissima pugna feruebat, cum vtriusque exercitus bellatorum flos, & numero, & virtute par, audacissime dimicaret. Potuit Vinmariensis eo die certamina anhelatè ferocè animum ad satietatè certaminibus explere: sed ubique adesse, omnibus prælij incõmodis solus prospicere nõ poterat.

*Turrianus
comitis
error in
pugna*

Homo iam nutanti validam equitum alam subsidio misit, Turriano comite præfecto, qui à recto itinere deflectens, cum ad parmulam oppugnandam Hornum properandum fuisset; in tres Leslei legiones inuectus est, quæ feretotæ ex Itala gente constabant. Ad harum legionum obiectum non retulit pedem comes, cui si fortuna, audacia certè non defuit: ad saltus ingressum alam extendit; ubi sæuissimum prælium inter Austriacos, & Suecos exarsit.

Itali attoniti hostium virtute, qui numero longè minores, fortiores tamen viribus videbantur, ferocissime præliabantur: premebantque stupata fronte Turrianum, si loco pulsus auertere possent. Vitzleuanus aliquo glorioso ausu, acceptum incommodum sarcire cupidus; in Imperialium latera talè impetum dedit: ut hic totius prælij vires totum aciei pondus inclinatum esse videretur. Cum Turrianus eo erectus auxilio ita Vitzleuani impressionem secundauit: ut à latere, à fronte in Imperiales incursans supremos

mos

mos conatus effuderit, vt Astriacos funderet. Verum Itali, atque Germani Italarum, & Germanorum virtus. irruentium impetum sustinuerunt, adeò validè; vt magnam Comitum agminum partem occiderint.

Non vestigio cedebant Protestantes; sed ita cadentium multitudine numerus equitum minuebatur; vt necesse fuerit Vinmariensem aliud expeditum bellatorum agmen eo mittere, qui eas cohortes iam laceratas se recipientes tuerentur.

Austriaci animaduerso quanti ad victoriam interesset saltu potiri; illuc integras bellatorum manus ad occupandum saltus aditum submiserunt. Secundò missum à Vinmariensi agmen eandem, quam primum fortunam, sortemque tulit: quia Turriano cum paucis recedente; ita concisum fuit; vt Itali syluæ aditu occupato, dextrum Horni cornu à sinistro Vinmariensis præciderint.

Variabat prælij fortuna, vtrinque dubia victoria; citius potiendæ par erat omnibus spes. Gratzius bellator egregius verborum Vinmariensis memor, adesse tempus suæ prodendæ, illulstrandæque virtutis, Cæsareos fortiter propellebat; quorum nullus fuit eo die non præfectus, non signifer, non gregarius miles, qui non partes fortissimi bellatoris impleret; sed præcipue cohortium Duces, tribunique legionum animando, castigando, vrgendo, sed exemplo potentius ita suum munus obibant; vt cum prementium hostium impulsibus relatura pedem forent agmina, vestigioque cessura; integras viribus cohortes sufficerent; donec pugna subducta quiete aliqua spiritum, vigoremque reciperent; maiori ardore in certamen reditura.

Pannoniæ Rex, & Cardinalis Infans in media acie septi electissimorum bellatorum globo suo præclaro militiæ rudimento fruebantur; atque effusè insigni bellico spectaculo gaudebant; quod suæ cohortes Suecorum agmina bellica virtute præstantia non sustinerent modo acerrimè incubentia; sed etià illato gradu, repelleret. Vbiq; aderat spretis volitantium vndiq; missiliū periculis, regis aspectibus, vocibus, suos milites animantes. Accurrebant vbi magis hostis vrgebat, laborabantque sui Suecorum impressione propulsi.

Prima fuit digna tantis spectantibus pugna, quorum præsentia etiam ipsam ignauiam ad aliquid fortiter audendum acuisset. Ducum præcipue eorum latera stipabant; suggerebantque identidem in difficillimis rerum articulis, fortuitisque pugnae euentis, imperia ab ipsis militi præscribenda; & quamquam Pannoniæ Rex Ratisponæ interfuerit obsidioni; diuersos tamen omnino prælia casus ferunt; aliaque habent rerum momenta, periculaque contraria secum inuoluunt.

Vicini vbiq; Principes in locis periculosioribus versabantur: incidentiaque casum, atque euentorum fortuito varietatem notabant; vt optima militaris disciplinæ documenta suis ipsorum oculis haurirèt. Circa ipsos sclopetorum glandibus traiectione, aut tormentorum missilibus lacerati cadebant. Tribunus Laurentius Aiazzius, qui duos passus procul à Rege, atque ab infante pari natalium splendori virtute pugnabat; à præteruolante ferreo Laurentius Aiazzius discipulus tormentario globo.

tormeti globo discerptus occubuit. Gloriosum ducebant, maximeque decorum se cum totius Germaniæ longè clarissimis ducebus dimicare; qui pro honoris, ac gloriæ cupiditate, proque sui nominis dignitate pugnant.

*Suecorum
ducum va-
ria propo-
sita.*

Vinnariensis ferro sibi ad supremum Romani Imperij fastigium sperabat aditum aperire. Hornus vero se Suecici nominis exultationem, ac bellicum decus egregiè tueri, locumque defuncti Regis quodammodo tenere profitebatur. Gratzius autem tam magni animi, quàm vastæ corporis molis acerrimè dimicando laborabat; vt testaretur secum iniuriose, atque inique Imperiales egisse; quòd se à campestribus armorum imperijs amotum in vnus oppidi præfecturæ angustijs inclusissent.

*Vinnariensis in-
domita
virtus.*

Vinnariensis in omnes prælij euentus intentissima cura sollicitus quaquaversum per agmina procurrebat vocis terribili sono; atque aspectus ardore, manuque promptus segnes ad pugnam extimulans reparabat, alibi prælium: alibi restitutis ordinibus integrabat: æquabatque vbique sua præsentia, ac virtute fortunam. Nec minoris certe feruoris, animiq; duce opus erat; vt Hispanorum, Italorumque impetum cum Germanis, ac Pannonijs bellicæ virtutis comparatione certantum pari stremitate retunderet.

*Initium
Suecica
cladis.*

Tandem vbi diù quasi ex æquo librata prælij fortuna pependit: sinistri cornu Protestantium equitatus premente potentiùs Aultriaco, pulsus loco inclinare incipiens se post montem Arenspergam reduxit; quod vbi Horni equites conspexere: ipsi quoque diffuso latius terrore, nutarunt: eodem tamen stantes vestigio, cadebant: nec loco pellebatur acies impulsæ.

*Sueci du-
ces de re-
ceptu co-
gitantes.*

Orabant eum præfecti, tribuni, vt receptui cani iuberet: quo illas saltem Suecorum reliquias ab Imperialium scuitia incolumes conseruaret: sed Hornus, quamuis cum suorum cladis misereret; animum suum iam certamine efferatum flectere posse non videbatur: vt eam pugnam desereret: iam quam inuitus, reluctansque descendisset. Vicit tamen generosam peruciam boni ducis officium: admonuitque ducem Bernardum, sibi iam videri de receptu cogitandum: qui etsi calamitosior futurus erat: pollicebatur tamen se eum quàm minima posset, clade futurum. Respondit Vinnariensis, receptum eque difficilem, ac periculosum fore: ac proinde suum esse consilium, vt hostis tamdiu distineretur: donec iam vicina nobis ingrarent umbræ, quibus receptum tegetibus, etiam tutior futurus erat.

*Secundus
Vinnariensis
error.*

Secundò Vinnariensis errore peccauit: cum victoriæ si ægre, sensimque propendens: præcipites postmodum, vnoque subito lapsu ruant: nec retineri semel acies inclinata, prementiumque hostium cohærenti impetus possit. Sed exigua intercessit mora, cum Vinnariensis aduertit: non posse quatuor etiam diei horas iam victorem hostem acrius instantem sustineri: cum Sueci singulis momentis prælium amitterent: & milites aut hostile perderet ferrum, aut timida raperet fuga. Quare statiuorum supremam præfectum ad Hornum misit: admonens vt se in tutum reciperet; se interim cum adhuc integro, ac valido peditatu, & illis paucis equitum turmis, quas hostium

*Vinnariensis
receptui
augeris.*

stium non inuaserat terror, saltus aditum defensurum. Sed Austriaci, qui se iam toto campo victores videbant: tunc vehementissimè, si quando aliàs ad plenam victoriam intenti hostes vndique immani impulsu perurgent.

Hornus iam decreto, initoque receptu, hostem fallere, vt suum cõsiliu ^{Hornus} occuleret militari astu decernit. Totum simul equitatum in aciei frontem ^{astutia.} prouehi, quasi vltimos virium conatus contra Cæsareos editurus: illi ad eum impetum excipiendum conglobati Horno fecere spatium: vt tormenta in postremum agmen deduceret: ac ponè Vinmariensis mitteret turmas, quæ iam post montem Arenspergam se cesserant.

Tormentis hac ratione in tuto cõstitutis, paulatim lento gradu pedites ^{Suecorum} primû, deinde equites recepit: inde ipse in extrema um agmen veluti in ^{receptum.} aduersam instantibus hostibus frontè accurrit, compositoque agmine pergit ad collem: ac iussit primum agmen vltra Hernhaimi oppidi cõdium frequentiam migrare, ea mente, vt in eo tormenta statueret, muniretque sese ibi hostem tergis inhaerentem moraturus: cui ex bellica disciplina, & victoriæ calore instandum cedentibus erat: eumque maioribus sclopis, ac tormentis summoueret: dum in tutum Vinmariensis, & Gratzius euaderent; & dũ in eo pago hostis sequentis impetus frangeretur: totus exercitus ad Arenspergam montem in pacato se sifteret: sicuti ante pugnam inter ipsos duces conuenerat.

Sed in irritum cadunt consilia, quanquam salubria; cum Superi victoriã ^{Suecorum} alteri destinant parti. Iam mirabili Horni arte salua tomenta euaserant: ^{aduersa} iam totum extremum agmen extra periculum erat: cum momento decreta ^{fortuna.} prudèter Suecicis rebus aduersa fortuna præuertit. Gratzius paulò plus mille, & sexcentis bellatoribus quatuor Imperialium millibus valèter obstiterat; vt duci Bernardo euadendi spatium daret: sed diurno labore fessus acrius se se inuehentiũ Imperialium impetum cohibere non potuit; quin campo cedens, fluctuansque quæ saluus euaderet, circumspiceret: quo animaduerso Gratzij periculo Vinmariensis per nuntiu comitem ^{Vinmariensis} monuit: ^{Gratzii} non posse fieri amplius: vt hostis ubique iam victor sustineretur: sed omnino ^{receptum} aduersa fortuna cedendum. Respondit comes, ipse suæ salutis consulere: dum dissipatas cohortes in vnum agmen conglobatas in tutum reduceret: Sed ita soluti equitum, peditumque dissipati ordines erant; vt metu ducum minas, vocesque spernente, nullius eos dedecoris timor, præfectorumque veneratio frænaret: erat adeo equitum lacera, dispersaq; fuga; vt nihil præter suam salutem, vitamque respicerent.

In sinuabant se tamen plerique Horni cohortibus; quæ iam fere cladis ^{Suecorum} periculo declinato procul substiterant: libenterque laxatis ordinibus omnes ^{fuga.} fugientes excepisset in medium, si conferto, stipatoque agmine refugissent; quorum addito robore assilientes vndique Cæsareos densata fronte repellere potuisset; donec alij quoque in ordines restituerentur. Verum hi adeo in compositis, palantibusque manipulis ferebantur: vt maxime periculosum fuisset; eos sinu recipere, ne ipso fugientium impetu pulsi ordines solue-

soluerentur: Quare illæ quoque cohortes à Cæsareis fusæ disiectæque sunt.

*Horni in
nis indu-
stria,*

Accurrit Hornus supremum facturus conatum, vt illi incommodo, ac malo prospiceret: at que à postremo in primum agmè se celeri cursu proripuit; laborauitque summa cura; vt suis compositis ordinibus, pedites conseruaret, quos iam Cæsarei proculcabant; sed irrita omnis industria, inanisque extitit labor. Nisi fœdæ suorum clâdis spectator esse non potuit.

*Sueci ab
Imperia-
libus con-
ciduntur.*

Hispani, ac Bauari acerrimis incursibus integra Proteitantium agmina protrebant. Tum enim verò vltionis tot cladum expleta cupiditas, & necis hostium fames affatim saturata. Animosissimi quique ad Imperialium impressionum turbines animis concenterunt. Extremum Horni agmen à cæteris copijs Imperialium interiectu, præcisum penè totum obrutum à Cæsareis est; & quamuis Hornus saepe in vnum cogere rétauerit; nunquam tamen in fugam effusus, abripiente in diuersa metu, in vnum agmen compellere potuit. Itaque tot malis stupente arte, hæsit attonitus, & immotus eorum fugam admirans, qui toties alios fuderant acie: hærentem Bauari circumstant, capiuntque vix compotem sui.

*Hornus
capitur.*

Dux Bernardus cum magna equitum parte se discrimini, desperatis iam rebus, abripuit. Gratzius, qui in acie diutius cæteris obstinatiores persistere voluit; ab omni desertum equitatu solum in campo errantem, quaque ad suos euaderet, circumspicientem circundant Cæsareæ turmae, inter quas se latere sperabat, quasi vnus ex victoribus, donec cadentes noctis tenebræ se fugientem oculerent, elabentemque cælarent. Sed illa solitudo cogitabunda, ta citurnaque; hominis, letum præ victoria obstrepentibus alijs, quasi non

*Vinma-
riensis fu-
git.*

*Gratzij
periculum.*

leues, vanique indices hostem prodidere. Dux quidam de Furgatzij legione cui Fontanæ cognomen, plurium linguarum peritus benè gnarus se nunquam huiusmodi virum in castris Cæsaris cognouisse; cum tamen esset procera corporis mole conspicuus; elata illum voce inclamat. *Domine, diues, bonusque captiuus medius fidius*: succedebatque illum capturus. S tabat comes rotato sclopulo dextera stricto; & ex amico, socioque idiomate equitem Gallum ratus; ipsius ope vti ad fugam putauit; quâuis ea die paucis admodum captis fuerit vita concessa. *Amice*, igitur, inquit comes, *si tibi me in tuto incolumem, saluumque sistere libet: triginta tolerum millibus, quæ tot latifundijs possideo, à me donaberis: teque ducem legioni præficiendum curabo, si ad nostras partes transire in animum induxeris maiora, ditioraque certe præmia bellorum tibi felix fortuna non dabit.*

*Gratzij
oblatus
captiui
sæuæ.*

Nec dum hic miles comitem norat. Quare ingentis oblatus pretij captus illicio, de illo seruando cogitauit; & maximè omnium frui victoriæ præmio. Fidem illi itaque obligat suam, se eum extra periculum abducturum, & captiuitatis insigne more bellico porrectos à comite sclopulos rotatos accepit; poscenteque etiam ensẽ; inquit Comes, nefas esse natum equitem, ac nobilem virum penitus exarmare.

Dum igitur simul ineunt fugam, polliciti ducem penituit; sui Chiliarchi perfidia in re simili subeunte; qui aliquando captiuus abductus herum suū belli

belli iure decem tolerum millibus se donaturum promittens, si se incolamen præstitisset; defunctus deinde periculo per summam violatæ fidei impietatem occiderat. Eandem igitur Fontana perfidiam metuens non amplius ad hostes, sed ad castra Cæsarea diuertebat. De hac re igitur comite demissius querente, amicorum manipulus superuenit, qui agnitum comitem liberare nitentur. Quare Fontana tollente voces, clamoresque iterante, eò aliquot Lotharingi milites accurrerunt; ad quorum aduētum comitis amicis arripientibus fugam, ipse, fatiscente nimia lassitudine equo, vixque sessorem sustinente, captus ad Lotharingi ducis stationem deductus, agnitusque ab ipso est. Cui Lotharingus suorum militum ratus esse captiuum: *teneris tandem aliquando: nunc mihi obloqui, obrectareque tuo malo disces.* Hoc dux aiebat, quia illi delatum fuerat Comitem de se maligna monita Regi Gallo dedisse. Cui Gratzius, à sua celsitudine in se pro arbitrio quidquid durius consuli posse; nunquam tamen eum inuenturum aliquid suo ori, nisi decens, honestumque de sua celsitudine excidisse. Iusso de equo descendere: aliū exhiberi, debiliorem, tradique iussit: veritus ne primo veluti robustiori vteretur ad fugam.

Comes
Gratzius
captus.

Totis castris vulgata comitis captiui fama Pannoniæ Rex eum à duce Lotharingo reposcit; quod à Liburno equite captus fuisset. Lotharingus eum tradere recusauit: quod à suis militibus incerptus belli iure ad se pertineret. Idcirco ad litem dirimendam, quæsitum à comite est; à quonam captus fuisset, ipse ingenuè ducem Liburnum ostendens, iste inquit, me campo errantem cepit. Potuisset tamen se Lotharingorum fateri esse captiuū; quòd cum duce Liburno libertatem pretio pepigisset. Ad Pannoniæ igitur Regis stationem ductus est: vbi eum Noceræ dux, pluresque Neapolitani equites inuiserunt. Ipse Rex eum clanculum voluit intueri.

Auxit Gratzij captiuitas victoriæ lætissimam, gaudiumque multorum; sed præcipue comitis Slikij, eius hostis acerrimi. Rex ei ablatum ensen restitui iussit; & cum eo, vt cum insigni equite agi. Dux Bernardus quodcumque pretium pro redimendo comite obtulit: Ratisponensem etiam Antistitem Herbipoli vinculis constrictum, aut Salmi comitem: sed comes Slikius obstestatus est, vt Viennam veluti rebellis mitteretur; de eoque nihil nisi expresso Cæsaris consensu, ageretur.

Comitem
Rex pan-
noniæ in-
cognitus
vidit.

Fuit victoriæ multis nominibus memorabilis: & quamuis Imperialium, Bauarorumque numerus longè Protestantium copias excelleret; sensere tamen plerique Cardinalis Infantis arma multum ad victoriam contulisse; adeo vt sine Hispanorum, Italarumque auxiliaribus turmis, penes protestantes futura fuisset; non solum propter parmularum amissæ, atque iterum receptæ euentum primam malorum Suecorum originem; sed etiam ob octo horarum, quas tenuit pugna, ferocissimum earum gentium, acerrimumque subsidium, sine quo proculdubio victi vicissent. Sed ineptum est de hac re conditionibus appositis disceptare; cum victoriæ, nihil penſi habito præiantiu m numero, Cælesti Numini tribuantur, Austriaci certe memoradum omnibus

Victoriæ
memor.

omnibus seculis diem Imperialibus fastis inferuerunt: quo pene accisa Cæsarea res potentior, ac clarior cœpit assurgere.

Victoria manubia. Septuaginta muralia tormenta, centum, & triginta vexilla, turmaliaque signa, omnia impedimenta, rei que tormentariæ apparatus, capta sunt. Cæsarum Protestantium numerus sciri difficile potuit, eum angente, minuentequae partium studio. Qui minimum indicant; sex Protestantium millia eo prælio asserunt cecidisse. Viennam octo, & viginti tribunitij legati, maiores statores, præcipuique copiarum duces missi. Reliquos captiuos Hispani, atque Bauari retinuerunt.

Nerolinge se Regis Pannonia arbitria tradidit. Re obtenta, Cæsarei ad continuandam Nerolingæ obsidionem redierunt; quæ suis prælio socijs, amissa prorsus subsidij spe, se Regis Ferdinandi clementiæ permisit; porrecto pleno demissimarum precum supplici libello; in quo propria, quod Suecis adhæsisent, perfidiæ crimina fatebantur: polliciti in posterum, se fidissimos Imperio, ac Ferdinando futuros; si superiorum nozarum venia daretur. Huic libello Regis nomine responsum est omnes culpas illis condonatum iri: dummodo ex animo, nulla fraude obstrictam sacramento perpetuum colerent fidem. Decreti deinde conquiritores: qui cines iureiurando a digerent: se in Cæsaris fide, ac ditione mansuros.

Solemni ceremoniam, ac publico ritu dictum sacramentum; promissamque illis rebellionis veniam Rex Pannoniæ concessit. Sueco præsidio saluo: abire permissum: atque omnia impedimenta copiarum præfectis, gregarijs vero militibus suas quemque sarcinas secum auerere. Captiuum vtrinque nullo pretio dimissi, mobilium, matronarumque ædibus apposita militum custodia, ne à victoribus diriperentur.

Victoria exercitus latitia. Sic Nerolingæ rebus compositis, totus exercitus nocturnis festis ignibus, cantibus, spectaculis, ludicris, pugnis, omnium displensione tormentorum, ijsque omnibus gaudij declarationibus, quibus demissam altiùs pectoribus nostris lætitiâ testari solemus, celebrandæ victoriæ vacauit.

Hornus honorifice habitus ab Austriae principibus. Hornus captiuus prius in Hispanorum tabernacula, deinde in Pannoniæ regis, & Cardinalis Infantis stationes abductus est, quorum præsentium genibus cum aduolui suppliciter, pronusque vellet accidere: ipsi, ut miti, lenique ingenio principes, porrectis regis dexteris subleuatum, humanissimisque verbis amoris, ac benevolentiam plenis exceperunt: addito suæ se felicitati gratulari: quod tantæ virtutis eques, & famæ Suecorum longè torcissimus captiuus in suam potestatem venisset: quibus Hornus submissè venerabundus: in tot malis hoc saltem sibi indulisse fortunam, non ex toto iniquam; quod se clementissimorum principum manibus, potestati que tradidisset; quod omnem captiuiratis molestiam leuabat. Benè sperare iustus ad primam Hispanorum stationem deducitur: vbi ab omnibus copiis præfectis, & Chiliarchis inuisitur; eaque ratione habitus ab omnibus est; qua strenuis, fortesque bellatores haberi solent: & quia nihil erat amplius à Sueco exercitu iam cæso, fugatoque periculi metuendum; omnes copias pluri-

plurifariam diuisæ in hyberna ad recreanda corpora concessere .

Rex cum maiori exercitus parte abiit in Virtinguos ; quorum dux audita sociorum clade, Argentoratum profugerat . Itali, qui Cardinalem infantem non sequebantur, foederatorum principum pecunia conducti Lotharingo duci traditi ; qui in * Triboces deflexit . Bauaræ copiarum partim in Franconiam, partim in circūiectos Augustæ pagos, & villas profectæ sunt; vt laxiori obsidione procul impedirent quominus commæatus in urbem inueherentur .

Hispani cum reliquo Cardinalis Infantis agmine destinatum in Belgium iter ingrediuntur .

Continuatis felicibus Pannoniæ Regis successibus , Ratispona recepta , Donauerta subacta , ac domita Nerolinga , fracta Suecorum ferocia , depressisque partibus protestantium, Imperialium in maiorem spem reuocati sunt animi; quos aliæ, atque aliæ perpetuæ fregerant clades . Sicuti è contra Protestantium audacia prorsus elanguit; lateque terri omnes, qui domus Austriacæ ruinam, excidiumque sperauerant. Quare Cæsar de filij virtute , ac fortuna prospera quæque sibi pollicitus, supremum armorum imperium cum dictatoria potestate amplissimis diplomatis tota Germania ex gentis more vulgatis, ei detulit: quod spumantibus trientibus, & ingentibus pateris, quas belli icones latina voce appellant ; vt aliquid etiam certaminum simulacrum symposia retineant ; celebratum hilaribus comotationibus est.

Iam Viennam comes Diatricstainus, & Marchio Annibal Gonzaga ; quamuis eos quidam citatiores tabellarij anteuertant; pugne, omniumque euentuum nuntium attulerant: pro cuius religiosæ argumento lætitiæ solemnibus, præsentibus Imperatore, Vxore, Pannoniæ regina, Archiduce Leopoldo Gulielmo, & duobus principibus filiabus in maiori templo musicis cantibus actæ de more Deo sunt gratiæ: sicuti vbique in omnibus Austriacis prouincijs, & urbibus idem pij gaudij declarationibus factitatû est Cæsar aulæ proceribus epulum dedit; cui symphoniam perpetuus tormentorum fragor obstrepuit . Eorum etiam, qui pro Catholica Religione eo prælio ceciderant pluribus hostijs manibus parentatum. Romæ quoque ad præcipuas diuorum aras mystarum proceres pro tantæ victoriæ gratiarum actione supplicarunt . Missa ad sacrorum principem hostibus adempta militaria vexilla ; quorum duodecim victoriæ trophæa in Vaticano delubro, quadraginta in Diuæ Mariæ animæ templo pependerit . Erant maiori ex parte laceris, cruentisque velis hastarum nudî conti: pauca admodum, quæ militarium signorum speciem præferrent . Inter turmalia vexilla Sueciæ regium ex serico damasceno auro totum distinctum, aureis circum fimbrijs ornatum allatum est. In illius angulis erant hæ singulæ literæ. G. A. R. S. scilicet Gustauus Adolphus Rex Suetiæ .

Ad hac infœlici pugna Protestantium vbique ruere, amissaque armorum existimatione , Sueciæ partes omnino cedere concidere: nec munitissima quidem

Alfania

Austriam spes reuocauit

Pannonia Regi summo demeretur armorum imperium

Deo gratia aguntur pro victoria

Militaria vexilla Romam delata

*Philisbur-
gi præfe-
ctus Gal-
lorum di-
nitum im-
plorat.*

quidem oppida illis tueri animus fuit. Nam Philisburgi præfectus ad Imperialium accessum, demisso animo, Gallorum subsidium acciuit; quod commeatibus, militibus, tormentarioque puluere defectus contra Cæsareos se urbem posse defendere desperaret: suum domesticum nobilem virum ad Figuieres dynastam legauit; qui de periculoso rerum oppidi statum moneret. Lætus Gallus quod occasio vitrò illud traderet Regi, quod mora, difficultas distulerat; remisso ad præfectum nuntio, recepit se quarto nonas Octobris in Rheni litore cum valida bellatorum manu futurum; vt cum illo de re præfenti transigeret. Eadem nocte Figuieres ad Bloqueriæ dynastam amplius duodecim passuum millibus inde distantem misso nuntio, enixè flagitauit; vt ipse quoque illi alloquio interesse; dignaretur ac secunda noctis vigilia ineunte suam equitum turmam, & peditum legionem secum adduceret.

Rheni quoque præfectum Comitem Othum, & Lesseri Dominum. (his à Francofordiæ conuentu mandatum fuerat, vt Gallis traderent Philisburgum) acciuit; cum quibus summis precibus egit, ne diuitius tradere arcem differrent: sed secum tanti momenti arcis iacturam timerent; quæ semel à Cæsareis occupata, recipi amplius nisi summa cum difficultate thesaurorum, sanguinisque impendio non poterat. De hac re quoque Mariscallum à Forzia certiore fecit; precatus, vt regia arma, si ita videretur, ad rem peragendam propius admoueret.

*Galli Phi-
lisburgum
properat.*

Ad condictum locum nocte concubia coiere Duces de Philisburgi negotio loquuturi. Præfectus rogatus, vt in oppidum Gallicum præsidium acciperet; abnuuit ille se purgans, quod hoc sine capitis periculo à se fieri non posset; nisi à Rheni Comite, & Lessiero arcem tradere iuberetur: Passus est tamen Bloqueriæ legionis partem in quodam receptaculo inter Rhenum, & oppidum stationem habere; vt aliqua premente necessitate ad manus esset expeditum auxilium.

*Galli in
urbem Phi-
lisburgum
admittun-
tur.*

His ita conuentis Figuieres illuc subito copijs traductis castra defosso vallo, muniuit. Paulò post etiam regionum velitum præfectus Arnoldus aduenit. Cæsarei Gallicos illas cohortes toto eo agro palantes, aggeremq; excitatum intuiti propius urbem admouent arma; eam occupaturi priusquam ab illis cohortibus firmaretur. Quod fuit in causa, vt præfectus Figuiere intra mœnia, & Arnoldum admitteret; qui suos milites iam Imperialium territòs vicinia confirmarent.

Proditum est Regem Ferdinandum, quinquaginta tolerum millia; potioremq; militarem in suo exercitu dignitatem illi præfecto obrulisse; vt illam arcem sibi traderet: sed minimè venalis ingenij vir hac labe suum bellicum decus tœdare turpi oppidi nundinatione recusauit.

*Philisbur-
gi in Gal-
lorum po-
testatem
venit.*

Promouebant interim se se Philisburgo Gallica arma; quorum metu inde Cæsarei recefferunt: ne à longè maiori hostium numero obtererentur. Eodem fere tempore fœderatorum principum mandata allata sunt; vt Gallis illud oppidum traderetur: in quod nonis tandem Octobris Figuieres p-
testa-

testati concessum Gallicum præsidium ingressum est, cum auxiliari quadringentorum Germanorum equitum ala ; & à Mariscallo à Forzia quàm maxima potuit commeatuum, sulphureique pulueris copia munitum .

Dux Eberardus Vuirtebergæ illius oppidi præfectus iam designatus Figuieres dixit fidei sacramentum: idemque fecere milites præfidiarij .

Confluxere Francofordiam ad Nerolingam prælio dissipatæ Protestantium manus : quæ simul collectæ octo bellatorum millium numerum constituerant. Hæ reliquiarum fusi exercitus sequutæ morem amicorum equè ac hostium fortunas insolentissimè prædabantur . Vix vrbe pedem extulerat aliquis ciuis, cum subito viarum illi perditigrassatores eunti circumfusi nequiquam Superum , hominumque fidem inclamantem pecunia, atque amiculis exuebant : à miseris ciuibns per omnia minarum, sæuitiæque, genera interminati vrbis excidium aurum extundebant; mēdicitas siquidem ad omne facinus trahit armatos.

Irrepsit in Cæsareas copias dirissima lues ; adeoque sæde grassabatur ; vt eodem mortifero contagio tentatæ Straubinga , Frisinga , Nerolonga , & Ratispona frequentibus ciuium funeribus viduarentur : Danubiusque maiori cadauerum , quàm piscium copia flueret . Exercitus tamen nescio quo pacto cælestes iras, atque omnium cladum atrocissimam pestem aspernari videntur : quæ nihil milites moratur : quo minus pro superstitum numero bellicas expeditiones obeundas suscipiant; peragantque feliciter, vel lue bacchante. Cæsarei siquidem campo sine riuali potiti Virtinguis inferunt signa, illius prouinciæ dynastam ditioe euersuri; quod pactam cum Aldringhenofidem se in Cæsaris potestaté futurum, damnato Lipsiano decreto, non tam inconstanter, quàm perfidè sefellisset .

Cæsarei igitur in Virtinguos ingressi, nullo repugnanter opulentiores vrbes adepti ipsam auitam principum sedem Sturgartum occuparunt . In Franconiam verò se eo belli turbine conuertente, post accerrimam oppugnationem, violentissimosque tormentorum pulsus Rossenburgum illud Cæsarei domuerunt ; quod Vuerti agmina territa à se cum strage depulerat .

Hæc vrbs Fræconix quondam ducum sedes erat ; vtpotè quæ ad amnem Tuberum posita qua collis molliter asurgit, sit amœni admodum situs, ac feraci, pinguique solo arboribus consito, tritici, vini que copia affluente . Sed toto agro ferro, ac flamma per Liburnos equites deuastato, euersaque rota regione illius dynastæ Casselum Cattorum principis urbem migrarūt .

Hic furentibus Cæsareis copijs, Bohemiam, ac Viennam teterrima lues vastitatem, solitudinemque faciebat . Nec tamen à Cæsare tot etiam affligentibus malis, quicquam de bellicis curis remissum est: sicuti etiam in Saxonia bellicis apparatus strebebant vniuersa; vt Bohemiæ arma inferrentur: & ideo prono Albi ab eo Electore aliquot naues rerum bellicarum apparatu onustæ demissæ .

Inter pacis, bellique dubia negotia res Saxonix fluctuabant. Dux parandis ad renouandum bellum rebus intentus aliud omnino à pacis conuen-

Inter Cæsarem, & Saxoniam ducem de pace agitur.

Portentū de praxeo rosa.

Cæsari Suecos adoriuntur.

Cæsari fugantur.

Rheni comitis periculum.

Natando se ab Imperialium manibus abripuit.

uentionibus agitare animo videbatur; ab ipsius tamen conquisitoribus Pilsnæ cum Cæsareis legatis arcanis colloquijs, assiduisque conuentibus summo vtrinque partis ardore de pace agebatur: cuius faustum omen fecisse rosa decimo quinto Kal. Octobris candida, & purpurea visa est; repente ex diu arido omnium opinione plantario erumpens ex eius petiolo alia minori prodeunte, se se mox aperitura: Cæsareis conquisitoribus dono data res veluti prodigiosa tum ob plantæ ariditatem, tum ob diuersam ab eiusmodi floribus tempestatem. Accepere felix omen Cæsarei; addiditque res Imperij aliquando etiam futurum, vt iterum refloresceret; quando omnino aridæ videbatur. Sic nobis plerumque adblandimur ex ijs, quæ casu eueniunt: vel extra ordinem ex suis arcanis Natura profert; rerum felicitium omnia capimus.

Virtinguos interea Cæsareæ copię inundarant: hinc dux Lotharingus, illinc Ioannes Vuertus, inde equites Liburni cuncta belli procella miebant. Erāt duodecim bellatorū millia: qui cū Rheni comitis agmina quinto Kal. Octobris ad Offenburgum coitura, vt Chinzingæ subsidium ferrent, accessissent: Lotharingus expectauit donec Rheni comitis copiarum pars annē transisset: vt inopinantem improviso impetu adoriretur. Vix primæ cohortes Offenburgum egressæ suum ineunt iter; cum à Cæsareis vndique incurrentibus opprimuntur: Liburnique equites ceteris velociores vadato flumine, priusquam comitis copię se possent ad pugnam instruere; eas feroci impetu aggrediuntur: illæ tamen cantato repente classico, pro temporis angustijs, se vt cunque ad certamen expediunt: sed à circumfusis Cæsareis fuissent dubio procul obtrita; quamuis fortissimè dimicarēt: nisi in tempore cum sua legione Rutilius laborantibus subuenisset: cuius auxilio restituta pugna, Cæsarei pulsī, fugatique sunt maiori fugientium confusione, quā damno, cum non amplius ducenti vtrinque eo certamine cecidissent.

Comes paulò ante Offenburgū intrarat: qui cum classica strepere, suorumque tumultum, conclamarique trepidè ad arma audisset; repenti cum quatuordecim strenuissimorum manipulo conscenso equo prodit ex vrbe suis certantibus ad futurum; & ecce equitū turmam citato cursu ad se properantem vidit; quam ratus ex suis se se illis aduiscuit: verum à stipatore admonitus eos esse equites Imperiales; illico cōuerso equo inde cum suo manipulo auolauit. Qua re animaduersa Cæsarei fugienti ad eò festino agmine institerunt; vt cum ipse euadere non posset; pugnareq; insana esset audaciæ: se se cum duobus tantum ex socijs præcipitem saltu librauit in flumen natatu se Imperialium manibus abrepturus: tranantem è litore Cæsarei igneis missilibus incessere; superfusaque sulphurearum glandium tempestate confodere conabantur: sed ille impune inter telorum grandinam tutum natandi euentum habuit: appulitque vterius litus incolumis: per cuius arduam crepidinem cum equū agere non posset: eo relicto stirpes amplexus manibus, ac pedibus reptans euasit in planum; idem fecere duo reliqui socij comitem sequuti: ceteri duodecim capti: à quibus cum inter eos, qui nando profugerant fuisse Rheni comitem Cæsarei didicerunt; in-

credi-

credibile dictu est; quam ægre, molesteq; tulerint; quod ea optabilis præda omnibus expetita votis inter incidentia vndique tela, quæ è litore in nantantem continua iaculatione ingerebantur; incolumis diffugisset. Ipsum verò comitem agrestis quidam per inuios, ignotosque tramites, quamuis omnia Cæsarei obtinerent; tribus itineris horis ad suos saluam deduxit. Vbi ad Kelchum arcem Argenterati ponti imminentem peruenit; agrestem feruatorem suum quinquaginta toleris, & aurea moneta, & totidem eius vxorem, quæ illum quoque cum viro fuerat comitata, donauit. Comitatus equus à Liburnis equitibus captus duci Lotharingo dono datus acti in fugam, & quasi intercepti Rheni comitatus insigne.

Chinzinga tandem Cæsareis omnibus oppugnationis, obsidionisq; malis victa se dedit. Plura tamen oppida ob Suecicarum partium imbecillitatem in Galli Regis fidem concessere potius; quam in Imperialiū potestate venire. Selstatum, Enfeshaimum, Bachstatum, aliaque oppida tradidere se Gallo: quod maximam Cæsareis curam fecit: cum Sueciæ Rege Austriae domus in Germania acerrimo hoste defuncto, Gallorum Rex in eius locū emergeret; eò molestior fortasse futurus; quo vicinior, ac potentior; cuius vectigales pugnacis, feruidique ingenij currunt vltro ad bella. Quod si Lotharingæ ad formidandas Galliarum vires accessio prouinciæ Austriacis molestissima fuerat: grauius futurum erat eò prouehi Gallorum potentiam, vt quaquaersum in Germaniam victricia arma protenderet: Belgiumque occupatis finitimis arcibus, à Germania præcidere. Et sicuti Imperialium ea mens semper fuit: vt Hispaniam per Liguriæ nexum cum Italia, Italianamque cum Germania committerent: atque ita maiori Europæ parti dominarentur: ita Gallorum consilium esse; vt hunc vasti Imperij ambitum nunc tuendo rebelles, nunc prouincias carpendo, Italiæque, ac Germaniæ principes in Austriacos concitando, minuerent, videbatur.

Verum Austriaci huiusmodi decumanis fluctibus assueti pacem cum duce Saxone pangere maturabant: qua constituta excitas à Gallis, Sueciq; procellas securi ridere, atque eludere potuissent. Sed erant adeò iniqua, ac dura, quæ à Saxone petebantur: vt inter vtriusque partis conquistores difficillimè conueniret. Nihilominus tandem post mutuas, diuturnasque altercationes, spes optatissimæ pacis affulsit cum ingenti omnium Saxoniarum incolarum plausu, ac lætitia: qui diuturnis bellorum calamitatibus conflati optabant tandem ab illa assidua cladum, miseriarumque iactatione quiescere. Inità pacis hæ leges fuere.

Primò, Liber esset vbique cuiuscunque Religionis vsus, præterquam in hæreditarijs Austriacæ domus prouincijs.

Secundò, quinquaginta annos etiam Elector Ecclesiasticis prouentibus frueretur: quibus expletis, dissidia per iura ciuilia componerentur.

Tertiò, tres vrbes in Magdeburgi Episcopatu libero Ducis arbitrio traderentur.

Quartò, princeps eius filius Magdeburgi Administrator iuberetur: & simul Lutzenziji principatum possideret.

*Cæsaris
Chinzingam
recipiunt.*

*Imperialium
cura
de Galli
Regis
potentia.*

*Immedi-
ca Aus-
triorum
vota.*

*Inter Cæsarem,
& Saxonem
ducem pacem
constituitur.*

Quintò, ex toto Imperio pecuniæ exigentur; quibus Suecorum belli impensæ sarcirentur, dummodo eam pacem amplecterentur: sicuti eorum quoque damna pensarentur, qui sibi eo bello donata relinquerent.

Sextò, qui pacem perosi huius pacis fœderi assentiri recusarent: Cæsar solus armis nullo Electoris dispendiò ab ijs assensum exprimeret.

Septimò, quicumque Princeps tam de Catholica, quàm de Protestantium religione in pristinum rerum suarum statum restitueretur. Sancita fœderis conditionum capita, vt rata faceret, ad Cæsarem missa.

Priusquam conuentus dimitteretur, Cæsarei epulum Saxonibus præbuerunt; salutataque poculis ab vtrisque hilariter pace, ad Bohemiæ fines à pluribus Saxonum cohortibus & equitum turmis vsq; deducti obuias quatuor legiones, & quatuor, & viginti tubicines honoris causa habuerunt. Saxones Dresdam profecti ab Electore summa cum lætitiæ significatione, gaudioq; excepti sunt: qui sequentibus diebus amplis pateris perpotandò pacis hilaria celebrauit. Octauo Kal. Decembris mane templum ingressus solemnè precatione Deo gratias egit, iterauitque preces, vt pacis transactiones optimè exitum fortirètur. Hæc tota Germania, Italiaque dissipata fecerunt: vt iam sancitam pacem putarent maiori Cæsaris, quàm Saxonis còmodo: quòd Saxo eam facere teneretur: Cæsari verò integrum esset, eam pro arbitrio accipere, aut respuere. Quare iure dicebat se pacem in manibus, cum libitum esset, habere. Protestantes Suecicarum aselectæ partium iniquissimo animo patiebatur profundum silentium, quo pacis conditiones pactæ tegebatur: quarum nihil prorsus rimari poterat: nisi quod duplicis generis esset in eundem fœderis leges, alteræ vulgæ, tegebat alteræ etiã post pacem ex arcano maxime constitutã.

Sueci nihil de pace Saxonicum Cæsarem credunt.

Sueci tamen intemerata fide Electoris innixi, qui fœderatorum principum caput iure haberi, diciq; poterat, vt potè cui primum Rex Gustauus Cæsaris armis afflicto in summa ipsius rerum difficultate cum omnibus Suecicis copijs suppetias tulisset: nec sibi in animum inducere poterant: vt tot ingentium meritorum oblitus aliquid cum Cæsare conueniret: quod sibi quoque ipsis non esset optatum commodum allaturum: nihil sibi perniciosum à Saxone verebantur: ac proinde sua non aduertentibus mala sibi à communi fama persuaderi sinebant, arma Cæsarea Galliam illatam iri, vt Lotharingiam à Gallis ereptam suo principi restituerent. Verum mirum non est, si tot fracti cladibus, afflictique populi sibi pacis suauiter accepto nomine blandirentur; nec vllum periculum ab eo occulto fœdere formidarent: sed valde mirandum est, quod Oxensternus inueteratæ prudentiæ summæque perspicaciæ vir non cogitauerit, illam pacem nisi cum maximo Suecici nominis detrimento iniri non posse; dum ipse nihil de rebus singulis doceretur: sed alto silentio cuncta premerentur: in quo aliqui semper doli, ac fraudes delitescunt.

Oxensternus inueteratæ prudentiæ summæque perspicaciæ vir non cogitauerit, illam pacem nisi cum maximo Suecici nominis detrimento iniri non posse; dum ipse nihil de rebus singulis doceretur: sed alto silentio cuncta premerentur: in quo aliqui semper doli, ac fraudes delitescunt.

Saxo pacem amplexus.

Saxo igitur Elector cupidè pacem amplexus Dresdam suis proceribus ac optimatibus còuentum indixit; vt de transactionibus pacis, quã cum Imperatore initurus erat, coram referret; eorumq; sententiam exquireret. Non tamen fœderatos acciuit. Ad cuius rei nuntium expurgati parumper Oxensternus visus est; qui rei inexpectatè nouitate percussus Vormatiæ fœderatorum còuentum coegit: ad quæ Mocotia-

co profectus accurata oratione illos principes viros hortatus est; vt expedito, festinoque; consilio cum nullam moram rei grauitas pateretur; decernerent, quomodo percussum foedus seruari posset, & ad bellum continuandum, quibus militum supplementis legiones implenda, prouidēdiq; omnis generis rerum bellicarum, & commeatuum apparatus: quid faciendum si Saxo pacem cum Imperatore sanciret. Omnia diligēter excussa, decretumque omnium sententia; vt continuato federe, noui delectus milites haberentur, commeatus, pecuniae, ad bellum instaurandum vndique cogeretur.

*Suecorū
trepidatio pro illa pace
Saxonis:*

In Sueuia interim Res Cæsarea tantos profectus habebat: vt nullus circumferenti bellum Austriaco resistere auderet: immo vrbes non expectato armorum impetu pactione se dederent. Schorndorffum quoque arx magni momenti in Remsi amnis litore, vel propugnate Tubatello Regi Ferdinando cessit, occiso præsidio, quod temere regiae relictari potētia ausum fuisset: in fontibus incolis regia plane clementia pepercit.

Imperialium armorum felicitas in Sueuia

Augusta nihilominus Sueuiæ clarissima, ac munitissima Suecicarū patriam studiosa, tenaxque; initi fœderis nihil Imperialium rerum prosperitate commota, quicquam de sua peruicacia remittebat; quamuis eam Cæsarei, ac Bauari laxiori obsidione sepsissent; ac mercium commeatus, quibus vnus stant ferè ciuium fortunæ dispositis procul militum stationibus præpedirent: mercatorum negotia cessarent; tota vrbe squaleret triste iustitium: nec ipsæ literæ vllum exitum inuenirent: & iam omnium rerum caritas quibuslibet muralibus tormentis potentior vrbem affligeret. Populus tamen contumax omnia incommoda indomito animo perferebat, equi na carne etiam malignè præbita vitam tolerabat; animantibus præcipuè crebris, turbidisque concionibus prædicantibus Lutheranis, qui efficacissimè populo suadebant, satius esse, acceptiusque Deo omnibus malis consumptos perire, quàm in Cæsareæ clementiæ (perfidiam illi appellabant) potestate vitam seruare: tantoque seruore in concionibus prouehabantur; vt dicerent sugendam esse intar vrforum sinistram, dextraque dimittendum potius; quàm seruile Cæsaris iugum accipere, autamque libertatem ignauè, ac turpiter amittere. Quos animos non impellit incussa religio? Prudentiores quoque, ne dum imperitum vulgus, ad dura quæque ferenda perurget.

Augusta obsidetur & eius peruicacia

Augusta vrbs an gustia

Peribant fame miseri ciues, & corpora inedia lurida, ac macie confecta, nutante, labanteque vestigio ægrè trahebant; & quamuis plurimos fame occideret; & passim in vijs, & compitis repentino correpti fato exanimes caderent; erat adeò dira annonæ penuria; vt suos præsidarios orarent, vt ex vrbe ad venandos commeatus erumperēt. Milites, qui eadem cum ciuibus famis incommoda patiebantur, ex vrbe audacter egressi vicinos agros popolaturi, Donauertam vsque profecti, ingentem maiorum minorumque pecorum per campos errantium prædam abegere. Postera die pariter villas Duchonum, & Prachum adorti alia quoque plura animalia, & aliam quam tritici copiam in vrbem abducunt; quæ aliquantum ciuium leuauit

inopiam. Verum hæc paucula commeatuum subsidia nihil ad rei summam proficiunt, si latera vrget vicinus hostis: proculq; sint sociorum auxilia, augent potius malorum sensum, quorū stupor acerbitatem, dolorq; minuit.

Augusta
& Caesaris
cessit

Fame tandem, magis, quam oppugnationis impetu domita Augusta Caesarei Imperij ingo collum inferuit.

Caesari
Vlmam
urgens

Iisdem diebus Caesarei irrita Philisburgi expeditione, in Vlmam conuerso armorum impetu, dispositis per interna stationibus, circumfederant. Iamque ciues mensis Octobris initio aliquod commeatuum incommodū patiebantur: cum totus Danubij; Rhenique litoris tractus nullos pene fructus, vualque tulisset, omnibus inglume militum deuoratis: validum tamē, strenuumque praesidium malorum insolens, sapius erumpebat ex vrbe, si quid ex occasione praedari daretur. Imperialium stationes repentinis impressionibus innadens intercipiebat quidquid ad Caesareos veheretur. Accidit aliquando, vt triginta vini dolia plaustris vecta capta in vrbe abduceret; & cum vini potandi Tribunum cupiditas incessisset; iussit fortē praesens obiectum dolium relinere: fors tulit, vt in vino inane pitcema miles incideret: ex quo cum nullus liquor efflueret, apertum dolium argenteis vasis refertissimum inuentū est, quo delicatiori, suauiorique potu aliam sitim tribunus melius Rhēni vino lætus extinxit.

Losbum
ciuitas
insidijs a
Suecis in-
tercipitur

Accidit per hos dies, vt vrbs Losbum ad Venetum lacum insidijs a Suecis capere ur. Cum enim Legatus Soreiffus duas equitum turmae mitteret Offenburgum iussit eos Losbum ex transitu occupare; atque in id ipsum aliquot moschettariorum manipulos addidit, qui in quendam canale in vrbe influentem coniecere sese, & ita solenti agmine obscuritate loci, noctisque vmbri tecti gradiuntur; vt ne tacitos quidem moschettariorum allapsus vigiles audierint.

Equites portas vrbs inuadunt: tantosque strepitus edunt; ac si totus ibi exercitus dimicaret. Conclamatum ad arma subito classico populi: ad portam ex omnibus locis rapris armis accurrunt; quare moschettarij in vrbe non aduertentibus insidias vigilibus, irreperunt; displosisque tormentis ciuium terga nihil tale metuentium glandibus feriunt; qui ancipiti pauidi malo inde diffugiunt cum maior hostium numerus videretur. Pedites igitur nullo resistente porta deiecta, socios in vrbe accipiunt; caesoque paucorum peditum, & equitum sexaginta praesidio, Sueci vrbe potiti quidquid pretiosi in aedibus ciuium praedati suo itineri iussiterunt.

Ferdinā
dus filius
ad Caesarem
se in profi-
cessit

Pannoniæ Rex victoriarum laureis, clarissimiq; triumphis insignis iteratis tabellarijs accerseretur a patre; vt illius regni procerum conuentui interesset; tradiro armorum imperio, legatis a Caesare iussis. Omnia tormēta, prius quam digrederetur, maiores, minoresq; sclopos, hastas aliaq; arma in armamentario Viringuorum Ducis inuenta a sportari iussit; vt quasi fercula triumphalia, victoriarumq; trophæa praferrentur in pōpa. Deinde cū quatuor, & triginta nauium classe Danubio secūdo deuehitur: praeteruectusq; Ratisponam, in vrbe, quāuis enixissime inuitatus a ciuibus ingredi recusat.

fauit. Idem accidit Donauertæ, quam præter nauigans vix sustinuit intueri.

Parabat Cæsar pater omnis generis honoribus, magnificæque pompæ splendore filium, & Regem, & hostes triumphantem excipere: dolebatque quod urbem ineuntem erecto Viennæ capitolio inter festas militum acclamationes eum suscipere non posset. Nam adeò fæde pestis violentia la cerata squalebat ciuitas vniuersa; vt lugubris tot ciuiû funeribus potius, funestusque triumphus, quàm lætus futurus esse videretur.

Neostati igitur filium veniètem præstolabatur; vt ambo simul ad Edemburgi conuentum proficiscerentur: quo Rex filius tabellarium cum latissimo nuntio, pro sui aduētus antecursoribus misit; Picolominem quatuordecim ducis Bernardi equitum turmas in Turingiæ sylua fudisse; nec nô ei quatuor maiorum scloporum millia, quæ novos milites armaturus secum ducebat, eripuisse.

Picolominus Suenos iudex,

Quare vbique res Cæsarea frequentibus victorijs maior assurgere videbatur, ac fortuna, quæ Sueci Regis caltra diu sequuta fuerat; violata repente fide, se felici transfugio ad Cæsareos tranituisse; adeò Pannonici Regis expeditiones, tentamenta, conatus, eiusque duces continuatis fauoribus promouebat. Ea siquidem etiam, quæ difficillima omnium opinione, atq; ardua censebantur: vt ea aggredi insanæ prorsus audaciæ, ac perditæ temeritatis futurum fuisset; ita complanabat, æquabatque, vt facilia, obuia, aperta, ei vtrò offerre videretur: quod ex occupato insidijs Philisburgo liquido patuit.

Etenim quo tempore Cæsareæ copiæ in Virtinguis inter hybernorû otia à bellicis laboribus quiescebant; legatus tribunitius Gaspar Bambergus quondam Philisburgi præfectus recuperandæ eius munitissimæ arcis studio incensus suam mætem Pannoniæ Regi, & præcipuis copiarû præfectis aperuit; quod factum difficillimum ipse prius prouido, ac salutari cõsilio fecerat expeditum. Cum enim ille adhuc ei arci præesset; priusquam illam Suecis obsidentibus dederet, sagax, & industrius opportuna occasione eius astus commodo aliquando vsurus; sublicas in aliquot circum mœnia locis dissectas isdem cauis ita reposuit; vt modico, faciliq; conatu refigi, auellique possent. Hic itaque adiuvante hyemis rigidissimæ tempestate; quæ restagnantes fossæ aquas gelu astrinxerat; quorundam etiam vicini agri incolarum consensu, fauoreque confirmatus, Pannoniæ Regi rem integram detulit: de cuius perficiendæ ratione in ducum confessu quæsitum, consultumque est.

Opportuna Philisburgi occupationis occasio

Hanc expeditionem damnabât aliqui veluti importunam; quorum eloquentior sic disseruisse fertur.

Oratio Philisburgum occupationem detestantis.

Nescio qua inuidi fati rem Austriacam ad summum felicitatis culmen continuato nisu vadentem malignitas interpellet, ô Rex. Vicisti ingenti pralio Suecos: Protestantium audaciam penitus contudisti: errant pauidi, profugi, tota Germania: Austriaca arma victricia formidant: Ratisponam, Augustam, Nerolinsgam, aliasque rebelles vrbes feliciter domuisti. Alia damnata perfidia

tua regia fortuna felicitatique concesserunt, iam fracta hostium cum exercitiis spe; tantum non debellatum est. Quid est quod hunc prosperum victoriarum cursum interciderere perniciose expeditione Galliarum Regis indignationem irritatura contendis? sciunt omnes quàm cara sit illi, grataque eius arcis possessio: quantum ab eo, eiusque ministris laboratum sit; ut è manibus Suecorum ereptam Gallicum præsidium induceret: ac proinde grauissimam Gallo eius arcis fore iacturam; repetiturumque armis insidijs ablatam. Nec dum tempus esse reor rumpendi cum eo Rege belli; qui recuperato fratre, suis proprijs, vel nullo auxiliari extero agmine, toti Europæ viribus formidandus egregie iniuriam poterit armis vlscisci: maxime cum adhuc Germania Suecicis, Protestantiumque fluctuet bellis, quæ prius arbitror profliganda quam aliud sæuissimum bellum accendas. Quid Imperio fiet, si Gallus erepto Philisburgo lacestius cum Sueco arma coniungat; qui vix solus potuit sustineri; atroxque tantundem duplicet bellum? Innumeras anidæ belli gentis copias in Germaniam immittet: quæ fortasse intra Regni confinia detentæ, conuersis in propria viscera telis, natuos impetus in patrij soli exitium effunderet. Nulla optatior Gallo suo pte ingenio pacis, quietisque peroso inferendi iure Austriacis belli occasio offerri poterit: quam si intercepti per insidias Philisburgi iniuria prouocetur. Belgio non satis virium est ad Batauos repellendos; ne dum ad arma Gallica summouenda, si eodem illi prouinciæ tempore inferrantur. In Atrebatibus facili, breuique transitu primos ille impetus dabit. Adui debiliores sunt; quam ut possint validis Gallorum viribus obsistere. Italia perpetuis militum delectibus exhausta non amplius poterit Germaniæ auxilia sufficere: cuius principibus magna ex parte in Gallum propensis maximum discrimen adibit, si in tanta rerum difficultate prementibus vndeque Suecis, ac Protestantibus, eam Gallica quoque inuaderent arma. Quæ non ausurus est Gallus Sueco iunctus? Protestantes tanti Regis potentia, auxilijsque freti, acriores iterum redibunt in arma, animosque resument: sic anticipati bello impulsus nutabit Imperium; si non ruet fulcientibus Superis. Non irritandos esse crabrones puto; dum non exerto aculeo, quiescunt: neque hostem occultum iras, atque odia intra pectoris duntaxat murmura continentem iniurijs compellendum: ut armis hostilem animum profiteatur. Vtilis igitur esse arbitror neclere moras, beneficiaque temporis expectare: illæ semper publica dissectæ refodi, reuelli que eadem facilitate pro arbitrio poterunt: Obterendi prius sunt Sueci, domandique Protestantes: cum liberis urbibus fœdera ineunda: sanciendaque cum Germanis hostibus pax; antequam quicquam in Gallos moueatur: eorumque arma irrentur.

Oratio
priori sen-
tentiæ ad-
uersantis.

His tamen rationibus ab ijs occursum est: qui gnari quanti commodi sint acquisitionum sine impendio fructus, contendebant, non esse omnino recipiendæ munitissimæ arcis occasionem omittendam; quæ semel elapsa, inutilis, feraque penitentia nequicquam suspiranda esset. Obloquutus igitur peroratis quidam prudentior ex ducibus est.

Insani prorsus esse puto nõ amplecti anidæ fortuna fauores cū spontè offeruntur.

aci timido, demissoque animo eius munera repudiare: vererique ne nostræ felicitati hostis inuideat. Iam obscurum non est, quorsum tendant Gallorum consilia; patet manifestè omnes eorum conatus in Austriacæ domus excidium incumbere; minus aperti manifestique hostis petitiones, quàm occultè sæuientis timenda. Quis non videt Gallos auxilia semper Imperij hostibus ferre; ut aliquem ex alienis malis, ac laboribus fructum decerpant. Irreperunt clanculum in Germaniam; percusso cum Suecis fœdere, ad nostrarum urbium ditionem aspirant; si non aperto bello Austriacos persequuntur; maligna fortasse, perniciosaque magis belli ratione grassantur. Cur in Germaniæ viscera prouecti armorum vicinia Suecos, Protestantisque roborant? firmantque latera rebellantium? Quid illis cum Germania negotij intercedit? atque ad illos Suecica pertinent bella? In eos omnino arma vertenda censeo; ut sua tueri potius, quàm aliena fouere cogantur: quando ab ijs occulto petimur bello: insidiasque identidem experiamur. Neque extra Galliam quicquam eorum progressus timendi sunt: cum gens iniquis, ac ferox non diutiùs finitimorum moderatione ferri possit. Non alijs principibus expedit; ut præpotens natio tumultuum, bellorumque amans in alienis provincijs sedes figat; atque extra sui Regni fines suam potentiam nimis formidata producat. Difficiles admodum sunt in Belgio ob munitarum arcium frequentiam profectus. Verendum non est, ut Bataui in suam perniciem Gallorum vires, potentiamque promouebant: cum suspecta semper sit validæ gentis vicinitas: & à potentiori finitimo discrimina semper immincant. Non desunt in Aduorum finibus munitissimæ arces ad quoscunque exercitus consumendos idoneæ. Illius iactura provinciæ non est minus Heluetijs, quàm Austriacis nocitura: quibus non conducit vicinum Hispanicum mutare Gallo Regem. Italiæ magis esse timendum fateor: ut Gallorum armis magis obnoxia, atque opportuna. Sed cum illius principibus maximo detrimento futurum sit: si Insubres in Gallorum ditionem venirent: existimandum non est, eos tam exigui consilij fore: ut incendium domum suam trabant: quo postmodum ipsi misere, fœdèque deflagrent: sed ea consilia capturos, quæ æquandè vtriusque gentis potentiæ opportuna videbuntur. Detrahenda omnino ori larua: qua insidiæ, simulataque odia perniciosè teguntur. Plus est periculi in aduersario occulto: quàm in hoste manifesto. Rex Gallus in plures Germaniæ vrbes inuasit: non occultè Sueco faxet. Verendum est ne tanta potiendi Philisburgi occasione repulsa, maiori deinceps pacis fœdera cum provinciæ perniciæ frangantur.

His rationibus eum superioribus ex æquo diligentius expensis, Bambergi consilium probatum omnium sententia est; qui aliquot agresti cultu militibus in arcem ingredi iussis, ut ad conditam horam portarum militum stationem opprimerent; obscuræ noctis densissimis tenebris intolerabili rigore sæuiente, cum quatuor promptissimorum militum millibus eò pronectus, glaciæ beneficio cuilibet oneri ob ingentem crassitiem validæ sustinendo, ad motis mœnibus scalis, trecentos equites loricatedos, abdicatis equis

Philisburgum eorum pandit esse decernitur.

Philisburga à Cæsareis occupatur. Haspruna

equis in arcem induxit: qui primis iuncti: oppressa intus portæ militum custodia: altiocho applicito versatili ponte diffracto: fortibus ausis fauente fortuna decimo tertio Kal. Februarij in eam arcem Cæsarei iruperunt; quam bello tentare proiectæ, insanæq; fuisset audaciæ. Præfectum Gallum nec dum suis indutum amiculis comprehensum eadem nocte Alifontium in Virtinguos abducunt. Cæteris præsidij Ducibus, qui rati Austriacos omnibus circumuentos malis non esse ea ausuros; quæ ad arma capienda fuit Regem æque potentem, ac fortunatum incitatura forent: remissis custodijs, huiusmodi infortunium non metuebant: liberis abire permissum.

Francfordia ad fidem erga Cæsarem redire statuit.

Hac arce insidijs intercepta territi Galli traiecto illico Rheno, Menhaimum perfrugerunt. His sælicibus, atque alijs Imperialium progressibus valde commoti Francofordiæ ciues vicinum verebantur excidium, nisi mature de sua salute solliciti clementiam Cæsaris implorarent: Suecorum quoque societatem iam grauem perterriti de concordia cum Cæsareis ministris transigere aggrediuntur; conuentisque pacis legibus Cæsareum præsidium in urbem accipiunt: Quamuis hoc decretum non ex toto spe prosperi successus; qualem expectabant, non inniteretur: cum suburbium Sassenhausenium in amni pontis exitu vrbi obiacens à Suecis teneretur: à quibus impeti, ac dirui tormentis ciuitas poterat: præter id quod Vinmariensis, ac Gallicæ copiæ vicinæ aliquam perniciem, ac cladem vrbi transfugæ essent allaturæ: vtilius tamen visum est cum Cæsare conuenire; proficua veniam clementer offerente: quam spem in eorum armis, auxilijsq; collocare: qui propriæ vtilitati, rebusque studentes, publico bono contempto, parum de sociorum, amicorumque commodis laborabant. Qua conciliatione ciues non solum se Austriaci belli cladibus liberarunt: sed etiam à Sassenhausenii suburbij offensarum metu vacui in summa rerum tranquillitate vivebant, distinctis Suecos Cæsareis, qui suburbium bipartito tormetorum missilibus verberabant: quod quamuis plures dies Sueci fortiter propugnassent; tamen vrgentibus potentiùs Cæsareis se se æquissimis conditionibus dederunt, Vizumbo præfecto Mocontia cum secedente.

Cæsare arcem tormetis quaerens.

Francfordiæ deditæ fama, felicesque Imperialium ducum progressus; aliorum quoque pro Cæsare militantium susceptas expeditiones iuuerunt: Vuertus namq; Spiram insignem urbem, sed simplici nucenium corona antiquæ structuræ surgentibus per interualla turribus, nullo obstante recepit: Galassius verò Vuaissemburgum in inferioribus Tribocibus occupauit; ad Lotharingiæ fines; qua montes se tollunt; qui eam provinciam ab ijs disternant.

Gallorum turbato ob ereptis Philisburga.

Interim capti per insidias Philisburgi rumor tota Gallia percrebuit; qui sicuti inexpectatus, & repentinus, cum nunquam putassent fore: vt Austriaci tot bellis oppressi in maximis suarum rerum difficultatibus pacem tam importune violarent; sic toti Gallicæ aulæ molestissimus fuit; quæ valde irata, quod Cæsarei illam arcem in Galli Regis fide, tutelaque quiescentem usurpare ausi fuissent; in bellum maximo ardore ferebatur; rata Imperia-

lium

ium hostilia pacem prius diremisse; idque à se iniurijs irritata iure Austriacis inferri posse. Et quamuis Austriaci mollibus verbis rem eleuando, factumque purgando Regis animum ira æstuantem pacare, lenireque conarètur; & Apoltolicus Nuntius Pontificis iussu efficaci cura satageret: vt bellum saltem moraretur; si omnino auertere, atque impedire non posset à quo non nisi ingentes calamitates, ac clades, fideique Catholicæ detrimenta profectura erant: non tamen orientem, feruescentemque iam indignationis flammam admotæ preces extinguere potuerunt: sed minarum spirans bellicis apparatus in vltionem infenso animo rapiebatur. Missus

*Bellum
in Casarè
& Au-
striacos à
Gallis de-
cernitur*

Dum atrox, cruentumque bellum Galli mirantur; Cardinalis Infans; vt ab aliquo præclaro facinore suum regimen auspicaretur: oblatam negligentæ Gallici Treuirotum præsidij occasionem arripiens eam urbem insidijs intercipere cogitauit: communicatoque cum Thoma Sabaudico principe consilio, conductæque rei patrandæ ratione, Emdeni comitem eò proficisci iubent: qui cuidam Italo duci dato negotio, vt eam expeditionem tentaret; ipse non longè substiterat felicem rei euentum expectans. Italus militari astu, ac fraudibus vtès in duobus nauigijs in idipsum instructis aliquot strenuis militibus occultatis, quæ ad regendas insidias mercibus onerarat; Obrinco amne deuectus urbis portæ negligenter custoditæ vna hora ante lucem appulit.

*Treuiris
fruuntur
insidia*

Moëlla

Egressi in litus nautæ vigilem in mœnium lorica stantem inclamant, quemdam mercatorem esse, qui suas merces in litus cupiebat exponere; eodemque tempore, disploto astiocho porta deiecta, nullo negotio in urbem ingressi, recta ad aliam pontis portam nõ procul inde distantem prouecti strictis repente gladijs, obtruncata custodia, reuulsisque valuis socium equitatu in urbem admittunt: qui illum Electorem semisomnem, cum Bussij dynasta Galli præfeti filio, tunc absente ceperunt; toto præsidio repentino metu exanimi se se ex aduersa porta effundente. Cuius urbis adeptio quamuis aliquod commodum Austriacis rebus allatura videretur; tum ob illius accessionem dominatus: tum ob ipsius Electoris personam cuius libertatem in Imperialibus comitijs pro Pannoniæ Rege Romanorum Rege creando suffragium redemisset, non exiguo tamen damno Imperialibus futuram putabant: quòd hic quasi postremo impulsu nutantem iam, labantemque concordiam profusus arietante vltimo irritamento Gallos ad arma eoncitaret: ex quo ita atroces clades, ingentia exitia omnes profectura diuinabant; vt non solum amborum principum vectigales; sed finitimi quoque, totaque Europa belli flamma exarsura esset.

*Treuiris
ab Au-
striacis
fraudibus
interci-
piuntur*

*Damnâ
ex occupa-
tis Treui-
ris profectura*

Ita plaue accidit: quia cū Rex Gallus præter has sibi palam illatas iniurias;

rias;

rias ; dolosis ministrorum actionibus Hispanorum non parum offendere-
tur; quod vastis cogitationibus, vanaque spe Aurelianensis Ducis animum
inflassent ; aliosque Gallos proceres in bella ciuilia, intestinasque discordias
in sui perniciem promissis ingentibus sollicitassent : omnino in Austriacos
bellum decernendum putauit; quod differri quidem, sed non poterat evita-
ri. Rupta igitur cuiuscunq; respectus mora in arma profiliit Imperialium
hostilia bello uturus; quod statim Cardinali Infanti per feciale indixit ; nisi
protinus Treuiros, Electoremque restitueret : qui admissus, auditusque
non fuit.

*Bellum a
Gallo Re-
& Hispa-
nis indi-
citur.*

Quare subito Dux Rothomagensis, qui valido agmine in Lotharingia
confederat, in Triboces mouere iussus est: vt ad eam expeditionem obeun-
dam promptus expeditusque esset: quæ ei mandaretur. Duci verò Crequio
imperatum, vt in ^{Allobrogibus} decem peditum, & duo equitum millia
conscriberet, paratusque esset ad Regis nutum in Taurinos descendere.
Duo item peditum millia, Casale montis Ferrati, aliaque militum subsidia
Pinarolum missa. Pragellæ vallis incolis præceptum; vt illarum rupium, de-
iectosque crepidinum aditus quosdam complanarent ; vt viam agminibus
sternerent : quæ Lugduno, ac Gratianopoli transmittenda erant: ne à Gallî
Regis ditionibus alio defletere cogerentur. Bellieuræ dynasta summæ
existimationis, saga cisque ingenij, ac opportunæ dexteritatis purpuratus
ad omnes Italiæ Principes à Rege legatus; vt eos vel in sua fœdera, partesque
traheret, vel de illato iure à se Austriacis bello doceret.

*Delphina
to
Bellici
Gallorum
apparatus*

Decreto in Hispanos bello, atque vtrinque legatis dimissis, intentissima
cura Rex Gallus ad bellicos apparatus, atque Hispanus incaluit. Hic Gal-
lici motus fremitus belli vbi ad Cæsaream aulam peruasit : non parum om-
nium animos futurarum metu calamitatum commouit: cum adhuc Proce-
stantium, Suecorumque Germaniam arma vexarent, & præteritarum cla-
dium vulnerum cicatrices adhuc cruore manarent. Quare maturiori consi-
lio expensis, quæ ad tuendum, firmandumque Imperium conducere vide-
bantur ; placuit omnibus pacem in Germania componere ; ac domestica
diffidia sedare; quò validioribus viribus irruentis Galli impetus frangeren-
tur: cum esset admodum difficile hinc Gallum pulsantem, illinc Suecum
prementem citra alicuius cladis incommodum sustinere.

*Imperia-
lium tre-
pidatio de
Gallico
bello.*

Dux Rothomagensis primas huius belli flammæ accendit, quando è
Lotharingia in Triboces ingressus Ruffachium paulò antè ab Austriacis
receptum primo belli conatu illis eripuit. Conquisitor Buglionius, cui clam
à Rege mandatum erat ; vt cum Landæi dynasta Gallicorum armorum in
Rhetia præfecto ad Tellinam vallem occupandam descenderet ; ad diui Ma-
deni Gnedinæ vallis pagum copias recensuit; vt & Rheti stipendiorum præ-
sentium causa numerosioribus cohortibus adessent ; & hoc prætextu tege-
ret suspicionem ; quæ ex his cœuentibus in vnum copijs posset oriri : cum
hæc summa cura essent occultanda consilia: ne Hispani insidias suspicati
illius vallis angustias antè Gallos elusis ipsorum molitionibus, occuparet.

*Varia ad
Gallos Du-
ces à Re-
ge manda-
to.*

Lultra-

Lustratis copijs, atque à Conquisitore, & legato Regis diplomatis explicatis; declarataque voluntate summo cum omnium militum assensu, ac lætitia ad Splugam montem versus iter capessunt; ad Clauennamq; frequentem pagum, à quo comitatus accipit nomen; toto eius vallis tractus spatium, quod ipso Spluga monte, & Lario clauditur Lacu, prouecti omnibus earum angustiarum aditibus nemine obsistente, occupatis, continuato belli torrente ad Rupam vsq; vno impetu procurrerunt; sic domicilium quoddam appellatur: quod in vallis Tellinæ aditu situm itinerantibus præbet hospitium. Saxoque Corbeo transmissa, quod inter montem, & lacum veluti scopulus surgit; per cuius aditus difficiles arctasque angustias in Vallem Tellinam transeundum est: inexpugnabiles certè, si modico præsidio tenerentur; Traonam nullo obice peruenerunt. Quia cum Mediolanensis ditio solitis numerosis præsidijs careret; maior cura erat sua tueri; quam adoriri aliena.

Galli in Valli Tellinam inuadunt.

Gallorū consilium erat ira Insubribus earum vallium aditus obsepire: vt Austriaca auxilia, quæ per Tiriolensem comitatum Hispanis mittebantur: prorsus ab Italia excluderent. Dux Rothomagensis octauo Kal. Maias duabus Helueticorum legionibus, & sex Gallorum cum aliquot equitum turmis totam vallem obtinuit.

Gallorum consilium

Tellina vallis inter eductos propè celo montes tota subfidit; quibus ad eius vtraque latera in tortuosam longitudinem protensis, in sublime arduo dorso surgentibus, in medio planicies octo circiter stadia in latitudinem explicatur: quam Abdua inclytus amnis mediam interfecat; quem vtrinque saxæ crepidines in angustum alueum castigant: pagis, & vicis populorumq; multitudine frequentissima. Omnium fructuum copia, ac genere affluit: vineis vtrinque montium decliua vestiuntur: ex quibus generosum vinum exprimitur: quo amenissimo sanè prospectu pulcherrimum mollioris naturæ theatrum in tuentibus representat. Mediolanensi ditione, Veneto Imperio, Tiriolensi comitatu, & Rhetia terminatur, omniū Italiæ vallium longè ditissima, atq; pulcherrima. Præerat tunc Insubribus Cardinalis Albenotius clarissimo loco natus, summæque prudentiæ heros; qui statim de hoc Gallorum improviso in Tellinam vallem decursu ad Hispanam, Cæsareamque aulam citis nuntijs emissis, quid in tantæ rei euentu consilij inueiendum esset, cum peritioribus ducibus consultauit.

Tellina vallis descriptio.

Jam Galli omnibus eorum locorū occupatis angustijs; obsessisq; firmis militum custodijs aditibus montium, exigi valle non poterant; qua tota potiti præter natiuas munitiones etiam valida, addiderant propugnacula; quæ inuadi nisi cum manifesta inconsultæ audaciæ perniciæ non poterant. Decretum igitur fuit; vt ducatus finibus tantum valido præsidio munitis, clausoque Gallis firmis bellatorum custodijs in Insubres aditu, ab Hispania, Neapoli, atque Germania auxilia accerferentur; quibus melius rebus Mediolanensibus constitutis; ea expeditio susciperetur, quæ opportunior tuendæ salutis, arcendisq; Gallis futura videretur. Deinde cen-

Hispanorum turmas pro occupata à Gallis Valle Tellina.

Bellici *Hispano-* *rum appa-* *ratus ad* *Gallos ar-* *candos.* *Bellici* *sus* eorum habitus est, qui per ætatem armis tractandis essent idonei. A duo deugefimo ad quinquagesimum annum iussu omnes nomina dare. *Selecti* promptiores ad periculosa loca tuenda dimissi cum suis ducibus sunt: sed hæc nihil ad res Germanicas, quas solas prosequendas desumpsimus, faciunt. Hæc obiter enarrauimus; quia indicto à Rege Gallo Austriacis bello, omnia eius molimina, conatus, tentamenta, quasi quodam nexu cum Germanicis bellis coniungi videbantur. In Germaniam igitur proprium nostræ narrationis propositum redeamus.

Dux Vinmariensis tot infelicibus rerum suarum euentibus, apud Suecos, & Protestantes multum suæ existimationis amiserat; à quibus ipsius præcipitia, feruidaque consilia liberis obloquutionibus carpebantur. Quare cum regionis in dies sibi deesse magis pecuniarum pensiones videret; & Saxoniam Ducem cum Cæsare conuenisse; plures liberae vrbes à Suecicis partibus discessisse; suas copias sine alicuius præpotentis Principis auxilio ali non posse; Austriacis maiorem locorum partem, quæ alimenta agminibus sufficiebant, occupantibus; cæteris scædè admodum populationibus, procurfibus, vastitate squalentibus: suos milites ad ea signa transfugere, quæ pro Gallo Rege ad comparandos exercitus proferebantur: tot difficultatibus circumuentus ad Galli Regis stipendia transire decreuit; ad quæ merenda à Gallis ministris ingentibus promissis sollicitabatur; optimè gnaris quantum momenti Dux probatæ virtutis, summæ experientiæ acceptissimus militum animis Gallicis rebus esset additurus.

1636

Dum res Suecica diffidorum, confusionumque fluctibus æstuat: Austriaci ob assiduas victorias audaciores, in Tribocibus, & Sequavis nouis peditum cohortibus, & turmis auxiliariis aucti, coactis in Brifici agro, vicinisque finibus copijs, ad Magerobiam Heluetijs, Lotharingisque finitimam urbem, quæ multum suis rebus conductura videbatur; oppugnandam infesto agmine tetenderunt. Susæ Comes vrbis præfectus Cæsareos mœnibus assilientes incredibili virtute summoit; propulitque cum strage: sed nihilominus diuturniori violentiæ celsurus; nisi Mariscallus à Forzia præfens oppresso tulisset auxilium: qui protinus cum Austriacis pugna commissa, obtritis Rinochi, Vuerti, & Merfij legionibus, hostes ab ea obsidione grauioris incommodi metu decussit.

Ab oppu- *gnatione* *pelluntur* *a Gallis.*

Gallica interim arma in Valle Tellina Insubrum finibus imminentiæ finitimos populos sua vicinitate terrebant. Idcirco Tiriolum tubarum cantibus totis suis vallibus, ac montibus infremuit; assiduisque tympanorum pulsibus populares ad arma exciuit: qui raptim coactis cohortibus, ad confinia prouecti, transfuersis arboribus, ac trabibus præcis itineribus, propugnaculisque aditus omnes, per quos in suas valles Galli possent irumpere, præseperunt. Archidux quoque Claudia virilis virtutis

Herqi-

Tiriolum *excitatur* *yma.*

Heroina iussit Fornamontij dynastam maiorem à ciei statorem in Suenia commorantem superato Diuæ Mariæ monte, valido agmine non solum ad Tirioli comitatum tuendum accurrere; sed etiam eiectis à valle Tellina Gallis, occupata ab ijs loca reciperet: cui etiam addidere sese pedites mille à Fedrico Enriquez Lusitano Catholici Regis apud Principem Claudiam legato conducti.

Promoto igitur Fornamontius quatuor peditum millium, & quadringentorum equitum ad Diuæ Mariæ montis angustias agmine; atque inde vsq; ad Hormias aquas alterum angustum aditum, quem tribunus Procherus Hel uetius cum quadringentis peditibus in se derat; illico eam Heluetiorum stationem tanto ardore, atque impetu aggressus est; vt quamuis illi aditus angustias strenue propugnarent: Landeique legio cum duabus equitum turmis subsidio laborantibus accurrisset, hostes tamen ab ea statione cum itrage depulso se Hormias aquas trepide recipere compulerit: vbi cum neque se contra Germanorum impetum tueri sperarent, sinistro Abduæ litore, producto agmine, Fridolfo exiguo amne traiecto, Tirianum frequentissimum totius vallis pagum citra Abduam Pusclauæ valli aduersum copijs deductis, atq; confragosi, salebrosique admodum itineris labore fessis quiete, ciboque recreatis, in Pusclauij vallem secesserunt, ibi Rothomagensis ducis maiora præstolaturi auxilia. Quare Fornamontius hostium receptus occasione vsus Tirianum progressus, nullo offerente se hoste, vsque ad Pusclauij laculum copias adduxit; vnde etiam Galli digressi in Clauennæ comitatum sese demisere.

Germani
contra
Gallos
Bormio

Fornamontius veritus ne Dux Rothomagensis suis subsidio veniens se ab ijs locis depelleret; scripsit ad Comitē Serbellonium in bellici procurement negotij suprema cum autoritate Comensis agri finibus præsentem, vt ab ea parte se in Gallos inueheret; quo à ferenda suis ope ab hac altera Rothomagensem auerteret. Sed cum Serbellionem debitis dignationis titulis literarum epigraphæ non appellasset, exortis inter vtrumque diffidijs, Fornamentius subiratus per Pedenazziam vallem, in Leuinam recessit.

Fornamontius ubique Gallos fugas

Rothomagensis interea de Imperialium actionibus, consilijsque admonitus à Clauennæ comitatu copijs abductis, quam maximo potuit numero bellatorum, quem non desertis locorum stationibus colligere potuit, improuisus in Leuinam vallem prouectus Germanos mollium statiuorum commodis, otijsque diffuentes, ex cordes nihil minus, quam Gallorum impetus metuentes solito natiuo furore adortus, cum absente duce, nullis militum ordines conglobaret: paululum obluetatos fugauit: qui æquioris situs præcipitis fluuioli ab ijs Alpibus effluëtis beneficio vsi sero se discrimine explicarunt; sed non adeo seruatis, vt in fuga fieri solet, ordinibus, quin septingenti à Gallis obruncati perierint. Cuius cladis nuntius Viennam, & Mediolanum allatus, mirum est quantum Cæsareas partes afflixerit: cum à Rheticis alpibus, ab ipsis Germaniæ visceribus, à Taurinis atrox bellum Gallica arma Austriacis minarentur.

Dux Rothomagensis Germanos fugas & cadis

Cæsa-

Cæsarem tamen à Nerolingæ victoria firmiorem Saxone conciliato, & prosperis successibus parum hi Gallici impetus ardores afficiebant: cū præpotentibus copijs res Cæsarea niteretur; quæ non solum ad illatam vim propulsandam, sed etiam ad inferendam idoneæ censebantur. Nihilominus veritus ne Protestantes validis Gallorum auxilijs adiuti fortiores in noua bella confurgerent; per suum legatum summum Pontificem ad conciliendum contra Hæreticos bellum pecuniarum auxilia poposcit: sed frustra, belli conditionem Pontifice causante; quòd nō pro Religione, Catholicisque sacris, sed pro humanis dominatibus gereretur.

Cæsar frustra auxilia à Romano Pontifice postulas

Bannarius Magdeburgi munis

Dum duo potentissimorum Christiani nominis Regum inter se arma concurrunt: Bannerius, qui in hybernis in episcopatu Magdeburgi quiescebat, audita pace, inter Cæsarem, & Electorem Saxonem constituta; diffidia diuinans, quæ inter Suecos, & Saxones exarsura erant; primosq; hostilium armorum impetus in Magdeburgum, veluti magni ad res Electoris momenti, protinus erupturos; vetera munimenta superiorum bellorum concussibus fatiscencia restauranda, aliosque bellicos apparatus ad urbem propugnandam opportunos faciendos curauit. Quò ad Electorem delato, ille bella pertæsus Bannerio ingentem auri summam obtulit, vt abductis ab eo Episcopatu copijs, Magdeburgum sibi traderet. Bannerius adeo non aliquid Electoris postulatis indulgit; vt etiam in aliquot Saxonum turmas forte incidens contracto illico certamine, vel strenuè se tuëtibus superior numero dissipatis, alteri bello fecerit initium.

Suecorum de Duce Saxone querela,

Dux Saxo se purgat quòd cū Imperatore pacem iniurie

Querebantur siquidem Sueci, quòd Elector parum defuncti Regis meritorem memor, inscijs amicis, ac fœderatis, pacem tantopere Suecis perniciosam cum Cæsare pepigisset. His Suecorum querelis Electori nuntiatis, statim literas vulgauit; quibus factum purgare nitebatur. *Se boni amantem publici fluctuantis Germaniæ quietis cupidum, sine qua illam exteris quatientibus armis extremum excidium latura erat: Pacem cum Imperatore sanxisse, neque alia de causa cum rege Sueco fœdus icisse, nisi ob publicam libertatem tuendam: qua ab Imperatore concessa: sublata esse quoque bellorum causas: quibus adductus cum Sueco Rege arma iunxisset.*

Masilprun

Vlaminos recipiuntur in Cæsaris gratiam

Verms

Hæ tamen litteræ nihil Suecorum iras emollierunt; quinimmo vt omnis amor, cum migrat in odium, in vehementissimas iras exardet: quasi adiectis indignationum incendijs, maximè inflammantur.

Pannoniæ Rex, qui totam hyemen transegerat apud patrem, ex Austria Alisû profectus Vlmæ legatos suis pedibus prouolutos per duellionis veniam supplicibus orantes vocibus, bellumque à se deprecantes audiuit: quos ea benignitate, qua generosa Principû in supplices pectora prædita esse solent; exceptos venia concessa, dimisit.

Galassius iussus à Rege ad aliquam bellicam expeditionem prodire, traiecto ad Philisburgum Rheno, Vormatiam copias adduxit, quòd oppidum medium inter Mocontiacum, Franchentaliamque iacet: cuius nongentorum non amplius militum præsidium cum tanti ambitus vrbi tuendæ se impo-

*Vormath.
Galaffo
se dedit
cum alijs
urbibus.
Menin-
ghen.*

impotens futurum videret, ciuesque demissis animis, nihil præfidiariorum virtuti, animositateque responderent: priusquam Imperialium impetus experirètur, deditone conuenta, Mocontiacū recesserunt. Vrbs etiam * Dru-somagus aliarum liberarum vrbium exempla sequuta Pannoniæ Regis supplex genua amplexa errati veniam humili precatatione poposcit: eadem regia clementia in gratiam restituta. Vrbs etiam Sciornedorffum in Vir-tinguis, opere, ac situ munita in Remsi fluminis litore posita post aliquot mensum obsidium dedita victoris legis accepit.

Dum aliæ, atq; aliæ vrbes victricium armorum terrore compulsæ redeūt ad fidem, Austriaci, vt minaciōibus Galli Regis viribus parè potentiam obij-cerent omni studio sibi fœdere iungendum Carolium Angliæ Regem puta-runt: quod magnas ac inexplicabiles difficultates, atq; obices inuoluebat, quia nisi Vangionibus Palatino restitutis fœdus iniri non poterat, quod omnino Austriaci auerfabantur; ne Bauarum ducem de se optime meri-tum, in quem Cæsar, & septemviri dignitatem, & Vangionum ditionem transtulerat, alienarent. Maximilianus tamen Dux Bauarus veritus, ne Cæ-sar aliquando res eum Angliæ rege componeret, vt sibi illum arctiori nexu cognationis astringeret: missa Viennani splendida legatione, Annam Ma-riam Austriacam Principem Cæsaris filiam vxorem sibi despondendam curauit. Quæ res cum mutuis desiderijs ageretur, Cæsarque Bauari votis magno assensu faueret, vt Electorem eo coniugij vinculo obligatum pœni-tus à Galli regis societate auerteret, ad quam ineundam clam ingentibus promissis sollicitabatur: Annam Mariam Duci Bauaro nuptui dedit.

*Austriacō
Anglum
Regem si-
bi addere
cupiunt.*

Dux Rothomagensis suis copijs Tiriani abūdè resectis, cum Germanos à se fugatos, aliquot cohortiū supplementis agmine restituit, se ad * Hor-mias aquas crectis aggeribus munijse, accepisset: & ad se petendum de-scensuros, iamque Mazzium vsq; pagum hostiliter procurrisse, cum quatuor-peditum millibus, & equitibus trecentis contra hostium stationē vadens in vigillum conspectum se dedit: sed Cæsareis intra munimēta in edito se loco tenentibus, cum ardui ascensus iniquitas congregi prohiberet, sagaci cōsi-lilio, vt Germanos ab eo superiori loco in plana deduceret, simulato metu conuerso agmine, quasi fugiens Colognium vicum supra Tirianum secessit, ibique æquiori statione potitus insidias inter quosdam stirpium, virgulto-rumq; cespites instruit; eodēque vestigio hærēs hostiū expectauit incursum.

*Dux Ba-
uarus Cæ-
saris filiā
ducit v-
xorem.
Bormio.*

*Dux Ro-
thomagi-
sis contra
German-
nos.*

Germani eo timido Gallorum receptu animo confirmati, vana fiducia Abdua Mazzij ponte transmisso, contra Gallos audacter pleno gradu con-tendunt, ninaces vlciscendarum cladum tempus adesse. Verum Rotho-magensis sensum referens pedem militari astu ad insidiarum locum dedu-ctos, conuerso repente agmine, tanto impetu aggressus est; vt Germani ino-pinato attoniti casu contenta fuga redierint: sed cum Rheti à Germanorū tergis pontem abscidissent, paucos admodum fuga seruauit, aut enim am-nis fluctibus hauctis pereundum, aut Gallorum ferro cadendam fuit. Hanc tamen victoriam Rothomagensis exigui fructus ratus futuram, nisi etiam

*Rothoma-
gensis Ger-
manos sum-
dit. & ca-
dit.*

Galli Balnea & Hermias equas ob- tinent.
 Hormias aquas, & Balnea exactis Cæsareis recepisset, accitis præcipuis cohortium præfectis, de ijs locis expugnandis in commune consuluit. Mõte- sierns castrorum Mariscallus Gallus eques summæ indolis, belliciq; vigoris eius expeditionis obeundæ curam suscepit. Qui tanta ferocia ijs locis suc- cessit, vt quamuis per emnētium crepidinum deiectus, & salebras arduus esset ascensus, ac in tribus per internalla locis tranuersis arboribus, fixisq; vallis, quæ firmis præsidijs defendebantur, impeditus: superatis tamen vio- lentissimo impetu obiectis aggeribus, transensq; vallis, loco potitus sit, primo ingressu obujs quibusque nullo discrimine obrûcatis. Inde promo- to ad Balnea agmine, quamuis ea quidam stator maior cum ducentis Ger- manis peditibus incredibili virtute, strenuitateque tueretur; nihilominus deiectis Cæsareis, stationem adeptus est, sed cruenta sane victoria; cum cẽ- tum quinquaginta pedites Galli cum ipso duce Montefiero saxo à femina in incertum contorto caput isto in ea oppugnatione ceciderint.

Cæsaris Gussifour gum recu- perant.
 Erant hi in Tellina valle bellici ferè hostilium armorum euentus: cum Austriaci Gustasburgum munitam urbem arcta obsidione compulsam ad vltima, deditione à Batauo vrbe præfecto Noendorfo conuenta, rece- perunt: mille ducentorum peditum, & equitum triginta præsidium cum sar- cinis, & armis Mocuntiacum recessit. Vinmarientis suo voto frustratus quod sperauerat obfessæ vrbi se in tempore subuēturum, ne medius ab Au- striaci ad Mocontiaci vsque portas in festo agmine procurrentibus depre- henderetur; Crucenacum recepit exercitum. Recedenti insitit Cæsarei extremum agmen identidem deterendo; quos egregiè conuersa aliquan- do agminis fronte continuis velitationibus propellebat: sed ab Austriacis aliquot integris superuenientibus equitum turmis, terga dare coactus est, cum aliquo extremi agminis detrimento, quod intra tormentorum Cruce- nachi ictus trepidum aufugit.

Vinmarie- sis ab Au- striacis su- gatur.
 Comes vero Galassius ad urbē Kaiferla terū in Vangionibus vltra Rhenū expugnandā cū valida copiarū parte Azfeltum conuītē misit. Præerat vrbi tribunus Scombechus cum octingentorum selecta peditum manu. Kal. Iulij pulsata mœnia tormentis, productisque loriceis vrbs cepta vrgeri: in quibus excitandis ob validas propugnantium eruptiones plures Cæsarei perierūt. Inter quas memorabilis illa pridie idus eiusdem mensis fuit, qua Austriaci magna cum strage repulsi procul ab vrbe aliquātulum recessere. Quo suo- rum dedecore ira frendens Azfeltus suis peditum legionibus præcepit, vt in mœnia impetum darent, per sanctè obtestatus, si repelli se ab hostibus paterentur, equitum turmis eos trucidandos obiecturum: quas idcirco qua- dratis agminibus mœnia circum obtenderat, vt recedentes sclopolis con- foderent. Quare cum obfessi desperatorum ritu pugnantium Imperialium impetum, superflusamque multitudinem per ruinas peruadere in urbē co- nantem amplius ferre non possent: vrbs vi expugnata est, præsidio maiori ex parte cælo, præfectus accepto mortali vulnere tardatus captus est.

Inde aliarū peditū cohortiū, turmarūq; equitū aduētū iā firmior ad oppu- gnau-

gnandā Franchentaliā successit; cuius præsidium cum vsq; ad decimum septimum Kal. Nouembris urbem fortiter defendisset; nullibi apparente subsidio, urbis deditioem pacisci compulsus est: in quam paucis post diebus, sicut in cæteras Vangionum vrbes, Hispanorum præsidium admissum est.

Franchentalia Cæsareis deditur.

Non tamen ita prosperè Cæsareis res ad vota cedebant; quin Bannerio, Chnipaufeno, Spreutero Suecis Ducibus alia in parte prementibus, laborarent: quorum audaces profectus, vt Saxones interciderent; ad Megalopolim prouecti propè Parchinum confederunt. Verum Bannerius exploratis eorum consilijs, grauioris armaturæ equitatu, cum aliquot moschettariorum equitum turmis, & peditum cohortibus, quarto idus Decembris nocte cõcubia, illuniq; quiescentia Saxonum castra sic improuisus aggressus est; vt subito terrore correpti, atque confusi; à seipsis magis, quàm ab hostibus dissipati, amissis tribus equitum legionibus, pluribus ducibus captis, cū maiori impedimentorū parte, qua quemq; metus abripuit; fugam intenderint. Qua clade commotus Saxo, cū ad Suecorū impetus sustinendos se nõ satis validū intelligeret; in quorū castra noua subinde militū supplementa à fœderatis vndiq; submissa veniebant; deductis Parchino copijs, se Maracino Italo Duci applicuit, qui in Pomerania armis Cæsareis imperabat; iussusque erat Duci Saxoni omnibus viribus, & copijs præsto esse. Quare ambo simul fociatis armis, iusto penè exercitu Suecos terrebant. Bannerius tamen fœuoris hyemis Borealibus rigoribus assuetus Germanici cœli clementioris beneficio vsus campestri bello persequens hostem Hauelsbergum dato in mœnia impetu, expugnauit; quaringentis Saxonibus trucidatis, Frauendorfso tribuno, alijsque præfectis, quatuor muralibus tormentis, totoque bellico apparatu captis; vsque in Magdeburgo vicinum, Salssoque agrum omnia ingenti populorum terrore belli tempestate perfundans excurrit.

Saxones à Suecis dissipantur.

Bannerius Saxones trucidat.

Quocirca Elector Lipsiam versus adduxit exercitum: vbi aliarum Imperialium cohortium subsidio firmatus, Suecicis copijs perpetuis certaminum cœdibus, frequētibusq; præsidijs ad captarum vrbiū custodiam relictis: valdè imminutis, validior, & auctior Sueco insultabat: Banneriumque recedentem sequutus inter Berlinum, & Spandauum aduersa hostibus castra locauit. Sueci vltrà flumen se munimentis vallarant, vt Austriacos ibi spe prælij detentos fame consumerent, donec expectata vndique militum subsidia à fœderatis acciperent.

Saxones firmiores Suecis insultant.

Rex Gallus interea valido exercitu in Lotharingiam ingressus arces, oppida, quæ etiam num exacti Ducis præsidia tuebantur: non adiuoto tantum armorum terrore, sed etiam ipso Regiæ maiestatis fulmine concussa suo addebat imperio. Qua prouincia ferè tota in potestate redacta: Luthetiam Parisiorum triumphantis more inter hilares populi acclamations inijt; copijs Duce Carolo Valeso præesse iussit. Inde Migliareis dynasta rei tormentaria præfectus, qui à Batauis nuper aduenerat: mense Octobri in Lotharingiam ad Gallica castra missus est, vt ingentem farinae vim ad co-

Rex Gallus Lotharingiam subigit.

Vuertus Gallicos commeatus incipit. *Rex Galus de suis ducibus que ritur.* *Galli cum Cæsareis pugnare decernunt.* *Gallus exercitus soluitur.* *Mocontia cum Sueci Austriaci dedit.*

pias adueheret: sed cum Touli vrbe in Obrinci amnis litore confidens, com-
meatum vehes summo mane exigua cum custodia præmississet; vix amne
transmisso, inopinantibus Gallis, se Vuerti agmen re ab exploratoribus co-
gnita, circumfunditur. Illi, vt in re subita improuiso stupentes malo, partim
nec dum strictis ensibus obruncantur, partim capiuntur; abactiq; omnes
equi, farina gladijs conscissis culeis, humi sparsa, corruptaq; est. De quo si-
nistro euentu Rex acriter conquestus est suorum ducum incuriam, ac
negligentiam incusans, & eo acerbius indoluit; quod sine commeatibus En-
glolisinæ Dux, & Mariscallus à Forzia Lotharingo Duci, & Vuerto aduersi
stare non poterant; iam copijs ad summam commeatum, pabulique ino-
piam adductis. Quamobrem Nancem exercitum reducere compulsi sunt:
quorum extremum Cæsarei agmen assequuti aliquot moschettarijs equiti-
bus, & sarcinarum plastris interceptis, eodem secundi euentus ardore
Lunenillam, & Sanctum Nicolaum oppidum recepere.

Sed quia Galli Duces non parum vicina Galassij arma formidabant: ad
pontem Ossonum conuenere copiarum præfecti cum Cardinale Valletta,
Duceque Vinmariensi; habito consilio quid in ijs rerum difficultatibus ex-
pediret: decretum est omnium consensu, vt cum Austriacis vniuersa acie
certaretur, priusquam tanta commeatum caritate nobiles populares, &
milites tam validi, numerosique exercitus incommodis afflictis dilaberentur.
Quocirca Marimontis campum versus; in quo Cæsarei se eductis pro-
pugnaculis, loricisque munierant: instructa acie procedunt. Sed cognita
ausus difficultate, tentamentique discrimine, Galli Duces cum nec ibi mo-
rari diutius annonæ, omniumque rerum penuria pateretur: omnibus eius
tractus pagis, & villis incensis, Obrinco amne iterum superato, cum iam
hyems appeteret, nobilium turmas ad propria domicilia dimisere; reliqui
nullo tentato certamine, in opulentiora loca recesserunt.

Eodem tempore Henricus Donæ Comes post aliquot dierum obsidium
Mocontiacum à Gallis, Vinmariensiq; destitutum, cum vrbe inferri sub-
sidia non possent; tradentibus Suecis, in deditioem accepit.

Dux Saxo accitis in Hallæ conuentum Cæsareis legatis, & primis copia-
rum præfectis de ratione belli gerendi retulit; an vterius persequendi esset
hostes, an Comes Azfeltus expectandus, qui in castra venire properabat!
Aduerlantibus sibi inuicem sententijs, tandem statutum est; vt traherentur
moræ, vsque ad Azfelti aduentum, quo validiori exercitu tutius hostes in-
uaderent, Magdeburgumq; obsiderent. Lento igitur Marte bellando nihil
memorable vsque ad septimum Kal. Aprilis actum est.

Bannerius animaduersis hostiū cōsilijs, Magdeburgi expugnationē mo-
lientiū; statim ac Azfelti accessu validioribus copijs eā tentare expeditionē
possent: ipse quoq; tribunum Lesleum cum quinque bellatorum millibus à
Vestfalia, aliaq; ex alijs partibus agmina accersiuit, vt æqualib. viribus pos-
set aduersus Cæsareos bellare: propiusq; Magdeburgum accessit, vt eā vrbe
ab imminētibus Imperialibus tueretur; cuius iactura si cōtingeret, multum

Sue-

*Bannerius
Magde-
burgū ac-
cedit.*

Suecorū res deiectiona erat; cū ab eius possessione exercitus alimēta, ac hospitia pēderēt; & ad inuadendam Saxoniam arma mentariū, belliq; sedes, & in alicuius cladis euentu tutissimus esset receptus. Verū prementibus Cæsareis a deo festino agmine properare non potuit; quin illi extremum agmen adepti quadringentis Suecis occisis cæteros in fugam auerterint. Sueci tamen cito hoc detrimentum Saxonibus reposuerunt. Quia cum Saxones elati victoria, spretis hostibus, prædæ cupidi intemperantius, atque animosius palantes excurrerent; Suecus equitatus duabus eorum legionibus foedè protritit, captoque Barnbergo ad Salas litora, cæteros ab ijs populationibus, insolentiaque continuit.

Vranghelius verò aliundè cum octo bellatorum millibus in Marchiam prouinciam inter Pomeraniam, Saxoniam, & Quados, Brandenburgique Marchionatum iacentem inuectus; vsque ad Francofordiæ portas nullo obuiio Cæsareo populatus; pluribus pagis, vicisque direptis, diuites prædas magnumq; armentorum numerū abegit. Cuius repentinus incurfus Vienne nuntiat, Veritus Cæsar ne Francofordiam quoque adoriretur; illico tribunum Vngherum cum quinque armatorum millibus eò properare iussit: procurrentiumque hostium rapinas, populationesq; compescere; cuius exoptato cum Imperialibus copijs aduentu, non parum illorū populorum confirmati sunt animi; hostesq; aliò signa verterūt: vt cum Bannerio arma sociarent. Cuius rei admonitus Saxo Maracino mandauit; vt cum suo agmine ad Viadri fluminis oram federet, vt suo interuentu impediret; quo minus Vranghelius cum Bannerio arma coniungeret.

Vranghelij incurfus.

Sueci Cæsareorum aduentu discedunt.

Decreta est in Electorali conuentu omnium assensu; priusquam ille exoptata cohortium, turmarumque auxilia reciperet, Magdeburgi obsidionis expeditio; atque in id ipsum omnibus apparatibus expeditis, prouisisque oppugnationi rebus necessarijs.

Magdeburgi expugnatione à Saxonibus decernitur.

Elector superato ad Vuirtembergam flumine Albi, cum viginti bellatorum millibus, & octo, & triginta muralibus tormentis, instructa ad pugnam acie Hasfurtū accessit; vbi Bannerius cum suo agmine confederat: Qui ad eum nuntium ex vallo copijs eductis, acie in prælium quadrato agmine direxit; pugnaturus, si hostes incesserent. Quamuis hoc in speciem magis, ne formidare Saxones videretur; quam quod se viribus imparem vniuersæ pugnae fortunæ committere auderet; cum Dux peritus, & prudens non temere confligendum cum validiore hoste putaret. Quare conclamatis vasīs noctu ignibus totis catris ardentibus direpto pago, Verbenum secessit, totū agrum, qua ducebat foeda populatione deastant. Zerbestu substitit quatuor, & viginti passuum millibus procul Magdeburgo.

Bannerij animositas.

Elector aliquot nauibus rebus tormentarijs onustis secundo amne Rosenbergū demissis, ipsi quoq; quinto idus Maij eodē cū vniuerso exercitu profectus est; duobus ex nauibus simul annexis pontibus Albi, Salasq; costratis, iussit comitem Azfeltum cū parte copiarū Magdeburgo succedere; qua * Pheugari Episcopatū spectat: ipse verò traducto reliquo in aduersum

Albano flate

Saxonum Dux Magdeburgum incipit obfidere. litus exercitu, ibidem castra locauit; vbi Comes Tillius in eiusdem superioribus annis vrbs oppugnatione confederat.

Hoc fuit vrbs Magdeburgi obfidionis initium; in qua Chiliarchi Salomon, Adamus, & Thomas Ernestus, Kattus quindecim peditum cohortibus imperabant, seq; validæ defensionis expediebant; Bannerij vicini exercitus auxilijs maximè freti: qui ad Verbenum Albi ponte iuncto, poterat pro arbitrio flumen trajcere, remetiriq; si hostis instaret. Elector cui Magdeburgi expugnatio maximæ curæ erat; veritus ne Bannerio à Pomerania, Vestfalia, Megalopoli expectata militum subsidia venirent; priusquam vrbs caperetur; ac proinde difficilior foret expeditio; omnem dabat operam; vt ceptum opus absolueret. Bannerius è contra non minus frustrandis Saxonum conatibus, quàm suæ gloriæ in ea vrbe seruanda intentus, magnopere laborabat; vt vndique militum auxilia contraheret: sed cum obsessos sulphureo pulnere, pilisq; ferreis deficientibus, insuper iam affligeret caritas commeatum: præfectus his malis compulsijs legibus deditiois vrbs Saxoni cessit; vt armatis suis omnibus telis cum quatuor muralibus tormentis saluis abire liceret. Mille ducenti pedites, & equites ducenti ex vrbe egressi Verbenum vsque Saxonum custodia deducti. Cuius amissio vrbs non mediocriter Suecos Duces afflixit; non tam ob magni momenti locum; quàm quod ea omnium odiosissimi Saxones obtinuissent.

Magdeburgi Saxonum deditur.

Bannerius grauitè de Tribunalium præsidij ducum inertia conquestus, quòd nec dum necessitate compulsi vrbs hosti tradiderint: quæstionem de ijs haberi iussit: flagitauitque frequentibus literis à Sueciæ Regni curatoribus: vt eò arma prouerent: quò Electoris maiora molientis consilia, conatusque præpedirent. Verum Saxo temporis beneficio, occasionisque opportunitate vtens Magdeburgo valido præsidio, & rebus omnibus ad diuturniorem etiam propugnationem necessarijs benè firmato, acceptis in supplementum aliquot peditum cohortibus Sparnembergo, & Groyo tribunis, victorem exercitum contra Verbenum promouit: eo cõsilio, vt Bannerium inuaderet; priusquam ille expectata militum subsidia reciperet: sed Bannerius maximè cautus, & prudès cum nec dum committendi prælij opportunum tempus cognosceret, inter Domitzium, & Lauenburgum ad Albis litora secessit, Verbeno numerosa præfidiariorum manu firmato. Electorales profecto indè Bannerio Verbenum adorti: quatuor diebus, quòd præfectus perierat, expugnant: cuius amissio vrbs non exiguum commodum rebus Saxonis afferebat: quod Albi imposta profluenti Hafflæ aduersa commeantibus vltro, citroque nauigijs opportunam stationem præberet. Haffelbergum pariter Saxoni victori succubuit. Quæ oppida cum in Brandenburgi ditionem aditum panderent: Saxones hanc quoque vrbsm corona capiunt.

Saxo dux ad Verbenum oppugnandum cõtendit.

Saxonis Verbenum expugnat.

Bannerius in Megalopolim recedit.

Quare Bannerius cū nusquã optata militum subsidia apparerent propiusque exercitus hostilis accederet: sublatis à Domitzio signis, ad Megalopolitanos fines seduxit exercitum: vt cum Lesleo sua arma coniungeret.

Iam

Iam præstituti Ratisponensi conuētui habendo effluerāt dies; cū Cæsar cum ornatissimo aulæ procerum, legatorumque principū comitatu Vienna, Linzium profectus, ibi aliquot dies substiterat; vt dynastis, principumq; ministris maturandi itineris, perueniendique spatium daret. Iamque Montiaci, Colonizque Electoribus, Saxoniz, & Brandeburgi conquisitoribus; alijsque præcipuis principum legatis, qui Imperialibus comitijs interesse debant, præsentibus; Cæsar Linzio Monachium, atque inde Ratisponam splendida pompa progressus septimo idus Augusti, comitia celebrare aggressus est: in quo de tribus præcipuis rebus referebatur.

Cæsar Ratisponæ ad comitia præfiscitur.

Primum cum Cæsar iam ingrauescentibus annis, effætaque ætate longævus viribus corporis destitutus inutili senio languesceret; Romanorum Regem esse creandum. Secundum de Treuirensis Electoratus rebus decerneretur. Tertium in pristinum splendorem Imperij restituendi ratio iniretur, quod si obtineri non posset: bellum contra pacis turbatores continuaretur. Ex quibus propositis ab Electoribus cito cognitum est eò tendere Austriorum consilia; vt Romanorum Rex, Ferdinandus filius diceretur. Quod illi assequuti parum de reliquis laboraturi erant. Quocirca quidam censuere priusquam Regem Romanorum iuberent, de cæteris rerum capitibus decernendum: vt Austriaci magis publicæ quieti studerent. Sed omnes exorientes difficultates Hispanorum dexteritas sustulit, qui varijs artibus Electorum animos demeriti quocunque eos pro arbitrio compellebant. Tandem post varias altercationes Austriacis partibus, & ministrorum Hispanorum officijs turbulentias à Gallis, & Suecis comitijs inuectas prægrauantibus, vndecimo Kal. Ianuarij. Pannoniæ Regem Electorum suffragia Romanorum Regem crearunt. Quocirca in omnibus Austriacis prouincijs tam publicis, quam priuatis summæ lætitiæ declarationibus nocturnis ignibus, lætis tormentorum mugitibus Regis Ferdinandi electio celebrata. Sicuti è contra in Gallia pugnacis gentis in dies magis ferocientibus animis, vulgatum est: Ferdinandum Romanorū Regem vitio creatum; non ambitu, ac prehensione eblandita suffragia; sed violenter extorta: suam libertatem Electoribus defuisse, alijsq; rationibus Ferdinandi electioni allatrati.

Proposita in Electorali comitijs.

Ferdinandus filius Romanorum Rex creatur.

Gallorum indignatio de Ferdinandi Electione.

Expediebantur vbique arma, ac bellici apparatus summa sollicitudine ad cæptum bellum continuandum, instruebantur. Bannerius à Megalopoli profectus, quatuor bellatorum millibus à Suecia, ac Pomerania acceptis; iunctis cum Vranghelio copijs prope à Saxoniz fines constitit. Quod vbi Elector, Azfetusque Cæsarei exercitus ductor didicere: sua protinus militum agmina in Suecos immittunt; quibus pari audacia vadentibus in hostem, inter vtriusque partis equitatum plusquam leue prælium efferbuit: in quo dum Saxones identidem suis subsidia submittunt; Sueci simulato in quendam vicinum saltum receptu, repentino in hostium terga volatu postremi agminis terga ensibus pulsant; quo improviso impetu territi Saxones duabus peditum legionibus amissis, fugam capessunt. Sed receptis iterum animis, sistente se fuga, audacioribus in pugnam redeuntibus, ita fer-

Saxones à Suecis fundantur.

uidum prælium exarsit: vt nullus dubitauerit, quin eo die vniuersa acie certaretur. Sed præualentibus Suecis, Saxones in quædam eminentiora loca aggeribus, loriceisque munita receptis agminibus affilientes vndique ferociter Suecos strenuè repulerunt, amissis tamen duobus militum millibus, quadringentique impedimentorum plaustris.

Prouectus inde huius fauore victoriæ Bannerius cum vniuerso agmine: vt iter Cæsareis intercideret: eos assequi non potuit: quia illi densatis ordinibus, instructoque receptu, Albi ad Verbenum iterum superato, in vicinos Lipsiæ pagos concesserant: vt ibi expectata Getzij, & Elisingi Germanorum ducum subsidia reciperent. Bannerius vero Helmestado, & Eghebo copijs applicitis non procul Magdeburgo breui oppugnatione ea loca recepit: cum Azfeldus viribus inferior in Ercinium saltum se cum toto exercitu condidisset.

*Ferdinã-
dus Secũ-
dus extin-
guitur.*

*Ferdinã-
di Cæsã-
ris dotes.*

Dimisso Ratisponensi conuentu, vbi Cæsar plures dies habendis de bel-
licis rebus consilijs egerat: Viennam regressus minus belle se habens cum
leuari ægritudinem, minuique morbum speraret; omnium membrorum ri-
gore, febrique maligna correptus nouem, & quinquaginta annos natus vi-
ribus defectus decimo sexto Kal. Martij cum summo omnium nõ principũ
modò, Germaniæque populorum, sed etiam exterorum Regum dolore spi-
ritum reddidit: pijsissimus certe totius Christiani nominis princeps, ac cerri-
mus Catholicæ fidei vindex, quam vt intaminatam tueretur; promoueretq;
plura bella susceperat: quorum Deo auspice fuit plerunque ingenti cum
gloria victor. Sueco Rege nec dum bellum in Germaniam moliente, ante
suos pedes flexis genibus procumbentem Germaniam vidit. Erat corporis
habitudine sanguinea, mediocri statura, aspectu maiestatis pleno. Venationis, & musicæ voluptatibus tenebatur; vt & corpus exercitatione firmaret, & animum musicis modis tetricis Imperij curis mœrentem leuaret; Qui in ipsius benigno vultu figebat obtutum nescio quo arcano amoris illicio in eius amorem, venerationemq; trahebatur. Erat enim affabili, benignoq; ore, modesto, grauique intuitu, qualis tantæ maiestatis principem deceret. Duodeuiginti annos tenuit Imperij fastigiũ; quo spatio constanti, fortique animo semper bella sustinuit contra Gabrielem Bethlemum Daciæ principem, Electorem Palatinum, Rebelles Bohemos, comitem Mansfeldium, Halberstatum, & Daniæ Regem; deniq; contra Sueciæ Regem, à quo Lipsiana pugna eius exercitu superato, qui aliorum omnium victor extiterat, liquido animaduertit, Mätuano bello, quod Hispani priuatis acti commodis persuaserant; suis viribus infirmatis, quæ eum toti Germaniæ fecerant formidandum: multum de sua potentia, existimationeque decessisse: Victoriarum gloriam Diuinæ munificentiæ acceptam ferre consueuerat: quæ sicuti eius moderatum animum à pristino habitu non efferebat: ita aduersi rerum euentus omnia à Deo profecta, dataque piè, ac hilariter suscipi entem non deprimebant. Vigebat in aula eo imperante pietas, ac religio intemeratusq; Catholicæ fidei candor. Erat propenso maximè animo

in

in clementiam: qua generoso animo iniurias, offensasq; condonabat; claritatis, & famæ gloriæq; appetens: quâ magnis virtutibus, præclarisq; artibus, adipisci studebat. Magnifica meritorum præmia, quibus ducû labores munerabatur: summaque in omnes, qui sibi fortem, fidelemq; operam præstitissent, munificentia, exteros iuxta, ac populares suos in sua obsequia compellebat. Probitas aperta sine fuce, sibi perpetuo constans hæresibus maximè infesta. Denique huiusmodi erat, vt meliorem nec optare principem, nec habere christianus orbis potuisset.

Nec tamen triste Cæsaris morte iustitium arma continuit; quo minus solito feruore perstreperent. Cæsarei vndique militum agmina contrahebāt: vt Suecis nouis militum supplementis acceptis, validioribus obsisterent. Bannerius è statiuis copijs eductis, latè circum vicinos agros populatus in Franconiam ducebat; quacunq; transfret veluti violentus turbo prorueis omnia Lipsiæ promouit exercitum: quam tantum non impetu cepit nisi Azfeltus aliquod Luneburgi ducis Georgij peditum cohortibus in urbem inductis, præsidium firmasset.

Bannerius cum neque loci situs iuuaret; neque satis validas ad hostes laceffendos ad pugnam copias haberet: delapsis inter eundû militibus, inter Lipsiam, & Torgauum copias recepit. Neque hic se satis nisi maiori militum numero addito, tutum ratus, ad se supremum aciei statorem Stallhâsum acciuit. Luneburgi ducis consilia explorantem; qui Sueciæ Regni se hostem professus Malgaufeno occupato, omnes illas vicinas regiones hostiliter prædabatur: decreuit in ijs locis subsistere; donec Stetinum è circumiectis pagis, & villis messes conueherentur, quo se recipere cogitabat: vt eius vrbis, marisque beneficio Imperialium destinata frustraret.

Inter hæc Vuerthus Hermesteinum vehementissimè oppugnabat, nullo tamen circumdato vallo: sed positis circumquaque stationibus, circûfederat. Cuius præfectus eiectis pueris, sceminis, senibus, aliaque inutili turba, ne validiorum alimenta consumerent: non minus vrbi propugnandæ, quàm Cæsareis oppugnandis omnia sollicitus opportuna parauerat. Sed Vuerthus non tam ob Imperialium armorum, sui que nominis existimationem, quàm vt Mocontiaci, Coloniæque Electorum vota perficeret: quos molesti huius præsidij incurfus assidue infestabant; nouis militum supplementis acceptis, acrius instans cœptum opus absoluere maturabat. Galli verò, quorum magni huius possessio arcis intererat; tum propter opportuni stationis commodum, tum ad retinendum bellicum Gallicæ gentis decus, non minori sollicitudine eâ curabant, quæ Imperialium conatus irritos facere possent: obsessis significarunt subsidia arci inferenda parari, penèque in expedito esse, proinde constanti ac præsentis animo forent in arce fortiter propugnanda.

Ramesay dynasta Scotus eques Hânau præfectus præcauens ex Hermestaini iactura suæ vrbs obsidionè, oppugnationeq; profecturâ, sollicito versabat animo, cômôraturq; rônè, qua obsessæ vrbi potissimû subueniret, & vt erat

Bannerij
irritus conatus.

Vuerthus
Hermestainum
oppugnat.

Ramesay
dynasta
versus.

vt erat sagaci, solertique ingenio inuentorum, machinarumq; artifex mirus, stratagemmataq; ad suū vsum, fructumque vertere maximè callidus, communicato cum quibusdā Offembachi nautis suo consilio, ingentibus oneratos promissis impulit vt rem perficiendā susciperent. Duobus igitur onerarijs nauigijs pluribus tormentarij pulueris cadis, sale, carne salita, alijsque rebus illatis, quibus opus erat obsessis: Francofordiam secundo flumine deuehuntur; vbi pontem appulere nauigia, à vigilibus interrogati, quo cursum intenderēt? ipsi simulant esse quasdam cucullatorum sarcinas; qui Mococtiacum ad comitia ibi à patribus celebranda proficiscébātur. Quo circa nihil vterius vigilibus inquirentibus, nec re diligentius excussa, felici cursu apud ceteros quoque vigiles eadem causati, mentitiquæ obsesā urbē adnauigarunt. Quo accepto commeatum rei que tormentariæ subsidio, quamuis pro vrbs inopia tenui, malignoque præfidiarij alacriores resumptis animis, ad propugnandum fortius urbem insurgunt. Sed Vuertus nihilo seciūs tormentis, incendiarijsque pilis, crebris impressionibus premit obsessos; quibus cum à Gallis ob finium distantiam, quòd ad recipiendum in tutum exercitum, conuehendosque commeatus, munita circum loca deessent: premente in dies magis urbem alimentorum inopia, Saludix dynasta præfectus assentientibus cæteris præsidij ministris, vrbs dedicationem ea conditione pactus est; vt cum impedimentis, & armis exirent. Quibus egressis Colonienfis Electoris milites ineunt urbem, vt eam Treuirrensis Electoris nomine obtinerent tamdiu; donec se ille cum Cæsare conciliaflet; aut alius Elector ei suffectus fuisset.

*Obsessa
vrbs subsidio
infertur*

*Vuertus
vrbs fame
domita
cedit*

Huius vrbs expugnatio cum omnia impedimenta sustulisset; quæ Cæsareos in ijs partibus distinebant: Vuertus Hannauū obsidionem tacito animo agitabat; quòd plurimum Cæsaris rerum interesse videret, si capto Hermestaino, Hannauum quoque victoriæ faceret autarium; & eò magis quòd cum in ea pugnacissimus, peritissimusque præfectus cum strenuo, validoque præsidio curaret; non solum vicina circum loca continuis excursionibus habebat infesta; sed etiam finitimos populos perpetuo terrore pro sua salute excubare, tela identidem strigere compellebat.

*Vuertus
Hannauū
obsidione
circundat*

Traiecto igitur Mayno Hannauum vndique circumducto vallo, coronat: in ipsoq; aditu quoddam propugnaculum extra portam à Suecis erectum ad distinendum longiūs hostem, inuadit; sed ita fortiter Imperiales à Suecis excepti sunt, vt pluribus cæsis, à malè tentato propugnaculo reiecti fuerint. Verum Vuertus propius urbem productis loriceis prouectus; speculatusque circumiecti agri situm, viciniora mœnibus cætera munimenta promouit; quibus in arduum excitatis, inanes reddidit eruptionum conatus. Nam cum Sueci armati eniti ad munimentorum fastigia non possent; manibus, pedibusque per valli reptantes crepidinem hastis petiti consorsique cuspidibus per loricarum deiectus dabantur in præceptis.

Vinmariensis Hannauo timens Rhenum cum vniuersis copijs transmittit: vt Vuertum ab ea obsidione, oblato armorum terrore decutiat: aut il-

lius

lius iacturam aliqua capta vrbe compenſet . Quod Vinmariēſis conſilium animaduertens Dux Lotharingus , maiori audacia quā viribus , hoſtem tranſitu intercluſurus aggreditur . Atrox primum , cruentaque pugna inter vtroſque committitur ; ſed Vinmarienſis ante primos ordines acerrimē dimicantis impetu pulſus Lotharingus , quadringentis è ſuis amiſſis loco cedens in Sequanorum comitatum ſeceſſit , vt eam regionem à Gallorum incurſibus tueretur : à quibus ab Aeduorum ducatu , & à Sebuſianis , vbi Longauillæ dynaſta ſex bellatorum millibus præerat , quotidianis incurſibus vaſtabatur . Vinmarienſis per loca circa Rhenum metu latè diſſuſo , Cæſarei quaſi ſuum ominati excidium ſuis oppidis deſtitutis , pars Argentoratum , pars in Heluetios cum rerum cariffimis reſeſſere .

Lotharingus cum Vinmarienſi præliatur

Funditur Lotharingus Breſſa

Bannerius interim è ſuis ad Torgauia caſtris varias equitum , peditumque manus ad prædandam , excindendamque latè prouinciam emittebat ; quòd cum Dux Saxo ægerrimē pateretur ; nec ſibi ad comprimendos hoſtiles incurſus ſatis virium eſſet ; grauitè de Imperatore conqueſtus eſt ; quòd in Pragenſi ſœdere conuenta ſibi militum ſubſidia non mitteret : oportunam illum repellendis , vlcifcendisque hoſtibus opem propoſcit . Cæſar coacto Viennæ purpuratorum conuentū , decretum eſt ; vt Electorem validis miſſis auxiliariis bellatorum aliſ omnium virium conatu iuuarent ; ne belli incommodis preſum pacti cum Cæſare ſœderis pœniteret . Galafſius igitur cum firmo exercitu ſubſidio Saxoni properare iuſſus eſt ; qui ſociatis cum Azfeldio armis contra Suecos feſtinat ; vt eos quā primum naſtos inuadat . Sed Bannerius inueteratæ prudentiæ Dux tot vndique ſe prementibus Cæſareis , in Pomeraniam reſeſſit ſed tardiùs mouentem , & pro commodiori , tutiorique via breuiorem ineuntem , vt ad Viadrum priùs perueniret , quā ſe Cæſarei aſſequerentur ; relictis præ nimia feſtinatione ſparſim in itinere infirmis militibus , equis , ſarcinis , tormentis , Cæſarei ferociter inſequentur : adepturi certè , niſi eos ipſe magnis itineribus præuertiffet : & quia Torgauia niſi iuſto prope exercitu defendi non poterat illam deducto inde præſidio deſeruit : traiectoque natatu amne Viadro , non prius quieuit , quā Landſpergam munitam urbem in noua Brandeburgi Marchia in Vartæ litore ad Sarmatiæ fines attigiffet . Neque ibi ſe ideo tutiorem ratus , tot circum Cæſareis vrgentibus armis , Stetinum vſque proceſſit .

Dux Saxo de Cæſare queritur a quo ſubſidia mittuntur

Bannerij repidus receptus

Galafſius eius porro veſtigia legens Landſpergam productis tormentis , aggeſtisque loriceis omnibus bellicis machinis quatit ; breuique Cæſareis aggeribus contra hoſtiū miſſilia obtentis , in foſſā vſque prouectis Germanas legiones dare impetum in mœnia iubet : quæ e ius vrbis potiendæ cupida ; vt tot itineris , militiæque laboribus aliquo preclaro edito opere facerent finem ; per mœnium riuas in urbem eniti contendunt . Obſtirere fortiter Sueci ; Germanoſque omni telorum , miſſiliumque genere , repulerunt . Galafſius aut ſuorum ignauiā , aut victoriæ mora iratus ; cum ſi quadriduū etiam in illius vrbis oppugnatione hærendum fuiſſet ; deſluere

Galafſius Landſpergam aggreditur

exerc-

exercitum, dissiparique copias, aut cœpto abire oporteret; alium ferociter impetum parat; assiduisque munimenta tormentorum pulvisibus demolitus, adeo terruit propugnantes; ut aditum præfectum orarint; ut cum Cæsareis deditionem pacisceretur. Verum ille bellator egregius, cui certum erat mori potius quam bellicæ virtutis gloria; quam cum ignaviæ dedecoris nota vivere; vsque ad vltima urbem tueri se velle respondit: qui in mœnium ruinas strenuè dimicās hostium multitudine potius, quam virtute, vna cum urbe, suisque præfidiarijs oppressus interijt.

Landsperga capitur à Germanis

Galassius ad Anclam cum exercitu

Galassius ab Anclami oppugnatione recedit

1637

Vinmariensis in Alsatiam descendit

Alsatia

Vuertus contra Vinmariensem proficisci iubetur

Vuertus Gallos fundit

Expugnata Landsperga, direptaque Cæsareis nulla mora Pomeraniæ signa intulere, eandem fortunam sibi propitiam fore arbitrati: sed, ut est omnium rerum vicissitudo, sus, deque humana versantur; in Anclami oppugnatione illa felicium armorum prosperitas hæsit. Bannerius siquidem acceptis validis peditum, equitumque subsidijs, ad Volgastrum expositis in Grypswaldi agro sedens, frequentibus excursionibus Cæsarea castra carpebat; intercipiēbatque commeatus. Quare Galassius cum ad continuandum obsidium necessaria deficerent; octingentis militibus amissis ab ea oppugnatione in Marchiam nouam discessit; ut ibi statiuorum quiete fessos milites recrearet.

Dux Vinmariensis in Triboces ingressus, & Cæsareos, & præcipuè ducē Bauarum terruit: utpote eius provinciæ finitimum; quam si Suecus occupasset; futurum erat, ut Vindelicia quoque opportunior hostium pateret incurfibus. Quo circa ut ingenti malo occurreret: iussit Ioannem Vuertum, Hanauī obsidione relicta, suis copijs in Triboces inductis, exploratisque Vinmariensis consilijs, illius copiarum obiectu conatus infringere; Vuerto non erant amplius, quam sex bellatorum millia, exigua certe manus ad illam, quam contra bellaturus tendebat duodecim veteranorum militum, millibus validam, præter expedita subsidia, quæ à vicinis Gallis suffici poterant. Substitit in Vangionibus in Vinmariensis conatus intentus qui cum Rhenum trajicere ponte non posset; ut commodius Brisiaci obsidionem aggrediretur à Gallis summopere expetitam: cōquisitor ab aula cum pecunia missus est; opus maximè promouente Manicampi dynasta è Longuaille familia superiorum Tribocum præfecto, à quo inter Argentoratum, & Brisiacum Rhenus fuit ponte iunctus; atque ad eum tuendum erectum ultra amnem propugnaculum; qua in Virtinguos itur, exclusis Suecis, solito principum popularibus suis magis, quam exteris fidentium more, octingentorum Gallorum præsidio firmatum. Sed quia Galli ex gentis ingenio remissius in pontis custodia agebant, Vuertus Gallorum fœcordiæ per exploratores admonitus Philisburgo silenti agmine ad Rhenum profectus Gallicum propugnaculum improuisus aggreditur; captisque fere omnibus Gallis, aut occisis, surgentem munimentorum structuram demolitus pontem disiecit. De quo accepto incommodo datis ad regiam aulam literis, Vinmariensis acriter de Manicampi negligentia conquestus est: cui idcirco in Galliam reuocato Motosferi dynasta sufficitur; sed exigua fœrciendæ,

da, reparandæque cladis spe; cum post eius infelicem pugnae euentum fratri Gallorum amici, deiectione nihil contra Bauaros tentare auderent: audacior vero Vuertus, qua ratione maximè nocere hostibus posset, solícite excubans à Mocontiaci Electore admonitus est de Gallorum consilijs; que ille per quòdam arcanum exploratorem penetrarat, ea esse, vt ad reliquos Triboces subigendos Vinmariensem mitterent; ille cum vniuersis copijs propè Suecorum castra prouehitur inter Basileam, & Brisiacum sedentiũ.

Vinmariensis ad Vuerti nuntium accessus educto in aciem exercitu, voluit experiri, an ille ad confligendum, an ad sua dolis impedienda consilia venisset, sed Vuertus multo numero militum Sueco inferior, in æquioribus locis iubet signa subsistere; vt Sabellum Romanum ducem, & tribunum Mercium expectaret, ambos iussos à Cæsare cum Vuerto sociatis armis, communibus consilijs, & viribus Triboces contra hostem tueri.

Bannerius iunctis cum Vranghelio copijs consulit, quid esset ijs viribus potissimum aggrediendum. Multa animo occurrebant opportunè molienda; sed nihil in præsens vtilius visum est, quàm vrbis Gartzij recuperatio paulo ante à Galassio expugnata: tum vt illius præsidij incursum insolentiam ab ijs regionibus amoueret; tum vt ad maiora audenda sibi aditum aperiret; vbi maiora militum agmina, quæ in Suetiæ Regno, & Prussia à Suecorum ministris, & ducibus comparabantur, in castra venissent. Gratio non satis contra hostium impetum munito, populo etiam maiori ex parte ex Protestantium hæresi suorum principum dominatum respectante, milites præsidij non minus intestinas auersantium Cæsareos ciuium insidias, quam externam Suecorum vim, armaque veriti se se Bannerio præcipiti formidine dederunt. Qui vt aliquam gratiam Imperialium inertie referret; eos reclamantibus, ac acerbè querentibus ciuibus, pet vim sibi erepta reposcentibus cum impedimentis, & armis abire passus est. Inde Bannerius ex eo felici successu ferocior Verbeno copias admouit, atq; omni machinarum apparatu oppugnationem aggreditur. Sed Saxones præsidij præpropera desperatione, non expectato Suecorum impetu, urbem hostibus tradiderunt pluribus infami perfidia ad Suecica signa dilapsis.

Saxo Elector, & suorum transfugio, & vrbis iactura ira fremens Suecorum viciniam formidans imminenti suis ditonibus à Sueco excidij periculo diserte explicato Cæsarem militum, pecuniarumque auxilia, ex foedere, obligataque fide proposcit. Quamobrem Cæsareum consilium cognita rei grauitate, quamuis æraria pecunijs exhausta nulla omnino stipendia præbere possent, trecenta tamen tolerum millia ad Galassium missa sunt; ijs mandatis, vt copijs stipendia ad mensuram ad lenandum molestia Saxonem properaret: ille & pecunia, & quiete aliquantum exercitu restituto è statuis mouit contra Bannerium; qui nec dum tantis viribus firmus, vt posset solus contra Imperialium, & Saxouem victæ potentia resistere, abductis Verbeno copijs, inter Denütium, & Stetinum castra munit; eo consilio sicut nuper fecerat, vt procurribus commeatibus intercipientis, infestaque

Vuertus
propè Sue-
cos acce-
dit

Gratio
Sueci re-
cipiunt

Verbeno
quoque ijs
deditur

Galassius
contra
Bannerium
mittitur

disque vijs , fame potius , quàm ferro hostes vnde venerant , redire compelleret .

Quo circa Saxones libero circa Verbenum campos potiti urbem facili Marte, exactis hostibus receperunt, Galassius verò, Demmino magni momenti Pomeraniæ oppido ad Megalopolis fines in Peinæ fluminis litore succedens post paucorum dierum oppugnationem urbem se hoste dedente, adeptus, additis ad militaris disciplinæ leges munimentis, ferè inexpugnabilem fecit: sicuti etiam Volgastum, pleraque eius tractus oppida, astructis nouis propugnaculis reddidit munitiora.

Varij Galassij & Saxorum progressi

Impellebantur vndique à Cæsareis Sueci; & quasi mutata fortuna nuper victores, & tota Germaniæ formidandi repente profugij ab Imperialiū armorum congressu fugiebant. Latitabat in Tribocibus superioribus cū suo exercitu Vinmariensis sollicitus magis, quomodo milites aleret; quàm quæ ratione hostes vrgeret; maiusque illi cum annonæ penuria, quàm eum Cæsareis negotium erat. Quia cum virium defectu Rhenum trajcere nō posset, regio bellorum cladibus, malisque consumpta, atque vastata peragranda erat: & pabuli inopia non trigosior modo equitatus poterat stare vestigio; sed etiam dilabentibus equitibus ad exiguum numerum reductus erat. Idcirco fame premente commeatuumque inopia languentibus copijs, à Gallo Rege statim in eius prouincijs enixissime flagitauit.

Vinmariensium copiarum difficultas

Rex veritus, ne Vinmariensis rebus suis desperans cum Cæsare conueniret: copiarum statius eum terrarū tractu attribuit, qui montes Franchi appellatus nec dum etiam bellorum incommoda senserat: in quem veluti hostis contra inermes incolas copijs inductis, cum mediocri commeatuum, pabuli, equorumque ad amissū equitatus supplementum prouentu hybernauit. Fœdum visu sanè miserabili illudentis rebus humanis fortunæ ludibrio, seminudos milites, equites destitutos in pedes, principem paulo ante Suecicarum partium ducem, magnique nominis, ac gloriæ apud vniuersos mortales imperatorem vitæ alimentam emendicantem inglorium, indecorem apud eos ipsos, qui se eius societate iactabant, intueri.

Angebant hæc sane infelicia aduersa ingentis animi Ducem, & cum se à suis, & à Regia Gallica aula parui fieri intelligeret: aliquid præclari audendum putauit; vt amissam bellici decoris existimationem generoso aliquo ausu repararet. Nemini itaque suo detecto consilio, Ianuario mense exeunte importunissimo anni tempore, quo omnia hyeme claudente, silentibus armis bella quiescunt; educto è statius exercitu, repentino impetu Lauffeburgum in sinistro Rheni litore Heluetiorum urbem ad motis scalis, applicitoque attiocho aggressus occupauit; transmissoque statim per illius vrbis pontem Rheno, Sechinghenim eadem felicitate, præsidio in ea subita trepidatione attonito vix arma expediente, cepit: totam regionem nullo hoste occurrente diripiens. Quod vbi in Galliam nuntiatum est, Vinmariensem quasi è graui veterno experrectum, excusso torpere, suo pristino decore digna moliri noua, inexpectataque volupta Galli perfusi

Vinmariensium generosa consilia & audacia

pro-

procures non solum quòd in eam partem arma Cæsarea auerterentur; sed etiam quòd se ingenti explicatos cura viderent, quam dux pugnax, & feruidus, copieque omnium rerum inopes afferebant.

Quare vt ipsius animum ad maiora ineunda firmarent; aliquantum illi pecuniæ in militum stipendia miserunt; spe prompti, citique subsidij insuper adiecta. Quo ille animo erectior, ac lætior nulla mora ad Rinsfeldum in sinistro Rheni litore positum inter Basileam, & Lauffeburgum positum obsidendum copias adducit. Huius inexpectati Suecorum motus nuntio Viennam allato: Vuerto Duci illico imperatum est: vt quàm validissimo posset agmine hostium conatus frustraret: qui Cæsareis, Bauaricisque illius tractus copijs statim vna collectis, cum Duce Sabello à Virtinguis se in Brisigauos demisit; vbi cognito Rinsfeldi periculo, iam Vinmariensibus vsque in fossam prouectis; ne in suis oculis urbem pateretur amitti: non expectatis subsidijs, quæ illi vndique mittebantur; coactis in consilium Sabello Duce, Encheforte, & Spreutero supremis acie Itatoribus, communi sententia decernunt; vt protinus illis duntaxat sex bellatorum millibus obseffo oppido subuenirent.

Traductis itaque vltra flumen copijs in conspectum Suecorum venerunt. Vinmariensis pariter nihil metuens Imperialium audaciam educto è munimentis exercitu, maiori ausu, quàm viribus Cæsareos velitationibus prouocauit: post breue certamen, & hostium virtute, & numero obrutus cum suorum clade, & Rheni comitis supremi copiarum legati nece campo cedere coactus est; Rinsfeldoque subuentum ingresso in urbem cum vniuersis copijs Vuerto.

Vinmariensis cum toto tormentorum apparatu, & copijs Lauffeburgum contendit suam nequicquam fortunam incusans. Sed infracti, magnique animi Dux, Rothomagensis ducis præcipue consilij adductus, postera die cum vniuerso exercitu ponte Rhenum ad Lauffeburgum traiecit: vt Cæsarea castra aggredieretur; dum Vuertus, & Sabellus Rinsfeldi incautus otiantur. Sed damnata ab Vuerto illa in vrbis ædibus mora, valido præsidio vrbe firmata, sequentis diei mane reliquis copijs Cardabiancam versus in Brisigauos dimissis, retentisq; cum Sabello Duce, Echenforte, & Spreutero equitibus sexcentis, Rheno traiecto ponè sequebatur cum propè Rinsfeldum in eos exstructis insidijs Vinmariensis exiliens, sequentibus reliquis festino passu cohortibus, omnes breui certamine superatos, captiuos Sechinghenum traduxit.

Omnibus pro cuiusque virtute, ac generis claritate debitus honos habitus est. Sabellus corruptis auro custodijs maximo cum Vinmariensis dolore aufugit in tutum, qui criminis conscios compertos atroci supplicio multauit. Dux Rothomagensis ea in pugna leui vulnere pedem prælitatus rogatus à Vinmariensi, vt tantisper quiesceret dum plaga obligaretur: ipse leui spreto vulnere, suis institit rebus agendis; sed plaga intumescète sanie attractu, contracta gangrena, Conigsfeldi Heluetiorum pago extinctus est.

Vuertas
contra
Vinma-
riensibus
expeditur
Brisigauo

Cæsari
cū Vinma-
riensibus
velitatur

Friburg

Vuertas
& Sabellus
capti-
tur à Sue-
cis

Sabellus
è captiui-
tate liberatur

Dux Rothomagensis moritur

maxi-

maximo, atque acerbissimo Vinmariensis, aliorumque ducum dolore, cum ille exactæ prudentiæ princeps ad ipsius victoriæ consilio, ingenio solertia plurimum contulisset. Magni Henrici summi nostri seculi Imperatoris disciplina militare tyrocinium exegit. Inter arma, bellaque adolescens tantû eo duce profecit, vt ab Hæreticis, quorum superstitionem perditè sequebatur, suorum armorum Imperator creatus armato Regi ex æquo, strenuèque restiterit; donec ei condonato perduellionis scelere, regiæ gratiæ redditus est. Erat ingenio peracri, prouido, cautoque consilio, suaui morum grauitate, aditu facilis, comique consuetudine omnium sibi animos deuinciebat. Erat insuper calliditatis eximia, cuius ope magis, quàm armorû violentia res maximas gesserat. Nullis impensis in alendis; munerandisque exploratoribus parcebat; quos copiarum, ducum, principumq; oculos appellabat. Insignes virtutibus viros præcipue rerum scriptores impense colebat; quorum labor, & stylus principum gesta immortalitate donant, in quo tota virtutis stat solida, ac vera fœlicitas.

Explora-
tores pri-
cipu oculi

Captis præcipuis Cæsarei exercitus ducibus, tantus Imperiales milites terror inuasit, vt nimia trepidatione, nullo hoste persequente, huc, illucque palantes difugerint. Quamobrem Vinmariensis reductis ad Rinfeldum copijs, post quadraginta dierum oppugnationem non citra laborem, ac sanguinem urbem in deditiorem accepit. Cessit etiam Vinmariensi post breuem pugnam Valdshutum; quâ quatuor paucis diebus vrbes adeptus suarum victoriarum nuntio ad Gallicam aulam missa, & suæ bellicæ laudis existimationem recepit, & in genti eos proceres lætitiæ perfudit. Quare ingentibus promissis erecto numerata in militum stipendia pecunia, à Lotharingia duo illi peditum millia in supplementum mittuntur. His firmior auxilijs, & Gallorum studio, & de Aultriacis ad Rinfeldum parta victoriâ animosior Niemburgum copijs adductis, inter Basileam, & Brisiacum, deinde Chitzinghennum vallis aditum claudens, qua in Virtinguos via ducit, expugnauit: vt omnia commeatum, aliarumque rerum tolleret cum Brisia commerca; cuius obsidionem iam dudum tacito animo destinabat. De hoc Vinmariensis decreto ob debiles ipsius vires nihil Cæsarei metuentes nec cômearibus urbem, nec validiori præsidio incauti munierunt. Erant publica horrea frugibus exhausta; nec tam hoste propinquo annona implenda curarunt. Quod vbi didicit Vinmariensis, opportunam suæ reparandæ fortunæ occasionem ratus, hanc omnino præclaram expeditionem suscipiendam putauit; tum vt gloriam, existimationemque suis armis acquireret; tum vt post tot errores, laboresque aliquod sibi stabile domicilium, receptumque pararet: sed ratus Imperatorem, Banarumque Ducem totis viribus contenturos, vt eam urbem seruarent: ad Gallicam regiam aulam scriptis efficacibus literis pecuniarum, militumque subsidia ad destinata persicienda precatus est: Regi, ac proceribus certa illius vrbis potendæ spe fata, si valida ipsi sufficerent auxilia. Rex Longauillæ Duci mandauit, vt Guebriani dynastam castrorum Mariscallum cum quatuor Gal-

Vinmari-
si Ri-
feldu re-
cipit.

Vinmari-
si varia
gesta.

Vinmari-
si Brisia-
ei expedi-
tionis mo-
ditur.

lorum

lorum peditum millibus Vinmariensi subsidio mitteret, qui Lotharingæ longitudinem feliciter emensi in castra ad Brisiacum incolumes profecti magnum Duci solatium, & robur, ingentemque pecuniarum vim ad alios scribendos milites attulerunt. Vinmariensis quatuvis sibi in arcano Brisiacum parare, non Regi cogitaret; officiosis tamen verbis Gallis ministris adblanditus aiebat; *nihil sibi propositum magis quam Gallici Regni incrementum, votorumque suorum præcipuum esse Regis Christianissimi amplitudinem.*

Suecorum, Gallorumque circa Brisiacum apparatus conatusque, ad eam urbem obsidendam ad Cæsarem, Bauarumque Ducem delati, non facile dixerim, quantum Imperialium, Bauarorumque animos perturbarint. Angebat maximè illius urbis discrimen, quam commeatum inopem, debilique præsidio munitâ sciebant & inanibus querelis suâ exoptulabant socordiâ, quod è propinquo hostilibus furentibus armis, tam segniter illius salutem curassent. Trepidum igitur Ghetzio præcipiunt, ut omni subito rupta mora Brisiacum, quam maximis posset, copijs subsidio celeriter properaret; antequam validiora auxilia Vinmariensis acciperet. Quare ille sollicitus coactis raptim in Virtinguis duodecim circiter bellatorum millibus, aliquot tritici, farinæque plaustra trahens Brisiacum versus iter ingressus in Ghitzingheni vallem copias demisit. De cuius aduentu, ac consilijs Vinmariensis edoctus Brisiacum, ubi nec dum loricas, nec munimenta construxerat, copias amotas in eandem vallem induxit; ut Ghetzium præcluso transitu, oppugnaret; cum quo signis collatis primum Suecorum agmen Dubaldo Duce supremo acie statore, cum quingentorum cede repulit Imperiales; multa que commeatibus onusta plaustra cepit. Vinmariensis reiectis Cæsareis, ferocius exultans Brisiaci adipiscendi spei plenus in prima castra regressus vallare aggeribus urbem, excitatis per interualla propugnaculis, magno animi ardore instituit. Hæc conantem ingens è Gallia allata pecuniæ summa ad perficiendam alacrius expeditionem animum addidit.

Cæsarei in Virtinguis reparandis copijs, sarcinæque cladi dum student; exigua tamen tentandi iterum subsidij spe; Ministri Austriaci acceptæ à Ghetzio cladis nuntio perculsi sero animaduernerunt; se in providendo commeatibus, & firmiori præsidio muniendo Brisiacum multum suo muneri defuisse. Non demisit tamen animum Ghetzius; immo collectis, quam potuit maximis viribus, Forbusum, & Bergotum tribunos ad Philisburgum cum duobus Liburnorum equitum millibus Rhennm trajicere iussit; & per Tribocum viam experiri an commeatus in obsessam urbem inferre possent; quod facillè futurum putabat: cum adhuc munimenta, & propugnacula ad pontis caput ab Imperialibus tenerentur: nec Vinmariensis vltra Rhenum copias traduxisset: ut ab utraque parte obsessos vrgeret: cum illius tractus vltra flumen oppida Galli, Suecique tuerentur: totusque

Imperialium Brisiacum obsidens.

1638
Ghetzius à Vinmariensi repellitur.
Vinmariensis Brisiacum obsidens.

Alfatio

prius esse deberet, vt occupato situ castra muniret; propè hoste arma intentante.

Vinmariensis cognito Imperialium itinere, cum tribus expeditis equitū millibus transmissis ad Neoburgum Rheno, in Liburnos equites incidens inita subito pugna, eos fortissimè, diuque repugnantes, trecentis occisis, fugauit: captis tribus turmalibus signis, & aliquot commeatum vehibus. Quo certamine vterius Dubaldus nimio ardore prouectus in Imperialium potestatem venit.

Liburni equites fugantur à Vinmariē si.

Cæsarei dubitant an innadendū sit hostis in castris.

Vinmariensis à Liburnorum cede regressus perficiendis munimentis, extruendisque propugnaculis maiori sollicitudine institit; quo penitus Cæsareos aditu vrbs excluderet. Ghetzius, cui totius succurrendi Brisiaci negotij cura mandata erat: aggrediēdi Suecici exercitus consilium nec laudabat, nec improbat omnino. Sed salubrius, vtiliusq; censebat exercitum firmis munimentis obtentis, hostium castris admoueri, vt obsessi propinqui spe subsidij, in fide continerentur; alacriusque pugnarent; donec expeditis Ducis Lutharingi cohortibus, vtrinque eodem tempore hostium munimenta possent inuadi: sed Dux Sabellus, alijque sentiebant hostium castra protinus aggredienda, antequam exercitus virtute, & numero formidandus commeatum, pabulique inopia dilaberetur, aut incommodis fractus recipiendus esset; quamcunque moram esse damnosam, maiores subinde difficultates orituras; nisi antequam munimenta, quæ diu, noctuque continuato fossorum labore, ab hostibus educebantur, ad iustam altitudinem peruenirent: in humilia adhuc, & semi extructa impetus fieret. Statutū est igitur omnium sententia, vt hoc generosius consilium milites sequerentur, atque hostem in suis ipsius castris inuaderent.

Quamobrem decimo Kal. Nouembris in mollis ascensus cliuium non procul ab hostiū castris Ghetzius progressus propugnaculū à Marféro Chiliarcho defensum adortus, deiectis propugnatoribus occupauit. simulantibus postea Cæsareis quibusdam consulto ignibus in alio tumulto excitatis, se ab ea parte quoque hostium munimenta aggredi velle: vt Suecicæ copiæ se plurifariam diuidere cogerentur: Vinmariensis quo se Imperialium verteret impetus, nescius, rem huc, illucque discurrens sollicito, atque anxio animo explorabat.

Cæsarei vadato quodam riuo, Neoburgum versus supra Brisiacum in insulam descenderunt; propè naualem pontem, quem Vinmariensis compactis simul lintribus tumultuariè construxerat: tantaque audacia Scottorum, Hibernensiumque stationes aggressi sunt; vt nequicquam illos iuuante munimentorum ascensu; superato vallo, hostes eo loco deicerint; Quo felici sociorum ausu Dux Sabellus, Goltziusque cum primo Cæsarei exercitus agmine vterius illati, Ghetzio acie disposita eodem stante vestigio; vt quò necessitas vocaret, accurreret: tanta virtute, ac strenuitate in hostilia castra inuecti sunt à Chitzingheni latere: vt si sociorum impetum Ghetziji acies sequuta fuisset; nulli dubium erat;

Cæsarei in hostiū castra inuecti: Ghetziji sociorū.

quin

quin cum totius Vinmariensis exercitus clade illato Brisfaco subsidio,
 eo die foret debellatum. Vinmariensis huiusmodi incommodo valde
 turbatus suis fugientibus cum quatuor Gallorum, & duobus Germano-
 rum cohortibus superueniens, talem in Cæsareos iam totis exultantes
 campi impetum dedit; vt cum prementem hostem diutius ferre non pos-
 sent; post cruentissimam pugnam, pluribus sociorum amissis, extra, muni-
 mentorum metam eieci terga hostibus dederint. Inde à pugna cruen-
 tus rediens Vinmariensis, repulsis hostibus lætior, acrius institit perficere
 munimenta ac propugnacula ardentius extruere, non ausus contra Ghet-
 zij stipatam phalangem copias educere: qui serò sui pœnitens errati, cum
 tentandi iterum hostium castra occasio effluxisset; post exprobratam sibi
 acerbioribus querelis inertiam, redijt in Virtinguos; vt copias valde immi-
 nutas, & assiduis laboribus, atque incommodis laceras nouis militum sup-
 plementis repararet; expediretq; tutiora consilia; quibus & iniustam dede-
 coris notam deleret; & fortioribus ausis Brisfaco succurreret.

*Cæsareis
 extra ca-
 stra à Vin-
 mariensi
 eijciuntur*

*Ghetzij
 consilia*

Quo circa vires vndique contrahens ingenti sollicitudine auxiliare copias equitum turmas, com meatuque cogebat; vt iterum post tot infelicia, atque improspere tentamenta vltimos conatus experiretur. In Lotharingi præcipue ducis virtute fidebat: qui in Aeduorum comitatu validam bellatorum manum comparauerat: vt à Tribocibus in Succos irruens Vinmariensem ab ea obsidione depelleret: donec illi tantum adhuc virium non esset; vt urbem, ab aduerso Rheni litore posset circumductis aggeribus obsidere.

Interim Sueci citra amnem omni studio, impensa, labore munimenta in arduum excitabāt, ne iterum simile primo discrimen adirent. Subuehebatur Vinmariensi ad copias alendas aduerso Rheno. com meatus; omninoq; illius infederat menti omnes peruincere difficultates, malisque contraire; vt eam urbem acquireret: quamuis illius exitus expeditionis dubius adhuc, atque incertus à mortalibus censeretur.

*Vinma-
 riensis pro-
 posita*

Hispani ministri, qui in aula Cæsarea versabantur: gnari quanti Brisfaco actura non Aultriacæ solum domus, sed etiam Belgij salutis, Aeduorumq; comitatus interesset; sollicita cura, & Cæsarem, & Bavarum ducem vrgebat; vt Lotharingo duci, Ghetzioque præciperent; vt vltimos in ope Brisfaco fereuda conatus impenderent, omnesque vires, ac nifus intenderent; vt obsessos aliquo subsidio illato, roborarent. Illi idcirco collectis in Sueuia, copijs, & in Aeduorum comitatu contracta valida bellatorum ala sociatis armis, Brisfacum ptoficiscuntur; vt eodem tempore ad vtrūque castrorum latus in hostium conspectum venirent: eo consilio, vt saltem à Tribocibus in urbem subsidium inferrent; vbi nec dum etiam Vinmariensis vllis munimentis urbem vallarat: quod non arduum factu futurum fuisset, si vti conuenerant, sociatis etiam armis, concordibusque consilijs rem gessissent. Sed dux Lotharingus nimio concitus ardore, cupiditateq; gloriæ, quam se nullo mali adepturum putabat; si solus vel inuito Vinmariensi, tanti nominis

Burgūdie

*Cæsareis
 subsidium
 Brisfaci
 iterū tenu-
 rant*

*Imperia-
 lium vti-
 le de sus-
 curendo
 Brisfaco
 consiliū*

S. s. 2. duce,

*Bizanzon
Monie.
gliaud*

duce, illati obsessæ vrbi subsidij dectis ferret; Visontio cum sex millium bel-
latorum exercitu discedens per Mariobrigæ, Feretæque comitatus Tha-
num in Triboces superiores cum pluribus comiteatuum plaustris perue-
nit: dum Ghetzius per Sueuiam Basileam versus per Rheni litora tendebat.
Verum de hostium destinatis ab exploratoribus certior factus Vinmarie-
sis, cognita ducis Lotharingi vicinitate, relicto in castris peditatu, vt contra
Ghetzium, si munimenta ante suum reditum inuaderet, tuerentur: ipse
expedita trium millium electorum equitum ala, traiecto Rheno contra
Lotharingum agmine festino tetendit. Lotharingus, pugnam anhelans
Thano cum Bassumpieræ Marchione rei tormentariæ Imperatoris præ-
fecto, & Mercio, Diuicque Martini dynasta, alijsque ducibus, & tribunis
procedens prope Sennesum exiguum pagum Vinmariensem adeptus inua-
sit. Sæuius & ducum virtute se se strictis gladijs certaminis periculis immi-
scentium, & militum ferocia strenuissimè dimicantium, quam pro nume-
ro prælium exarsit. Rexere diu Suecorum impetum fortiter Lotharingi;
sed Vinmariensibus ardentius repetito impulsu inferentibus gradum, pulsa
loco Lotharingi acies terga datura videbatur; nisi Dux Carolus feruido
minacique ore ex equo defiliens erepta de manibus vicini peditis hasta
ante priores ordines procurrens tâtos suis animos addidisset; vt confertum
simul, stipatumque peditum agmen quamuis in illud violentius incurrer-
ret Vinmariensis, ad Thani saltum cum impedimentis exiguo accepto in-
commodo, cum ingenti ipsius ducis gloria; in tutiorem locum recesserint.
Vbi cum non amplius suo fiso equitatu subsidium tentandum putaret: in
priora castra reduxit exercitum; cum deficientibus comiteatibus diutius
ibi copias retinere non posset.

*Inter Lo-
tharingi
ducem &
Vinma-
riensem
Thanium*

*Lotharin-
gi ducis
bellica
virtus*

*Dux Lo-
tharingus
suos rece-
pit*

Dum pariter Vinmariensis in sua ad Brisiacum munimenta regressus est.
Bassumpieriam Lotharingorum ducum equisonum præfectum captiuum
abducens. Ex Lotharingis ad quadringentos, ex Vinmariensibus ad cen-
tum, & quinquaginta milites ea pugna ceciderunt. Reducto in castra equi-
tatu, antequam Ghetzius sicuti condictam cum Lotharingo fuerat, ex suo
latere munimenta adoriretur, ita suorum animos excitauit; vt nihil Impe-
rialiū impetus extimescerent. Cæsarei ea recenti Vinmariensis territi victo-
ria, pluuiæ, etiam, ac frigidæ incommodis tempestatis afflicti, tum aliquã-
diu Suecorum caltris oberrassent; Getzio Lotharingi ducis ardorem incu-
fante, in Basileæ agrum, opulentioraque loca ducto agmine, recesserunt.

*Cæsari
accidit
Brisiacæ,*

*Vinma-
riensis vr-
bem obsi-
dione cir-
condat.*

Nullis igitur iam hostibus castra terrentibus, tribunus Scamdbergus sua
Germana legione vltra Rhenum traducta, tanto animo, atque audacia
propugnaculum ad pontis caput adortus est; vt defensoribus deturbatis, ac
cæsis, eo fuerit exigua hora potitus: cuius expugnatione Vinmariensis iam
toto dominans campo munimentorum coronam vrbi circumdedit: quia
ad claudendum flumen supra, infraque litoribus duobus potibus iunctis,
duplices etiam lorice ab eorum capitibus per Rheni ripas vsque ad expu-
gnatum propugnaculum ducebantur.

Dum

Dum hæc ad Brisiacum agerentur, Carolus Ludouicus Princeps Palatinus cum amplius ferre non posset sibi ab aula Cæsarea tam diuturnis ne-
 tendis moris, in suo dominatu restituendo illud: coacto procerum conuen-
 tu in Monasterij Episcopatu post varias consultationes cum Principe Ro-
 berto fratre suo equitum tribuno, & Ferentzi dynasta supremo legato Mi-
 lorde Grauino Anglo sui corporis custodum legionis Chiliarcho, alijsque
 præcipuis suarum copiarum ducibus, quæ non plus duobus bellatorū mil-
 libus, cum ipso equitatu constabant: Decretum fuit vt iunctis cum Ia-
 cobo Scoto Chiliarcho, qui cum duobus bellatorum millibus circa Vi-
 surgim infederat; copijs, Lembgouo vrbi liberæ in Vestfalia inter Osnabur-
 gum, & Hameliam exercitus admoueretur: vbi extractis circum loricis,
 atque aggeribus excitatis, directis in mœniâ tormentis vrbs muris missi-
 lium pulsibus nudari cœpta est; magno cum ciuium, vicinique agrî incola-
 rum terrore. Ad quorum ictuum fragorem excitatis, quos diuturna Pala-
 tini imbecillitas consopierat, Imperialibus, iussus est Comes Azfeldius
 Erbipolensis Antistitis frater Imperialium copiarum in ijs partibus impe-
 rator, quam primum in Brunsvicensem ditionem copijs inductis, subsidio
 oppugnata vrbi propere; circa quam cum parum prosperè Palatini co-
 natus procederēt; ob assiduos ruentes è cælo imbres, per otium Austriaci
 Visurgim inter Mindenum, & Hameliam traiciunt, cum octo bellatorum
 millibus, antequam ciuitas ab hostibus caperetur: de qua re certior factus
 Palatinus, cum sine manifesto alicuius atrocis cladis, exitiq; discrimine ibi
 diutiùs morari non posset; tum propter duplo maiorem Imperialium nu-
 merum; tum quia non satis firma erant castrorum munimenta; cepto abi-
 re constituit, Mindenumque tutum receptum versus cum suo agmine iter
 intendit, non longè à via, qua Azfeldius pergebat, vt hosti viam præ-
 cluderet. Palatinus cum obuios Imperiales vitare non posset; rupto Gho-
 feldi ponte impauido animo, quamuis vigesimum duntaxat annum ageret:
 strenuè potius cum hoste certando mori; quam suas copias, libertatem-
 que segni, demissoque animo æterno cum dedecore hosti permittere, sta-
 tuit. Inita igitur in Altheini valle cum Cæsareis fortiter pugna, semper
 ante primos ordines inter promptissimos dimicauit: sed hostium nume-
 ro oppressus, suorum lassitudine vix tela regentium compulsus campo ces-
 sit, ne supra militum, cladem, ipse quoque ab hostibus interceptus augetet
 Imperialium de sua captiuitate victoriam; natatu flumine trajecto Min-
 denum Suecorum præsidio defensum perfugit; relicto Austriacis Roberto
 fratre captiuo, qui post tres datos in Austriacos cum sua legione acerrimos
 impetus, obritosque quos inuaserat, ordines, vndique ab Imperialibus cir-
 cunuentus se dedere coactus est. Ad mille militum ex Palatini agmine
 cœsum, amissis sarcinis, & tormentis: à qua clade cum nulla amplius
 suæ recuperanda ditionis spes superesset; in Batauos, inde in Angliam
 profectus est.

*Principes
Palatini
fratres bel-
læ in Cæ-
sareis pa-
rant.*

*Hamelen
Palatini
fratres
Lembgo-
num urbem
quatiunt.*

*Imperia-
les contra
Palatinos
festinant.*

*Inter Pa-
latinos &
Cæsares
feritur pu-
gna.
Palatini
fugantur
Robertus
captus.*

Comes Azfeldius reducto in vberiora loca exercitu, Principem Rob er-
 tum

tum vna cum alijs captiuus Ducibus ad Cæsarem misit; à quo humanissimè exceptus iniquam fortunam æquiori animo tolerauit.

*Gethzius
inertia po-
stularius
capitur.*

*Gethzius
absolutus.*

Turbatis in Cæsarea, Bauaricaque aula procerum animis, ob Ducis Lotharingi cladem, & pontis propugnaculi expugnationem, & Ghetzj recessum, nullo tentatis certamine munimentis: Ghetzius ignauix, perfidixque postulatus Cæsaris iussu à Comite Philippo Mansfeldo prætorianarum cohortium præfecto captus Itoribus traditur custodendus; quo Viennam addicendum causam abducto, Comes Philippus supremus Dux Cæsarei exercitus renuntiatus, accitis in consilium Sabello Duce, Goltzio, alijsque turmarum præfectis ex omnium sententia pronuntiatum est: dum exercitus in Basileæ finibus consideret: Dux Sabellus cum valida Imperialium equitum ala Rhenum traiceret, vt iterum ab Aeduorum comitatu aliquid Brisiacû subsidij inuehere conaretur. Ghetzius verò à Bauaro Duce summo studio defensus reiecta in Ducis Lotharingi præproperam impatientiam acceptæ cladis, & in arduam hostilium munimentorum altitudinem culpa, obiecto crimine absolutus est: sed deserti Sabelli in ea prima pugna castrensi turpis ignauix labe abitergi sanè non potuit.

*Brisiacû
magni ad-
res Galli-
cas ma-
mensi.*

Rex Gallus, aulicjque proceres de felicibus Ducis Vinmariensis progressibus admoniti ingentè pecuniarum vim in castra miserunt: non tam ad oppugnationem continuandam: quàm ad ea necessaria paranda, quibus iam capta ciuitas muniri, firmarique posset. Permagnum enim Galli Regis intererat illius vrbs adeptio: non modo ad parta iam in Lotharingia, Tribocibusque seruanda: sed etiam ad aditum Gallicis armis in Imperium, Germaniamque pandendum. Missus est igitur in Suecica castra Graues Dominus cum arcanis ad Ghebriani dynastam mandatis, vt Gallorum peditum præsidium in vrbem captam induceret: missaq; ad eum regia vrbanæ præfecturæ diplomata. Quod cum esset arduæ plenum difficultatis negotium; imperatum est Graues, vt cautè admodum de ea re cum Ghebriano transigeret; nec vilo verbo, aut scripto condiccta retegeret; ne Vinmariensis doli aliquid suspicaretur magis, quàm quod timeretur, ne ille Brisiacum Gallorum permitteret potestati.

Iam in obseffa vrbe ad vltima ventum erat, & quamuis præfidiarij, ac ciues moenia strenuè propugnarent, fami tamen obsiti non poterat: qua sola quolibet ferro potentius omnis ferocia subigitur; nec vicini subsidij fractis Imperialibus copijs, spes vlla fulgeret; Cæsarei; Duces cladium culpas maleque tentati subsidij crimen alij in atios regerent; seque in vicem criminarentur.

*Cæsari:
operâ Bri-
siaco sub-
uenire
frustra co-
natus.*

Dux tamen Sabellus, vt Italici sanguinis Princeps nunquã animum generosè despondens, superato Rheno, cû duobus equitû millibus in Ferrete comitatum ingressus, vt comiteatuun subsidio vrbi inferendo præsidio esset; dum Vinmariensis ab alia parte nouis sociorum conatibus excondiccto distineretur; recta properabat ad vrbem; sed condiccta prudenter, atque salubriter Fichieres dynasta Longaullæ Ducis copiarum supremus legatus sollicitus.

licitus in Imperialium confilia euigilans ; nequid felicem illius obsidionis exitum moraretur, elusit . Adinonitus namq; de Imperialium accessu, educto illico è statius exercitu, ijs obuiam processit ; breuique pugna fuso Cæsareo equitatu, Sabello fuit cum paucis densata globi fronte, cedendum . Quocirca Cæsarei Duces animaduersa insuperabili subsidij obsessis ferendi difficultate, sæuientis inclementia hyemis ab ea direptæ regionis pauperima vastitate traductas vltra Rhenum copias in commodiora statiuam dimisere .

Rheinacus itaque vrbs præfectus, cum nec milites ad vrbe[m] propugnandam, nec annona ad superstitibus alendos vlla suppeteret ; vltima passus vrbs deditionem cum Vinmariensi pactus est : ijs legibus, quæ fortibus viris à minime barbaro hoste ferri solent . Egresso ex vrbe Imperiali præsidio, Ghebrianti dynasta ex arcanis Regis mandatis, illico cum Gallico peditatu ad vrbs portam ingressurus se quadrato agmine silitit : sed Vinmariensis prohibito aditu Gallo, exclusoq; porta, suos Germanos in vrbe[m], atque in arcem induxit : cui tribunum Erlachum Heluetium probatæ fidei, atque virtutis bellatorem præfecit . Galli Duces sua spe inferendi in vrbe[m] Gallici præsidij frustrati à Vinmariensi flagitarunt, vt Gallis quoque capti Brisiaci victoriæ laudem impertiret : vt potè quorum opera, atque impensis oppidum fuerat expugnatum . Vinmariensis ne omnino Gallorum fidei diffidere videretur, mille pedites in vrbe[m] admisit ; vt in speciem quoque ea re Gallo Regi faceret satis ; sine cuius ope nec stipendia præsidio soluere, nec vrbs necessitatibus poterat prouidere .

Hic fuit Brisiaci obstinatissimæ oppugnationis exitus ; qui post tot commissa certamina, tot Imperiales exercitus fufos, tot impensas, incommoda, curas, discrimina in rei dubium euentum tota suspensa Europa, decimo quinto Kal. Ianuarias, cum maxima Vinmariensis gloria, nominisque existimatione Suecorum potentia cessit . Sed ne quid terrarum circa Brisiacum in Tribocibus superioribus Cæsarei tenerent ; Vinmariensis ad circuniecta oppida expugnanda Chiliarchum Rosam proficisci iussit : cui Thanum aliquantulum oblectatum, aliaque minus munita castella arma intentanti cesserunt .

Bannerius interea alio belli turbine quindecim bellatorum milliū exercitu Saxoniam superiorem populabatur : ad Naumburgum in * Cheruscis ad Salsam litora copijs à Saxonia traductis, eam vrbe[m] paucis diebus obtinuit ; Freibergæ deinde eidem flumini impositæ copijs admotis, eam quoq; vrbe[m] adipisci tentauit . Sed Dux Saxo Elector huiusmodi Suecorum impressionibus territus, ne magis inualesceret malum ; Maracinum supremum copiarum præfectum cum duodecim bellatorum millibus Freibergæ subsidio festinare iussit . Cuius properantis exercitus accepto nuntio Bannerius, cum nullo se adhuc vallo, munimentoq; sepisset, celeri agmine Verbenum versus, & Altemburgum ad Albim recessit ; vt ibi noua militum supplementa à Pomerania expectaret . Cedenti institit Maracinus, postremique agminis

Brisiaci deditur Vinmariensi.

Brisiaci Germanorum, & Gallorum præsidium imponitur.

Sueci alia loca occupant in Tribocibus.

Misnia Bannerij tentamentum.

Maracinus aduersus Bannerium proficiscitur.

aliquot Suecis detritis, ipsoque sclopi glandis icu Saucio Bannerio, hostes ad Scopum flumen exegit, ibique aduersus Suecos positis castris, subsistit; vt maioribus equitum, peditumque subsidijs à Bohemia receptis hostem validioribus viribus sequeretur.

Bannerius
in Turingiam
in-
uehitur

Cæsar
Pragam
contendit

Voithlâde

Cæsari à
Succisfu-
gatur

Zuicani

Sueci ali-
quot ur-
bes reci-
piunt

Bannerius
Cæsares
aggre-
ditur

Imperia-
lium clades

Bannerius quotidie magis nouis additis militum incrementis, auctus iam superior vltro Saxones laceſſebat ad pugnam: repenteque è statiuis copijs abductis, in Turingiam audacter cum viginti bellatorum millibus inuectus est; quod vbi Pragam allatum est; illico Cæsarea agmina, quæ in Monasterij. Episcopatu, & circumiectis Visurgi oppidis statiuua habebant, ad Albim reuocata, vt Bannerij conatibus obsisterent. Cæsar quoque, vt propior daret opportuna mandata, magisque è propinquo suis animos faceret; se Pragam cum tota aula contulit. Lipsia tribunorum Cleinitzj, & Possani Saxonum legionibus abundè firmata, nihil prætermiſſam est; quod ad prouinciarum salutem tuendam opportunum videretur. Verum Bannerius nulla interposita mora, sollicito gressu Cygneam Meraniæ primariam urbem concessit, magno illarum gentium terrore: quo cum subsidio Salis, amotis è stationibus copijs, sex millium bellatorum agmine celeriter festinasset, obuium habuit Bannerium: à quo tanto impetu pulsus est, vt ad primam Suecorum irruentium impressionem Austriaco equitatu in fugam effuso, ægerrime ipse Egram cum aliquot equitum globo incolumis è prælio profugerit; quingentis militibus cum decem vexillis, & quatuordecim turmalibus signis præter plures captiuos, amissis. Qua clade Cygneam nuntiata, protinus ciues ad demerendam victoris clementiam: præſidiarijque sese dedidere: sicuti etiam Chemenitzium eodem tempore à Suecis obſeſſum: sed cum diutiùs ibi ob comœtuum penuriam morari non posset; post varia præcipuorum ducum consilia, statuit Albim copias traducere; vt ad iungenda cum Stallhanſi maioris ſtatoris in Quadis nihil memorabile gerentis exercitu arma expeditior, viciniorique foret. Sed deterrebat Maracini obiecti exercitus difficultas; qui inter Albim, & Cygneam in Moldæ litore ad aggeris cuiusdam longi caput, nullo munimento vallatus ob Suecorum contemptum, infederat, ex quo præcipue Imperialium clades effluxit.

Siquidem Bannerius è suis stationibus cum rei tormentariæ præfecto Torſenſonio, & vniuerſis copijs profectus, repentino impetu equitum Imperialium ad aggeris caput custodias adortus eos facile in fugam auerſos tanto ardore primum Suecorum agmen infectatum est; vt totum Cæsareum exercitum, ſuorum trepida fuga, & inſequentium ferocia territum turbarint adeo: vt nulla certaminis cura fugam circumſpectaret: & eo maiori trepidatione, quod Bannerius quoque cum reliquo agmine, tranſcenſo aggere, Cæsareis immiſtus omnia pauore, fuga, ſtrage compleret. Quare Maracinus cum vndique se à Sueco equitatu impelli conſpiceret; nec ſuorum ſiſtere fugam posset; quamuis nihil militaris, imperatoriæque artis relinqueret intentatum; vt aciem reparatis ordinibus, reſtitueret, ſu-

per-

perstitit à clade copias Dresdenum stipato receptu, reduxit: tormentis, militaribus signis, impedimentis, & quatuor militum millibus amissis.

Ab hac sælici, inexpectataque victoria Bannerius maiora animo com-
 ptectens Littomeritium Bohemiæ urbem ad Albin in Cheruscorum finibus
 copias adduxit: qui Suecorum ausus valde Bohemos populos, Cæsaream
 que aulam terruit. Quare mandatum Azfeldio est: vt quamprimû ex Fran-
 conia in Bohemiam in Cæsarea castra contento agmine properaret: vt
 summæ audaciæ, sælicitatisque ducem cum cæteris Imperialibus præfectis
 communibus consilijs, & armis obrunderent. Offchircheno pariter impe-
 ratum est, vt ad Brandaisum cum maiori militum numero sederet; vt ab ea
 parte Bohemiam à Suecorum impetu tueretur. Dum Galassius, qui ite-
 rum ad Cæsaris preces imperatorium munus acceperat, à quo paulo ante
 missione petita ob aliquam cum Azfeldio æmulationem, aliorumque Ger-
 manorum ducum liuorem eius, vt Itali ducis virtuti inuidentium, se abdi-
 carat: in monte Albo ad Pragam cum alijs imperialibus copijs stationem
 haberet; vt eam magni ambitus urbem, totumque Bohemiæ Regnum Au-
 striacæ domus hæreditarium ab hostilibus armis, atque incurfibus tege-
 ret.

*Imperia-
 lium va-
 rij contra
 Suecos ap-
 paratus*

Bannerius Littomeritzij aliquot dies moratus collapsu restituit muni-
 menta, nouaque propugnacula, loricæque veteribus addidit; vt eam urbem
 armamentarium, commeatuunique promptuarium firmaret: quo, quid-
 quid fortuna daret: certum haberet, tutumque receptum: & quia Brandaisi
 situs facilem ad Pragam aditum, progressumque faciebat; cum valido mi-
 litum agmine ad illud oppidum oppugnandum festinauit; quamuis ab Off-
 chircheno firmo præsidio teneretur: iusso Plato cum quinque bellatorum
 millibus flumen trajicere; vt eodem tempore, quo ipse oppidum aggredere-
 retur; quædam loricæ ad pontem à Salazaro Hispano defensas inuaderet.

*Bannerius
 Prædaisi
 succedit*

Adhunc mouentis hostis nuntium Offchirchenus educto è munimen-
 tis exercitu ingenti ausu Suecis occurrit, ea spe vt vel hostes funderet; vel
 si audacia parum ad vota procederet; urbis receptu vteretur. Verum è
 Suecica acie quædam erumpentes equitum alæ leue prælium auspicantur
 magis; vt Imperialium copiarum positum numerum, statumque cognosce-
 rent; quam vt pugnam inirent: sed hæ alijs superuenientibus turmis ani-
 matæ ardentius in Cæsareos inuehantur. Bannerius, ne suorû virruti acer-
 rimè in hostes pugnantium deesset, ante primos suorum equitum ordines
 contra Imperiales prouectus vehementissimo impetu in Cæsaream aciem
 intulit signa; quæ cum Offchircheni iussu se recipere densatis ordinibus
 conaretur; adeò confuse, ac trepidè turbati se ordines pugnæ explicue-
 runt, vt ab equorum succussu, ad cursum, manifestamque fugam Brandai-
 sum vsq; cucurrerint. Relictus sine equitum præsidio peditatus totus à cir-
 cumfusis Suecorum agminibus obrutus sædè proteritur. Obstetit aliquan-
 diu Offchirchenus aliquot equitû globo stipatus; & quantum conniti stren-
 nu ducis inuicta potuit virtus; sistere trepidam fugam, inclinatamque
 aciem

*Inter Cæ-
 sareos &
 Suecos pu-
 gna con-
 feritur*

*Imperia-
 lium fuga
 & strages*

aciem in pugnam reducere studuit : sed alatum timorem nulla retardant ducum imperia, nullus dedecoris metus, pudorque remoratur. Quare dissipata, lacerataque acie conspecta, cum nullum pateret effugium; præcipit equum egit in flumen, nandoque aduersum incolumis tenuit litus. Sed nihilominus in Suecorum pontem in vteriori litore construentium incidit manus, captusque est cum Marchione Sforzia Pallauicino Ita!o duce, cum quinque præfectis, alijsq; cohortium ducibus, tribus insuper militum millibus, & octo militaribus signis, cum ipsa vrbe amissis. Quibus alijs ex alijs fracti cladibus Cæsarei milites tantum non ad signa Suecica transtulerunt, nisi illud discrimen Galassij, Comitiss Slichij prudentia, & Fortuna Cæsaris depulisset. Exercitus enim cum & Suecorum vicinia, & stipendiorum defectu proteruè insolescens cieret tumultus, minitareturque transfugia; nisi protinus sibi quæstores stipendia admetirentur; Galassius, & Slichius se vadibus constitutis, creditam duorum stipendiorum pecuniam ferocenti militi numerarunt: qua aliquantulum pacatus à consternatione quieuit.

Imperianum militum se ditio.

Bannerius cum aggrediendi maiora non opportunum tempus videret, Brandaisi copias continuit; eo consilio, vt nouis additis propugnaculis, munita hinc Cæsareos distineret, donec Stallhanfus, & Vranghelius, quorū alter ad Landspergam, alter in Quadis cum aliquot Suecorum legionibus bellabat, cæpta perficerent. Quotidie tamen leuia prælia inter Suecos, & Cæsareos ferebantur, vtriusque partis equitatu, cum pabulatum in agros excurreret, sepius in se inuicem incidente.

Luneburg e Brā, sic.

Luneburgi dux tertiam partem constituit.

Plures principes hanc partem amplectuntur.

Thionville Galli Diuodurum adoriuntur.

* Marionis, * Tulisurgique dux mala præfagiēs, quibus ea diri belli perpetua procella sua ditio quatienda erat: quod amicorū Imperialium iuxta, ac hostium impotentia, iniurijsque erat obnoxia, à quibus æque assiduis direptionibus vallabatur: tertiam cuiusdam partis se principem constituit, se medium inter Cæsarem, & Suecos professus; adscitis etiam in societate Inferioris Saxonie principibus, Cartorum scilicet principe vidua, Emiliaque Hannau comite Landgrauij iuuenis tutrice. Dux vltimo pacis Pragenfis fœdere se Cæsari conciliarat: cuius exemplum sequuti ceteri Protestantium principes præter Gulielmum Cartorum dynastam, cuius defuncti vidua Suecicas partes tenacissime fouerat, & hanc neutris fauentem partem studiosè promouebat. Rex item Danus Christianus secundus suos irritos pacis Germanicæ sancienda conatus pertæsus eandem cupidè amplexus est.

Imperialiū clades vna à Picolomineo Gallis illata aliqua ex parte fariuit. Fichieres enim dynasta traducto vltra Obrincum amnem quatuordecim millium bellatorum exercitu, cum decem maioris formæ tormentis aliarumque rerum castrensiū apparatu, in hostile solum inuectus * Diuodurum ad eò improuisus inuasit, vt vrbis præfectus cum præsidij parte tunc forte ad excurrendum egressus omnibus Gallorum stationibus aditu clauso, nunquam in urbem penetrare potuerit: omnibus rebus ad perferendum obsidium, propugnandaque mœnia inanem, ac vacuam.

Diuo-

Diuodurum læuo Obrinci amnis litori imminet ad Augustæ * Roman-
duorum fines arte, natioque situ munitissimum. Circumpositis igitur ca-
stris, atque erectis aggeribus duobus naualibus pontibus amne constricto, Lucēburg.
ipse Fichieres in exigui amnis ripis prope pontem, qua * Metas itur, cum M. 17.
maiori peditum robore infedit; & ad leuam alterius pontis Treuiros versus
Marchio Pralinus castrorum mariscallus cum vniuerso equitatu tetendit:
Veterana Vasconum legio cum valida equitum custodia educendis agge-
ribus, excitandisque munimentis ab ea parte, qua minus erat impetus ho-
stium timendus, operam dabat.

Picolomineus à Cardinale Infante in Belgij auxilium cum aliquot le-
gionibus Germanicis accitus in * Veromanduos ingressus, ac de Diuoduri
obsidione certior factus, coacto præfectorum consilio, Marchione scilicet
Camillo Gonzaga, comite Suitzio, chiliarcho Predauro, alijsque Cæsareis Picolomi-
neus Di-
uoduro
succurrere
iubetur.
ducibus, de Diuoduro subueniendo retulit, priusquam munimenta in iu-
stam altitudinem educerentur, & Gallicis copijs ad obsidionem necessaria,
atque opportuna suppeterēt. Eos esse paulo numero superiores, diuersis in
stationibus sparsos, duces non esse adeò veteranæ virtutis, quin celeritate
vinci, atque opprimi possint: aut sin minus hostes munimentis exuere dare-
tur, posse oppugnata vrbis succurri, dum commissa pugna Galli in aliqua
parte castrorum distinerētur. Variantibus sentētijs, Picolomineus edixit se Picolomi-
neus sub-
sidiū dem-
cernit.
velle omnino inuitis, ac repugnantibus Gallis, Diuoduro succurrere: vt
Belgæ cognoscerent Germanos milites in eas regiones bellatum venisse,
nō vt solū benè Cardinalis Infantis iussu ab incolis haberentur, sed vt belli-
cam gentis gloriam, militareq; decus, quo ceteros populos Germani præ-
stant, magnis ausis, fortibusque gestis illustrarēt. Non tamen Germanæ gē-
tis ita extulit ferociam, quin de Gallorum quoque virtute, animositateque
equitatus, Volonumque præcipuè violentissimo impetu plura differeret: vt
omnium rerum conscij arma, atque animos expedirent, vt cum clari nomi-
nis gente de bellica glōria decertarent, aut si hostem timerent, missionem
peterent, se illam pauidis libentissimè concessurum, ne paucorum metus
multorum turbaret audaciam. Bassogno.
Quare è * Belfonanchi finibus copijs amo-
tis, quæ duodecim bellatorum millium summam faciebant, prouiso sex
dierum commæatu, nulla trahens impedimenta, vt ad hostem tribus diebus
expeditior ferretur: diu, noctuque cōtinuato itinere Gallorum castra pro-
pè confedit. De Germanorum aduentu Fichieres edoctus, nocte, quæ præ-
lium præcessit, in suum prætorium turmarum præfectos, cohortumq; duc-
ces in consilium vocauit: cui Marchio Pralinus supremus Gallici equi-
tatus legatus, Gransei comes, Madauidi Diui Poli dynasta, Diui Thoui-
dominus rei tormentariæ legatos intererant; sancitum fuit, vt omnino exer-
citus in vrbis obsidione perūsteret; & cum vix cępta essent extrui muni-
menta, cum omnibus copijs venienti hosti in planicie ante Vasconum sta-
tionem obuiam iretur. Quia cum omnis regio salebrosa, & montium crepi-
dibus ardua, atq; difficilis aditu esset; non alia Cæsarei se demittere po-
terant,

tèrant, freti maxime numero, & veteranorum peditum virtute, & formidanda equitatus ferocia; sed quia Picolomineum non esse tam propinquum putabant, emissis duabus equitum turmis, ut aliquid de hostibus explorarent, soluto conuentu, ad quietem capiendam in sua quisque tabernacula recesserunt, oblitum dare cohortibus opportuna mandata; ut milites in posterum diem corpora curarent, armarentque se, & vniuersæ copiarum ex suis stationibus ad classici cantum in aciem confluerent; quod præcipua fuit acceptæ cladis causa. Siquidem cum eodem matutino inexpectati Cæsarei improvisi superuenissent, quod exploratorijs turmis interceptis, nihil de hostium aduentu cognoscere potuissent: turbati Galli, neque arma parare, aut in agmen coire, atque ordines instruere, aciemque stipare nesci, huc, illuc trepido discursum, totis castris errabant.

*Gallorum
ducum
error.*

*Picolomineus
Gallia
castra
aggre-
ditur.*

Picolomineus in primam obuiam Vascorum stationem acerrimo dato impetu, repentino terrore attonitos facile dissipauit. Totis deinde castris frequenti tubarum classico ad arma militibus excitatis: Marchio Pralinus consensu protinus equo, cum suæ stationis equitatu Imperialium impressionibus pulsus ultra flumen per vicinum pontem suas turmas recepit; suis impedimentis Germano diripiendis relictis, atque inde per alium pontem in summi ducis castra concessit. Quare Picolomineus nullo obsistente sub Diuoduri mœnia prouectus, ingressusque urbem, statim necessaria ad ferendum obsidium inuexit, relicto extra mœnia instructo in aciem exercitu, urbi succurrisse contentus. Sed admonitus Fichieres dynastam acie ad pugnandum directa in sua statione persistere, ignarus hostis consilij, admiratus moram Germanas copias contra Gallos promouit.

*Gallia
Imperia-
libus ve-
nitantur
Fichieres
vulnera-
tur.*

Galli duces cum sibi ad trahenda tormenta equi deessent, quod Metas ad auhendos in castra commeatus fuerant abducti, & ea hosti deferre turpe foedumque censerent: in eorum custodia persistere, & cum Germanis fortiter pugnare, tuerique tormenta decreuerunt. Quamobrem Picolomineus traducta ultra amnem exercitus parte, Gallos velitationibus lacessiuit, quæ inter pedites cruentæ admodum, diurnæque ferebantur: in quibus ipse Fichieres maioris sclopi glande brachio vulneratus eo leui prælio excedere coactus est. Alia Germanici exercitus pars libratis in dextero amnis litore tormentis, Gallorum aduersa agmina perforabant, lacetabantque in vltiori litore stationes. Quorum incommodo conspecto Comes Suintius, vadato cum Germanico equitatu amne, quadratisque agminibus instructo, in hostem infestus celeri passu rapiebatur: qua Germanorum audacia territus Gallicus equitatus se se nullum ausus certamen in turpè fugam effudit: præter Diui poli, & Molinetti dynastas, qui stricto ferro pugnantes fortissimè occubuerunt.

*Gallicus
equitatus
fugit.*

*Gallicus
exercitus
clades.*

Peditatus equitum præsidio destitutus totus concisus, obritusque fuit: ipsius supremo duce, illustrioribus copiarum ducibus, & tribus amplius peditum millibus captis, duobus vero millibus cæsis. Maior equitatus pars cum Pralino, & Gransei comite castrorum Mariscallis, atque alijs turmarum

marum præfectis Metas turpi fuga se contulit.

Cæsarei nouem maioris formæ tormentis, pluribus militaribus signis, & ferè omnibus impedimentis cum insigni Picolominei gloria, & Marchionis Gonzagæ, & Suitzij comitis laude potiti sunt. Cuius Gallici exercitus eladis Parisios nuntius allatus Regis valde, procerumq; animos perturbauit; non tam ob Diuoduri expeditionem discussam, eiusque exercitus iacturâ; quàm ob Gallici nominis dedecus; subsidiorumque metum, quæ ab ea victoria Picolomineus Cardinali Infanti submittere poterat. Nec minor cura Gallos angebat; quod Vinnariensis regijs impensis, auxiliariibusque Gallorum turmis Brisiacum domitum sibi Germanico præsidio imposito vsus passet. Quare omnibus artibus eam urbem ex eius manibus eblandiri conabantur. Verum ille sua consilia profundius tegens varias Gallorum petitiones sagaciter eludebat.

Gallorum de ea claudo sollicitudo.

Cardinalis Richelius; quem precipuè potiendi Brisiaci cupido mordebat, ne magni nominis, potentiaque ducem offenderet; per citatos tabellarios Regis, suoque nomine officiosissimis verbis inuitauit in Galliam; ea spe, vt præsentis, postulantique Regi, & proceribus id enixè petentibus, tot impulsibus actus Brisiacum cessurus esset. Sed ille animaduerso Cardinalis consilio, vt ingenio suspicax, fraudumque metuens, sui præsentis in ijs stationibus necessitatem cautatus eius votis obsequi recusauit; & ne amplius de Brisia Gallis tradendo interpellaretur; effecit submisso clanculum nuntio, vt Grossius Sueciæ regni apud Gallum Regem legatus genere Batauus vir omnibus literarum ornamentis insignis regios ministros ab ea petitione leniter eorum tractando animos amoueret; diceretque, cum vrbs illa Germanorum principum, qui pro Germaniæ libertate in vnum fœdus coierunt; armis, auspicijsque parta sit; nunquam Sueciæ regnum passurum; vt in Gallorum manus veniret; ducemque Vinnariensem eam fœderatorum principum nomine obtinere. Galli ideò à Brisia petendo fanè abstinerunt, perpetuo tamen illius interdum acquirendi desiderio incensi, eius rei curam Rege, Cardinaleque egregie dissimulante, vt cum Vinnariensis amicitia obtinendæ eius aliquando vrbs spem in arcano seruarent.

Galli Brisiaci deminaturæ exoptant.

Missis illi idcirco militum, pecuniarumque subsidijs, facta maiorum spererum, adeo in fide illum, amicitiaque firmarunt; vt quamuis à Cæsare promissis ingentibus expeteretur, persisterit tamen constantior in fide, nec oblatis præmijs in Austriacas partes se trahi permisit: sed in Triboces regressus expugnato paucis diebus Porentiū Basileæ Catholici episcopi sede, a lijsque finitimis oppidis subactis, Argentoratum accessit suæ nouæ Brisiaci ditionis fines proferre vicinarum adiectione terrarum sedulo curans. Bensfeldæ præsertim munitæ vrbs in Illoï fluminis litore octo passuum millibus Argentorato recedentis obtinendi summo desiderio tenebatur; cui pro Sueciæ Regao Germanus tribunus præerat, hunc in castralauea cœna inuitatum excepit; tantumque ille vini hausit, dapumque

Vinnariensis in Alsatiâ regressus.

vora-

*Vinnariensis
Bisfeldam
occupat.*

vorant, vt nimio cibo oppressis naturæ viribus, postera die mane spirauerit. Vinnariensis sublato præfecti obice, suum præsidium in urbem induxit. Deinde Quiellum inexpugnabilem arcem in Virtinguis Rodrigi tribuni ope adeptus est.

*Vinnariensis
suo cecidit.*

Iacet hæc arx ad Sueuiæ fines quatuor passuum millibus procul à Veneto lacu in montis fastigio vndique, nisi qua itur in arcem, inaccesso, arduoque ex durissima caute, vbi cum Vinnariensis aliquandiu circum duxisset exercitum, Nانبurgum profectus, militibus in statura dimissis, febri continua, ac maligna correptus ex adulescentissima corporis habitudine paucis diebus extinctus est, immodica eius vota morte finiente, Gulielmo maiori fratre Imperialium partium ex asse hære de constituto; Brisiaci custodia Erlaco commendata. Assidentibus decumbenti copiarum tribunis suasit, vt vnanimes pro Protestantium principum fœdere, Germaniæque libertate bellarent.

*Vinnariensis
duobus
et datus.*

Tanti ducis interitus non eius exercitus modo duces, ac milites; sed Gallorum Regem, Cardinale mque Richelium, pluresque externos principes gloriosa ipsius nominis fama bellicæ virtuti deuotos valdè commouit. Grato erat aspectu, colore subrufo, valida corporis, mediocri statura probe affecta, agili, robusta ex nobilissimo illius Federici Electoris Saxonis genere; qui à Carolo Quinto acie victus, captusque Saxonix imperio, Electoralique dignitate fuit euersus. A rudibus annis suum sequutus ingenium in arma profectus; ita efficax, ardens, atque festinus euasit, vt per omnes militiæ gradus multa cum sui nominis exultatione ad supremi ducis honorem deferentibus virtutis causa milicum suffragijs, nullo inuidente, prouectus, se eo fastigio dignum fortibus, egregijsque factis ostenderit. Inter Protestantium arma suam adolescentiam egit, inijtque iuueniles annos: vir autem in Sueci Regis castris meruit. Erat suauibus moribus, sincero, facilliquè ingenio, semper aperto, nunquam fallaci, militarium laborum veluti gregarius miles, algoris, famis, vigiliæque patiens, gloriæ, ac laudis cupidus, quam omni studio præclaris actionibus acquirere conabatur, pugnx audius, ac intolerans moræ, discriminum, mortisque contemptor. Nulla pecuniarum fames ipsius munificentiam, liberalitatemque fœdauit. Nimia audacia ingentes ipsius Imperatorias virtutes aliquando corrupit. Nec dum sextum & trigessimum annum excesserat, cum illum imminaturum fatû abripuit; quando felicissimo afflatu fortunæ ad summum bellicæ gloriæ, opumque culmen secundissimè ferebatur, Egregius sane imperator, & miles nisi ingentes ipsius virtutes Lutherana impietas corrupisset.

1639

*Monboghliard.
Rex Gallus
ad Mariobrigã
studit.*

Vinnariensi extincto, Rex Gallus, Cardinalisque Richelius Brisiaci occupandi occasionem affulsisse rati, eum duobus peditum corporis sui custodum millibus, & equitum mille Langresum ad Mariobrigæ confinia comitatus contendit: ibique aliquot dies moratus, quod illud oppidum esset Brisiaci, fœderatorumque principum copijs vicinum, turbas, quæ Austriacis instigantibus in vrbe, atque exercitu cieri poterant, sua regia præsentia

com-

compressit. Scioſij dynaſtam, Oſſonuillaque purpuratum cum ingenti pecuniarum ſumma Briſiacum legauit: iuſſos quacunq; rati one ducum animos pecuniarum largitionibus demereri, cum iſſque tranſi gere: ſi urbem Gallis tradere in animum induxiſſent.

Galli Briſiacū mercuri à Germanis ducibus tenent.

Germani duces animaduertiſſis Gallorum conſilijs, & quo illæ nundinationes ſpectarent: mutuis primum iurgijs cum Gallis ducibus altercati, tantos vtrinque ira efferueſcente, atque incaleſcentibus animis tumultus concitarunt, vt chiliarchus Aſterinus bellicum aduerſus Gallos tubicines canere feroci imperio iuſſerit. Sed mutu i periculi metu ſubſidente furore, in has pactiōnes conuenere.

Iurgia inter Germanos & Gallos duces.

Vt Erlachi dominus vrbi perpetuo pro Germaniæ libertate fœderatorū principum nomine præſideret.

Nunquam eam urbem pace compoſita alicui redderet, niſi cui principes fœderati mandaſſent. Vt Oſſonuilla purpuratus legati in vrbe munus obiret. Tam Germano, quàm Gallico præſidio ex regio ærario ſtipendia ſoluerentur. Vinmarienſes copiæ, & cætera caſtellorum præſidia in perpetua Galli Regis, ſociorumque principum fide perſiſterent; quæ interim regijs impenſis alerentur: donec aliquis Germanus princeps earum copiarum ductu, præfecturaque dignus Imperator adſciſceretur; cum ij duces nemini, niſi Germano principi parere decreuiſſent. Quibus ita conuentis, Rex Langreſo Diuionem, atque inde Pariſios regreſſus eſt.

Auſtriaci interea intentiſſima cura ſe contra Gallorum, Suecorumque arma conſcriptis vbique militum ſupplementis, atque habitis delectibus inſtruebant: coactoque Auſtriæ, vicinarumque prouinciarum procerum, primatumque conuentu decretum eſt, vt ab Auſtriæ ſuperioris, inferioriſque populis mille quingenti pedites proprio ære conductæ, toto eo bello alerentur. A Marcomanis magna vis tritici, aliarumque frugum in exercitus commeatus ſufficeretur. A Quadis mille pedites, totidem à Carintia, Stiriaque, & Carnio ſcriberentur. Et quia re ipſa compertum erat, quantum vigoris, ac ſpiritus ipſorum præſentia principum militum animis adderet. Cæſar ſupremum ſuarum copiarum ducem Leopoldum Gulielmum fratrem ſuum Auſtriæ archiducem, Argentorati que principem iuſſit; adiecto rei bellicæ conſiliario Stadionis dynaſta equeſtris ordinis Teutonici magiſtro, exauthorato Galaffo, qui inuidentium liuore petitus miſſionem à Cæſare poſtulauerat. Comes quoq; Azfeldius cum octo bellatorum millibus in Franconiam miſſus, vt à Bohemia Suecos auerteret, quando omnino difficile videretur, eos Brandaiſo, alijsque ad Albis litora oppidis deturbare. Inde in Turingiam, ſuccedente in Franconiam cum ſuo agmine Picolomineo, copias induxit: vt cum Electore Bauaro arma parante ſociatis copijs, vndique Suecos impelleret.

Imperialium bellici apparatus.

Dux Leopoldus Cæſaris copijs ſummis cum imperio præſicitur.

Bannerius cum cognouiſſet Pragenſem expeditionem ob Archiducis in Cæſarea caſtra aduentum in dies fieri difficiliorem, nouaſq; ſubinde à Marcomanis, Pannonia, Auſtria, ſubmitti Imperialibus auxiliareſ pedum cohort-

cohortes; Brandaisum ac Littomeritium secessit; ingenti cura sollicitus, ne tantis Imperialium viribus simul iunctis succumbere cogeretur; vocato præfectorum consilio, ut imminenti malo occurreret, visum est; ut *Gallicæ*, Vinmariensesque copiarum citra Rhenum subsidio accerferentur, cum solo Bannerij agmine Imperialibus præpotentibus armis obsisti non posset. Quocirca Brisiacum ad Longanillæ ducem, aliosque Vinmariensis exercitus præfectos missæ preces, ut quamprimum refixis signis, subsidio properarent.

Quamquam vtrinque, & à Cæsareis, & à Suecis bellici feruerent apparatus, atque vndecunque auxilia militum cogerentur: tot tamen tumultibus Christianus secundus Rex Danus sequester spem pacis iniecit: qui omnem lapidem mouit; ut dissidentium Principum odia, simultatesque sedaret. Sueciæ Regina, Curatoresque Regni pendebant animis an Germanicum bellum continuarent; quod initi à Rege Gustavo cum Ludouico Galliarum Rege nouem annorum fœderis tempus efflueret; tum propter pacem ab Austriacis Sueco Regno propositam; oblato Pomeraniæ Imperij membri prouinciæ beneficiario iure: quæ negotia Segnis inter vtriusque partis conquisitores, satagente maximè Dano Rege, transigebantur: sed cum in ea urbe esset Auanzi Memes dynasta extra ordinem Galli Regis legatus: cognouissetque quantum detrimenti pax cum Sueciæ Regno Gallicis rebus allatura esset; tantum eloquentia, pecuniaque perfecit; ut pro pace cum Imperatore facienda, Sueci proceres fœdus religiosiori sacramento cum Gallo Rege renouarent; non ad aliquod tempus constitutum; sed donec pax cum vniuersis Germaniæ populis cõueniret; ad quam se Sueci propensiores, quàm Galli plurimis argumentis declarabant: Pace legati opera, ac diligentia turbata; multum Galli Regis leuatæ sunt curæ, in illius exitus negotiationis solliciti, ac perplexi hærentis.

Sed dum hîc de pace varijs disputationibus agitur, partium arma, clandestina consilia, dolique non cessabant. Austriacis, ut Suecos diuersis in locis, remotisque à se inuicem stationibus sparsos opprimerent; erant aliquot flumina pontibus obiecta iungenda; quibus copiarum traduci possent. Quod cõsiliu ut hostibus tegetur; rumorem consultò vulgarunt; eos fieri pontium apparatus, in aula Cæsareæ vsus, Ratispona paucis post diebus Vienneam redituræ. Sed Picolomineus raptim collectis ex vicinis statiuis peditum cohortibus, & equitum turmis, Danubioque repente pontibus iuncto, ut copiarum quæ Sueuia, Aureato Kheleimum destinatum hospitium transiture erant, expeditius flumen, celeriusque transmitterent: duodecim equitum, & octo peditum millia vniuersali copiarum lustratione recensuit: præter quatuor bellatorum millia ex Bohemiæ, Austriæq; præsidijs præfecto Glemo abducta; qui eodè tempore à Possaui parte Suecos debebat inuadere.

Repentinam igitur hanc copiarum molem Picolomineus pontibus Danubium trajcere atque Ratisponam decimo septimo Kal. Aprilis ad duopassuum millia accedere iubet; adeo festino agmine diu, noctuque nulla quiete

*Danoribus
Gallis, et
Vinmariis
fuit in au-
xilium vo-
cat.*

*Rex Da-
nus paci
componen-
da fœderis.*

Ambourg

*Sueci fa-
dum cum
Gallis re-
nouant.*

*Imperia-
lium secre-
ta inuade-
di hostis
consilia.*

I 640

*Imperia-
lium co-
piarum se-
stinatio.*

quiete interrupto itinere , in celeritate maximè tota spe stante victoriæ: vt pone sequentibus Cæsareis, cum decem peditum legionum custodia, totoque tormetorum apparatu Suuitzi) tribuni legione defenso, Suuandorffium tenuerit; dum Gleemi copiæ non minori festinatione , quàm silentio à suis stationibus profectæ in Chami via aliquot Suecorum equitum turmas oppressas penitus conciderunt.

Horum Imperialium motuum Bannerius inscius, quòd ex didito rumore Cæsareos nisi Mense Aprili exeunte, copias in bellum è statuiis educturos didicerat: & quòd tria flumina traijcienda forent, præcipuè Danubius, si in Suecorum stationes penetrare illis animus foret: nec eos tam celeriter transiuros tot fluminum obiectus, quin nuntius aliquis de eorum profectioe ad se maneret, arbitratus; tantum nauigiorum ad pontes construendos non veritus apparatus ingruenti cladi nihil fuerat obmolitus.

Cæsarei itaque fluminibus superatis, tanta celeritate improuisi in hostes irruerunt; vt quamuis Bannerius tandem experrectus de his Imperialium consilijs maiores duces, præfectosque monuisset: vt raptim è vicinis statuiis copijs abductis, secum arma sociarent; nihilominus non ita celeriter mandata ab ijs perfici potuerunt: quin quatuor equitum millia Schlango præfecto, ad Suuandorffium Cæsarei repentino impetu oppresserint. Schlangus siquidem primo Imperialium agmine fluminis traiectu, ac proinde ne se cum Bannerio coniungeret prohibitus; dum tribunorum Hokingeri, & Kinsteri legiones prætolatur; tamdiu cunctatus est, vt illa mora euadendi in tutum occasionem amiserit. Coactus igitur Heuburum tria passuum millia propè Chamum copias reducere; subito ad reditum omni aditu præciso, ab Imperialibus interclusus, donec reliquum copiarum robur, duce Picolomineo perueniret, subito oppugnari ceptus est. Tentauit ille bis sibi per mediam Cæsaream aciem ferro aditum pandere; sed semper cum clade repulsus se in illo parum munito oppido clausit ea mente, vt vicina auxilia expectaret.

Vbi Archidux peruenit in castra; Schlango per rubicinem denuntrauit, se quamuis illum à Cæsareis armis circum vallatum sciret, nullumque illi ad salutem effugium patere: se tamen offerre libere abeundi potestatem ipsius tantum virtutis existimatione, famaue adductum; sed Schlangus Archiducis oblatione reiecta, propinquorum auxiliorum spe fretus arma ad se tuendum obstinato animo parat. Bannerius sanè Chamo profectus ad eum Cæsareis expediendum instructo agmine properabat; sed cum omnes Imperialium vires in ijs castris contractas esse didicisset: ne in vniuersæ pugne discrimen inuitus traheretur, rapido gressu Bohemiam versus in tutum abduxit exercitum.

Cæsarei igitur cum Schlangi obstinationis diritatem nullo honestarum conditionum lenimento molliri posse vidissent; prolato tormentorum apparatu, horribili pilarum tempestate mœnia diruere incipiunt: in quibus breui assiduo concussu ingens patuit ad inuadendum hiatus. Sed Sueci nihil

Suecorum
virtus &
ferocia
 ijs tormentorum sibilis, procellaq; territi, diruta mœnia sarcire, aggeres ob-
 moliri, fossas in interiori pomerio excauare noua erigere munimenta, pa-
 rareq; receptus: & quidquid de die ab hoste prostratum noctis fauentibus
 tenebris restituere. Verum Cæsarei tanto ardore mœnium verberationē ite-
 rarunt: vt muri latissimo spatio defecto, instructis ad pugnam cohortibus,
 integris ordinibus per latè patentes ruinas, inclinatis in ora propugnantiū
 hastilibus, dum focij continuo maiorum scloporum idum tempestate muri
 coronam abra dunt: audacissime in urbem peruadere conarentur. Suecita-
 men quasi obducto mœnium hiatibus suorum pectorum muro, tanta virtu-
 te irruentibus Cæsareis obtiterunt, effuso ex alto in subeuntes scloporum
 missilium nimbo: vt quamuis Cæsarei quadrato, stipatoque agmine intra
 mœnia firmare gradum, aut in ruias signa figere sæpius repetitis acribus
 impressionibus, contenderint; eos tamen cum promptissimorum ducum,
Imperia-
les a rui-
mis cum
eade pel-
luntur
 ac militum cæde Sueci repulerint. Sequentibus vero diebus cum pro-
 pugnatores validius hostem incessendo continua telorum iaculatione, sul-
 phureum puluerem, aliaque ad propugnationem necessaria absumpsissent;
 Saxorum grandinem quod vnum supererat, missile, in Cæsareos perpetuo
Cæsarei
de Suecis
triumphant
 iactū torquebant. Denique vndecimo Kal. Aprilis omnibus editis con-
 stantia, virtutis, ac bellicæ strenuitatis exemplis, se præter vitam Archiducis
 arbitrio permiserunt. Exuti igitur omnibus armis, & ditioribus amiculis,
 Ratisponam in triumphum ducti miserabile omnibus illudentis fortu-
 næ spectaculum præbuerunt.

Triumphus
ordo
 Præibat loricatorum equitum turma sex, & viginti turmalia signa capta
 præferens: omnes deinde copiarū ministri, præfecti, centuriones chiliar-
 chi pedibus sequebantur, ponē quos quatuor maiores duces equis vehe-
 bantur. Claudēbant triumphalem pompam effeda fœminarum virorum
 fortem lugentium plena: quæ more Gallico sericis amiculis ora velauerāt.
 Schlangus quōdam Sueci Regis prætorie cohortis præfectus, tunc verò sta-
 tor supremus exercitus cum quatuor legionarijs legatis, tribus maioribus
 statoribus, sex, & viginti cohortium præfectis, alijsque insignioribus viris,
 mox mille octingenti milites suis omnibus armis instructi validis in æquis,
 & duo peditum, & quatuor equitum millia longo ordine procedebant. Præ-
 da omnis militi cessit; sed duo equorum millia Duci Bauaro dono data, re-
 liqua Imperialibus concessa.

Misia
Cæsarei
fugientis
Suecos per
sequitur
 Hoc felici partæ victoriæ successu læti Cæsarei, vt fortuna sibi fauentis
 impetum sequerentur; expedito agmine nulla interposita mora Chamum
 festinarunt: vt reliquis Suecorum copias obtererent: dum Gleernus eodem
 ex condito à Bohemia, vt Bannerio aditum interciperet; properaret. Sed
 ille audita atroci suorum clade, Chamo profectus Cheruscos versus ma-
 gnis itineribus festinabat. Archidux cum Picolomineo, & Mercio ad
 fugæ Bannerij nuntium, relictis pedestribus copijs, iussis tamen cele-
 riter subsequi, cum vniuerso equitatu fugientis tergis adeo propero gra-
 du institerunt; vt Suecorum extremum agmen adepti crebris incurribus
 infe-

infestarent; sed iniquiori ad inuadendum cognito loco, quem saltus, paludes, quasi munitionum obtentu tegebant; Suecos aggredi ausi non sunt. Bannerius cum illa exigua in castris quiete aliquantum spiritus, viriumque recepisset; iterum Cygneam versus suscipit iter: dum Cæsarei equitatus robur rapido cursu ad Egram annem prouolat; vt illum in fluminis transitu anteuertat; vbi in aduerso littore à Picolomineo quoq; prohibendus erat, ea mente, vt quamuis illi annem superare contingeret, nihilominus iunctis cū Gleemo iam à tergo properantis armis, totus simul Cæsareus equitatus tamdiu hostem moraretur; donec pedestres copię peruenirent. Sed Bannerius locorum situs, ingenijque aprime peritus ita scitè itineris montani angustijs copias aptauit; vt non minori virtute, quàm felicitàte fortunæ Imperialium terga cædentium assiduos incurfus eludere, frustrareque poterit; præcidendis transuersis arboribus vijs, easque leuissimis totius exercitus moschettarijs tuendis, in eo receptu mirabilis virtutis, bellicęque peritię conatus ediderit. Siquidem tamdiu moschettarij aggestarum arborum obstacula propugnabant; donec exercitus ad eum locum peruenisset; vbi essent alij aggeres ex arboribus excitandi, cuius à tergo raptim effossa tellure, altera munimenta obijcebantur: sclopettarij, qui primam locicam tuebantur, displosis minoribus tormentis, festino receptu, ad alterius præsidium fugiebant; dum Cæsarei primos obices æquare solo, complanareque aggeres cogeantur; vt expedita via agmina ferrentur ad hostem. Et ne grauiora impedimenta fugam morarentur, tria maiora tormenta pyrij violentia pulueris flamis dirupit; vhesque omnes, atque impedimenta combussit: vt eorum equis longo, salebrosoque itinere fessimilites ueherentur.

Curabat Picolomineus, vt Suecos præuenteret in Meraniam per viarum compendia ad Egram iter intendens; sed tanta fuit Bannerij in fugiendo celeritas: vt Annebergæ quinto Kal. Aprilis cum vniuerso exercitu in tuto substituerit; quarto vero Picolomineus bidui procul Falkenauū peruenerit: Gleemus verò ab alia parte Lutkeitzium viginti horarum via procul accesserit: Sueci tamen ægerrimè annem Egram vado tranarunt; cum vicinorū montium niuib. eliquatis, maiores vndas trahens solito magis intumuisset. Equitatus primus non suppetentibus nauigijs à præfecto prius incensis, traiecit: & quamuis hostes sollicitè sequerentur, non tamen nisi Presnitzij eos consequuti sunt: in cuius arce aliquot Suecos moschettarios ad morandum hostem consulto reliquerat, dum cæteri milites aspero, longoq; itinere fatifcentes vires paucarum horarum quiete reciperent.

Ad aduentantium Imperialium aspectum subito æquissimo loco explicati sunt ordines: vt Cæsarei, quamuis dimicandi maxime cupidi prius arduos rupium crepidium deiectus, sublimēque montes niuib. obsitos superandos viderent, quàm ad hostes ferri possent: eiusque incommodi aspectu desiderium pugnandi remitterent. Vna tamen via ad Suecos poterat penetrari stirpibus, ac paludibus plena; quarum ripas Sueci moschet-

*Bannerij
mirabilis
artis bel-
lica periti-
cia*

Voitlādē

*Suecorum
receptus
& fuga*

tarij quasi sepes obfidebant. Vt hinc igitur hostem Cæsarei adoriri tentarēt, aliquot lectissimorum moschettariorum cohortes à cæteris copijs auullæ eò prouehi iussæ Presnitzium pulsū hostem ad suos se recipere coegerūt. Hoc prospero euentu in maiores spes Cæsarei duces ere&ti aliquem aditum ad aggrediendum hostem exploitabant : qui impeditam illam ad se ducen-
 tem viam secus ripas dispositis ordinibus tuebantur : in cuius defensione omnis salutis spes reliqua supererat. Conabantur Cæsarei , sed irrito labore, semper bellicosioribus totius exercitus militum agmibus ab ea parte hostes illo situ depellere ; sed dubium certamen ingruentis noctis tenebræ diremerunt : quarum obtentu Bannerius, quamuis aliquot suorum amissis, se ab eo discrimine, aspectuq; hostium Cygneam subduxit, vbi Vinmariensibus se copijs adiunxit. Quare Picolomineus ne ad vniuersum præliū incedum inferior numero cogere-
 tur, mutata repente fortuna , copias recipere compulsus est.

Sueci se
 Vinma-
 riensibus
 adiungunt

Cæsarei
 se reci-
 piunt

Bannerius vt suos milites à longi , confragosique itineris laboribus recrearet; in vicina statiuā dimisit. Ob hunc Suecorum receptum inter Picolomineum, & Gleemum orta sunt iurgia ; dum alter alterum mandatorum transgressorem Cæsaris accusaret. Quod si Chamum recta tetendissent, nulla facta Neuburgi mora , nunquam Bannerius dispositas plagas euasurus fuisset . Hæ mutæ querelæ in singulare certamen erupissent , nisi Cæsaris autoritas intercessisset .

Imperialium
 error in
 persequendo
 Bannerio

Dux Bauarus, quem maxime omnium Suecorū elapsus angebat: ad Cæsarem literas dedit , obtestatus , si quis suorum ducum illius culpæ reus deprehensus esset : vt eum sibi deferri pateretur ; quo debitas tanti errati pœnas daret: tacita Cæsarem reprehensione castigans : vt ipse quoque in suos duces animaduerneret. Bannerius sicuti negligentia vacuus culpa non fuit, non explorato antea sicuti cauti ducis intererat, Imperialium armorū motu; ita ipsius animosus , tutusque receptus militares applausus , celebritatemque famæ omnium sententia promeruit: in quo ipse quoque fateri nō erubuit ; se media hora tantum fuisse ab hoste seruatum ; nam si ante horæ dimidium ad Presnitzij aditum Cæsarei præcurrissent, futurum fuisse: vt neque peditatum, neque sarcinas, ac tormenta in tutum posset abducere .

Bauarum
 morte
 corripitur

Bannerius qui multum deteri de sua nominis exultatione censebat, nisi præclara aliqua expeditione fugæ ignominiam abstergeret : nitebatur apertos in campos hostem abductum adipisci , nimium suorum pertæsus ignauiā, qui clades ætate acceptas, hyeme, brumaliq; tēpestare, sicuti quōdā de Anglis cōtra Romanos memoriæ proditū est: sarcire soliti, nunc hyeme iuxta, ac æstius coloribus cederētur . Sed eū grauis egritudo, quā trepidi receptus per aspera, salebrosaq; itinera incōmodis, laboribusq; contraxit suā tātū salutē, nō bellicas expeditiones curare, versareq; animo cōpellebat

Arnheimius interea copiarū Saxonū Imperator , dū delectibus habitis, cōparatoq; exercitu, parat Albis litoribus hostiū st atiuis, hospitijsq; repurgatis, Suecos in extremos Pomeraniæ angulos pulsos intra suas hyemes clau-

claudere, eius generosa molimina, animososq; conatus mors inexpectatâ
 distulit; qui incredibili omnium præcipue Electoris dolore ex humanis
 excessit: Dux sanè vegeti, viuidiq; ingenij; sed cautus, & prudens, qui nul-
 lo pugnae ardore, se in præceps abripi pateretur; consilio magis, quàm ma-
 nu promptus: & huiusmodi, vt socij ex eius morte dolorem, hostes maxi-
 mam ceperint voluptatem.

*Arabai-
 mus vita
 defunctus*

Picolomineus non vltra Salasum amnè Suecos exegisse contentus, traij-
 cere quoque flumen parabat; quamuis obiecta Sueci litora obsiderent.
 Animaduersa igitur quadam exigua insula, quàm si obtineret, trajectum
 faciliorem sperabat; nocturnæ caliginis beneficio nauiculis in eam ali-
 quot lectissimos moschettarios traduxit: qui stirpium, virgultorumque fa-
 scibus, aliaque materia secum auecta, tumultuaria munimenta subitario
 opere construxerunt; vt quidquid accideret hostium impetum sustinerent.
 Duobus itaque pontibus amne confrato, altero, quo continenti iungeret
 insulam; alterum, quo in aduersum litus euaderent, à Suecicis armis obse-
 sum; sub tormentorum ictibus, quæ in quodam insulæ cliuo locata hostilia
 munimenta quatiebant: plures peditum cohortes in aduersam ripam tra-
 sisse iussæ sunt; in quas subito irruentibus Suecis, atrox certamen initur. Ali-
 quando pari virtute pugnatum est; sed tandem Aultriacos vnde venerant,
 retrò compulso aliquot hostile ferrum, aliquot fluminis vortices hauserunt.

*Picolomi-
 neus ad
 Suecos
 fertur*

*Cæsari
 flumen
 tranans*

Bannerius Pheugarum se deferri iussit, ne à Picolomineo Morsburgi fu-
 burbia pulsante caperetur. Ibi ingrauescente morbo obiit suum vltimum
 diem post duorum mensium mortalem decubitum; quem ingentia ex Van-
 gionibus superioribus difciliis receptus incommoda pepererunt. Ex illustri
 familia patritium ordinem aliquantum claritate generis superante in Sue-
 ciæ regno natus totum se Martis studijs addixit. Illius infantia mirabili no-
 bilitata portento est; nam cum ex sublimi fenestra nutricum incuria præ-
 ceptis decidisset; nihil humo allisus ingemuit nec graui casu contusa sunt
 membra: quasi cadentem molles culcitrae excepissent. Idcirco Rex
 Sueciæ Gustauus, sapius aiebat Bannerium magnis, admirandisque rebus à
 Deo fuisse seruatum, cuius solertibus consilijs, militarique peritiæ plurimū
 tribuebat; eiusque opera in magnis, arduisque rebus vti solitus erat. Cele-
 berrimos nostri seculi duces gloria, inclytique nominis fama egregijs ge-
 stis æquauit. Varijs in prælijs plus octoginta hostium millia cecidit, ad sex-
 centa tumalia vexilla hostibus victis erepta misit in Sueciam. Erat firma, ac
 vegeta corporis constitutione; adeoque oris lineamentis, vultusque notis
 Sueci Regis faciem similem exprimebat; vt plures in altero ab altero se-
 cernendo errauerint; oris illos similitudine decipiente. Nunquam magis
 ipsius virtus emicuit: quàm cum amisso ad Aras Flauias prælio, Pragensiq;
 pace constituta, omnes Protestantium principes vel à Suecico foedere di-
 scesserant; vel discessuri iam erant: labentes partes exiguis, nulliusque exi-
 stimationis viribus incredibili virtute sustinuit; Cæsareamque potentiam,
 nouo collecto militum robore, prægrauauit.

*Bannerius
 diem obiit*

*Portentū
 in puero
 Bannerio*

IOSEPHI RICCHII BRIXIANI

Clerici Regularis Congregationis Somaschæ

DE BELLIS GERMANICIS

Liber Decimus Epitome.

Zuichauu

Gottbin-
gen.



Mar-
purg.

YGNEA à Saxonibus expugnatur. Vuolfempy-
tum frustra fœderati tentant. Casarei cum Suecis
pari fortuna decerant. Gorlitzium à Casareis ob-
sidetur, & capitur; sed nequicquam * Munitium
oppugnatur. Ordninghenum subigunt Protestantes;
à quibus Casarei ad Crempenam prælio fundun-
tur; qua vrbs quoque iisdem cedit. Casarei ab
Vuesensfeldi obsidione cum strage repelluntur. Gal-
li à Rechniki oppugnatione discedunt. Casar Fran-

ciscum Albertum Saxo lauemburgum Imperialium copiarum supremum du-
cem iubet. Acie victus à Suecis, & vulneratus extinguitur. Torsensonius
perpetua felicitate plura oppida capit. Archidux Imperialis exercitus Im-
perator à Casare dictus reparatis copijs, Olmitzium irritò conatu bello pul-
sat. Idem à Torsensonio acie vincitur: & Lipsia expugnatur. Danus Rex
bellum Suecis infert, nauali prælio funditur, pacem cum Suecis componit.
Ragozzius mouet in Casarem, eius conatus, & expeditiones. Vberlinga
deditur Bauaris. Galli cum Bauaris iniquiori fortuna præliantur. Philisbur-
gum deditur Gallis. Catti quoque in Casarem bellant: eorum armorum pro-
speritas. Konigmarcus Casareos cedit. Torsensonius fuso Galassio Pegauiam
occupat. Asfeldium ad Pilsenam acie fundit. Sueci Bohemiam inuadunt
Catti * Monetium subdunt: Treuiros: Galli Hispani abeuntibus ingrediuntur.
Saxo Elector inducias cum Succo paciscitur. Crempenam Casarei domant.
Augusta frustra oppugnatur à Suecis; à quibus Lindania obsidetur. Dux
Bauarus cum Suecis pangit inducias; quas mox deceptus rumpit. Egra à
Suecis capitur. Monasterium partum conquisitores de pace inuenda acturi
conueniant.

BAN-



ANNER II interitu Austriaci, quasi debellatum foret; maiores sumpserunt animos; ceptisque expeditionibus ardentius, atque acrius institerunt: nescij alios feliciores, fortioresque sibi parari hostium duces; qui Bannerij Vinnariensisque, atque adeo ipsius Sueciæ Regis vicem egregie sustinebunt: Quod mirabile sane videri potest Numinis celestis arcum; quod gens nullius quondam nominis, nec bellica gloria insignis ex ultimis Borealis tractus

*Indomita
Suecorum
virtus.*

cessibus exiguis copijs egressa, duabus memorandis cladibus fracta, tot claris, strenuisque ducibus amissis, per inuia, abruptaque itinera fugiens fœderatis principibus ad Cæsareos deficientibus, suis tamen viribus non modo steterit; sed etiam Austriacam potentiam impulsam ferè prostrauerit: vt illius pacare ferociam, oblatis æquissimis conditionibus pacis, proiniciarum, honorum muneribus delinire superbiam, contumaciamque; hæctenus frustra tres annos à pacis sequestribus laboratum sit, nisi immo dica postulantis, pacemque insanis pretijs licitantis.

Interim Volfenpytum à Luneburgensibus, * Cygneaque à Saxonibus *Zuichau* vrgebatur: qui propius fossam pluteis, vineisque promotis, tanto missilium, tormentorumque impetu mœnia quatiebant; vt ampla muri parte deiecta, per ruinas densato agmine in urbem irrupturi fuissent, nisi propugnantium virtus frequentibus eruptionibus, prætentaque mœnium hiatibus hastatorum phalange, ab aggrediendo Saxones deteruissent; sed tandem obsessi editis supremis inuictæ virtutis conatibus, cuniculorum metu *Cygnæ Sa-* compulsi, quos iniecto igne se incensuros Saxones minabantur; ni protinus *xonibus* dederent urbem: Broio illius obsidionis præfecto cesserunt: ijs conditionibus, vt præsidium cum sarcinis, & armis, explicatisque vexillis salui Hessendam deducerentur: vbi Suecus exercitus castra habebat. Qui quatuor *deditur.* Luneburgensium bellatorum, & quinque Cattorum millibus ex vicinis regionibus collectis, auctior, & firmior, in ijs locis infederat, vt Picolomineum à ferendo à Saxoniarum parte Volfempyto subsidio summoueret; dum eadè de causa comes Erbeiteinus supremus Cattorum dux cū alijs copijs Visurgis litora tuebatur, vt Azfeldum arceret à Vestfalia eodem subsidio properantem.

Archidux progressus in castra Magdeburgum in tutiorem locum abduci impedimenta iussit: vt expeditior pugnam cum hoste committeret; si Volfempyto succurrendi necessitas compullisset. Cum Fœderati obfirmatis in obsidione animis, productis propè fossam loricis, & aggeribus; extensisque in ampliore latitudine munimentis, castra ita firmassent, vt nullo hostili impetu superari, expugnarique possent; educto insuper altius aggere, vt Okeri fluminis urbem inter currentes aquarum, eo obiecto obice illarum, refluentesque retro urbem obruerent. Iamque octo pedes altæ intumuerant; ac ædibus se super fusuræ videbantur; nisi imbribus aggeris tellus eliquata, di lutaque aquas aditum ad erumpendum aperuisset.

*Archidux
est pugna
decretum.*

*Cæsarei
ad Volfem-
pytum li-
beradum
procedunt*

Cæsareꝝ igitur, Bauaricæque copiæ, vt eam urbem ijs periculis libera-
rent, quibus diutius compulsæ se submittere hostibus posset, re fixis Gronin-
geno signis, Volfempytum versus ducunt, decreta cum hostibus pugna, ijs-
que inuitis vrbi succurrere. Ad proficiscentium ad se Imperialium nuntium
Fæderati Netleueno copijs abductis, sollicito gradu cum tormentis, & lar-
cinis, Hamneburgum per Hessendami aggerem processerunt, in se & tantibus
non intermisso cursu Cæsareis, pugnaturis, si parumper ab ea itineris cele-
ritate substitissent. Verum illi continuato labore, se cum Luneburgensibus
urbem oppugnantibus coniunxerunt.

Cæsarei supra Volfempytum in aduerso fluminis litore consistere; eodẽ
ferè tempore, quo Fæderati quibusdam desertis propugnaculis, se commu-
nibus viribus ad aggerem defendendum parabant: quo aquarum impetum,
cursumque morante, coercendoque retro undas, vrbs in magno discrimine
versabatur, ne superfusus aquis obrueretur. A dextero ipsius aggeris latere
ingens propugnaculum in sublime surgebat; quod omnem circa planitiem
habebat sub icu: à leuo vero mons exiguus obiacebat. Cæsarei igitur eo
copijs productis, in præfectorum consilio decernunt; vt hostẽ in suis ipsius
munimentis inuadant. Nec mora Picolominens cum aliquot equitum tur-
mis flumine superato, leui prælio conferto locorum situs, hostiumque mu-
nimenta speculatur, notatque castrorum positum. Postera die Diui Petri

*Cæsarei
flumen
transiunt*

peruigilio totus Cæsareus exercitus cum omnibus impedimentis flumen
traiecit, cuius transitus opportunitate Picolominens explorato è propin-
quo pagi situs ingenio, hostem eo in loco aggredi illico destinauit, se ma-
gis, ac magis in singulas horas eductis loriceis, aggeribusque munientẽ. Versu
sub meridiem ecce Tubatellus septem Vinmariensium legionibus stipa-
tus, duabusque Luneburgensium subsidio sequentibus, flumen transmisit,
ea mente, vt Imperialium impedimenta diriperet, copiarumque reliquias,
quæ nec dum flumen transferant, oppugnaret. Vbi paucos passus processit;
Mercium Bauarici exercitus ducem offendit, qui cū tribus, & viginti equi-
tū turmis in ea parte se in insidijs abdiderat: signa in defata hostium agmi-
na, cum suorum promptissimis intulit; à quibus non minori ferocia, virtute-
que exceptus est. Post seuum, cruentumque certamen, cum vtrinque infensil-
simis animis pugnaretur, mutuaque cede par fere militum numerus caderet.
Tubatellus tandem se sub propugnaculi tutelam recipere compulsus est.

*Cæsarei
cum hosti-
bus pu-
gnant*

Postero matutino Diuo Petro sacro dū Archidux acie in pugnam instrue-
ret; Picolomineus cum aliquot equitum turmis, & quatuor muralibus tor-
mentis prope pagum prouectus est: vt à pluribus partibus hostium statio-
nes inuaderet. Sueci animaduerso Imperialiũ consilio, pago deserto, alijs-
que contiguis munitionibus, se in æquiore vicini montis locum sub-
ducunt: ad cuius radices stabant Suecorum agmina, in suos quæque ordines
ad pugnam instructa. Dextrum cornu quendam saltum versus protende-
batur, qui leuæ Imperialium alæ obiacebat; sinistrum verò ad montis cre-
pidinem suos ordines explicabat, vbi æquiori, superiorique loco castra mu-
nierant:

*Ordo ho-
stili exer-
citus.*

nerat: præcipuè saltum versus propugnaculo excitato, totam aciem firmarât, libratis in superioribus locis tormentis, quibus subeuntes pilarum iactibus lacerarent. Stabant immoto gradu Imperialium impetum expectâtes: quo hostium cognito decreto Picolomineus, illico aciem consertis ordinibus, ad hostem tendere iubet, quæ ob viarum anfractus, difficileque salubarum obiectus, se ante Suecos egre compositis ordinibus potuit exhibere; præter id quòd scitissimè collineata superne tormenta integros Imperialium ordines proterebant.

Eodem tempore peditatus Francisci Mercij, Camilliq; Gonzagæ ductu in saltum gradum intulerat; quo Bauarus equitatus in Fœderatorû leuum cornu procurrerat; eodemq; ferrè momento peditatu propugnaculû, aliaq; munimenta in extremæ saltus partis margine constructa ferociter inuadente. Tum enim vero ingenti feruore atrox vtrinq; pugna reuadit, pluribus æquata strage cadentibus. Fortuna alternis studijs vtrisque ex æquo fauere videbatur; inter incertos metus, spesque variantibus dimicationis euentibus. Gregarij cuiusq; militis ea pugna virtus inclaruit, omnes ducum partes egerunt. Iam Archiducis milites de propugnaculo Suecos eiecerant; duodecim muralibus tormentis potiti; eodemq; tempore Chelinus tribunus Bauarus sexdecim Suecorum agmina in dextro cornu disiecerat, nouè captis turmalibus signis, certissimo vniuersæ victoriæ futuræ auspicio; nisi hostilis equitatus acerrimus impetus in Imperialium peditû latera incurrentis ita turbasset ordines: vt subsidiarijs deficientibus cohortibus niti cõtra hostem amplius perculsi non possent: præcipuè cum tormenta saltus arboribus impedita aptè in hostes collimari non possent. Quare Fœderatis restituendæ pugnæ, nouisq; subsidijs firmandi propugnaculi spatium fuit.

Picolomineus interea vna cum Annibale Gonzaga strenue dextrû cornu ab hostium impressionibus tuebatur: quamuis ipsius equitatus agmina hostilium tormentorum petita missilibus discerperentur: cû stipatus simul consertusq; equiti eques nihil omnino nutas, fluctuansq; fixo gradu suis integris agminibus staret. Verum de turbati peditatus incommodis iam receptum, fugamq; respectantis, æstuantis inter incerta subsistendi, fugiendiq; cõsilia, admonitus, rapidus cum valido equitum agmine aduolauit in saltum, quo equitum insperato subsidio pedites confirmati in suos quisq; ordines illico redire: & postquam densata acie iterum pugnaturi, se hostibus obieçissent, se vna cum equitibus receperunt. Eodem vesperi post amissas in propugnaculi ad pagum ab hostibus incensum oppugnatione duas peditum legiones, & non spernendum Liburnorum equitum numerum, & ab alia parte ad cliuum pago propinquum moschettariorum equitum, & Picolominei veteranam, Pompeiq; Veronensis equitis legiones fœde concisas, cum cæteris copijs suas primas stationes non procul ab vrbe repetijt.

Ad erumpentè sequentis diei Auroram fœderati ad môtis radices saltû versus instructa acie, contra Casareos cõstitere, emissis aliquot equitû turmis: vt velutando Imperiales ad præliû eliceret. Qui hostiû ausus Picolomineum

Pugnauerat Casareos & Suecos

Casareo ferocius

neū impulit: vt statim agmina, quę in pago cōfederāt: inde deduceret; ne in exigui momēti, ac cōmodi statione tuēda alicuius cladis discrimen adiret: educto pariter extra castra equitatu, moschettarijsq; equitibus, & reliquis copijs paratis ad pugnam: si Fēderati gradum contra Cæsareos promouissent. Verum illi immoto agmine pugnam ab hostibus primum accendi expectabant. Qui in singula momenta supremum Statorem Comitem Broijum, qui * Cygnea subacta, eò properabat, vt cum Cæsareis sua arma coniungeret; prætolabantur.

Znicauu

Hoc prælio se omnes vtriusque partis vires, animi, audaciaque discriminum aspernatrix iuicem ostentarunt. Ex Cæsareis, vt fama vulgavit tria millia cum captiuis desiderati sunt: cum ex Fēderatis duo tantum millia, eecidissent. Sed sicuti Cæsarei nunquam aggerem rumpere potuerunt; quo integro, ciuitas aquis obruta hostibus cedere cogebatur; ita obtinuerunt; vt vires, comineatus, subsidia cum obsessis communicarent; ac vtrò, citròque pro arbitrio impune in urbem irent, redirentque in castra.

Picolomineus cum Fēderatos in Volfempyti oppugnatione obstinatos, neque vllis viribus ab ea obsidione decuti posse, videret: in Pheugari agrum ad auertendos ab ea expeditione hostes, atque in alia Suecorum loca cum vniuersis copijs irrumpere statuit; tum vt Magdeburgo commodè exercitui commeatus abundè suppeteret; tum vt eos Fæderatis adimeret, atq; illinc militum agmina in hostiles prouincias ad populandum emitteret. Pridie igitur nonas Iulias copias eò tendere iubet: Fēderatis ijsdem vestigijs ponē sequentibus, qui ad Krochemdanum Cæsareos adepti, eodem tempore quatuor Cattorum millia festino agmine Cæsareos anteuertere iusserunt; vt à Luneburgi Ducis ditione hostiles populationes arcerent. Tres continuos dies exercitus in mutuo hædere conspectu; tormentorum pulsibus se inuicem verberantes: sed commeatum difficultas, assidui Imperialium in hostilem agrum procurfus, vastitasque regionis Fēderatos coegit, vt paucis militū cohortibus in Volfempyti obsidione relictis, toto exercitu sociam, amicamque prouinciam ab hostium populationibus tuerentur: vetebantur tamen: ne Cæsarei copijs repente reductis, ad ferendam obsessis opem rapido agmine recurrerent. Quare ad primum quinque bellatorum milliū subsidij à Cæsareis nuper accepti nuntium; rati eos obsessis succurrere iterum tentaturos; in vetera munimenta, castrorumque propugnacula redierunt: non sine ingenti spe urbem propediem deditum iri; ob vulgatas in ciues, præsidiariosque valetudines; quas restagnantium refluentis amnis, in depressis, imisque locis aquarum putrescentium olidus vapor effecerat: & ne obiectus flumini ager à Cæsareis scinderetur; ingens propugnaculum, quod longè tormentis totam aggeris longitudinem abradens Cæsareos summoneret, moliri aggrediuntur: munimentorum quoque fossa ad duodecim pedum latitudinem dilatata: loricaque octo pedum ab imò fundo altitudinis excitata. Nihil operæ, laboris, militaris industriæ, atque artis omittebant; vt inuicta propugnantium domita virtute, susceptam expedi-

Cæsarei in Pheugari agrum copias immittunt.

Suecorum in urbe oppugnanda sedulus labor, & industria.

tionem perficerent. Sed paucis post diebus omnis potiendæ urbis spes penitus concidit; dum probassent; neque ignibus, neque auxiliaribus aquis constantem, induratamque præfidiariorum, ciuiumque virtutem posse perueniri; atque ob pabuli, comæatumque difficultatem cladem toti exercitui imminere. Sueci sine Duce, vllisque stipendijs, Vinmarienses præfecti arcana æmulatione Suecis infensi, Luneburgenses inter conciliandæ cū Cæsare pacis cogitationes dubij, Galli in Vestfaliam cupidi irrumpendi, communi consilio, consensuque obsidione soluta, abrupto pluribus in locis agere, pars Albim, pars Visurgini versus abierunt; maior copiarum moles ad Zellum substitit; vt * Afcalingium, Hannouerumque ab armis Imperialibus tueretur.

*Sueci à
Voltem-
pyri ob-
sidione dis-
cedunt.
Hildeb-
heim*

Saxones cum aliquot Imperialibus iunctis armis, Goltzio supremo Duce, Gortizium Luititorum principem urbem adorti circumposita castravallo, fossaque munierunt. Vankes præfectus non suburbia solum cremasse contentus, vicinas etiam in suburbano agro ædes incendit: quo in totam circum iacentem planitiem liberior foret prospectus, atque omnem tutum receptum Cæsareis adimeret; intacta in suburbijs tamen æde relicta effossis ad fundamenta cuniculis, tormentarijque pulueris cadis impletis, vt in aerem excuteret, quos in eam ingressuros putabat. Ad præstitutū igitur tēpus cuniculi concepto igne ab imò fundo erutam domum, omnesque in eam ingressos fati imminenti ignarum horribili fragore in sublime torserunt. Goltzius vix eo domicilio pedem extulerat; qui primo statim aduentu in eo prætorium statuerat; cum cuniculorum flammæ violentissimo impetu erumpentes, contignationes, & tecta concussa vehementius tellure subruerunt: argenteis vasis ignibus, ac impedimentis absumptis.

*Saxones
Gortizium
oppugnāt.*

*Saxorum
in Cæsareis
infr-
dia.*

Saxonix Elector cum Francisco Alberto Lauemburgo, totaque procerū aula venit in castra; vt præsens citius deditioem oppidi maturaret; Præfectus crebris eruptionibus in obfessores incurrens, proq; mœnibus pugnans faciebat, vt de felice obsidionis exitu Saxones dubitarent. Neusthumi turrim è sublimi in castra tormentorum ictibus fulminantem in eam maioris formæ colubrinis collineatis, solo æquarunt: Nisè amnis ponte exciso, productis contra mœnia aggeribus, vt tutius à propugnantium missilibus fosse succederent; urbem arctiori obsidione angebant.

Azfeldius etiam coactis validioribus copijs, adscitis in societatem vicinis Hispanorum præfidijs, Dorstenum munitum in Vestfalia oppidum repentinus inuasit: binis circumpositis castris alteris citra, vltra alteris amnē * Luppiam ad Mœnium anteides accedere nitebatur. Gubernator ingenti ferocia displodendis in castra tormentis, ac continuis in obsidentium stationes incurfibus, cędendis fossoribus, prohibuit; quominus hostes tumulos ad tormenta collineanda construerent. Ita etiam peritè aliquot tormenta in quadam totius urbis firmissima turri librauit, vt destinatis ictibus supernè in castris hostium vnumquemque scite collimans designatum interficeret. Hæ tamen præfecti assidux molesti impedimenta, nihil Cæsareos moraban-

*Cæsarei
Dorstenum
obsidens
Lippa.*

rabantur, quominus comes quicquam de suo ardore, diligentiaque in promouendis loriceis, aggeribusque remitteret. Immo tribus amne pontibus iuncto, ad cuiusque caput parmulis excitatis, ad plurium propugnaculorum, receptuumque structuram sollicito animo incumberebat: ac ingenti fascium, stirpiumque modo infarciendam, opplendamque fossam curabat; quo ad impetus in mœnia dandos militibus expeditior aditus foret.

Recipiebat in dies noua militum supplementa, quæ à socijs, foederatisque regionibus mittebantur; quo fiebat, vt non in vineis producendis plures milites amittere vereretur. Nec mœnibus tantum agendis pluteis minabatur; tecta etiam ingenti mortario igneas bolides centum, & sexaginta globos pondo iaculante horribili sanè ciuium terrore ruebat. Mandatum præterea Afzeldio à Colonienſi Electore; vt quanticunque illud oppidum expugnaret, cum totius Vestfaliz maximi eſſet momenti. Verum tribuni Geis, & Roitzius ferocissimo duorum militum millium præſidio præſecti ita fortiter hoſtem ſummouebant; vt & quilibet telluris palmus accessus magno illis impendio sanguinis ſtaret. Hanc expeditionem Auſtriaci improbabant, cupiebantque Afzeldium eo amiſſo difficili, laborioſoque obſidio, ad alia vtiliora tentanda exercitum duceret. Verum Afzeldius fernidiori diligentia ita propugnaculum ad pontis custodiam à ciuibus extructum tormentorū verberatione quatiebat; vt illud præſidiarij deſerere cogeretur; qui vice repēſa Cæſareos impulere; vt intra munimētorū ſepta equitatū ad tuendos pedites continerent, qui continuis ferocibus eruptionibus cędebantur.

Mutua
propugnaculorum
oppugnatio
virtus

Saxones
frata cuniculorum
inuaſerunt

Ipſe operi inſtabat Elector tanta cura; vt ſuis manibus tormenta libaret; quibus oppoſita munimenta, continua pilarum iaculatione pulſabat; in vrbs tecta ſimul omnium igneorum miſſilium genere ſine fine deſeuiens; ſed exiguo ob eximiam ciuium diligentiam proſectu. Mox ingens cuniculus iniecto igne ſuccenſus terribili fragore, & violentia concuſſa mœnia proſtrauit. Accurrere ſubito Saxones per diſiecti muri ruinas in urbem factō impetu irrupturi. Sed tanta eos virtute præſidiarij repulere; vt Saxones quadringentis amiſſis bene mulctati in caſtra redierint. Qua victoriz obſeſſi maioribus animis facta valida eruptione Neus flumini iniectum à Saxonibus pontem, depulſis custodijs combuſſerunt. Verum præſectus cum omnia exteriora munimenta amiſſa, maioremque mœnium partem humi proſtratam, tres cuniculos ſulphureo puluere grauidos extremam vrbi minari perniciem videret: caduceatorem ad Electorem emiſit: vt deditiōnem paciſceretur; à quo idcirco caſtrorum præſectus, aliusque centurio in urbem obſides miſſi. Deditiōne itaq; ad quintum nonas Octobris æquis conditionibus conuenta: præſidiarij cum ſarcinis, & armis abierunt. Elector ingreſſus ruinas reſtitui, repararique diruta munimenta iuſſit; validoq; impoſito præſidio firmavit.

Vrbs
Saxonibus
deditur.

Erfurt

Iam hyems appetebat; copizque omnes hybernorum quietem ad remittendos bellandi labores reſpectabant. Archidux Mansfeldium caſtellum ex itinere cepiſſe contentus, quod iunctis cum Bicurgio conſilij,

filijs, & armis Franconiæ partem continuis pensionum exactiõibus infestabat; exercitum in statua dimisit.

Torfenfonijs supremi Suecorum Ducis cum validis militum subsidijs aduentu Vinmarienses, Catti, Sueci seiunctis armis, à se inuicem discesserunt, vt copijs in commodiora statua deductis, corpora, animosque ad futura bella curarent. Non tamen à Spaare alterius Austriaci agminis supremo præfecto magni nominis bellatore ab Hohenuilo oppugnando cessabatur: qui mille quingentos passus propè urbem copijs admotis, tormentis moenia diruere, urbemque ingentibus bombis, quarum aliquas nouo, mirabilique inuento ipse molitus erat, vexare aggreditur: sed cū ferè extra ictum in tanta longinquitate posita vrbe, innoxia plerunque tela inciderent: quingentos passus propiùs urbem castra produxit; vbi alium tumulum ad collineanda tormenta construxit, vt melius se ab vrbis tormentorum iactibus tueretur: quæ non exigua suorum cede in monte librata in castra certis ictibus emittebantur. Sæpius etiam præfectus eruptiones iterabat, vt lo-
*Spaar Ho-
benu illo
oppugnauit.*

Urbis Constantia, Tiriolensisque comitatus, commeatus, omniaque necessaria obsidentibus sufficiebant. Spaares, vt legiones crebris militum effugijs imminutas nouis militum supplementis impletet: à vicinis socijs auxiliares militum cohortes sollicitè postulabat. Interim propiùs urbem pluteos, ac vineas promouebat, atque adeò è propinquo propugnaculum ad collimanda tormenta excitauit; vt ab vrbe amplius missilibus incesse non posset. Quare obsessi ad eam perniciem amoliendam trecenti numero tanta ferocia in Cæsareos eruperunt: vt post sauiam, obstinatamque pugnam deiecto præfidio eum tumulum occuparint; qui tamen Imperialium conatibus fauentibus tenebris ab eis receptus iterum est: validiorique militum custodia munitus. Verum erant adeò ciuium, præfidiariorumque animi in omnem patientiam obfirmati: vt Spaar ad eorum feroces animos domandos cum armorum inutilem profus rigorem videret; quo præfectum ad urbem dedendam molliori ratione flecteret, caduceatorè ad eum miserit; equifimas quascunque vellet, cum Cæsaris gratia pollicitus. Verum ille respondit: nihil se vnquam de sua firmitate in ea vrbe tuenda, constantiaque animi remissurum. Quare Spaar tormenta à Bauaro propugnaculo Zellum iussit abduci: quo totius quoque militaris apparatus conuectus est, quòd contra illud munitissimum oppidum omnes conatus inanes, laboresque irritos futuros videret: præcipuè iam altæ hyemis rigore sauiente. Quare exeunte mense Decembri penitus ab ea oppugnatione discessit; adeoque trepido, festinoque agmine properauit; vt aliquam commeatus, reique tormentariæ copiam obsessis diripiendam reliquerit: qui propria constantia in vrbe tuenda, ferociaque læti solutum obsidium omnibus hilaritatis significationibus sibi gratulati sunt.
I 642
*Spaar ab
oppidi op-
pugnatio-
ne disces-
sit.*

Vinmarienses iam ex nauibus ponte Rhenum constratum, trajcere ceperant; eodem tempore, quo Catti ex * Cliuiz Ducatu, alijsque locis coacti
clui
exer-

exercitu, matrabant; quo Lamboy armis occurrerent: qui Obrinco amne superato, festinabat: ut se cum Azfeldio Rhenum ad Ardenachum traiectione coniungeret. In aduerso huius amnis litore iam Comes Guebrianus cum septem armatorum millibus, & quinque muralibus tormentis, Erbsteiniq; Comes cum quatuor Cattorum millibus, nouemque campestribus tormentis conlitterant, cum commeatuum decem dierum apparatu, ut in Coloniensem agrum impetum facerent. Primum statim accessu Ordininghenum in eiusdem fluminis litore adoriuntur: cuius propugnatores Lamboy copiarum vicinia animati: à quo subitum, praesensque subsidium sperabant: cum non amplius duodecim passuum millibus cum duodecim armatorum millium exercitu inde abesset. Inuitanti ad deditiorem Comiti responderunt: se in inuiolata erga suum Principem fide usque ad ultima permansuros. Quorum constantis voluntatis declaratione, expressa violentiae necessitate, Comes decreuit belli malis propugnantium contusa ferocia, urbem ad deditiorem compellere. Qui ut tutius aggeres promoueret: nec à vicino Lamboy exercitu aliquod incommodum pateretur: omnia itinera ad urbem ducentia praecidi, transuersisque arboribus, impediri, ac claudis, atque equitum turmas tota regione currere iussit: ut ex interceptis hostium aliquibus eorum consilia, destinataque cognosceret, quo ad primos se moventium in urbis subsidium Imperialium susurros: obsecrarum à se viarum beneficio eos contra profectus in ipsa urbi succurrendi conatibus oppugnaret. Ductis igitur munimentis, promotisque aggeribus, Vinmarienses, usque in urbis fossam penetrarant: ubi ampla muri parte deiecta, dum in ruinas impetum parant: voluntaria deditiorem propugnatores excidium imminens praertererunt. Centum sexaginta praesidiarij egressi ad victoris stipendia perfidè transferunt.

Catti & Galli in Coloniense agro Ordininghenum adoriuntur.

Ordininghenum Vinmarienses deditiorem.

Guebrianus pugnam decernit.

Vix urbe dedita, Comes Guebrianus ex diligentium exploratorum nuntijs admonitus Lamboyum in Crempenae agris statiuam habentem in locum munito Azfeldi aduentum propediem in sua castra venturi praestolari. Ut tam validarum virium suis longè praestantium coniunctionem anteuerteret; statuit generoso, necessarioque consilio vnius pugnae fortunae potius sui exercitus salutem committere; quam damnosam trahendo moras, expectare, ut hostes duplo numero superiores, se iunctis exercitibus aggredirentur: quamuis se ille intra firmissima munimenta contineret.

Vinmarienses pugnam decernunt.

Ordinghenus igitur ducentorum militum praesidio munito, gravioribusque sarcinis ibi relictis, profectus ad duo passuum millia procul ab hoste confedit. Postero die ad tormenti iactum instructo in pugnam exercitu, propè Caesareos animosus accessit: exploratisque è propinquo aequioribus locis, atque hostilium munimentorum positum contemplato quamuis arduum, ac difficile illud sibi facinus videretur; habito tamen Ducum, praefectorumque consilio, communi omnium sententia statutum est: vtilius esse pugnare dubia etià victoriae spe; quàm ex Azfeldij armorum cum Lamboy exercitu coniunctione, vltimum, atque inuitabile exitum imprudenter adire

Maiori

Maiori igitur, accuratiorique diligentia Imperialium munimentis iterum conspectis, aliquot strenuorum peditum cohortes hostium castra inuadere iussa sunt; dum alia suis, quæque agminibus disposita sequerentur; primis auxilium subito accursu laturæ: equitatus in campestri planitie in suos ordines explicatus; ut ad pedites tuendos paratus, expeditusque foret. Erat maximè periculofum aggredi munimenta intra aggeris surgentis in arduum septum extructa, à fronte altiùs fossa subsidente. Paratis igitur ad pugnam armis, & animis, in tria ingentia agmina Comes vniuersas copias diuidit; ut tripartito hostes inuadat. Primum Gallorum erat Comite ipso supremo Duce: Cattorum alterum, cui præerat Comes Erbesteinus; tertium ex Vinmariensibus constabat; in quo Dux Tubadelus curabat. Prudentibus consilijs, quæ felices exitus responderunt. Siquidem à ducibus primis cohortibus in Imperiales immisissis, atque per aggeris ardua enitentibus, sæuissima pugna committitur; & quamuis spretis præsentissimæ necis periculis, Galli feroces impetus irerassent; Cæsareis tamen moschettarijs continuam glandium procellam in temerè subeuntes iaculantibus, ab aggere cum strage summoti irriti, exitiosoque conatu in castra benè multati redierunt; altiori situ, munitioumque præstantia Imperialium virtutem, industriamque iuuantem. Sed maiori furore in pugnam hostes regressi, superata tandem fossa, in Landeruetum aggerem salierunt: qui quia nimio pugnandi ardore in Cæsareos pedites aggeris defensores in composito agmine ferebantur: Comes Guebrianus veritus, ne nimis in hostes pronecti, ab equitatu Cæsareo cederentur; antequam à suo peditibus posset opportunè succurri: se uero edicto cauit; strictoque ense compulit suos in aggeris margine subsistere; ut pluribus locis aperto, laceratoque, equitatu planum aditum patefacerent. Eodem ferè tempore Catti, Vinmariensesque fossa transmissa, opposita impedimenta, aggeremque disiecerunt; ut viam cæteris equitum agminibus ad inuadendos Cæsareos complanarent.

*Vinmariorum
ses castra
Cæsarea
aggrediuntur.*

Vbi omnes ad destinata loca peruenerunt; restitutis in pugnam ordinibus; ad præfectum Rosam mandata comes dedit; ut ad dexteram cum Cattorum agmine in hostilem peditatum eodem momento signa inferret; quo Tubadelus ad leuam in eundem inueheretur. In quo feroci congressu, cum vnaqueque partium pro paranda victoria obstinatissimis animis præliarentur; sæua, & horribilis si quando alia pugna deseniit: dum prima sclopetorum utrinque tempestate displosa, collato pede, strictis ensibus, quasi singulari certamine dimicarent: ex eo genere pugnae maior, miseriorque militum strages oriri solet. Vltimos utriusque exercitus virtutis, audaciæque conatus edidere. Post diuturnum tamen, pertinaxque certamen, Cæsareo peditatu à Cattis, ac Vinmariensibus vsque ad fossam, spatiosam planitiem interfecantem propulso; tunc à dextra, leuaque Galli equites promoti gradu, in hostile equitatum tanto impetu incurrerunt; ut dissipatis, disiectisque ordinibus, totam hostium aciem euertierint.

Lamboys in tanta rerum iniquitate optimi, animosique ducis partes egit.

Cæsaris *fugantur.* *Capitur* *Lamboyus.* *Chempen* *Numerus* *equis/struy* *regit.* Nam quamuis suum peditatum fufum, turbatosque, ac fluctuante^s equitum turmas, atque amiffa tormenta vidiffet; strenuo tamen præfecto^rum, centurionumque, ac tribunorum globò collecto, stipato agmine pugnam instaure. Hostium fugam, stragem, quocunque illa densata fortium bellatorum turma se concitat, facit. Sed iam ad Gallos prorsus inclinante victoria, eo insigni ausu aliud non esse quutus est; quam vt supremi ducis captiuitas victoriæ gloriam hostibus cumlaret. Duobus siquidem equitum agminibus ex acie in comitem fugientem emissis, circumfufisque Lamboy globo, clausa vndique fuga, capti omnes in Gallorum potestatem venere. Tunc equitatus in Imperialium impedimentorum stationem inuectus momento temporis sarcinas diripuit.

Chempen *Numerus* *equis/struy* *regit.* Pugnatum est propè * Crempenam quatuor horarum iter, tenuitque prælium ab octaua natutini, vsque ad tertiam pomeridianam horam. Plus quingenti ex Gallis, fœderatisque cecidere; tria verò militum millia ex Imperialibus cæsa, præter mille, & quingentos captiuos; inter quos ipse supremus Dux Lamboyus; Mercyus rei tormetariæ præfectus, sexdecim Chiliarchi, nouem legionarij legati, octo maiores statores, octo, & viginti castrorum magiltri, totidem cohortium Duces, duo legati, vnus, & triginta, turmales, & quinque, & triginta cohortium signiferi. Victores prædæ cupiditate acti impune quotidianis procurfibus tam opulentam, ditemque regionem populati, pagos, & villas, aperta que oppida barbare incendunt.

Noy *Guebri-* *annus* *Neue-* *fium* *inua-* *dit.* *Vrbis* *de-* *ditur.* *Colonien-* *fium* *trep-* *idatio.* *regit.* Guebrianus ne tam insignis victoriæ fructum amitteret; Neuesium urbem promotis copijs aggreditur; quæ Rheno adiacens Dufeldorffo, Neuburgi Ducum regiæ aduersa maximi momenti omnium opinione censetur: iusso Tubadelo cum pluribus equitum turmis per vicinos agros excurre, qui fortuito in moschettariorum equitum Lamboy legionem incidens captis omnibus Ducibus, & ministris, totam deleuit. Mox totis viribus ciuitas vrgeri à Comite cæpta est; triduoque illam ad vltima compulsum in deditioem accepit. Qua victoria non solum ad maiores in Electoratus visceribus progressus aditum patefecit: sed etiam ipsi Colonix trepidationem, terroremque intulit; quæ tamen maius ab auxiliarijs turmis suæ libertati periculum, quam ab hoste timens, duo Imperialium armatorum millia ab Azfeldio ad urbem tuendam oblata admittere infracto animo recusauit. Permisit tantum, vt Rhenum ponte committeret, vrbis tormetis defensum; atque vrgente acrius hoste laborantes copias ad vrbis munimenta sub tormentorum tutamentum subduceret. Suburbiorum inquilinis Senatus mandauit, vt paratis armis in expedito forent; vt qua salus vrbis vocaret; accurrerent. Vigilum portarum custodias nouis adiectis cohortibus firmavit; atque vrbis propugnacula maioribus tormetis instruxit; nec vllam curam, diligentiamque prætermisit; quin nouas militum cohortes, & equitum turmas conductas in vrbis præsidium induceret. Clerus, Canonicorumque conuentus, qui diu contumax iteratis Cæsaris, aliorumque Germaniæ principum

capū precibus restiterat: quibus enixè poscebatur; vt Baviaricæ domus coadiutorem Archiepiscopo Electori subrogaret; inter has imminentis belli angustias deprehensus, quo firma bellatorum subsidia à Bauaro duce obtineret, qui iam obnuntiabat, se nihil opis Coloniz laturum; nisi hoc sibi clerus indulgeret; tandem ducis votis annuens Maximilianum Henricum superioris, inferiorisque Vindeliciæ ducem coadiutorem, successoremque Electoris suffragijs omnibus renuntiavit.

Guebrianus Neuesium munimētis dirutis restitutis, alijs adiectis firmioribus propugnaculis, loriceque muniuit. Ibi sub diligenti custodia dux Lāboyus seruabatur; donec de eo è Gallia ducibus mandata darentur. Aliquot deinde post menses omnes cum Mercyo purpurato, & comite Ludouico valida supatos custodia in Galliam ad Regem Guebrianus misit. Mox per Rheni litora Coloniam versus exercitum ducens, quacunq; transibat, incolarum solitudinem faciebat, & fugam. In ea vrbe summus præfectus Azfeldius otiosè Bāuari, Lotharingique ducum subsidia militum expectabat; quæ maturè venire sicuti necessitas postulabat, ita diu nimium cunctari videbantur. Interim Guebrianus per Queury dynastan centum sexaginta duo turmalia signa, pediatasque varia vexilla diuersis in prælijs hostibus erepta ad Regem misit, quod illi munus acceptissimum fuit, cuius auribus nihil poterat gratius accidere, quàm illius victoriæ narratio; cui etiam ab vniuersis aulæ proceribus magno effusæ lætitiæ sensu faustissimis vocibus acclamatum est: cum fortunam ad Gallorum vota velificantem viderent; cuius continuatis fauoribus, eò Gallicæ gentis bellici decoris, inuitæque virtutis existimatio processerat; vt iam formidabilis Gallorum nominis fama remotissimarum etiam gentium auribus insonuerit.

Cæsarei exercitus continuis difficilium per vastatas, commeatumque inopes regiones itinerum laboribus macerati, vix stare vestigio poterant; ne dum cum valido hoste bellare. Lauemburgi tamen præcipuam stationē, prætoriumque fixerunt; vnde in plura agmina diuisi circuniecetas regiones crebris incurfibus populabantur. Sed veteri Marchia continuis copiarum statuiis, ac populationibus deuastata; Cæsareoque exercitu ob frequentia militum funera, quos incommoda, ac labores absumpserant; ad exiguum numerum redactō, Picolomineus trajecto iterū Albi, in ditiora, vberioraq; statina copias partitus est; vt melius, opulentiisque ab hospītib; habitæ vires restituerent.

Suecica verò agmina, quæ hostilium virium conatus, ac impressiones effugerant, intellino propè suorum scelere perierunt. Proditionis structor, insidiarumque molitor præcipuus fuit tribunus Sekendorffus Suecus, cuius legioni cum castrorum portæ custodia ex militari circumducta vice contigisset; ille Picolomineo se ad opprimendam maiorem Torlensonij exercitus partem aditum patefacturum receperat. Hic Tribunus à Torlensonio veniam, libellosque assertorios obtinuerat, quibus

V u partus

Captiui
in Gallia
ad regem
missi sunt.

Suecorum
ex insidia
rum molitione
periculoso.

Ersunt,

*Insidia
miraculo
detegun-
tur.*

partus doloribus laborantis inuisendæ speciei proficisci liceret: sed ad Februarium vsque mensẽm ijs libellis vti distulit; quos per tubicinẽm ad Chinismarchi stationes in Arberburgi aditu excubantes sollicitè miserat; vt expeditè, ac sine mora; ne qua difficultas iter moraretur, pergere posset. Alias duas syngraphas sigillo obsignatas in equi ephippio condiderat. Dum igitur vigiles de libellorum veritate, synceritateque ambigunt; quod vetustiores, maturioresque viderentur; hærentque dubij, an eos legitimos admitterent; an vt adulterinos, falsosque reiicerent: tubicinẽm moram perreptus, relicto in stabulo equo, maiorem præfectum oratum adiit; vt eos ratos, verosque haberet. Excutiente se interim vehementius equo, cartæ ob signatæ nullo aduertente, ex ephippio delapsæ aliquandiu stramento obrutæ latuerunt: circa quod dum ludibundus saltat, terramque anterioribus pedibus fodit catellus; earum altera emerfit ex paleis: quam sublata, atque à circumstantibus lectam, ex eius sensibus, tenoreque aliquas sekendorffi insidias, dolosque suspicati, copiarum ducibus detulerunt: qui in stramento iterum, si quid aliud lateret, inquiri iussere, repertaque altera, ambæ ad Torfensonium missæ. Eodem tempore Sekendorffus Salzuuedelum abierat, vt ipse de malè, asperèque accepto suo tubicine quereretur: & dum mutuis computationibus, ac propinationibus detinetur; à cohortis præfecto triginta militibus stipato captus ad Torfensonium bene custoditus mittitur: à cuius auditore militari more habita quæstione, atque in reum deprehensum capite damnatum sine mora à licitore lege actum est.

Tota igitur fraudum, insidiarumque structura opprimendi Torfensoni in irritum lapsa, Cæsareæ copiæ ad Moldæ, Salasique litora in statina abierunt; aliquot bellatorum agminibus in Pheugari, Magdeburgique episcopatus relictis; vt Suecorum consilij exploratis, eorum tentamenta, ac conatus eluderent.

*Guebri-
anus ad
Lechnicum
oppugnã-
dum præ-
cedit.*

Guebrianus lustrato ad Durenũ exercitu, ad Lechnicum oppugnandum processit: vbi arx firmis, ac validis munimentis ad recentis militaris disciplinæ leges munita consurgit; quam spatiosa, atque depressa fossa aquis restagnantibus plena circumdat; tormentorum apparatu insuper instructissima, quibus hostium castra præfidiarij continua pilarum iaculatione obsidentium accessus, valli que structuram fortiter impediabant. Erectis munitionibus Galli, directisque in mœnia tormentis, crebris globorum iactibus vrbis munimenta demoliri aggrediuntur: quibus simili pilarum tempestate obsessi strenuè respondebant, ac frequentibus eruptionibus cruentam maximè oppugnationem faciebant. Par erat vtrinque & oppugnandi, & propugnandi animorum acerbitas, & pertinacia: & quamuis Galli horribilem pilarum nimbũ excuterent; vt mœnia latè prosternerent, commodiùsque integræ cohortes ruinis confertis ordinibus succederent: nihilominus per aliquot dies primum illum ardorem remiserant;

cum

cum assiduâ dispoſitione duo maiora tormenta diſrupta crepiſſent : eodem tempore quoque tormentario puluere deficiente , quæ omnia ^{Navy} Neueſio ad continuandum obſidium expectanda erant : quibus in caſtra conuectis, furioſior, ſi quando aliâs, oppugnatio efferbuit : ab oppido non minori conſtantia , ferociaque propugnatoribus iſtus totidem retorquentibus . Galli tamen duo exteriora propugnacula adepti magnam muri partem continua verberatione diruerunt . Quo diſcrimine, iteratiſque ſæpius obteſtationibus ciuium, exercitatus Colonienſis Elector celebres tabellarios ad Azfeldium miſit; precatus, vt tanti momenti oppidi ſubſidio cum exercitu properaret : importunis quoque precibus ab Hiſpanis flagitauit ; vt è Belgio tandem ad Rheni litora egreſſi Rechenikum obſidione ſoluerent ; totum Electoratum Gallorum moleſtijs eximerent : ſed Hiſpanis nec dum etiam ad renouandum bellum inſtructis, illius obteſtationes vanæ, irritæque fuerunt ; ſicuti fruſtra Guebrianus ad Electoratum ſubigendum auxilia à Batauis poſtulauit ; cum illi omnes ſuas curas, cogitationeſque in Angliæ Regina Orangi Principis filij ſponſa ſplendidiffima pompa excipientia conuertiffent .

Colonienſi Electore auxilia poſcit à Caſaræi .

Guebrianus tamen maiori feruore, acrioriq; diligentia vrbi oppugnandæ inſiſtens, cuniculis mœnia ſuffodere, tormentorumque impetu diruere nitebatur . Proſtrata tandem ampla muri parte, Galli in ruinis inuitis deſenſoribus ſigna fixere : qui poſt duorum, & viginti dierum ferociffimam propugnationem, magnis hiatibus prolabantibus muris, ſubditis tectis facibus ſe in arcem cum rerum cariſſimis receperunt ; vnde validis, crebrisque eruptionibus hoſtilia agmina fatigabant . Sed erecto in maioris templi cœmeterio tumulo ad collineanda altiùs tormenta, certioribus iſtibus arcis tecta feriebant : pari fere miſſilium tempeſtas ab arce in eum tumulum contorta cadebat . Et quamuis Galli mœnia adedò cuniculis concidiſſent ; vt triginta pedes ruinæ paterent ; conſertæque cohortes ſtriſtis gladijs, inclinatiſque haſtis per ruinas in arcem eniti ſtrenuè conarentur ; nihilominus à propugnatoribus deſoſſo receptu à lateribus moſchettarijs bene munito, qui deſilientium ordines obliquè ferirent ; ſua certæ victoriæ ſpe comes fruſtratus, cum nullis conatibus vinci, domarique propugnantium conſtantia poſſet ; trepidique nuntij afferrentur, Bauaricas copias in Colonienſes fines ingreſſas in ſingula momenta cum Azfeldij exercitu ſociatum iri ; vt iunctis ſimul viribus, Gallorum caſtra inuaderent ; maturè, atque opportunè ſuorum ſalutem proſpicere cogitauit ; qui remiſſo natiuo impetu, omnino demiferant animos .

Vaſtato igitur, incenſoque agro, ac vicinas villas flammis, igneque demolitus exigua cum Gallicorum armorum exiſtimatione, quæ tot partis victorijs terrorem longe, latèque diſfuderat : à cepto obſidio diſceſſit, in quatuor agmina equitatum partitus ; quo melius recipientes ^{Galli à Lechnichi oppugnatiōe abſunt.}

V u 2 ſe

se pedites tueretur: ac tormenta, grauiioresque sarcinas custodirent. In munitum locum secessit; ne ad ferendam pugnam ab hoste multo inferior bellatorum numero cogeretur, mille quingentis militibus in ea oppugnatione amissis. Præfectus, præfidiarijque inuictæ virtutis gloriam apud totum Christianum orbem meruere.

Iam tandem Cæsar de suorum procerum consilij sententia Franciscum Albertum Saxo Lauenburgum suarum copiarum Imperatorem dixit ea mente: vt eiusdem Lutheranae superstitionis duces, & milites ante ab Arnheimio, conductos, sociatos simul, atque vnanimis contineret; numero-
Franciscus
Albertus
Saxo, Lauenburgus
Imperialis exercitus
supremus Dux
creatur.
sæque militum agmina ad optatum numerum perduceret: nec non Germanorum voluntates demereretur, Ratisponensis conuentus sancita implendo, à quibus cauebatur, ne vlli extero Germanici exercitus imperium committeretur. Dux Iulius Henricus Catholicus maior Francisci Alberti frater, & Franciscus Carolus minor, atque ipse postea Viennam ad Cæsaream aulam migrarunt; quibus vadibus synceri negotij candor, & simplicitas elucebat. Tria ille potissimum postulabat; primum, vt sibi stipendia militum penderentur, atque ad nouas copias scribendas pecunia daretur: secundò principatum in Quadis poscebat; tertio, vt lis cum Megalopolitana familia componeretur. Hoc veluti arduo admodum, atque difficillimo denegato, cætera à Cæsare facile obtinuit. Centum florenum millia, quorum dimidiam summam Hispani admensi sunt; illico numerata, conuentis alijs militaris ductus legibus.

Cæsar horum triu fratru Lauenburgicæ domus beneuolentiâ præcipuè conciliauit; ijs inter cœnandum suæ mensæ adhibitis: quo hoc munificentia, ac lenitatis illicio alios principes suis adderet partibus, atq; à Suecoru societate cæteris fœderatis auulsis, hostilium copiarum vires infirmaret. Germanorum enim ferocitas animorù facili tractatione mollitur; quæ durior habita in vltionè asperata prorumpit. Iussu suo quoq; à primarijs aulae ministris præsertim à Comite Lesleo cohortis prætorie præfecto conuiujs exceptis. Honoribus igitur abundè cumulatus Franciscus Albertus Vienna discessit: vt diplomata veteranis ducibus partiretur; qui bellicosa militum agmina: conquistis vbique strenuis bellatoribus, authorarent.

Torsensonius iuētis cum Stallhansi agmine copijs, vt parem virium magnitudini bellicam expeditionem aggredierentur; Lugidunum urbem magni vsus, firmisque munitioibus validam, & mille septingentorum militum præsidio defensam, com meatibus in annum instructam adorti eodem die, quo castra ad urbem locarunt, ducentos Imperiales equites & aliquot pedites deleuerunt, qui in urbem ad roborandum magis præsidium ingredi conabantur. In vtroque Viadri fluminis litore construere propugnacula, loricas educere, urbem vndiq; vallo claudere Torsensonius instituit, opportunis in locis tormentis dispositis; non sine maximo ab obsessorù tormentis, & moschettarijs accepto iucòmodo, propter singularè Mauritijs

Augusti

Augusti Rochauij purpurati vr̄bis præfecti peritiam ; qui in subeuntes Suecos omnis generis missilia torquebat. Hæc tam acris, validaque oppidanorum propugnatio, magis Suecorum animos ad oppugnationem inflammauit; quam remisit. Siquidem in ruinas nec militari more tormentorum ictibus complanatas, immo ascensu arduas adeò ferocem impetum dedere ; vt trium horarum pugna mœnium loricam prætergressi, quadringentorum defensorum cede, quos armatos inuenerāt; vr̄be potiti sint: sexcentis captis inter quos ipse præfectus victoriæ decus cumulauit.

Sueci in urbem irrumpunt.

Hæc ingens iactura rem maximè Austriacam deiecit ; sequentiumq; rerum infaultum omen fuit ; qua pars Saxonica ditionis, à cæteris auulsa, præcisæque aditum Suecis aperuit ; vt impune Bohemiam, Marcomanosque prædarentur, ac cum Brandeburgica ditione parta coniungerent ; Cæsareis opulentiore comæatum promptuario priuatis : à quibus plura oppida nec oppugnata, nec ad deditionem minis compulsæ ad Suecos deserto Cæsare, defecerunt.

Vt huic incommodo mederetur, ne hoc venenosum perfidiæ contagium latius manaret Cæsar iussit copiarum reliquias ad Salasum amnem in stantiis cessantes: se cum Francisco Alberto, atque octo legionibus, quas Buchami Comes ad eundem è Bohemia ducebat, coniungere ; vt valido exercitu constituto, prouehentem se nimium Suecorum fortunam aliquo obiectu sisterent.

Torsensonus Trachembergæ suas copias circumfudit ; quæ vr̄bis nemo verebatur ; quin plures menses Suecorum impetum moratura esset ; quando præter omnium existimationem, ne vilo profus tormenti boatus fremitu audito : altero obsidionis die se Suecis turpi deditione subiecit. Trachembergæ potitus Torsensonus Ilingam oppugnare aggreditur ; quod magni interesse censeret ; si eam vr̄bem suis partibus adijceret: verum post aliquot oppugnationis dies, cum suos conatus, præsidarijs incredibili virtute vr̄bem propugnantibus, irritos futuros videret ; ne copiarum vires in re ardua, atque difficili nequicquam elideret : cæpto abiit, vt alibi, scilicet ac melius suorum armorum vires impenderet : contra Iauuerum monit : primoque statim aditu captum, ac direptum incendit. Quæ barbara sæuitia tantum terroris vicinis oppidis attulit ; vt Goldebergum, Striga, Schenauum, aliaque illius tractus oppida illum referatis portis, venientem exceperint : in quibus, vt in fide contineret, relictis necessarijs præsidijs, rapido agmine se contra Schuueinitzium proripuit.

Torsensonus Trachembergæ acquirat.

Torsensonus varia oppida occupat.

Huius obsidionis oppidi nuntio Dux Albertus valde perterritus, quod ea capta vr̄be à se Bohemiam præscindi, communemque armorum consensum impediri vereretur : nouis militum subsidijs firmare præsidium decreuit : vt tam diu hostiles impetus moraretur ; donec cogendi auxiliares militum cohortes ad vr̄bem obsidione leuandam : spatium haberet. Sex igitur equitum millibus, quadringentis moschettarijs in equorum

Schenauum obsidet.

sublatis clunes celeri agmine ad ferendum vrbi iam oppugnatae subsidium accurrit: sed rei difficultate in ipso conatu comperta, obiectaque oculis ineuitabili clade: si ulterius pergere institisset; in suas priores stationes conuerso agmine redijt: acriter à tergo Suecico equitatu instante: cuius impetum dum conatur effugere, in quasdam moschettariorum cohortium insidias prolabitur, qui in Imperialium latera contorta sulphureorum missilium grandine, plures equitum turmas in fugam eo repentino impetu auerterunt. Dux vt in re subita moschettarijs in vno agmine conglobatis, ita æquo, opportunoque loco constitit, vt equitatu peditum latera tegente, Suecos ab insequendo cohibuerit; insultantiumque retuderit audaciam. Breuis tamen potuit esse tantæ virtutis conatus; quod pluribus Dux vulneribus faucius post tres suffosios, quibus vehabatur, missilibus equos, acerrimè pugnans, captus ab hostibus fuerit, à suis non agnitus; nec idcirco adiutus, quod densissimæ fumi, & pulueris nubes in sublime euolutæ oculorum intuitum interciperent. Cæsareus equitatus, circumfuso vndique Sueco turbatis ordinibus se fuga acie subducere conatus est: sed plurimi in ipsa fuga capiuntur; præter mille circiter cæsos; qui illos campos suis cadaueribus constrauerunt.

Dux Albertus sub
fidio obse
si: festi-
mas.

Sueci Ca-
sareos ag-
grediuntur

Dux Al-
bertus ca-
pitur.

Purpuratus Fernamontius cum pluribus equitum turmis in Vratislauiam ex fuga elapsus maius templum valido statim præsidio muniuit. Brigam inde, atque in Oppoliæ ducatum profectus est, vt supersutibus à clade fusi exercitus reliquias collectis, se cum alijs agminibus quæ à Bohemia mittebantur, coniungeret. Triginta turmalia vexilla, & quatuor campestria tormenta Suecorum triumphum illustrarunt. Franciscus Albertus ad curanda vulnera suo ipsius curru deductus paucis post diebus acerbissimo, & cladis, & vulnerum dolore extabuit.

Dux Al-
bertus mo-
ritur.

Brand-
burgi Ele-
ctor à neu-
tris stat.

Hæc victoria non campi modo liberum dominatum, sed multas etiam prouincias laborum præmium Suecis attulit: rebus Cæsareis in deterius in dies labentibus, quas etiam non parum Electoris Brandenburgi declaratio voluntatis afflixit; qui cum Suecis conuenit, se cum neutris partibus esse facturum. Cuius rei Cæsarem verbis venerationis, humilisque plenis obsequij monuit suarum causatus rerum discrimen; cuius metus illud consilium, ac decretum expresserit: ea lege tamen, vt liber vnique parti per suas ditiones transitus foret.

Hermes To-
ano Vner-
to multa-
tur.

Paucis ante diebus Mariscallus Hornus à Duce Bauaro, pro Ioanne Vuerro Gallorum captiuo liber dimissus: qui vt tanti beneficij Gallorum Regis maiestati præfens gratias ageret; citatis equis in Gallica ad Perpiniatum castra peruolauit; vbi à tota procerum aula, & ab ipso Rege omnibus amoris ob egregiæ ipsius virtutis existimationē significationibus exceptus est, hac catoque enle decem millium aureorum pretio donatus dimissus.

Post

Post solutum obsidione Lechenikum, Rhenum ponte iunctum Cæsareæ copiaz cum Bauari Ducis, Coloniensisque Electoris agminibus traiciunt; vt Gallos ab eo terrarum tractu decuterent. Quindecim millia bellatorum erant; qui bellis exerciti omnes, ac strenui com meatibus abundè instructi, nihil magis, quàm decertare cum hoste cupiebant. Exercitus in sua agmina ad pugnam dispositus pulcherrimo ordine digestus Coloniensi Electori, ac ciuibus mirandum, speciosumque sui spectaculum præbuit. Omnium consensu Ducum decretum est, vt ^{Caesareæ copia contra hostem vadant.} Sunicis vniuersæ copiaz ^{Zoni} confisterent; vbi Franciscum Mellum Hispanum Ducem cum suo agmine expectarent; omnesque simul sociatis viribus, Gallos intra ipsa munimenta inuaderent. A medio die Veringium versus progredi cepit exercitus; vbi prima castra locauere. Vinmarienses, Gallæque copiaz ad Frauemburgum loco ipso situs ingenio munito, quem etiam scitè ex militaris disciplina peritia constructis propugnaculis vallauerant; constiterant immoto vestigio Cæsareos expectantes, ea spe cohortes Hispanas non se eis aggregaturas: sed ab exploratoribus admoniti Franciscum Mellum cum duode viginti bellatorum millibus, Mosam ad Ruremondam, Venloumque traicere; veriti ne tam numerosis, validisque armis clausi, circumuentiq; com meatibus intercluderentur; munimenta demoliti, Greuemburgi statione relicta, cum tormentis grauioribus, & sarcinis, ordinibus ad pugnam compositis, procedebant; ac si dimicaturi cum hoste forent, atque in Ordingæ fines secesserunt; vt à Batauorum copiarum vicinitate vigorem, atque animos acciperent: quæ sexdecim bellatorum millibus validæ ad Vuesaliam, priſeis Alisonem, Rhenum transmiserant, vt amicos, sociosque firmarent; & castra inter Orfoyum, & Rimbergam posuerant, ea ratione; vt hic duo exercitus vna tantum copiarum moles, non bina castra esse viderentur, cum etiam ad mutua communicanda consilia ducto in longum aggere castra iunxissent: quod Franciscum Mellum suum exercitum munito in loco continere coegit. Illum Cæsarei Duces iteratis tabellarijs sollicitabant; vt Belgicas turmas cum Germanicis nulla mora coniungeret: quo iunctis agminibus, validiores hostes inuaderent. Verum ille in Mosæ litore cessans has Imperialium preces parui facere videbatur: quòd omnium copiarum summum imperium affectaret, ducereque pro arbitrio, quo Aultriacæ domus commoda euocarent.

E propinquo igitur Cæsareæ, Gallicæ, Cattorum, Batauæ, Hispanæ, Bauaricæque copiaz sibi inuicem ferociter minabantur; non elato tamen, nisi pabulandi causa è castris pede; mutuo timore illas intra munimenta continente, atque ducum insedisse animis videbatur; nolle, se vniuersæ pugnae fortunæ committere: sed eam bellandi tempestatem in statorum otijs cum vicinæ regionis supremo excidio transigere.

Torsensonius verò Dux efficax, & ferox in aduersa Germaniæ parte alia omnino ratione bellabat, quamuis victoriæ fructus decerpere, atque

Vii 4 vti

vti secundæ fortunæ fauore nesciret ; continuabat tamen solus campis exultans nullo contra pugnaute, suorum felices armorum progressus, Suenitio portas sibi pandere ; præsidioque dicere sacramentum compulso. Suecici equitatus partem Marcomanos, & Quados vsque ad Bohemiam fines emisit ; vt aliquod oppidum imparatum opprimerent ; palantiumque, ac fugientium hostilium copiarum reliquias, quas Duces Cæsarei colligebant, dissiparent ; dum ipse cum reliqua totius exercitus mole Nissæ Episcopali vrbi vini Emporio, quod à Pannonia in Quados inuehitur, oppugnandæ succederet : quam etsi omnibus militaris industriæ neruis, bellicæque virtutis operibus subigere niteretur ; eius tamen conatus, acerrime urbem tuentibus præfidiarijs ; parum feliciter processerunt ; sed nimio contemptu oblati æquis conditionibus reiectis ; cæsisque duobus tormentorum libratoribus sibi acceptissimis, Torfensonus in ultionem, rabiemque efferatus ferociore primis impetus iterat ; quibus & si obsessi animosè resisterent ; numero tamen, ac virtute deuicti transfilientium intra mœnia Suecorum ensibus obruncantur. Ciuitas à se direptionem deprecata cum victore conuenit : vt quindecim florenum millia penderet ; mille, & trecenta vini dolia, ceruisiæque ducenta præberet.

Torfensonus
vrbi
Nissæ
oppugnatus.

Nissæ
im-
pugnatus.

Olmu
Eburum
oppugnatus.

Eburum
ditur Sue-
cis.

Inde Torfensonus in Marcomanos ingressus ; omnes illos vberes campos incurfibus, populationibus, cædibus, pluribus eius tractus castellis subactis, terrore, ac fuga compleuit. Certior postea factus de exiguo Eburum vrbi præsidio, Episcopalis sedis, opulentissimæ nulli vrbi Marcomanorum secundæ potiendæ occasionem arripiens, illi admonere exercitum maturauit. Difficilem primum oppugnationem expertus est. Sed quemadmodum incusso sæpius arieti aliquandiu portarum valvæ resistunt ; quæ mox pulsata validius momento humi procumbunt ; sic illato tormentorum aspectus terrore, corrui illa prima animorum ferocia, & concidit pertinax audacia ; adeo vt fateri licuerit, solas Suecorum minas, oppugnationisque apparatus intuitum ciues ad deditionem compulisse. Nullis enim tormentorum ictibus diruto muro, integris propugnaculis, demisso animo, post sex oppugnationis dies victoris iugum subiectis ceruicibus acceperunt.

Hoc oppido expugnato Torfensonus validum in hæreditarijs Cæsaris prouincijs propugnaculum comparauit ; in quo belli posita sede, pecuniam omnibus vicinis regionibus imperabat : non minori suo commodo, quam domus Austriacæ detrimento. Huius vrbi custodia tribuno Vankeo cum duobus armatorum millibus commissa, adictique aggeres, ac lorice veteribus munimentis astructæ. Imperiale præsidium de tyronum Francisci Alberti numero maiori ex parte ad Suecica stipendia transfuit ; tribuno Miniato cum solis ducentis Cæsari fidis militibus Brunam deducto.

In

In Quados deinceps Torsensonius signa conuertit: qui si è totis agris incolis in diuersa fugientibus, ad Danubij litora exercitum promouisset; sentiunt omnes, intercluso, dispositis per interualla stationibus flumine, eum prohibitorium fuisse, quo minus Cæsarei arma coniungerent: Græcium trepidè, ac solícite Cæsare secedere compulsò, quo iam in aula fuga detinabatur. Diuisa tamen in plurima agmina Suecicæ copix iam totis libere campis ad Danubij vsque litora ab vna parte, ab alia ad Moldam amuen populabundæ currebant.

Græci

Cæsar
Gracium
migrat

Cæsar, vt Austriacæ domus auitarum incolumitati prouinciarum, saluti que prospiceret; Austriæ procerum conuentum indixit, qui concordibus animis expedite sanxerunt; vt non solum Cæsarem pecunia iuuarent; sed etiam decimum quintum quenque hominem in bella sufficerent; cuius opportuni subsidij summa subducta, nouem bellatorum millium numerum efficiebat. Bohemica quoque militum agmina Suyto comite duce, se ad Brunam Picolominei exercitui addiderunt: cui Bruè comitis quoque legiones Franconiæ cohortes tria Pannoniorum millia aggreganda erant; cum in vrbe iam belli sede, armamentarioque octo equitum, & quatuor peditum millia in armis starent, spe non dubia omnes copias ad duodecim equitum, & octo peditum millia excessuras.

Principi
Austriæ
censuræ
decretum

Ex omnibus prouinciarum delectibus quatuor promptiorum militum millibus delectis, in vrbiū, arciumque præsidia partiendis: vt veterani milites ab ijs contra hostem educerentur. Tredecim quoque muralia tormenta Vienna in castra missa, ad quæ trahenda aulicis proceribus, regionum ditioribus incolis quingenti equi imperati, vnoquoque pro suis prouentibus pecuniam, equos in belli necessitatem conferente.

Archidux Leopoldus, cuius virtuti Cæsar summum detulerat armorum imperium; venturus in castra Brunam progressus ad Principis Dietriestianæ ædes diuertit. Postera die copias omnes vniuersali lustratione recensuit; quæ sex peditum, & decem equitum millibus constabant. Eodem matutino Picolomineus Archiducem, summosque copiarum præfectos, & ministros scitissimo epulo excepit; stricto ense sibi inuicem propinantibus cõuiuis, dirisque omnibus sua capita deuouentibus, nisi fortiter vnusquisque pro suo munere in hostem pro Cæsare dimicaret: cui propinationi, symposioque Archidux quoque vini pateram hauriens comi simul, ac pugnx ardorem spirante vultu respondit. Postera die comes Bruè cum duobus equitum millibus peruenit in castra. Ita erat diuisum armorum imperium, vt Archidux supremus præfectus omnibus imperaret; Picolomineus summi castrorum Mariscalli munus obiret; Suyti comes, vt grauior ætate rem tormentariam curaret: equitatum Annibal Gonzaga magister equitum duceret: in tria ingentia agmina diuisum; quorum primo ipse præerat: cætera duo à Camillo Gonzaga, & Veholo supremis aciei statoribus regebantur.

Archidux
Leopoldus
venit in
castraCæsaris
exercitus
primarij
duces

In Consilio bellico relatum est an aggrediendum esset * Eburum, an ad Brigæ subsidium tendendum: quàm Sueci tum omnibus bellicis machinis

Olmuz

oppu-

oppugnabant. Variabant ducum sententiæ, alijs alia suadentibus; Sanioris tamen consilij fuisset exercitum non partiri. Eburni oppugnationem Comes Magnus rerum illius provinciæ apprimè peritus ardentissimè omnium, atque efficacissimè damnabat. Quòd *vrbs illa validis propugnaculis, munimentisque aucta posset diuturnioris obsidionis tadio, & mora exercitus vires, & robur elidere: eam expeditionem firma peditum agmina flagitare, quibus Cæsarea copia carebant. Interim Brigam amissum iri, à cuius iactura Vratislavia quoque maioris templi ruina pendebat: ac Quados undique clausos nullo dubio in ditionem hostium ituros. Ilinga si quidem nullo præsentis valido præsidio firmata, cum alijs minoribus oppidis voluntaria ditione, vt equiores à victore leges obtineret; se hostibus tradidisset. Præterea ab ea parte. Suecos omni cura solutos omnibus viribus ad Eburno succurrendum ituros, futurumque, vt ipsius celsitudo Suecorum victoria exultantium impetum sustinere non posset; sine manifesto alterius cladis periculo. Quare se satius totis recentibus, atque integris viribus aggrediendum hostem putare; vt Briga seruarietur, pugnareturque si se opportuna occasio obtulisset. Quia & si Torsensonus Cæsareos peditatu præstaret: erat tamen equitum non numero solum, sed etiam virtute inferior; atqui in Quadis equitatum magis peditatu proficere. Subiecit etiam quemcunque felicem belli euentum labantes res Cæsaris fulciturum; ipsiusque armis existimationem, atque amissum tot cladibus decus redditurum, si in ea provincia figi, firmarique vestigium posset; & nouis ex Austria, alijsque provincijs militum supplementis Eburum propugnaculis circum extructis, obseptisque aditibus clausum obsideri. Denique periculosus esse differe pugnam ipsa dubia certaminis alea; quòd secundum Diuini Numinis pro iustiori semper causa stantis ope sperari decebat.*

Ducibus omnibus hanc Magni comitis sententiam probantibus, ipse author ab Archiduce ad Cæsarem legatur; vt præsens suscepti à ducum cōuentu consilij rationes illi ore proprio explicaret. Magno Cæsar assensu ducum decretum laudauit: missoque ad exercitum tabellario, qui pugnan- di Archiduci mandata deferret: si hostis in apertū prodiret. Decreta Viennæ pugna, ad omnes Diuorum aras pro felici eius futuri prælij euentu supplicatum est, vt Superi Catholicorum armis, ac pugnantium pro sanctissimis sacris conatibus adessent. Quamuis multi putarint arcana mandata, ad Archiducem à Cæsare data, nè in vnus ancipitis prælij fortunæ periculum rem Austriacam daret.

Iam per Marcomanos gradiebatur exercitus, cum tribunus Corona cum septingentis Germanis, & Liburnis equitibus ad vrbs Littau portas vsque pronectus octo passuum millia propè Eburum aliquot Suecorum cohortes obtriuit: tantoque ardore fugientium tergis institit; vt Suecis immistus in vrbs irruperit: eamque Cæsari post liminio receperit. Arx quoque Tropau centum, & sex Suecis militibus defensa Cæsareum iugum accepit;

Archi-

Archidux Ebuuro copias admouit; vt propugnantium vires, animosque tentaret: sed cum præfidiarij multa ferocia crebra tormentorum displosione, impavidos animos ostendissent: ea oppugnatione abstinuit, ex primo initi belli consilij decreto ne copiarum vires in re difficili implicaret. Relictis itaque in vrbs obsidionis speciem aliquot equitum turmis, & peditum cohortibus, ad Brigam obsidione soluendam festinat; cuius amissio maximum Austriacis rebus allatura erat incommodum. Ante agmen moschettarij, Pannonijque equites procurrebant omnia terrore, cædibus, incædijs, rapinisque miscentes. Ex hoc animoso, intrepidoque Cæsarei exercitus accessu Torfensonus Archiducis consilia comecit. Quare acriores impetus iteravit; vt vrbe prius potiretur, quam subsidio obsessis arma Cæsarea peruenirent.

*Cæsares
contra
Suecos
procedunt
ad Brigam
liberandam*

Eodem igitur tempore, quo Tropauum aliquot Cæsareæ turmæ ad explorandum cucurrerunt, libratis alijs opportunis in locis tormentis, vt vndique, propugnantium constantiam impelleret, continuata die, ac nocte, pilarum tempestate mœnia lacerare adortus, quinquaginta tormentorum perpetuis iactibus vrbe[m] terrebat: incendiarias bolides, aliosque artificiosos ignes in vrbs tecta irrequieta iaculatione contorquens, disruptis etiam cuniculorum violentia mœnibus; quo integri militum ordines, ac stipatæ hastatorum cohortes per ruinas ferro sibi in vrbe[m] panderent viam. Sed quoties per disiecta mœnia eniti Sæci tentarunt; toties in fossam præcipites acti, alias quoque cohortes irrepentes secum suo casu trahebant. Præfidiariorum virtus, ciuiumque ferocia par erat inuadentium impressionum violentiæ: imbellis quoque turbæ extinguentis incendia, mœnium aperturis obturamenta obmolientis eminebat industria. Pari ardore vtriusque inmutuam perniciem, atque offensionem intentis: duodecimo Kalend. Augusti Archiducis nuntius in vrbe[m] irrepsit, ad præfectum, & ad tres Ilingæ principes literas deferens: quibus eos hortabatur; vt vsque ad vicini subsidij propediem affuturi aduentum se fortiter, animosèque tuerentur. Quo nuntio erectis obsessi animis, quasi restituto vigore, receptoque spiritu in hostes erumpunt; acrique impetu in quodam propugnaculum illati, Suecico deturbato præfidio, duo tormenta adactis spiraculo ferreis clavis occæcant. Hoc animoso propugnantium conatu Torfensonus spe per impressionum vim potiundæ vrbs amissa; tertium ciues ad deditonem inuitavit. Verum à Præfecto responsum est. *Se constanti animo decreuisse vrbe[m] ad supremos usque spiritus propugnare; eamque Cæsari, Ilingæque Principibus conseruare.*

*Briga propugnans
sua virtus*

Quare Torfensonus tribus ingentibus mortarijs, quibus magni ambitus globi torquentur, aduectis in caltra, inffit inclinante in vesperam die, inijecti cuniculis ignes, vt vltimum suæ virtutis ederet experimentum: sed cum vnus tantum cuniculus optatam mœnium ruinam dedisset; ab inuadendis mœnibus abstinuit. Vbi verò à cursoribus didicit Cæsareas copias Brigam accedere, coacto ducum consilio, statutum omnium sententia est, ne exercitus.

*Cæsares
Brigam accedunt.*

*Sueci in
Briga ob-
sidione
discedunt*

citus obsidionis incommodis fractus, consumptusque laboribus vniuersa pugnae discrimini obijceretur: immo quam primum copiae receptum maturarent; ne aliquam exercitus cladē acciperet. Magna igitur solertia, atque militari recipere copias aggressus, instructo agmine, productis ad mœnia bellatorum ordinibus, quasi in ea facturus esset impetum: dum obsessi vltimam excepturi impressionem sedula cura se ad propugnandā urbem instruunt; præter omnium expectationem retro signis conuersis, collectoque in vnum agmen exercitu, Nissæ quoque præsidio copijs inserto, nulla or dinum turbatione ab vrbe decessit.

Cæsareo exercitu prope Brigam prosecto, Sultzij purpuratus in urbem ingreditur, vt illud forte, strenuumque præsidium optimè meritum, diuturnis obsidionis laboribus fessum in staturorum quietem ad recipiendas corporum vires deduceret; aliosque integris, ac recentibus viribus milites substitueret.

*Eburum
civium in
Suecos in-
sidia*

Vrbs Eburum Suecico sane præsidio tenebatur; sed civium animi erant ex arcano in Cæsarem propensi, & ideo illud parati, promptique iugum exuere: quod exterum cum sit, contumaci semper, rigidaque ceruice deferitur. Primores vrbs in societatem prodicionis pluribus alijs adscitis, conspirarunt; vt hac potissimum ratione exteri imperij durum seruitium excutirent. Milites prædiarij sparsim per urbem in civium œdibus habitabant; qui ad conditum tempus, seu ferro, seu veneno hospitem insidij perituri erant; atque ad arma edita cæde, civibus aduolandum; aduocandaque in urbem Imperialium agmina; quæ fraudum conscij per transitus speciem eò accessura erant; sed per quandam mulierem sui hospitis militis amantem suburbij inquilinam ad præfectum clam insidiarum structura delata; quæ ob conciorum multitudinem nullatenus poterant tegi, aut prosperum euentum habituræ, si non eodē momento coniurati, & cōpararent, & perficerent: dispositis illicò per vrbs compita militum stationibus infessisque bellatorum agminibus foris, capiuntur insidiarum artifices quatuor, & viginti: quibus omnibus Torfensonijs sententijs capite damnatis carnificis manibus abscissæ cernices, & corpora quatuor equis in diuersa concitatis infrusta discerpta.

Gliganu

Innouato, validiorique præsidio Briga munita, Archidux Vratislaviam mouit; Suuainitiumque versus simulans iter; vt Lugidunum improviso impetu interciperet. Viadro amne ponte commisso, vt Suecos missis quaqua, versus equitum agminibus persequeretur. Fornamontium cum Pannonijs Liburnicis, & moschettariorum equitum turmis trajcere pontem iubet dum ipse cum cætero agmine ei subsidio subsequeretur.

*Cæsarei
dubitant
an essent
Sueci in-
uadendi*

Scrijs consultationibus inter duces sollicitè differebatur, an sanioris esset consilij recedentibus Suecis instare; an Lugidunum inuadere; cuius munitamentis à Picolomineo diligenter exploratis; quæ circumprominentibus in latera propugnaculis urbem vallabant: difficilis admodum oppugnationis censebatur. Archidux binis in castris copias partitus prope urbem in-
derat

derat Cæsaris mandata expectans, an iusta obsidione reddenda Imperiõ foret; an Sueci non intermissõ cursu persequendi.

Interim Vuindelslaini castelli expeditio Hoenuili præfecto, quàm ille diu tacito animo destinauerat; se liciter cessit. Siquidem certior factus præfectum quotidie præsidiariorum custodia supatum ad quamdam sacram ædem non procul ab arce ad audiendum sacrum prodire, ratum fortasse imperuij situs munimentum, ipsaque in arduum mœnia surgentia sine militum opera ad infringendos hostium conatus valida satis esse: iussit quendam cohortis statorem cum decem militum manipulo inter motis virgulta, & cespites prope arcis portam latere, & statim, ac præfectus cum solito militum comitatu arce fuisset egressus; ex insidijs in vigilem prosiliret; quẽ vnũ ad arcis custodiam relinquere præfectus consueuerat; eoque interempto arcem occuparet. Hunc prope, quem animo conceperat, insidiarum exitum habuerunt. Interfecto vigile, arcẽ occupatã suã equitũ turmã præfectus cum ducentis peditibus præsidio muniuit, comitatibusque, & rei tormentariarum copia abundẽ instruxit, ea spe: vt ex vicinis agris ingentes pecuniarum pensiones exprimeret. Regressus à sacro præfectus, vbi arcem hostili occupatam præsidio vidit: suam incuriam, socordiamque nequiquã incusans tantum non nimio dolore extabuit. Sed breuis admodum fuit occupatæ arcis lætitia; quia Bauarici exercitus Imperator interceptæ per insidias arcis iactura audita, eò cum valido, festinoque agmine progressus præfecti ignauia amissam arcem exiguo labore recepit.

Quiescebant ad Rheni litora inter statiuorũ otia hostiles exercitus Vinmariensis, & Bauarus frequentibus rapinis vicinam regionem, atque incolas acerbissimis pecuniarum exactiõibus populantes: in nullum aliud ausum bellica se prodente virtute; quàm vt insidias sibi milites inuicem struerent: & agmina pabulatores præsidij causa comitantia comparatis dolis, exciperent: aut fortuito occurso hostem numero inferiorẽ opprimerent. Sed vergente in hyemen tempestate, & idcirco Orangio Principe Ratiarum meditante: Guebrianus comes receptus beneficio principis vsus est; vt Vinmarienses copias ab imminente alicuius cladis periculo vindicaret; quàm accepturæ fortasse erant; si à Neuesio discedenti comes Azfeldius cum Cæsareis copijs instaret: & Hispanarum à fronte premerent turmã. Cum expedito igitur agmine Ordighenum profectus postera die Rimbergam tenuit, in Franconiam in hyberna celsurus. Azfeldius verò à Vinmariensium metu liber Durenem acerrima oppugnatione subactum recepit.

Eodem rerum propè terrore in aduersa Germaniarum parte bella feruebãt. Cæsarearum copiarum Lugidunum omnium machinarum pulsibus verberabant: sed validum veteranorum militum præsidium eo fortius Imperialium impetum repellebat: quo maiorem citi, expediti que subsidij spem Torfsenonius iniecerat. Suecicarum tamen copiarum ob commentuũ inopiam in ijs finibus amplius morari non poterant. Grossenum igitur profectæ, vbi Naissus in Viadrum influit, comitatibus comparatis, necessaria expedierunt: quibus

Cæsarearum
Lugidunum
inueniunt

Vuindelslainum
castellum
insidijs
intercipitur

Eadem anno
à Cæsare
recuperatur

Nays

Vinmariensis se
recipiunt

Cæsarearum
Lugidunum
inueniunt

Cæsareos à Lugiduni obsidione depellerent. Præfatus quoque animosè Imperialium conatibus resistebat; extinguedis ignibus, quos in tecta contortæ incendiariæ bolides excitabant; obstruendis mœnium hiatibus, in interiori pomœrio aggeribus, fossisque ducendis, Cæsareos morabatur, donec Torfensonus validioribus subsidijs, copiisque firmior, ire contra Cæsareos posset. Illi tamen ad fossæ vsque marginem penetrarant; iamque cuniculos effodere cœperant, cum Suecicus exercitus sex bellatorum millibus ex vicinis prouincijs abductis auctior Bentenum aduenit; vt obsessæ vrbi paulatim accederet. Tunc Archidux copias in pugnam instrui iussit; ita tamen, vt intra munimenta dispositi ordines stantes à suis stationibus non discederent: dum Torfensonus suo cœpto itineri insistens in sua agmina diuisum exercitum vsque ad Brigam pagum promouit. Ibi quamuis sæpius ab Imperialibus lacefferetur ad pugnam, & à Picolomineo cum Pannonijs, & Liburnis equitibus furiosa velitatio accensa fuisset; noluit tamen in prælium vel prouocante insolentius hoste descendere; immo postero die à prima statione recedens inter Bentenum, & Brigam flumè vado traiecit; ne à Cæsareis ferocius instantibus cogeretur ad prælium.

Sueci
obsessæ
vrbi subsidio
ueniunt

Cæsareis
Suecos ad
pugnam
laceffunt

Torfensonus
vrbi
succurrit

Archidux vocato copiarum ducum, præfectorumque consilio, quid in tali re decernendum foret, singulorum sententiam rogauit; quorum aliqui animosi magis, quam cauti traducendas vltra amnem copias, inuadendumque hostem censebant; sed cum hoc consilium perfici nisi desertis munimentis non posset; vt ilius omnibus visum est, in castris in vrbis oppugnatione persistere. Torfensonus tamen propius obsessam vrbem prouectus aliquot peditum cohortibus auxilio submissis, satis validè firmatam vrbem ab imminenti deditiois periculo liberauit.

Cæsareis
à Lugiduni
obsidione
discedunt

Archidux vbi ab aduersa parte se Suecos prope vrbem promouere conspexit: composito in aciem exercitu munimenta deseruit; cum si ea tueri perseverasset; maior peditatus pars in eorum custodia, præsidioque distinnenda esset. Quare cum desertis munimentis spe quoque illius acquirendæ vrbis abiecta, coactis in vnum agmen sparsis in varijs stationibus copijs, miro, optimoque ordine Lubenum versus fecedere lento gradu Imperiales cœperunt: vt annonam seruant, regionemque tuerentur. Sueci Lugidunum sulphureo puluere, tormentariæque rei copia, commeatibus, recentibusque militum cohortibus confirmarunt.

Aulicorum
de Picolomineo
querela

Huius improsperi obsidionis euentus Viennam nuntio celeriter allato, eo acerbiore, quo magis inexpectato, quod iam Cæsareis loricarum obtentu illapsis in fossam, victoriæ nuntijs in singula momenta venturi sperabantur: acriter de Picolomineo querebantur aulici omnes: quod ab ea oppugnatione turpiter discessisset; nec Suecicum subsidium vrbis aditu prohibuisset: quamuis ille se egregiè purgaret, quod Sueci peditatu longè Imperialibus antecellerent; nec vllatenus equitatu multo inferiores essent: præter id quod nunquam promissa subsidia, commeatusque in castra venissent.

Torfensonium postea Lemburgum, Fridlandumque castella populatus

in

in eminentiori loco metatus est castra, Archidux post duas horas cum vniuersis copijs non procul ab hoste confedit. Quotidie inter hostiles copias leuia certamina seiebantur; pluresque iusti fere praelij more speciem referentes velitationes inter utrosque exercitus inita sunt; vicissim utrisque illudente fortuna. Verum Torfensonus cum in eo agro comteatuum inopia amplius persistere non posset: Cæsareis equitatu validioribus circumiecta regionem effuse populantibus, ac vicina oppida numerosis Saxonum praesidijs tenentibus, ad feliciores suorum armorum progressus, copiarumque salutem optimum factu putauit ad Albis litora proficisci. Quare expedito, ^{Torfensonus Lipsiam conueniens} contentoque agmine ad Lipsiam omnium suarum cogitationum, votorumque scopum festinans æquioribus circum locis insedit. Et ne ab huius urbis obsidione æqualis metu iacturæ auerteretur; præceperat, vt Vuanthes tribunus Ebur præfectus noua munimenta, ac propugnacula veteribus adderet; firmissimisque lorice urbem vallaret; ac comteatibus abunde reique tormentaria copia ad diuturnam ferendam obsidionem instrueret.

Tribunus itaque aliquot parmulas in exteriori fossæ muro extrui, atque ante eas aliam fossam profundè deprimi, dilatarique præfixo circum vallo, obiectisque septis, atque in mœnium circuitu contiguas pomœrio domos dirui iussit: & quia de cinium iu Suecos studijs, animorumque propensione dubitabat, ne in eruptionibus, pugnâibus extra mœnia militibus, insidiarum aliquid pararent, omnes officinarum operas militari sacramento adegit; vt Suecis fidæ dum milites praesidarij cum hostibus dimicarent, urbis portas, mœniaque custodirent.

Chinismarcus interea cum duobus equitum millibus, & quingentis, totidemque peditibus ad Lipsiam oppugnandam Torfensoni iussu tetenderat; cui biduo post ipse cum reliqua se copiarum mole Torfensonus adiecit. E rectis subito circum munimentis, atque aggeribus vrbe circumdata, dispersis tormentis, quorum tempestate, dirutis propugnaculis, & ampla muri parte prostrata, iussit promptiorum peditum cohortes ruinas inuadere: quæ natiua ferocia sublatis in capita clypeis, strictis ensibus, in urbem eniti conantur; sed cum murus adhuc arduus esset, & secum scalas Sueci ad impetum iunandum non attulissent: frustra ruinas manibus praesentes irrepere in pomœrium tentarunt; deiecti enim in fossam praecipites renoluti, sexaginta ex socijs amissis, in castra ambusti, faucij, multatque membris cæteri redierunt.

Magno utrinque ardore, virtuteque certabatur: praesidarij vt retentæ contra pugnacissimum hostem urbis laudem ferrent; Sueci, vt partem iam tot expeditionibus bellicum decus, gloriamque seruarent. Quando ad Saxonis ducis preces Cæsareas copias Archiduce ductore, subsidio obsessæ urbi festinare nuntiat.

Iam omnium ducum sententia decretum erat; vt statim ac nacti essent hostem, pugnam iniret: ne propulsando tantum bello, distinendoque hoste, atque intra ditaxat defensionis limites milites continendo, hostibus crescerent animi: cum non

non exiguo Imperialiū armorū existimationis detrimēto. Traductis igitur ultra Albim copijs, Archidux iussit Buchami comitem cum Pannonijs, ac Liburnis equitibus reliquum agmen ad hostium castra, vires, consiliaque exploranda præcurrere: de quorum aduentu, Imperialiumque copiarum recto Lipsiam accessu per suos curso res Torfenfonius admonitus obsidionis maximopere optatæ consilium cogitationibus pugnæ mutare compulsus vrbis oppugnatione abstinuit; omnibus in prælium conuersis curis; vt ferro tandem de Germaniæ imperio decerneretur.

Munitis igitur validis militum stationibus præcipuis circa Lipsiam locis; ac reliquis copijs in vnum agmen coactis, cum equitatu sollicitè mouit; vt Buchami equitum turmas inuaderet: sed eadem nocte à suis exploratoribus didicit, Cæsareas copias inter Vuerzenum, Grimaque consistere; quare mutato consilio, in castra regressus est. Postera die Cæsarei Lipsiæ exercitum promouent, eo consilio, vt aut hostem ab ea obsidione detraherent: aut si ita ferret occasio, cum eo vniuersa acie confligerent. Tunc Torfenfonius animaduerso suarum copiarum discrimine, si mediæ inter vrbē, hostemque certarent: ne eodem tempore, & à fronte, & à tergo ab hostibus peteretur; retro eas ad mille passus in æquiore commodioremque locū abduxit; sollicitè partitus ordines exercitum in pugnam intruxit.

Torfenfonius Lipsiam rece-
dit.

Cæsarei
exercitus
ordo.

Imperialis exercitus in sexaginta equitum præter Pannonios, & Liburnos, & vndecim peditum agmina, & sex alias equitum legiones, vnamque moschettariorum equitum, & mille, & quingentos Saxonis Electoris equites diuidebantur. Suecici exercitus dextrum cornu Chinismarchus, Imperiale verò Picolomineus ducebat; in sinistris Stallhâsus, Buchamiq; comes curabant; medijs aciebus præerant supremi duces Archidux, & Torfenfonius.

Inter Cæsareos & Suecos pugna ini-
tur.

Die sequenti quarto Non. Nouembris Cæsarei primum Suecos ad pugnam laceflere aggrediuntur; leuibufque prælijs ad tentandas hostium vires, cognoscendolque animos prouocare. Verum Torfenfonius tormenta in Cæsareos iussit emitti; quæ alæ sinistrae cohortes nec dum in suos ordines digestas impunè missilibus lacerabant. Hoc Imperialium incommodo animaduerso Vittenbergus, qui in dextro Suecorum cornu in Stallhansii subsidijs erat; contra leuam Cæsaream alam suis turmis immisissis, adeo violento impetu Cæsareos impulit; vt primis ordinibus dissipatis, equitum acies in suos pedites reuoluta totam eam exercitus partem foede disiecerit; quæ & à suorum incumbentium mole, & Suecis prementibus oppressa in turpem fugam versa est. Pari incommodo cum leuo Suecorum cornu agebatur; quod illa agmina Slangi strenui ducis interitu missili tormentario discepti pauida fluctuare primum, deinde vestigio cedere pulsa cæperunt; sed superueniente Chiniimarcho animata, atque in suos ordines, pugnamque restituta, incepti dedecoris labem acriori certamine deleuerunt: quando eorum ala dextra ob victoriam viribus, atque animis auctâ, integrum legionum accessu, impauido gradu, prouehabatur; vt à tergo Imperiales

Cæsarei
fugantur.

inuad-

inuaderet, quos acerrimo incurfu se ad vicini saltus munimentum, vt violentas Suecorum impressiones effugerent, recipere coegit. Tum Torfenfonius tormenta adduci nulla mora iussit, atque obliquis in quincuncem ictibus totum nemus verberari; vt Imperiales missilibus vndique lacerati ab ea pernicio in apertos campos exire compelleret: in quibus à Suecico equitatu feroci procurfu disiecti in fugam magna cœde vertuntur.

*Imperia-
liū peditū
tus virtus*

Mira fortitudinis, ac strenuitatis exempla Cæsarei pedites edidere: quâuis equitum subsidio deserti à circumfusis vndique victoribus cederentur; in se hostilis peditatus irruentis impetum repellendo; nunc hastis ora fodiendo, nunc diductis hastatorum ordinibus, glandium procellam in temerè prouectos excutiendo. Denique vbi vsque ad vltimos spiritus, & conatus ea ferocia, quæ Germanæ gentis natia est, fortissimè decertarūt, inclinatis in terram hastis deditiois insigne, precarium spiritum à victoribus Suecis clemèter obtinuere. Magno terrarum tractu fugientium tergis Sueci ferociter institerunt. Archidux* Littomeritium post strenui, peritiquæ ducis obita munera à clade cum paucis elapsus est. Picolomineus tantum non Suecorum triumphum illustrauit; qui cum nimio ausu post fustum exercitum, in acie persisteret; vt dubiam Suecis victoriam faceret; pluries suum agmen adhuc integrum in pugnam reducens, cum septem duntaxat equitum manipulo intra hostium turmas se implicitum vidit: qui eum capturum citato agmine sectabantur, quod dubio procul accidisset: nisi eum fortis, audaxque comitis Theodorici Ghislerij Bononiensis eius contubernalis dextera ab eo discrimine redemisset. Siquidem cum Suecorum equitum turma feruido incurfu à tergo instaret, vt Picolomineum frontem vertere, aut momento cursum sistere cogeret, atque eò tanto duce potiretur; comes Ghislerius, qui Picolominei latus stipabat, solus in sexdecim equitum hostium globum conuerso equo duos ceteris audaciores agressus altera minoris tormenti rotati ictu prostrato; dum alterum stricto gladio ferit à ceteris superuenientibus capitur, ac dum de ipsius conditione quæsitus variamentiendo, hostes ludificat, duci Picolomineo Lipsiam elabendi spatium dedit: qui Ghislerij paulò post à trascurrente Imperialium equitum turma dissipatis hostibus, liberati magnanimum facinus cohortium sui corporis custodum tribuni legati honore, dignitateque compensauit: ac Lipsiæ, quò miserabiles fusi exercitus reliquæ confluerāt, opportunis ad eam urbem tuendam mandatis præfecto relictis,* Cygneam properè se recepit. Trium horarum spatio, quo ancipiti in lance victoriam fortuna librauit, omnes equitum, peditumque legiones, præter Pannonios, qui cessantes prælij euentum expectarunt: confertis simul ordinibus dinnicatum est.

*Littomerit-
Archiducis fuga*

Picolominei discrimen.

Theodorici Ghislerij facinus.

Picolomineus euasit in tutum

Zuicann.

Numerus in pugna occisorum

Cruentissima fuit vtrinque pugna, parque ferè numerus occisorum. Tria hominum millia ex Cæsareis ceciderunt: quadraginta muralia tormenta, centum, & sexdecim vexilla, & ingentem turmalium signorum numerum victores adepti sunt. Inter alios insignes captiuos purpuratus Fernamontius,

Erfurt. tius, comes Suitsius tres Saucij tribuni cum quindecim alijs præfectis * Bicurgium abducti sunt.

*Torfenfoni-
us Lip-
siam reducit
exercitiū.*
*Quatis
tormentis
urbem.*
*Propugnā-
tium stre-
mitas.*
Hæc est ea insignis pugna in iisdem campis commissæ, in quibus iam undecim annos Tillio cum exercitu Cæsareo, Bauaroque superato, Rex Suecus ad totius Germaniæ aspirauit imperium. Torfenfoni-
us reduxit à prælio ad Lipsiæ obsidionem cohortes nulla mora reduxit : nullo tamen per plures dies tentato certamine, ut suos quiete, ac otio à pugnae laboribus milites recrearet. Ciues cum Torfenfoni-
o emissis ex vrbe legatis, egerunt, ut accepto ingenti auri pondere, menstruoque stipendio, pro Bicurgi, alendo præsidio, fineret Lipsiam pro neutris partibus facere; atque ab ea obsidione discederet: sed hæc ciuium postulata Torfenfoni-
us infenso animo audiit; laxioremque obsidionem, peracri oppugnatione mutauit. Plus quingentos ferreos globos à manè in vesperam continua iaculatione Suecica tormenta in maiorem Lipsiæ turrim vibrarunt. Quorum violentia fatiscens muris, ruinamque minantibus, tormenta in eius culmine collocata ciues inde demittunt, ne vna cum turri corruerent. Sueci aggeribus ad fossæ labrum vsque productis, ibi vnum, & viginti tormenta in obliquum collimarunt; ut transuersis ictibus à mœnium loricis propugnatores abraderent; atque omnes viciniore verberatione munitiones excinderent: refertaque mœnium ruinis fossa, ad urbem inuadendam æquiori transitu aduolarent. Verum obsessi nihil hostium ferocia territi, non solum nouis obiectis telluris aggeribus, aggestisque trabibus, mœnium hiatus oppilant, nouaque intus extruunt munimenta, non sine manifesta perniciæ hostibus superanda; sed etiam animosis eruptionibus in obsidentes egressi duorum legatorum, multorumque militum cæde, sex tormentorum spiramenta ferreis clauis adactis obturant, tormentariumque puluerem iniectis flammis incendunt.

Mœnia propè arcem continuis tormentorum iactibus profcissa corrue-
rant: promotis interim propius, ac propius aggeribus eò vsque processerunt; ut frumentarias fregerint molas à solito alueo Pleise amne urbem interfluente auerso. Ciuibus tamen tantis angustijs oppressis Torfenfoni-
us permittit, ut primatem aliquem ad Saxonem Electorem nitterent; qui eum de vrbs statu doceret. Elector singulis cognitis, illum vna cum Knocho iurisperito in Suecica castra remisit; ut hoitilia pacis transactionibus interpellarent: sed cum in nullis rebus conueniri potuisset; acrius, quàm antea iteratis tormentorum ictibus, effosis cuniculis sub arcis angulo diui Petri portæ aduerso mœnia ab imo subruere Sueci conantur.

*Ciuiū ad
Torfenfo-
nium ob-
latio.*
Ciues cum ad vltima pene redacti nullum perditis rebus subsidium inuenirent: primores vrbs ad Torfenfoni-
um in castra legarunt; qui illi ingentem præsentis pecuniæ summam, menstruamque pensionem offerrent: dummodo ciues à neutris partibus stare pateretur: sed cum ea postulata multum ab obsidentium contentionibus forent aliena omnem spem pacis, induciarumque Sueci penitus abruperunt, eodemque die propugnaculi angulum

gulum prehensantes breui intus contra propugnantium ictus munitio-
nem educunt, quamuis obfessi in prouehentes se se continuum missilium
nimbum effunderent.

Torsensonius Scleitnitzium præfectum datis literis admonuerat, ne in-
tempestiua pertinacia illam urbem excindi, delerique pergeret velle; *Arcis
feruet op-
pugnatio.*
suosque præfidiarios obruncados iratis victoribus obijcere; sed cum mi-
narum pulsibus præfecti constantiam frustra se quater videt: renouare in
mœnia impetus, tormentis deijcere munimenta, excauatis fornicibus cu-
niculorum flammis propugnacula ruere, omniaque ad prosternenda mœ-
nia admonere machinamenta decreuit. Iamque arcis diruto propugnacu-
lo, ad inuadendas ruinas ire milites iubet; qui quamuis totis conatibus in
urbem irrûpere niterentur; nihilominus à ruinis in fossam præcipites dati,
traiectique moschettarijs glandibus, atque ignibus pone loricas excita-
tis à latentibus militibus in subeuntes igne exusti ab eo impetu cessa-
uere.

Torsensonius sollicita cura prouehi aggeres propiùs mœnia à fossori-
bus iubet: sed quanto magis propè fossam Sueci opera producere nitentan-
tur, eò valentiùs propugnatores eorum conatibus obsitebant. Verùm cum
subsidijs spes quotidie langueret magis, desperarentque se amplius in-
Ducis Saxonis fide, nisi cum manifesta sui, vrbisq; pernicie posse persilte-
re: accuratiùs cum Torsensonio de deditiois conditionibus transfegerunt;
Scheinitzio vrbis præfecto, Trondorffo: que arcis gubernatore pollicitis, se
urbem, atque arcem honestis pactionibus dedituros; quibus clam ciuibus
cum hoste pro præfidiariorum commodo, atque salute conuentis, cum per
ruinas Suecos in arcem ingredi nullo repugnante, ciues vidissent; Petrinãq;
portam eis traditam à præsidio fuisse; acerbissima indignatione commo-
i aliquot vrbis primates illico ad Torsensonium in castra legant: à quo be-
nignè accepti obtinuerunt, vt trecentis aureorum millibus vrbis direptionẽ
redimerent. Præsidium Dresdam vsque deductum, cuius duces egressus ex
v. b. Saxo Elector acribus verbis accepit; quod Succis Lipsiam contra eo-
rum iactantiam, promissaque tradidissent, *se malle hostili ferro volunta-
rias victimas in Electoris obsequium deuouere, quàm se ignaue, ac turpi-
ter dedere* præcipuè cum plures dies etiam sustinere hostium impetum po-
tuissent: si opportunè arcis ruinas, qua vrbis imminet, reparare, atque ob-
struere voluissent. Torsensonius urbem ingressus tormentis diruta loca re-
stitui iussit, firmoque præsidio Lipsia munita Bicurgiũ contendit vbi cum
Vinmarientibus ducibus, vt de tutioribus belli gerendi rationibus, tractan-
disque fœderatorum armis consuluit: quorũ felices progressus supremum
excidiũ n. donui Austriacæ minabantur: cum tot pulsibus concussa ab
imo nutaret. Lutabatur tamen illa intrepida cum sæuissimis hostilis po-
tentia turbibus: & quasi annosa quercus firmiter actis, profundiusq; radi-
cibus hærens aduersus impetus cludebat: nec eius vastæ potentia vires frã-
gi, elid. q; poterant: immo prospero aliquo euentu viuio, or, fortiorq; surre-
xisset,

*Præfidi-
rij de de-
ditionis
conditio-
nibus au-
gunt ex-
clusis ci-
uibus.*

*Duces præ-
sidiij ab E-
lectore Sa-
xone casti-
gantur.*

xisset, nisi Hispânia pecuniarum subsidia submittere solita, intestinis sub-
 1643 dijs, & ciuilibus perduellium bellis petita genuisset.

Archidux aduocatis Raconitzium pluribus equitum legionibus stati-
 norum destinandorum specie, ab octo miliarum portas vrbis obsideri iussit :
 Ignauia
 rei capti
 puniuntur.
 opportunis in locis dispositis armatorum stationibus, vt equitum tribuni
 Gallus, Desur, Madlones cum ipsius legione veluti ignauiz, demissique ti-
 moris rei in superiori Lipsiana pugna deprehensi caperentur: atque obie-
 cti criminis pœnas capite luerent. Hæc in eos inertia damnatos mortis
 sententia lata est.

Cum in commissa nuper ad Lipsiam à Cæsareis cum Suecis hostibus pu-
 gna quorundam Imperialium legionum tribunorum ignauia, pauidaque fuga
 acceptum fuerit insitæ ab hostibus cladis incommodum; quæ sacramenti
 militaris oblita nullo edito bellicæ virtutis experimento, maturius, quàm
 par erat, penè hoste cōspecto sædissimam fugam trepidæ arripuerint; cæ-
 teris copijs in acie fortissimè decertantibus, ac ea pudenda, infamiq; fuga
 socios deseruerint, atq; hostibus ab ea parte, prælij discrimine liberis in re-
 liquum Cæsareum agmen totius conuertendi exercitus impetus ansam præ-
 buerint: quæ si alioquin paululum in acie perstitissent; vt militaris sacra-
 menti debitum flagitabat, hostes fundi, fugarique facile potuissent, cumque
 eius turpissimæ fugæ Madlarei legio initium fecerit, ac secum alias suo e-
 xemplo traxerit: ab ea in Deum, gentiumque iura sædissimè peccatum sit,
 cum grauissima Cæsarea maiestatis, sacrique Romani Imperij, propriæque
 religionis offensa: hoc execrandum piaculum sicuti capite luendum erat; ita
 hac præsentia sententia quicumque dux, miles, signifer, aliusque huius inf-
 amis culpæ reus coram vniuerso orbe, vt hæc iustissima pana hoc abhomi-
 nandum posteris faciat exemplum: veluti perfidæ transfugæ, periuri, igna-
 ui, inertes, indigni, qui inter Cæsarea agmina, strenuosque milites stipeudia
 Sententia
 capitis in
 reos lata.
 militaria vexilla quæ sædè gesserunt, ijs præsentibus hastis detracta fran-
 gantur; vt huius infamis legionis memoria ab hoc strenuissimo exercitu
 penitus expungatur. Ministri cum ipso tribuno arctissima custodia seruen-
 tur: donec de illis habita quæstione, damnentur. Minoris dignitatis mini-
 stri, laqueis elisis faucibus perimantur, omnesq; milites, fractis primis eo-
 rum ensibus, suspendantur.

Instructis igitur ante Archiducis prætorium militum ordinibus, coram Pi-
 colomineo, alijsq; turmarum, cohortiumq; præfectis, citatis eius legionis signiferis
 ab Auditore Generali imperatum est; vt equis desilirent; signaq; humi cum ar-
 mis prosternerent; pronuntiatiq; igauia, vilia capita, infames, quod contra
 fidem Cæsareæ maiestati iuratam ex acie turpiter nullo tentato certami-
 ne, profugissent, suspendij supplicio damnati sunt. Eadem pudenda cere-
 monia in duces, legatosque capitis sententia dicta est. Decharchis, gre-
 garijsque militibus Auditor edixit; vt denum militum, qui tesserarum
 iactu minorem numerum sortitus fuisset; patibulo appenderetur cete-
 ri aut

Damnati
 vocantur.

ri aut trirēmibus damnarentur; aut Pannoniæ munitioibus extruendis addicerentur. Tribuno, eiusque legato, ac maiori statore permiffum est; ut causam è vinculis dicerent, a sperfamque sibi ignaviæ labem eluerent; sicuti ipsi supplices postularunt.

Hæc seuera, ignominiosaq; in ignavos, & timidos animadversio plures in officio continuit. Illa cadauera è furcis pendentia disciplinæ militaris officia, armorumque leges sanxerunt; quorū beneficio cū regna, imperiaq; stēt; ea nutare, labiq; necesse est; si timidorū dexteris, inertiq; tractētur. Vbi præmiū virtuti, & vitio pœna decernitur; res æterno virore florescunt; suoq; robore innixæ perennāt: at vbi immunis à pœna elabatur ignavia: idem timidis animis multæ terrore solutis torpor obrepit. Exauthorato igitur duarum, & triginta turmarum equitatu, quinque equitum millia in lustratione censa sunt; quibus Archidux Pilsena profectus Egram, quondam Menosgadam, tetendit; ut cum Azfeldio, & Vualo sua arma sociaret, ea confilia ex occasione capturus; quæ hostium conatus, tentamētaq; suggestissent.

Freiberga interim arx à Suecis omni machinarum genere quatiēbatur: scissoque multis in partibus muro, hostium impetum latura non videbatur; nisi Picolominei aduentantis subsidio, Cæsareumque admouentis exercitum nuntio ardentius incaluisse animi propugnantium, & acrius arcem ab hostium assultibus defendissent; quamuis ad vltima compulsi obsidionis mala iam amplius pati non possent. Sueci ne medijs à tergo à præfidio, & à fronte ancipiti pugna à Picolomineo cederentur; desertis castris, quæ nimia sui fiducia parum munierant; in tutiora soluta obsidione, recesserunt.

Picolomineus excusso hoste Freiberga, illato in arcem omnium rerum subsidio, abductisq; præfidiarijs, ut in opulentioribus stativis ab obsidionis incommodis fessa corpora recrearent, alijs novis peditum cohortibus in eorum locum suffectis, abscessit, hostem sequuturus; si quos ex occasione intercipere potuisset. Torfenfonius in Marcomanos à præfectorum conventu regressus, vbi Cæsarei crebris Eburum impressionibus fatigabant, quò & ipse Cæsar Vienna mense Augusto processerat; ut eam expeditione præsentis suæ maiestatis intuitu promoueret: depulsis sui duntaxat appropinquantis terrore Cæsareis; eam urbem discrimine liberavit; pluraq; castella opportuna seruando præsertim in Quados reditum expugnata munivit; Cæsareis nunquam prælio decernere audentibus.

Cæsar tot vndique vrgentibus armis, quia non satis validæ vires Imperij erant, alios hostes ad infirmandum, auertendumque hostilium armorū impetum in Suecos quærit immittere. Dano Regi Suecicam potentiam ipsi perpetuo æmulam suspectam facit: suadetq; ut dum longè ab domo Sueci bellant, nudato solitis præfidijs regno, vsurpatas vrbes repetat armis, atque nimia audentis incrementa gentis bello compescat. Totam ille hyemem, & subsequens ver, Hamburgum ex suo veteri odio inuisam dudum urbem ducto circum vallo, positisque castris obsederat. oppugnatque formidando

Sueci Freiberga arcem oppugnant.

Ab ea obsidione abscidunt.

Olmutz.

Cæsares ab Eburis obsidione pelluntur.

Cæsar Danum Regem in Suecos immittebat.

Danus Rex Hamburgum oppugnat.

machinarum apparatu, sed exigua admodum victoriæ spe; obsessis se egregiè tuentibus, Suecis è propinquo sufficientibus auxilia: quos, vt à iuuādo Hamburgo detraheret, periculosoque bello implicaret: magnum Moschorum ducem in ipsos cōcitat: quem vt arctiori nexu sibi deuinciat, misso Ulmaro filio legato, ip̄ius aſſinitatem se ambire demonstrat. Hic Danicis nauibus Regiomontium delatus per Lituaniam proficiscens diuerterat Vilnam ad Vladislaum Regem, à quò per honorificè habitus aſſertorios libellos in Moscouiam obtinuit: vt sibi illius Principis filiam conubio iungeret; iurito ad extremum euentu, Moschis illam inter difficiliores conditiones contentius exigentibus, vt ille eiurata superstitione Lutheri, Christianam fidem Græco ritu Moschis vsitato profiteretur: quorum sacra cum perulantiùs irrideret princeps, contumelijs exceptus raptus est in vincula: qui demum tamen Stephani Castellani Burclauiensis apud eum Ducem Vladislai Regis legati opera, liber multis ad leniendam iniuriæ iram muneribus donatus dimissus est. Verum serò, ac lentè Dano Rege sua de bello consilia explicante, expedienteque arma, Sueci eius hostilis animi cogitationibus exploratis, priusquam se ille ad bellum comparatis copijs, magis instrueret; occupandum rati Torſenſonium cum suo exercitu è Germania, Hornumque reuocant, vt ille ab Holsatia, hic à Noruegia Dani Regis ditiones inuadat.

Danus Rex filiu ad Moscho sum primogeno legat.

Sueci bellu in Daniam Re gem decernant.

Morania. Duc Saxo inducias cum Suecis pascitur. Brisnia.

Seditio militaris Brisnaci.

Translato in Daniam bello, Cæsarei in summas angustias adducti aliquantulum à maximis suarum rerum asperitatibus respirarunt: qui non nisi Viennam Aultriæ propugnare, cæteris hostis arbitrio relictis, vt saltem Imperij sedem, si quid grauius accideret, conseruarent, eo anno decreuerant. Verù profecto in Daniam Torſenſonio, omnia loca in Quadis, Marcomanis, præter Ligidunum, eiectis hostibus receperunt. Saxoniæ quoque Elector Chemnicia per multam obsidionem, ac Grimma, Rechlitzio in Chertuscis depulsis Suecorum præfidijs, occupato, tantis bellorum incommodis fatigatus inducias cum hoste paciscitur.

Exeunte Mense Martio in celebri Brisaciensi munimento perniciosissima militaris seditio exarsit. Præfidiariæ siquidem Gallicæ cohortes, ijs exceptis, quæ in stationibus excubias agebant, quibus tamen nota erat commilitonum conſternatio, accensis tormentarijs fumculis, in aream publicam proruerunt: instructaque acie, ita suos conſertis lateribus stipauerant ordines, vt densatum agmen impenetrabile videretur: quo vbi quoque Germani manipuli ad obeundas excubias sita vice de more quaterni strepentiùs tympanis, militari incessu proficiscerentur; Galli ijs acerbissimis, ac minacibus verbis increpitis incussio præsentis necis metu obnuntiant, continuo eos occisum iri, si desertis ordinibus, ad excubandum prodissent. Germani tam abruptæ, inexpectatæque pauore Gallorum obnuntiationis exanimis vestigio abscedere non ausi, in eadem area tumultuantium sociorum comites substiterunt. Præfeci cognita militum seditio, in forum strictis gladijs accurrunt, vt concitæ flammæ initia comprimerent,

merent, tresque, aut quatuor casum, punctumque ferunt, ac tribus verbis oburgant: cur in seditionem versi ducum, sui obliti muneris imperia detrectent. Illi & commilitonum vulneribus asperati, cum mitibus, ac lenibus alloquijs tractanda essent ferocia militum ingenia; & sua perfidia precipites displotis minoribus tormentis, quinque partim legionum legatos, partim signiferos sternunt: reliquos omnes copiarum ministros arrepta fuga ocysus, quam venerant, se inde proripere coegerunt. Supremus quoque vigilum præfectus Erlachius, & ab Ossonuille purpuratus nulla mora in aream publicam prouolant suarum personarum dignitate placidis verbis iratos militum animos lenituri: quibus tamen ab vniuerso agmine ferociter succlamatum est, *se quidem sub Regis sui, supremique copiarum, præfecti imperio futuros, & Erlachio vita gratiam esse facturos; purpurato vero ab Ossonuille omnino nullam*: quem statim crinibus apprehensum, omnibus verborum contumelijs proficissum pugnis, calcibus egregiè mulctarunt: & nisi illum submissæ, efficaesque Erlachij preces furentium militum manibus eripuissent; profecto iratum seditionis vulgus crudeliter discerpisset.

In tribuni Harzstenij domum omnes Gallicarum cohortium præfecti, ne ab insana illa militari turba lancinarentur, trepidi profugerunt. Post quorum discessum Erlachius (nullius enim alterius ne aspectum quidem ferebant) ab ipsis amicè, pacatèque percunctatus est; *quæ essent ipsorum vota? quid ea consternatione contendrent?* Cui illi, octo mensium, quæ soluenda superessent stipendia, sibi quæstores admetiri protinus velle. Erlachius eos bono, quietoque animo esse iubet: se enixissimè curaturum, ut quam primum eorum vota stipendiorum solutione compleantur; denuo illi ferociùs obstrepunt pollicenti; *nisi præsentem pecuniam super tympana videant; nunquam se arma, irasque posituros.*

Erlachius cum se canere surdis animaduerneret; cum reliquis præfectis conuenit, quantum angustia temporis patiebantur: ut sub posteri diei ante meridianas horas trium mensium, reliqua intra quatuor hebdomadas seditionis militi numerarent. Quo condito in aream iterum descendit, explicat, quid à ducibus de illa re sancitum esset; vix tamen obtinuit blandè eos, comiterque filios, ac commilitones identidem appellando, ut in hoc hora circiter diei decima consentirent. Precatus ab ijs insuper est, ut eam noctem quieti agerent, nulli molestiam, vimque inferrent. Sed vix Erlachio domum regresso, quasi quodam nouo furore correpti, stipitem tormentarium ex quo fune suspensi noxij torquentur; Asinum item ligneum, Catastam, patibulum fractis scalis, subiectis ignibus incenderunt. Cauponas ruptis repagulis ingressi; quidquid vini haurire non poterant, effuderunt. Nec etiam quorundam pistorum, insitorumque tabernis furens illa militum colluies pepercit. Ex laniena ingentem vim carniem eggestam milites vorant. Denique totam illam noctem adeo

Militum
seditio
quiescit

per omnia insolentia, rapacitatis, violentia genera bacchata est illa perditoru turba vt vix vlla vnquam militaris seditio ta improbe insanierit. Postridie eius diei Erlachius nec dum edormita crapula, exhalataque temulentia, adhuc male sanos adijt, mitibus verbis eos alloquitur: illie contra irati minantur; nisi ante horam decimam sibi octo mensium stipendia soluantur; totam vrbem prius direptam sebiectis facibus incensuros: quibus numeratis, perniciofa illa tumultuantium militum seditio Erlachij opera, ac patientia subsedit.

Rex Danus
belle
Suecos
premit

Sueci
Danos
urgens
Noruegia

Rex Danus quamuis effata iam etatis princeps, comparata sexdecim circiter nauium bellicarum classe, epibatisque impositis, in mare descendit contra Suecos nauali prelio certaturus. Nouem armatorum millium exercitum non procul a Mittelfatto in litus exposuit; munitionemque, qua sexaginta Suecorum molchettariorum presidium pertinacissime tuebatur, facto impetu cepit, caesis ad vnum presidarijs: que seua barbaries adeo Torfensonium irritauit; vt eadem munitione recepta, sexcentos Danos pecudum modo mactari iusserit; octingentos captiuos egerit. In Scandia quoque Danos bello terrebat Hornus; Flemmingius autem Gonderlandiam Nerigos prouinciam Danis per montana in interiora reiectis, obseptisque montium munitionibus, ac presidijs firmatis angustijs, feliciter domuit.

Suecica
classis
contra
naues
Danicas

Pugna
naualis
inter
Danos &
Suecos

Nec in continente tantum terrestria bella feruebant; sed toto etiam Baltico mari frementibus classicis aduersis prorsus concurrebatur. Tertio siquidem idus Maij summus Suecicae classis praefectus nauarchum cum septem nauibus in altum mare speculatum misit; qui nouem Danicis nauibus conspectis, procul explicatis velis mari circumuehi summo Nauarcho nuntiat illas facile deprimi posse, si a caetera Danicas classe auulsa protinus inuaderetur. Quare ille accitis omnibus Suecicae classis nauigijs, ingenti ausu soluit in Danos; vt commisso nauali prelio, hostiles naues aut caperet; aut toto mari disiectas fugaret. Quod consilium cum suborta tempestas, ventorumque inter se pugnantium turbines dissipatis vsque quaque nauigijs, praeruertisset; aduersus nouem Danicas naues cum tribus tantum confligere coactus est: quarum tamen impetum ad sextam vsque diei horam non egregie modo sustinuit; sed etiam tormentorum missilium horribili, perpetuaque iaculatione vertit in fugam; sed cum resstantibus ventis a Suecica classe tribus nauigijs subueniri non posset; resumptis, quos pene abiecerat, animis, Dani redeunt acriores in pugnam; tantoque impetu in praetoriam nauim inuecti sunt, vt, nisi legati strenuissime pugnantis opportuno accursu, adiura fuisset; proculdubio vel depressam haussissent vnda; vel in potestatem hostium venisset; praesertim cum fedae tormentorum missilibus lacerta, sine malo, sine gubernaculo, sine velis nec pugna excedere, nec circumferre se posset; sed immota eodem loco tantum maris aestu iactata fluctuaret.

Mox

Mox tertia superueniente, atrocius prælium committitur, pertinaciusque; quàm antea vtrunque certatur; donec quisque suæ salutis metuens Sueci ne maiori nauium numero opprimerentur: Dani ne amplius cum desperatissimis solito magis pro vita tuenda intendentibus vires maximo cum nauium iacturæ discrimine decertarent; quasi ex composito, æquato vtrunque damno, à certamine discesserunt. Effulsit tamen clarius, quàm hostium, Suecorum virtus: qui licet in tam pertinaci prælio aliquid tulerint detrimenti, Danicas nihilominus naues non absque maiori damno pugnasse constat; quod statim à prælio aquam per anthlias continuato è carinis exhaurire sociorum naualium labore necesse fuerit.

Varia de Suecorum & Danorum videri sententia

Ex Suecis præter ingentem sauciorum numerum, octingentos perijsse eo certamine fama vulgavit. Quod in vrbe Lista in quinque fossas tellure eggesta, cæcorum plurima cadauera partim capitibus, partim brachijs, crucibus, mutila iniecta fuissent.

Verum hæc pugna naualis velitaris fuit ad illam, quæ postea cum ipso Rege Dano, eiusque regia classe à Suecis inita est. Nullæ potentiores, instructioresque Balticum mare nauigauere classes. Suecica quinquaginta maioribus bellicis nauigijs, & centum, & decem minoribus omnis generis nauibus valida Bornholmium insulam tenuit. Sex remigum millibus agebatur; fides penes lectorem sit; totidem sclopettarijs probè defensa: cuius quatuor maiora nauigia septuaginta, aut octoginta singula ænea tormenta uehebant; cætera pro magnitudine plura, aut pauciora, ferebant. Danica verò non inferior nec epibatarum, nec nauium numero, vt pote ipso Rege supremo Nauarcho pugnam committere peroptabat. Accidit autem, vt paucis post diebus vtræque classes in mutuum conspectum pronectæ aperto mari concurrerent. De cuius acerrimi prælij euentu tam varia narrantur; vt nihil certi haberi, sciri que possit. Ne tamen nugas in tanta re lectori apponere videamur. Quid de hac re Mariscallus Leonardus Torfensonijs ad Schulmannum Lipsiensis præsidij præfectum scripserit paucis enarrabimus. Vbi, scribit ille, hostiles classes ad tormenti iectum sibi inuicem accessere; nulla mora ad pugnam instructis cornibus explicatis, tonuere primum horribili fragore tormenta; vt mare tremere, ciereque ab imo fluctus, totumque subsidere videretur. Atræ fumi in sublime euolutæ nubes mutuum conspectum adimebant: transtra, mali, antemæ, remi pilarum verberatione perfracti, dissilientibus fragminibus Epibatas vulnerabant; a nulla missilibus brachia, crura, capita detruncata multa cruoris a spergine per aera volitabant; morientium gemitus, sauciorum vlulatus tormentorum boatibus inter misti lugubre quidam, ac ferale ex illa densa caligine personabant. Vbi vero discusso fumo clarior se dies aperuit; hæferunt sibi inuicem ferreis manibus, atque arpagonibus simul annexa nauigia: & quasi in solido strictis ensibus pugnabatur. Intra duodecim horas quinquies prælium restitutum est, accipiti vtrunque fortuna. Cum Rex tandem indomita Suecorum territus vir-

Vtriusque partis formidanda classes

Suecica classis cum Danica concurrere

tute;

Rex Danus fugit à praelio. tute explicatis velis fugam arripuit: quem fugientem, ne Sinecus præfectus persequeretur, ingruens noctis obscuritas, obortaque procella prohibuit. Quo feliciter expedito, Flemmingius lucernam malo ulterius suspendi ventit; significans se adhuc in pugna loco morari; præstolarique Regem, an postera die in pugnam rediturus, reparaturusque prælium esset. Hac de causa in mari ad meridiem usque infracto animo oberrās: regios ad nouum certamen ea mora, velificationeque prouocauit. Sed Rege nusquam apparente, ipse quoque in portum ouantem classem reduxit.

Rex Danus iterum surgit in arma. Non demisit tamen, contraxitque animum Rex Danus: sed reparata iterum classe, collectisque ex Fionia, vicinisque locis mille trecentis epibatis, iterum se mari commisit: & copijs in continentem expositis, occupatoque aditu, cui nouo molendino nomen; tormentarium aggerem excitauit: ex quo Suecorum classem in subiecto portu stantem maiorum tormentorum missilibus verberabat. Accidit autem, vt ingens ferreus globus tormento excussus Flemmingio aqua paranti manus abluere dextrum femur, astantique famulo vtrunque genu sædo sanè vulnere abstulerit. Ex qua *Flemmingius tormento laceratus,* enornii plaga Flemmingius, animam Christiano, Catholicoque ritu optime procuratam inter maximos cruciatus efflauit. Quo cognito Torfensonijs tam strenui Nauarchi necem viturus cum valida bellatorum manu accurrens Danos reditu ad naues intercludit; eorumque munimenta magno impetu, sed maiori ira aggressus tribuni Schakij, & quinquaginta militum suorum cede tandem expugnat: in quibus plus mille ducentos laniani iussit paucis admodum facta vitæ gratia. Christianus è contra Ranzouius Regis Dani rei bellicę conquisitor Ripensem arcem sui principis iussu acriter oppugnatam, eiecto Suecico præsidio recepit: quod maiori ex parte militiae Danicę centuriavit.

1644 Dum in mutuum perniciem Sueci, Danique ruunt; sibi que inuicem vrbes, castellaque adimunt; Bauari seorsim à Cæsareis peculiari agmine, propriisque viribus impigrè bellum gerebant; atque Vberlingam suffossionum, *Bauari Vberlingam oppugnat.* cuniculorumque operibus acriter oppugnabant; cuius præfectus Comes Couruallius quamuis obsidionis pertinaciam, aggeresque ad fossam usque productos, atque incessantibus balistarum pulsibus turres propè omnes humi stratas, tantumque non tribus perfectis cuniculis iniici ignem videret: ille tamen intrepidus nihil de deditioe admittebat ad aures; aditus siquidem omnes, qui in vrbem ferebant; abscissis operibus, vnde quaque firmissimè obseperat, relicto tantum spatio, qua in hostes erumperet; quod etiam erectis ad latera propugnaculis, obstructa ex sudibus obice porta; ita clauserat, vt hostis nisi cum exitio aditum moliri non posset; cum ipse quasi ex tuto in hostilia castra profiliens non leuia obsidentibus damna sæpius inferret. Et licet Bauari in cœmeterio se egregiè munissent; crebris tamen ita eos eruptionibus infestabat; vt plurimis cęsis, nobiliores quoque duces captiuos in vrbem abduxerit. Sed tandem cum Mercyus supremus Bauarę militiae præfectus ad viginti vlnarum spatium, mœnibus tormentorum impetu

Vberlinga præfecti virtus & constantia.

petu dirutis, vniuersis copijs ad pugnam instructis impressionem in urbem pararet; neque ille viribus impar inuadentium vim expectare auderet: de deditioe cum hoste transegit: datisque inuicem obsidibus ipse progressus in castra praesidij salutem, res, fortunas, impedimenta que pactus eo ipso die tres vrbis portas victoribus tradidit; atque cum quingentis, & quinquaginta militibus strepentibus tympanis sine tormentis tamen vrbe excedentem Mercyus, * Ganodurum deduci iussit.

* Cardambiancam inde praeclearum * Brisigauorum oppidum, metropolimque prouinciae amoenissimam urbem, aedium magnificentia, templorumque, ac cenobiorum claritate, celebriq; Academia conspicuam Bauari admotis bellicis machinis, productisque tormentis oppugnare aggrediuntur. Praerat vrbi Canoffszius cum mille quadringentorum peditum, centumq; & quinquaginta equitum praesidio; cui de amona in sextum vsque mensem, omnique bellico apparatu erat abunde consultum. Bauari perfectis circuitu aggeribus, castrisque vallo. ac fossa aduersus externam vim probe munitis, tormenta in moenia displodunt: quorum furor, ac impetus magno cum obsidentium ardore continuatus amplam moenium dedit ruinam. Turrim quoque frequenti iaculatione deiecit: ex qua obsessi in hostilia castra tormentis missilia torquebant.

Galli Duces Cardabiancae obsidione audita, nullam traxere moram, qui in expedito fortium bellatorum agmine, subsidio commilitonibus properarent. Comes praecipue Turainus Gallici exercitus Imperator cum sexdecim millium armatorum exercitu, & quadraginta campestribus tormentis, traiecto ad Brisiacum Rheno, iunctis cum Vimmariensibus eodem festinantibus, copijs, se in aduerso hostibus colle quadrantis hortulae via procul ab ijs, angusta tantum valle interiacente, muniuit Gallorum aduentum in Bauarorum castra nuntiato, illi ante dimissis in tutiora impedimentorum plaustris loca, in viciniorum quendam cliuum seducto exercitu, confederunt; vt aequiori situ se firmiter aduersus hostium impetum tuerentur.

Turainus cum quatuor equitum millibus percurrere in obsidentium castra violentissimo facto impetu conabatur: qui vbi maximas ibi turbas, tumultusque fecisset: Canoffszius, quia forsam ita conuenierat: cum valido praesidiariorum robore: ex vrbe erumpens Bauaros in ipsis castris munit: cessoque tribuno, & quinquaginta ex gregarijs militibus tria muralia tormenta in urbem abripuit. Turainus vero octoginta ex suis amissis, captisque quadraginta, suo legato grauiter vulnerato, ab hostium munimentis abcessit.

Bauari interim quamuis hostis e propinquo terreret: arcem tamen vrbis tanta pilarum verberatione concusserant; vt tota ab imo ruitura nutaret; mediamque Diui Ioanis suburbij partem iam quatuor iteratis impressionibus, oppugnatam cum quingentorum militum cede adepti erant. Vrbis praefectus postquam vnus integri mensis obsidionis in cursus, atque impetus fortissime repulisset; toto adeo sulphurei pulueris apparatu

Vberlin. a
ga deditio
tur Bauar
ris.

Lauffemburg
Friburg
Brisigau

Bauari
Cardam-
biancam
adoriuntur

Galli ob-
fesse vrbi
subsidio fe-
rinant.

Galli Ba-
uaria ca-
stra inua-
dunt.

*Urbs dedi-
tur Baua-
ris.*

consumpto, vt ad faxorum iaculationem res deducta esset: cum omnes bel-
licæ virtutis conatus in vrbe tuenda fecisset; ijs conditionibus, quæ fortibus
viris à victore dari solent: deditonem Bauaro fecit: abductoque inde præ-
sidio, Brisiacum incolumis peruenit.

*Dux An-
guinius
ad Baua-
ræ castra
inuadenda
contendit*

Dux Anguinius vbi deditam urbem accepit: subsidiarium decem milliū
armatorum exercitum in Brisaciensem agrum vsque productum varijs via-
rum anfractibus, itinerumque salebris attritum, fessumque ad reparandū
corporum robur Kalendis Augusti, sequentique die à labore quiescere ius-
sit: mox Turaini comitis, ducisque Bullionei fratris suo agmini legionibus
additis, duobus, & viginti armatorum millibus septus, transmissis ad Brisia-
cum ponte Rheno; recta ad Bauara castra, quocunque sibi per vim aditu
patefacto, hostem aggressurus contendit. Sub eius die vesperam multis pe-
ditum legionibus, & equitum turmis extremam hostilium castrorum muni-
tionem, quamuis præcutis sudibus, frequentique vallo septam ingenti
animo adortus inde Bauaros depellere frustra tentauit: immo octingentis

*Galli à
Bauariis
pelluntur.*

Vinmariensibus, cum pluribus insignioribus viris amissis, ac Hasterniana,
Bernholdianaque legionibus interneccione deletis, concisas vulneribus co-
pias in castra reduxit. Nihilo tamen secius Anguinius, & Turainus nullā
suorum terribi clade, totam illam noctem ea duo propugnacula, quæ Bauari
ad vicum Offenhusium montibus iunxerant; furentium more superare,
conantur; nihil militum sanguini parcebatur; dummodo vel per suorum ca-
daverum strues intra propugnacula transilirent.

*Galli pro
pugnacu-
lis cū ca-
de potius
cur.*

Reukembergerus summus rei tormentariæ præfectus, cuius virtuti illa
duo propugnacula credita fuerant; atque ea contra violentissimas Gallo-
rum impressiones fortissimè aliquandiū defenderat; cæteris assentientibus
ducibus, deductis ad montem Burgheldum machinis, propiūs sociorum ca-
stra recedere decreuit. Galli verò tandem vtraque munitione cum insi-
gni cæsorū commilitonum, sauciorumque numero, ac clade potiti Fugge-
rianam, Holzianam Bauarorum legiones scđum in modum protriuerē; ipso
etiam comite Fuggero grauius pedem alterum vulnerato. Vtrisque muni-
tionibus amissis Burghaldi collis, collineatis pluribus circum quaque, tor-
mentis fastigium Bauari munere: nouaque aliquot munimenta tumultua-
rio opere constructa strentio milite firmarunt: quacumq; tamen loci iniqui-
tate Anguinius, & Turainus contēpta, collem illum primo cum validissimo
aliquot legionum robore magno animo inuadunt; mox vniuersis copijs in-
pugnam inductis, non sine ingenti suorum militum cęde, Bauaros ab eo lo-
co exturbare contendunt: sed cum eorum tormenta aptè librata, rectè, &
obliquè subeuntes Gallos dispostā ferirent; tantam eorum stragem edide-
runt: vt instar cadentium è cœlo niuium dum in montem enituntur: tormē-
tis lacerati præcipites ruerent: accendente magis tamen, quàm remittente
pugnam miserrima cęde, in suorum morientium locum efferatiorēs, fero-
cioresque subibant: immo continens adeò Gallorum furor, rabiesque fuit,
vt cum circa quartam diei horam copiosissimo imbri è cœlo cadere, cruen-

*Gallorū
ferocitas
contra Ba-
aros.*

tissimaus

tissimus ille impetus aliquantum deferuisset; ac madida fluerent arma de manibus; vindictæ cupidine Bauaris militibus quotquot poterant interciperent, cultris lanionum more guttura præsecuerint.

*Gallorum
saucia in
Bauarior.*

Nocte illa ante nonas Augusti Galli omino in suis castris nullo tentato certamine quieuerunt: sed ante meridianas sequentis diei horas, tormentis vtrinque res geri cepta; inter quorum fragorem, volitantiumque horribiles globorum sibilos Anguinius Burghaldo moti successit, & licet cruentæ admodum, vehementesque fuerint superiores pugnae: hac tamen die tanto cum ardore, virtuteque vtrinque dimicatum est; vt non solum ipse Ioannes Vuertus, sed etiam summorum ducum plerique inter arma, pugnasque nati, atque educti testati sint, nullibi se vnquam tanta pertinacia, ira que esse certatum vidisse, aut meminisse: quamuis plurimis cruentis prælijs, interfussent.

*Pugna in
ter Baua-
ros, et Gal-
los.*

Anguinius ipse inter pugnandum duos ictus ferreo thorace excepit; cū totum illum diem inter dimicantium ordines, missiliumque turbines currisset. Ex Bauaris plus mille ducenti eo certamine perierunt; ex Gallis quinque millia cæsa traduntur, præter multitudinem sauciorum. Post varios tandem, cruentosque concursus fessi à diuturna pugna, vulneribusque multati in castra quasi ex composito vtrique exercitus rediere.

*Castrorum
numerus.*

Duobus sequentibus diebus Galli nihilominus legionatim cum Bauaris decertarunt; atque aliquot horæ velitaribus pugnis extractæ. Mox Galli refixo vallo, dirutisque munitionibus recesserunt; pone sequentibus Bauaris, cum quibus erat identidem velitandum: pronoque Rheno ad Philippi castrum, cui alias Vndenhemio nomen, exercitum deuehunt; vt illud munitissimum propugnaculum improuisa obsidione sepirent; cui expeditioni, vt faciliorem sternerent viam; Liethenauiam, Stollhoffumque præteruecti: illa oppida ex itinere subegerunt.

*Galli re-
cedunt.*

*Vndenho-
mii nunc
castrum Phi-
lippi Gal-
li adoritur.*

His Gallicis copijs quingentorum peditum signa, duodecim tormenta maiora, sulphurei pulueris centena millia pondo, funiculorum centenarij trecenti, ferrei globi tormentarij bis mille, incendiarum bolidum, farinae, confectique panis ingens copia, pons vnus naualis, suppellestiliūque castrensium varius, & multiplex apparatus Brisfaco nauibus subuehebantur.

Castri itaque Philippi præfectus Bambergerus, cum illam tempestatem in se suosque quam mox desæuituram præfagiret: viciniores aliquot pagos, & molendina, magnamque frumenti copiam exussit: non intermissis interim in castro bellicis apparatus, vt Gallorum vim quam posset diutissime propulsaret: cum eodem tempore Galli seduli suas stationes magno cum feruore, atque alacritate munirent: quibus extructis, captis exterioribus munimentis, omnis machinarum, catapultarumque vis in castrum conuersa est. Breui tribus cuniculis excauatis, & ad terrorem præsidio ostensis, cum omnia ad propugnaculum inuadendum in expedito forent; Bambergerus abiecto animo territus ne vno quidem expectato hostium incurfu, decimoquinto post ceptam obsidionem die, castrum Gallis turpissimè dedidit;

*Philippi-
burgum.*

*Philippi-
burgum dedo-
tur Gallis.*

didit; quod vel vniuersi armati orbis, si Dux animosus, & fortis in eo curasset; impetus frangere potuisset. Adeò perniciosus est in imperante timor; vt vel munitissima oppida perdat, quæ impavidus animus vel mediocri conatu seruasset. Præsidium cum quinquaginta curribus, & duobus muralibus tormentis, expansis signis * Alisum dimissum est.

Hailprun

*Spiram
Galli ob-
tinuit Vor-
mantiam
& Mocon-
tium.*

Dum hæc ad Philisburgum geruntur; Gallorum, Vinmariensiumq; arma maximos progressus in vtroque Rheni litore habuerunt. Germarshenium minanti excidium Gallo cessit. Quare milites Lotharingi, quorum fidei vrbis Spiræ salus, custodiaque credita erat: se clam noctu Vormatiam, Franchentaliamque receperunt. Turainus itaque per tubicinem deditionem Spirensibus imperavit; sua obligata fide se nemini noxium futurum: immo urbem à quocunque hoste tuendam suscepturum. Quibus promissis ciues illecti, transactione illico facta, trecentorum militum præsidium in urbem patefactis portis accipiunt. Eodem suffragantis fortunæ fauore Vormatiã in fidem accepit. Illinc Mocontiacum progressus illi quoque vrbis, non nihil tergiuersantibus ciuibus, pactis conditionibus, Gallici imperij iugum iniecit. Elector paulò ante ad Hermanni saxum cum suis aulicis, ac familia concefferat.

Alberstau

*Torsensio-
nius con-
tra Galas-
sum vadit.*

Torsensio per * Pheugari agrum exercitum traducendi Kinismarchus nouem equitum turmas, octingentosque pedites recentem bellatorum manum adiunxit. Quo copiarum robore firmus, licet ad Ascierlebiã ad reficiendum militem aliquandiam quiescere potuisset; tamen ab exploratoribus monitus, Galassium, qui ad Cæsaris obsequium, stipendiaque redierat, cum exercitu Cæsareo inter Bernburgum, & Cambodunũ adhuc confidere; satius duxit propiùs hostem accedere; Castra itaque Aslebiã ad Salasum amnem mille supra Bernburgum passus promouit; tentaturus, si eo ipso die, quoniam Cæsarei in aduersa fluminis ripa castris probe munitis, inuadi non poterant: amnem duobus in locis aperientem vadum traicere exercitum posset: qua in re summa erat opus indutria; ne Sueci forte à vicinis Cæsareis inter transeundum aliquod incommodum paterentur. Relicto igitur inferiori fluminis vado; quod duo circiter stadia à superiori distabat, decimo quinto Kal. Octobris, claro iam die, spectantibus Cæsareis, Torsensionius suos milites per superius vadum, quod præterita nocte per otium erectis hinc inde propugnaculis, tormentis intruxerat, traduxit; eodemque die ad Bernburgense castrum vsque progressus Cæsareas aliquot cohortes ab ijs stationibus deiectas in castra compulit. Verum iam noctis ingruentibus tenebris, nihil memorabile eo primo accessu actum est. Cæsarei solum è tormentis missilia ex omnibus propugnaculis in Suecos iaculabantur: sed vanis iactibus, quatuor duntaxat gregarijs militibus interemptis. Torsensionius aduersa hosti castra metatus in Cæsareos tormentis emissis, hostes eò malorum adegit; vt suorum castrorum prima sede relicta, ad tutiora secedere, castrisque comodiorem situm quærere coegerit. Dum vtrique exercitus intra sua castra

*Cæsarei
succedunt.*

stra se continent : Konismarco nuntiatum est, Cæsareos cum duodecim equitum turmis, & omnibus pabulatoribus è castris egressos inter scanderfum, & Ascierslebiam federe; quapropter præmissis aliquot manipulis, qui hostem velitationibus distinerent; ipse cum reliquo agmine celeri gradu subsequitur. Cæsarei cum procurrentibus Suecis cominus, & eminus velitantur: sed cum paulatim crescente Suecorum numero alijs, atque alijs accurrentibus turmis, eorum impetum ferre non possent; qua cuique patebat via, partim se qua Mansfeldiæ comitatus aditur, partim ad castra disiectis, confusisque ordinibus, certamini se celeri fuga subducunt. Inter pugnandum capti à Suecis militari more habiti sunt; Mille quingentis equitibus hoc pabulatorum præsidiorum constitisse ipsi Cæsarei fatebantur. Ter mille equi meritorij, pabulatorijque cessere militi preda, Konismarcus re prosperè gesta, in castra redijt tantum equorum numerum pone trahens; vt equus alioquin viginti aureis æstimatus, non pluris sesquifloreno veniret.

Sueci Cæsareos aggrediuntur & fugant.

Exercitus interim mutuo se tantum tormentorum missilibus incessebat; hostem neutris, copijs in aciem eductis, ad pugnam lacescere audentibus: Galassius tamen, ne Suecos metuere videretur; postera die diluculo eorum statua ferro, atque igne magno impetu aggressus, maiorem Camboduni oppidi partem incendit, nec sua sine graui clade à Suecis reiectus est: clam nihilominus tamen intempesta nocte, conclamatis vasis, ingenti plaustrorum, quos equorum inopia, qui pabulatum abducti fuerant, secum trahere non poterat, vno item æneo tormento, & laxionis oris catapultæ relicta, nõ sine ordinum confusione Stasfurtum, vbi cum purpuratus ab Enckenfort cum aliquot legionibus exspectabat; contento agmine festinauit. Erat in Suecicis castris illud symbolum, vt disphoso murali tormento, omnes caperent arma, cuius fragore Torfensonus audito, qui pabulatores Cæsareos venatum abierat: rem alicuius magni momenti ratus agi, confestim conuerso agmine, prostridie peruenit in castra: vbi cum Galassium iam longius abesse, quàm vt illum persequendo assequi posset audisset; & Suecicus equitatus ob continuatos aliquot dierum itineris labores strigosioribus equis valdè esset attritus; inconsultum putauit durioribus imperijs, donec vires quiete reciperent, suos milites fatigare. Vix Suecis in castra regressis, Cæsarei pabulatores sociorum discessus ignari ad sua quoque tendebant;

Galassius Suecos in vadit.

Galassius recedit à Suecis.

Torfensonus Cæsareos pabulatores intercipit.

Mox nuntiatum fuit Galassiu cum Cæsareis copijs non mediocriter imminentis, propè Magdeburgum noua munimenta moliri; vt ibi tutius promissa subsidia expectaret: quare Torfensonus motis quoque castris cum vni-

Torfensonus Magdeburgum contendit.

citus

citus equitatus viginti bellatorum millibus constans ad Magdeburgum amne transmissio, in aduersam ripam prouehitur: vt oblata occasione Azfeldianis copijs opportunè se iungeret; quòd vbi Torfensonus accepit, vniuersum equitatum, & aliquot Cattorum legiones, quæ paucis ante diebus subsidio venerant; nauali ponte ad Aakenam Albim traduxit; postremumque Imperialium agmen, quòd quinque legionibus constabat, purpurato ab Enckenfort duce offendens acerrimo impetu aggressus turpem coniecit in fugam; quæ tamen oppido paucis salutem attulit, cæsis, aut captis fere omnibus; quòd à consite Broio iam longo interuallo non ex militaris disciplinæ instituto cum primo exercitus agmine præeunte, ijs succurri nõ potuisset; non enim primo agmini ita acies, aut extremum agmen auertendum est; nec ita procul à se copijs proficiscentibus inuicem recedendum; vt si hostis ingruens socios incessat, cito illis subueniri non possit. Gallus iam incolumis cum media acie abierat.

Imperialium primum agmen à Suecis opprimitur

Variapro digia

Per eos dies varia à diuersis locis sunt nuntiata prodigia, Minda cœlum patere visum est, superque urbem ignibus coruscare. Super Viennam insolitus atrii coloris arcus instar iridis conspectus est: qui tantum halabat fetorem quasi à quodam magno extincto incendio, vt etiam tria procul passuum millia incolarum naribus grauius oleret. Londini in Anglia tertio Non. Decembris ipso Regis natali die cœlum tribus solibus, & iride simul effulsit. Idem portentum Noribergæ tres soles videlicet admiratione intuentium oculos tenere.

1645

Torfensonus Pegauis

Torfensonio fufis Cæsareis, nonis Decembris Pegauis copias admouit; obnuntiatoque frustra vrbi excidio, ni protinus ciues traderent urbem cum minis nihil proficere videt; quòd Gortorfus tribunus, qui centum equitum, & quinq; peditum cohortium præsidio urbem tuebatur, spretis Suecorum minis, impigrè defensionem pareret; ex tribus subito fossiorum opere excitatis tormentarijs aggeribus prægrandium saxorum missilibus è quatuor mortarijs explosis, igneisque pilis tanto cum ardore vrbis tecta perforauit; vt intra horulæ quadrantem plus quam in sex locis urbem incenderit: qua perniciosissima flamma, cum non solum trecenti equi in stabulis, sed vniuersa præter viginti ædes promemodum ciuitas deflagrarit; præsidiarij, locique Ephorus, cum nulla nisi in subita deditio salutis spes foret; tradidere se Succo. Huius excidium vrbis plurimum aliarum in Cheruscis articum ruina sequuta est; ab Vuessenselsiana exorsa Suecorum ira.

Pegauis Sueco cecidit

Ragozius Casaribellu inserit

His ferme diebus Ragozius Daciae princeps vir iniquus, & ferox Austriae semper infensus Suecorum occasione progressuum sua consilia de ineunda cum Suecis belli societate iam diu animo agitata, hoc anno primum Turcarum regis assensu perfecit: coactoque exercitu, præcipuos Pannoniæ proceres, vrbesq; sollicitauit, vt violatae suæ libertatis prætextu, fractaq; fidei ab Imperatore deficeret. Cassouiam primo belli impetu, Casareo pulso præsidio, non incruento tamen certamine occupauit; Humanay, & aliorum procerum ab eo dissentientium arcibus expugnatis; Viselinoque, &

Filaco

Filaco irrito conatu tentatis. Cæsar anxius de noui Pannonici belli curis, frustra imploratis Regis Sarmatarum auxilijs, suas veteranas legiones ad eam tempestatem pellendam properare iussit: Bisantiumque legatum cum magnificis ingentis pretij donarijs, quibus immitem barbari Turcarum Regis animum deliniret, qui non nisi muneribus capitur, misit: enixè flagitans, ne Ragozio subsidia in id bellum, aut cōsensum ad tales turbas ciendas præstaret. Sed hæc Dacici belli procella instituto Tirnauia de pace conuentu, aliquantulum deferuescere visa est. Ragozij legatus aurato curru barbara pompa, quem duodecim pretiosissimi vnicoloris iugales trahebant, eam urbem inijt: quem aliæ tredecim sexiuges rhedæ cum splendido

Ragozij
legati po-
pa.

centum, & octoginta nobiliorum equitum comitatu sequebantur superbo ingressui par fuit propositionum arrogãtia, & barbaræ pompæ petitionum respondit acerbitas; quasi res Austriacæ ita essent accisæ, vt vnius prouinciæ dinastæ insolentiæ foret Cæsari succumbendum.

Dum vtriusque partis legati mutis altercationibus digladiantur: hostiles quoque exercitus ferro decernunt, quod bellum maioribus difficultatibus res Imperatoris implicuit. Cum enim grauius vrgentes Suecos totis simul coniunctis viribus sustinere vix posset: eas ad comprimendos Dacos bifariam distrahere cogebatur; in vtraque parte se ipso minor, & eo maiori discrimine, quod Torfensonus cum sexdecim armatorum millibus in Bohemiam ingressus * Ebuero obsessio à Cæsareis subsidio properauerat, hostesque in æquiora ad pugnandum loca detractos infra Pilsenam, prope Taborium, post diuturnum, dubiumque certamen ingenti clade ceciderat: supremo eorum duce comite Azteldio saucio, capto Mercyo, & comite Broio, tribunisque plurimis interemptis, & ex minoribus præfectis, gregarijsque militibus quinque millibus cæsis: præter Bauaros, qui cum Iohanne Vuerto tardiùs venerant, & inclinata iam acie Cæsarea, se manifesto discrimini committere noluerunt.

Olmu

Torfensonus
Cæsa-
reos sum-
dit.

Cæsar audita sui exercitus strage, minus Pragæ fidens, quod plurimi du-
bia fidei ciues, vtpote de Lutherana, Caluinaque hæresi in Suecos arca-
no studio essent propensi; cum triginta duntaxat comitibus curru vectus
contento Viennam cursu tetendit, ibique necessaria ad urbem tuendam,
quasi iam iam Suecus mœnia pulsaret, parari iussit: Imperatricemque ux-
orem cum Nouerca Imperatrice Leonora, & magno nobilium feminarum,
numero Grecium in tutiorem locum amandauit: militem quoque ex Li-
burnia, Austria summa celeritate, ac trepidatione coegit; veteranos ex præ-
sidijs finitimarum arcium, eorū loco tyronibus substitutis, abduxit: exerci-
tum aliquantum pro ea temporum difficultate ad hostem destinendum vt-
cūq; conscripsit. Cæleste Numē, diuos, diuasq; omnes indictis supplicationi-
bus, propitiare decreuit. Electorē Treuirensē ad illā diē Viēna in custodia
detentū, quod legatorū cōuentus Monasterij ad trāsfigendū de pace institu-
tus, nihil, nisi eo libero dimisso, in gradumq; pristinū restituto, se acturum de
pace obtuleretur muneribus, ac fauoribus impensius delinitum dimisit.

Cæsar Pra-
ga Viē-
nam rediit
& munis.

Treuiren-
sis Elektor
liber di-
mittitur.

*Varij Tor-
senonij
progreſ-
ſus.*

Torſenſonius verò, vt victoriæ fruſtus maturè decerperet; in Marcomanos prouectus cis Danubium Hikelpurgum, quamuis fortiter reſiſtentibus oppidanis, & Imperialibus cum Znaima, Crempſa expugnauit, eiſq; tractus incolas magno ære mulſtauit. Bernam obſedit, & in contentius ſe tuentem dato ſæpius impetu, violentus irrupit. Danubij pontem apud Viennam diruit, extracto in citeriore litore propugnaculo, ac validis militum cuſtodijs, excubijsque munito; vt Cæſareis intra urbem compulſis, atque ab excurrendo in Marcomanos prohibitis, liberiùs tota ea prouincia graſſaretur. Quæ Suecicorum armorum felicità pene Ragozium impulit, vt illum de pace cum Imperatore tranſigere peniteret; quæ iã æquioribus illi, Pannonijsque eiſ aſſectis conditionibus coaluerat: ac pene conuentum fœdus euerſit: quod tamen ſub Autumni finem fauentibus Superis ſancitum eſt: cum Suecis aliquantum reſtante fortuna de Brunæ oppugnatione deiecti non eos progreſſus facerent, quos ſibi ambitioſo animo deſtinarat: nec Poſonium vna cum regio Pannoniæ diademate fœderis præmia, vti ſperarat, ſibi tradere potuiſſent.

*Pax inter
Cæſari, &
Ragoziū
conſtituitur.*

*Monasterij conu-
tus de pa-
ce ſancti-
da diſſi-
ſultat.*

Neque tamen recedente Ragozio fœderatorum principum in Cæſarem bellum quicquam de ſuo feruore remiſit. Immo legati, penes quos belli, pacisque erat arbitrium, Monasterij coacti nihil de Germania pacanda poterant explicare, nec de pace aliquid conuenire: cum ſiue pax, ſiue induciæ ſtatuendæ qualeſcunque illæ fuiſſent; ingentiæ commoda ſolis duntaxat Auſtriacis allaturæ viderentur: ceteris verò tanto grauiora pericula imminerent, ſi illi interim nullo hoſte contra bellante, attritas cladibus vires inſtaurarent; magisque illius conſilia conuentus eò ſpectare videbantur, vt alter alterius mentem, cogitationeſque rimaretur, ſuſpicioneſque mutuas cumularent, quàm, vt ſyncerè, & amicè de pace tranſigerent. Continuantur tamen cum totius chriſtiani orbis ſpe dubia, anxioque cura conciliandæ pacis acta: ſperaturque non ſine ingenti componendæ Germaniæ fiducia aliquando ſe præſenti rerum ſtatu vertente, præſertim ſi induciæ ſaltem, maioribus, quàm aliàs, ſtudijs interim procuratæ inter Hiſpaniæ Regem, Batauoſque ordines, vel pax optata ſanciat: vel ſi Galli à Germanico fœdere, atque à Proteſtantium, Suecorumque ſocietate auellantur conquiſitores ſibi inuicem aſſenſuros.

*Dux Anguinus
Nerolin-
gam tenet.*

Sed neſcio quo maligno fato hæc ſpes omnium animis cõceptæ interpellentur; cum inter legatos quatuor iam annos Monasterij de pace componenda ſollicitos per mutua colloquia nihil omnino potuerit conueniri: immo ſi quæ ſpes pacis affuſerit, illam protinus nouæ ſubinde exorientes difficultates offuſcent; præſertim cum Sueci pace cum Dano Rege inita, vniuerſis viribus, quas Danicum bellum diſtraxerat; in vnum copiarum robur collectis, maiori belli mole in Cæſareos irruant.

Dum legati Monasterij de pace inanibus diſputationibus altercantur: Dux Anguinus adducto ad Nerolingam exercitu, per alterum, & tertium tubi-

tubicinem (primus enim non edito ante urbem solito tubæ clangore admiffus non fuerat) deditioem, vel faltem tranfactionem ciuibus imperauit: cui cum supremus legatus Baldinus: quent cum trecentis militibus in urbem præfidij caufa Senatus receperat, aſſentiri recuſaret; immo in Gallorum caſtra tormentis muralibus fulminaret; Anguinius nulla præfidij habita ratione, in cuius vitam, ac fortunas poteſtatem ſibi Galli reſeruabant, cum ciuibus ea conditione tranſegit; vt nullo admiffo intra urbem Gallico præſidio, pro neutris facientes ſuis legibus uiuerent.

Rebus cum Nerolinga compositis, fœderatorum copiæ Duncelspilam proceſſerunt: quam & ſi ſeptingenti milites ſtrenuè tuerentur perfractis tamen tormentorum ictibus, & cuniculorum ſuſſoſſionibus muris, vi capta à Gallis eſt: præſidio, quod fuit minimum malorum, inter Gallica ſigna transcripto; duce, atque urbis Ephoro captiuus detentis. Inde Alifum per Hallenſium, Suecorum, quæ fines arma conuertit: ibique muniendis caſtris apto loco explorato plus quatuordecim dies, nullis tentatis in urbem hoſtilibus ſubtitit; quamuis aliquot maiora tormenta Philisburgo in caſtra aduecta fuiſſent; ac vires trium millium quingentorum Erlachi militum acceſſione creniſſet. Sed comite Gelenio ſummo Bauaræ militiæ præfecto cum valido ſubſidio aduentante, qui cœleſtium tempeſtatum iniuria Vublinge trium horarū itinere proci Alifō ſubſtiterat; donec miteſceret cœlum, & in hoſtium oculis ducentos quinquaginta pedites, & centum quinquaginta equites in urbem immiſit; Anguinius caſtra, obſidionemque ſoluit, Hallamque verſus abſceſſit.

Anguinius cum Nerolinga ſedus iuit.

Anguinius Alifum oppugnauit.

Obſidionem ſoluit.

Proſiſcentium Gallorum veſtigijs Bauaræ copiæ ſexdecim ſubſidiarijs legionibus auctæ Vuerto Duce inſtitere. Ipſe Archidux Leopoldus cum Galafio, Vuertoque ducibus, Cæſareis copijs, ac Bauaris imperabat: quæ ſub centum, & duodecim ſignis comprehenſæ quatuor millium ſeptingentorum ſupra quadraginta militum milium exercitum conſtituebant. Maiora, ac minora tormenta ſex, & triginta pone trahebantur; trecenti circiter currus copiarum impedimenta uehebant. Gallos venatum procedebat tanta copiarum moles; qui ſuis diſſiſi viribus, obuerſis hoſtibus tergis receptu fugæ ſimili, Nicere ſuperato, Philisburgum confuſis ordinibus receſſerunt. Vinmarienſes, ac Catci, traiecto Rheno, Spiram, ac Vormatiam, inde iterum in aduerſam ripam expoſiti Viſbadenani trepido agmine abierunt. In hac rerum confuſione, fugiendique neceſſitate Galli per circumiacentium pagorum campeſtria non ſpèrnendum militum numerum amiſerunt: præter com meatuum, omniſque generis machinarum, ac tormentorum ingentem iacturam. Tenebant ſe caſtris Galli ad Philisburgum quod circumfulſæ paludis, tonantiumque ex eo propugnaculo tormentorum fauore nullum hoſtium impetum metuebant. Cæſarei tamen propè Gallica caſtra tetenderunt. Sed cum in deſerto, vaſtatoque ſolo tantis alendis exercitibus com meatuum copia nulla ſuppeteret: Cæſarei retro Vuimpſenam ceſſerunt; aliquot oppidulis ex itinere expugnantis: deinde * Nicere

Imperialis exercitus numerus.

Gallorum receptus.

Cæſareis com meatuum copia recedens. Nicere

traiecto in Tubari conterminos agros; vt vires exercitus reficerent; quas continuati itinerum labores non nihil attriuerant, descenderunt. Mergentalia, elapso clam Gallico præsidio, ac Vuimpfena Cæsareis pariter cessit. Duncelpila quoque manus dantibus Gallis, & Rottemburgum Geleenio deditioem imperanti imminentis terrore excidij paruere.

Torsenfonius verò antequã ex Austriaco agro discederet; Creutzentienium arcem duo tantum passuum millibus Vienna distantem subiecto tribus in locis sulphureo puluere, ab imò erutam prorsus euertit. Inde in Bohemiam expeditione suscepta, Littomeritio castris admotis, eam urbem bene munitam, Albique flumini assidentem, vix ostentatis machinis intercept: præfecto cum præsidio in alterum Albis litus elapso, ciuibus, qui urbem strenuè defensuri in armis erant; sc̄da, turpique fuga desertis. Inde Albi rigidissimo frigore glacie concreto traiecto, in Satzensem agrum copiaz deductæ; quibus Vrangeliu suum agmè adiunxit; huic Torsenfonius quod podagricis doloribus tentaretur, summum armorum imperium detulit. Ille sæuissima hyeme militum corpora decoquente, quam latissimè, vt commodiùs, opulentiùsque hybernarent, in circumiectis pagis in hospitia partitus est copias: quarum emissariæ cohortes ad Pragam vsque infestis prokursibus territis ciuitatibus, pecuniam, commeatusque imperabant.

Cæsarei, vt hanc Suecorum insolentiam comprimerent; Pragensè præsidium sex in urbem in ductis peditum legionibus, auxerunt, ad ciuim in fide animos confirmandos; continendosque; si qui ex Suecorum vicinia rerum nouarum cupidi aliquid hostile conarentur. Ex varijs item Imperij regionibus militum agmina in Bohemiam præcipuè circa * Budouissam oppidum confluerunt: quo Archidux cum cæteris maximè exultationis ducibus, ac proceribus venerat; habitoque de rebus bellicis consilio, vniuersus exercitus circa Pilsenam castra ponere iussus est. Inde Glatouiam progressus ibi totum lu strauit exercitum. Sex, & viginti selectorum bellatorum millia in Cæsareis, Bauarisque copijs, censa sunt. Nec dubium erat, quin iusto prælio Cæsarei cum hoste certaturi essent; nisi intolerabilis frigoris diritas, & præter solitum nix altissima omnia tenens desiderium certaminis præpedisset.

Torsenfonius verò iam mitescentibus podagræ doloribus, nobilioribus Bohemiam principatibus Suecico Regno vestigialibus additis, medio Nouëbri nemine quidquã tale suspicante, motis Littomeritio castris, cū vniuerso exercitu in Quados progressus Fridlandiæ munitissimæ arci copias obiecit: quam facili Marte in deditioem accepit, validoq; præsidio munita, inde quoque rursus in Bohemiam exercitum per montana traduxit.

Iisdem diebus Cattoꝝ valida manus Geyfio duce effracta Astiochi impetu Butzbachi oppido porta, repentino incurfu vrbe occupata, * Monitium infesto agmine festinauit; imperatq; per tubicinè deditioem, cū Vuillichius legatus vrbis, & arci præfectus Cattis missilium iactibus responde- ret; Geyfius iratus subito a gestis contra telorū tempestatem, quæ vndiq;

è mu-

Torsenfonius Littomeritio abinet.

Budouis

Torsenfonius Fridlandiam arcem occupat.

Marsburg Catti Mettium oppugnat.

è murorū coronā in subeuntes torquebantur,loricis,cuniculis mœnia subruere institit.Sub Auroram igneæ bolides in vr̄bis tecta coniectæ ædiū excitarunt incendium:quod ciuium sedula cura superfusus aquis extinxit.Deinde tormentorum missilium terror admotus, quorum violentia summo cū oppugnantium ardore ad meridiem vsque magno impetu tenuit; magna pars muri in inferiori vico collapsa. Qua ruina territi consules, & senatorij ordinis ciues à præfesto supplices postularunt; ne ciuitatem importuna cōstantia militum insolentiæ diripiendam obijceret. Vuillichius ciuium postulatis indulgens se in arcem cum suo præsidio recepit, atque vr̄bs conuētis conditionibus Catto se dedit; mox in arcem vis tormentorum, machinarumque conuersa; sed quidquid tormenta ruebant, præfesti cura trabium, æggerumque oppositu præstruebat: maiora deinde tormenta, & tria ingentia mortaria in castra aduecta; quibus arx quassata circumquaque muro fatiscens ad inuadendum hostibus latum præbebat ingressum. Iamque instructa acie, densatisque ordinibus, se se milites ad dandum impetum expediebant, quorum impressioni sustinendæ cum se parum validum præfestus cognosceret, arcem pacatione dedit. Postridie præsidium cum sarcinis, expansisque vexillis, omnique armorum genere, ex superiori, inferiorique, arce decessit. Cuius præproperæ deditiois Vuillichius reus ætus, paucis post diebus bellici consilij sententia capite plexus est: cum arcem intrinsecus abscissorum operum munitionibus firmè vallatam, & comreatibus tormentarioque puluere abundantem, quo Cattorum impetus frangi, cōferuarique locus facile potuisset; donec subsidia à Principe mitterentur se de, ignauèque tradidisset.

Montitium deditur Catto arce excipia.

Arx quæque Catto dedit.

Turainus Treuirum ad deditioem iuniorum.

Theomille

Electores Treuiræ ingrediuntur.

Augusta quoque Treuirorum solita Archiepiscoporum principum sedes tantum non supremum tulit exitium. Cum enim Turainus cum vniuerso Gallorum exercitu ciuibus per tubicinem denuntiaffet; vt illieo dederent vr̄bem, illique spretis Mariscalli minis, defensionem pararent: Turainus quatuor maiora tormenta ex Villa * Theonis per Obrincum amnem nauibus aduehi iussit, quibus super tumulis positis, mœnia formidabili fulminū iactu quatiebat: cuniculosque agere instituerat; cum Archiepiscopi principis in Gallica castra aduentus imminentem cladem ab vr̄be discussit. Hispanico enim præsidio persuasit, vt ex vr̄be spontè secederent, nec Gallorū furorem expectarēt, quibus consentientibus, & cum sarcinis, & armis profectis, Archiepiscopus vr̄bem cum septingentis armatis, & equibus quinquaginta, postquam vndecim annos abfuerat, inijt; pone quem sequutus Turainus cum mille quingentorum equitum agmine terruit ciues, ne suam principi punituro perfidiam cum suis armatis adesset.

Electores tot stipatus cohortibus bellatorum, ceterosque illius vr̄bis primates in curiam vocatos acribus, amarulentisque verbis perfidiæ coarguit: cuius causa vndecim ipsos annos fuisset in custodia detentus: sibi ad manus esse flagra, quibus tantum flagitium egregiè castigare posset: nisi clementiā duceret omni rigore potiorē. Ciues animis consternati, metuq;

penarū vix sui cōpotes domos suas quisq; è cōuētū discessere. Princeps vrbis clauēs, einſq; custodiā Turaino obtulit, quā ille tamen ingenuè recuſauit.

*Saxo Ele-
ſter cum
Suecis pā-
git indu-
ciai.*

Paſtis iterum inter ſeptemuirum Saxonē ducem, & Suecos inducijs, & vſque ad Monaſterij ſanciēdam pacem prolatis, Magdeburgum miſerrima ciuitas, recedente Saxonico præſidio priſtinæ vtcunq; libertati reddita eſt. Quo tempore Bremeuerda celebre caſtellum per inſidias improuiſo incurſu à Cæſareis interceptum: & Hoextera vrbs in Suecorum poteſtatem iterum redijt, à Konigmarco tormentis, cuniculis, flammarum iaculatione oppugnante compulſa.

*Cæſarei
Crempſā
obſident.*

His iſpis diebus Cæſareæ legiones in Auſtria aduectis Lencia, & Vienna muralibus tormentis, cum ampliffima cōmeatuū, rei;q; tormentariæ copia. Crempſam circūpoſitis caſtris, obſeſſam omni telorū genere in obſequium Cæſaris cōpellere nitebātur: ſed præſidij præfectus vir acer, & impiger, repletis terra nō paucis ciuium ædibus interiori pomerio hærentibus, nullos Cæſareorum impetus formidabat. Quare Cæſarei, vt deditiōne maturarēt comite Bnchemio notiſſimæ virtutis milite authore, decem maiora tormēta, & totidem ad iaculandas incendiarias bolides catapultas in montē, cui patibulo cognomentum, protraxerunt, & cum propter præcipites rupium deiectus, abſciſſaſque ſalebras, eò equi eniti non poſſent; trecentorum militum opera ductarijs funibus in ſtatuſto loco feliciter collocarunt, vndè ſuperne tota vrbe oculis oppugnantium patente, fora, compita, viæ, & ædes ſingulæ certis icibus petebantur. Qua pernicie præfectus, ciueſque compulſi, æquis paſſis conditionibus deditiōnem fecerunt.

*Crempſa
deditur
Cæſareis.*

Padeborn

*Vrange-
lii Teu-
dertiū vi-
get.*

Sueci è contra ab Hoextera expugnata * Teuderto exercitum circūfundunt: Vrangeliuſque per tubicinem ſe ferro, ac flamma vrbem deleturum intentat, niſi extemplo patefactis portis, Suecicum præſidiū accipiāt. Verū nihil minarum atrocitate ciuitas territa vnanimi conſenſu ad ſupremos vſque ſpiritus ſe ipſam deſenſuram pronuntiat. Quare Vrangeliuſ, deiecta tormentis ampliffima mœnium parte, ad inuadendas ruinas exercitum inſtruebat, quo aſpectu ciues poſita animorum ferocia, ad paciſcendā deditiōnem descendunt. Sed ab irato victore niſi ſuo arbitrio vitā, fortunaſq; permitterent, nihil obtinere potuerunt. Quadringenti pedites, & tres equitum turmæ ad Suecica ſigna iuſſæ tranſire, ſexcenti Catti Bentono præfecto oppido impoſito præſidio Bergenum quoque inter Veſtſaliæ oppida non mediocriter munitum Vrangeliuſ triduo ſubegit.

Coburg.

*Impera-
trix ſuum
claudit vl-
timū diē.*

Tantis Suecorū progressibus nihil moti Cæſareis, ac Bauari in caſtris circa * Melocabum Bambergamque ceſſabant. Tantam rebus agendis morā attulit Imperatricis in caſtris nuntiatuſ interituſ. Dum Archidux, cæteri;q; præfecti luctuī nōnihil indulgēt: ac milites principis manibus militari more parentant. Effluente demū menſe, vtri;q; exercituſ motis caſtris, Veterauiā; in Fuldenſem; agrū iunctis agminibus abierunt: vt Suecorū retunderent audaciam; qui domito Bergeno, pari felicitate Amæneburgum quoq; captum mœnibus nudarunt, ne vlli in poſterum parti vſui eſſe poſſet.

Deinde

Deinde sibi inuicem vtrique; Imperialiū, Suecorumque; exercitus accesserūt; partis vtriusque emissarijs cohortibus velitaribus prælijs æquo ferè semper Marte concurrentibus. Vuertus, & Saradezkus speculandi gratia, ad Suecica vsq; castra cum primi agminis legionibus procurrerunt: atque deinceps recta in hostes tota copiarū moles pugnatura tetendit. Verū illi vbi Cæsareos adesse didicissent, abductis ex omnibus arcibus, ac oppidis præfidijs, atque in vnas copias collectis viribus, inter Kirchaimam, & Ameneburgū, ita eductis aggeribus castra vallarunt, directis contra planitiem tormentis, vt nihil Imperialium impetus formidarent. Quare Cæsarei cum nullus ad castra hostilia pateret accessus, ad Homburgum mille passuum ab hostilibus castris in nuda, apertaque; planitie subititerunt: rati fieri nō posse, quin Sueci ob caltrorum viciniam pugnādi potestatem facturi essent. Sed Suecis in sua se continentibus castra, cum neque ad pugnā Suecos elicere possent; immo sibi nec pabula, nec commeatus nisi summa cum difficultate subueherētur; collectis vasis, Homburgo mouerunt, atque in Grimbergæ, & Niddæ conterminos agros Veteraurum versus processere.

Hostiles exercitus in mutuo conspectu.

Sueci, & Catti tam subitum Imperialium discessum mirati se quidē per aliquot dies in iisdem castris tenuerunt, at cum Cæsareos ad * Cardambiancam consistere nuntiatum esset, ipsi quoque inito Gressam versus itinere, in ea vicinia castra firmarunt, donec sibi Gallicæ copiarū, quas dudum per citos nuntios acciuerant, iungerentur: quarum aduentu maiora, minoraque; tormenta felicitis congressus insigne festiuis fragoribus tonuerunt.

Friburg.

Galli cum Suecis iunguntur.

Nec minori sub eisdem dies in castris Cæsareis bellicarum hilari machinarum tonitru triumphatum est: quod ocyssimi nuntij aduolassent in castra Cæsareæ Maiestatis filium natu maximum Principem Ferdinandum Quartum Bohemiæ Regem electum fuisse, impositoque; diademate coronatum, & Corneoburgum post duorū mensium acerrimā obsidionē receptū.

Ferdinandus Quartus Electus Bohemia Rex.

Sueci à Gressa in Cardebianchæ agrum signis illatis, in Imperialium conspectu tetenderunt: quasi pugnaturi nisi Nidda fluuius intercurrentes vtraque; castra hostiles exercitus separasset. Machinis tamen vtrinque certatum. Sed cum vniuersi prælij fortunam Cæsarei iuxta, ac Sueci timerent; illi motis iterum castris, in Cambergensem conuallem, hi partim Franconiam, partim Amorbacum, & Mergenthemium concesserunt, superatoque; Mœno, atque in vteriori litore aliquot oppidis occupatis, accolarum latè fugam, fecerūt: qui rerum carissimas Augustam Vindelicorum, Inglostadium, Monachium, munitioraque loca contulerant.

Cæsareos se recipiunt.

Hostes Raina occupata, vtrique sociati Suecorum, Gallorumque; exercitus traducti in Augustanos agros urbem circumfixo vallo circumfident. Agminum stationes circa mœnia per æqua spatia dispositæ, mox excitati aggres, promotæque vineæ, senæque; tormenta, in quatuor tormentarijs tumulis in urbem itatim collinata, emissaque mœnia tondere inierunt. Nec minori ferocia è mœnibus tormentorum iaculatione obsessi respondebant.

Sueci Augustam obsident.

Cæsareæ, Bauaræque; copiarū Augustæ obsidione audita Danubio, Mœnoque

superatis, emissis Monachium versus quatuor equitum millibus, inter Isaram, & Denum flumina castra metati sunt. Dux Bauarus, vt quam maximè posset hostibus noceret; iussit omnes incolas profectos ad Isaram vsque frumentarias molas euertere; equos bello aptos abducere, & siquid vsui esse posset, Inglostadium, atque Monachium aduehere, ac pontes omnes ad Lycum amnem abscindere. Literas, & mandata ad præsidij præfectum, magistratumque dedit; vt maecti animis, ac virtute forent: urbem fortiter propugnarent: se propediem cum totius exercitus viribus affuturum; vt hostem ab ea obsidione depelleret. Mox ciuitas quadringentorum equitum subsidio firmata. Quorum aduentu præfectus animosior in hostes erumpens eorum stationem ad Oberhusium prosligauit; cæsis pluribus, quos non periculo tardior fuga subduxit; Triginta sex equites captiuos in urbem traxit, atque è propugnaculis tormenta in castra displodi iussit: & quamuis hostes tormentorum assidua verberatione aggeribus, vineisque promotis, ac pyrobolaribus ignibus insensissimis animis niterentur; vt urbem ad deditionem compellerent; præfecti tamen, præfidiarijque milites, contemptis hostium conatibus, urbem strenuissimè propugnabant.

Propugnatum stremitas.

Galli Augusti obsidione a-beunt. Vuirtembergij gesta.

Quare Sueci, ac Galli aduentantibus maximè Cæsareis, Bauarisque copijs, obsidionem non sine ordinum confusione, ac trepidatione soluerunt. Isdem diebus Vuirtembergius Suecicæ in Quadis militiæ præfectus, traducto vltra Viadrum octo millium bellatorum exercitu, in Comitum Montecuculum Fræibergam Cæsareis armis urgentem mouit; ducentisque eorum vulneratis, & cæsis, eam urbem scilicet malis obsidionis eripuit. Bolkenemium deinde urbem duabus equitum legionibus, & vna peditum aggressus, postera die toto circumfedit exercitu: atque vnus horæ spatio propugnatores urbis, atque arcis deditionem pacificè coegit.

Sueci in Heluetias mouent.

Reliquum labentis anni mutuis incommodis verius ab vtraque parte, quam iustis cladibus inferendis extractum; altera in alterius exitium sollicitè excubante: nisi quod vltimi exitum mensis ad Brigantinas fauces in Heluetijs Suecorum nobilitauit excursus: quibus consultius visum est, copias per proximam conuallem desertis Lycæ amnis litoribus, in Suevicum agrum effundere; experiri que an in ea vicinia locus aliquis munitus ad Brigantium lacum posset intercipi.

Suecorum audacia.

Speculatum igitur aliquot peditum cohortes emissæ, à quibus relatum est ab agrestibus Heluetijs excitatis per sylvas munitioibus, montana teneri, obsiderique saltus angustias. Vrangelijs itaq; die sequenti surgente Aurora, in montes signis illatis, mouit in rusticos. Surgebant à leua præalta editarum propè nubibus alpium iuga, à quibus in subeuntia militum agmina rustici decursuri videbantur; magnumq; incommodum vel solum per prona montium deuoluendis saxorum molibus allaturi. Centurias aliquot militum probatæ virtutis in rupes illas, & cautes iussit eniti; agrestesque ferarum more venari: illi vel egregie obsistentibus rusticis in montis cacumen

men vsque prouecti eos à rupibus deturbatos in aliud quoddam inferius turissimum munimentum, quod supra fauces, atque ad rupem protentis loriceis, militariter duxerant, compellunt; ex quo accerrimè adhuc aduersus hostes pugnabant. Verum inde quoque cum cède depulsi in aliam munitiorem in ima valle constructam; alijque rupi adiacentem, ad quem per pontem versatilem difficillimus patebat accessus, se demiserunt: fugientium tamè vestigijs ita celeri gradu institit Suecus; vt spatio leuandi pontis adēpto, pone subito in idem munimentum simul cum rusticis immixtus transfierit. Quare agrestes cum vndique premerentur, prona rupe per notos tramites ad urbem Brigantum, vicinumque munimentum dilapsi sunt.

*Helueticj
agrestes
fugiunt.*

Vrangelius superatis ad leuam asperrimarum alpium difficultatibus, in hanc ipsam munitiorem descendit: qua milites equè, ac rustici, quod ab vna parte esset aperta, nec remorandis hostium impressionibus valida, pariter deserta, rursus in fugam versi, partim conscensis nauigijs litori lacus hærentibus, partim per auias syluas, & montes in tutum euaserunt. Supererat claustrum, qua primus transitus patet; detinendis hostibus opportunū; Lindauiam spectans, optimè communitum occupandum: quod tamen Sueci post acerrimum duarum horarum certamen deditum acceperunt. Mox ad Lindauiam aliquot electorum militum centuriæ dimissæ, quæ pagis direptis, urbem paulatim opportunis positis per interualla stationibus, circumferent. Sed vrbs Gubernator contracta raptim nongentorum militū subita manu, aditus ad urbem eo ipso præsepsit, ac pontem, quo continenti committitur, iussit abscindi, in procurfantes propiùs urbem tela, ignesque iaculatus. Hostes tamen incessanti operarum labore agere fossas, figere vallum, loricas educere, tormentariosque tumulos excitare, & licet inter castra munienda tormenta in urbem perrarò fulminarent; munitio tamen ponti obiecta ducentos quinquaginta passus ab vrbe semota quadraginta militum præsidio defensa acriter oppugnata, expugnataque à Suecis est. Mox arx munitissima Lingencharcha nullam vim hostilem experta arma ostentanti se Sueco turpiter dedit: cuius præfectum merito Lindauia Gubernator, ignauia damnatum securi percussit.

*Sueci elam
ustrum oc
cupas Hel
ueticj pul
sis.*

*Lindauia
obsidione
cingunt.*

*Sueci Lin
genarcham
arxem ob
tinent.*

Ineunte mense Ianuario Sueci, quo à lacu pariter, & à continente urbem tormentis quaterere possent; nouem Briganto bellica aduecta nauigia; quibus impositæ æneæ balistæ non leui terrore obessorū animos perculere, qui saltem qua lacus vrbs vndis alluitur, se ab hostium liberos oppugnatione putabant. Feruidissimè deinde mœnia omnibus machinis pulsabantur. Trium horarum spatio plus trecenti tormentis excussi ferrei globi: igneæ quoque bolides, bombæque candentes intortæ: sed præcipuè in propugnaculum astruatum tormentorum procella defæuij. Ianuario exeunte Vrangelius nauigijs * Lindauiam præteruectus Menauiam versus insulam mille passuum ambitu cursum intendit: expositoque in litus milite, arcem illam munitissimam circumfusi copijs obsedit; eaque post bidui violentissimam oppugnationem qua-

1647

*Lindo.
Vrangelius
Menauiam
Insulam
oppugnat.*

suor-

tuordecim tantum militum iactura transactione potitus est. Præfidiarij ad Suecica signa transcripti. Duces liberi Constantiam dimissi. Imposito sexaginta militum præsidio, munimenta tormentorum ictibus diruta adiectis nouis operibus, restituta.

Reichenauia in Suecorum potestate uenit

Feracissimæ deinde, atque amenissimæ Reichenauia insulæ lacus Acronij postremæ admoto exercitu, imperata deditio: cui cum incolæ facile obtemperassent: auctis spolijs Vrangelijs redijt, Lindauiam; vbi tormentis, incendiariarum pilarum iactibus res ad eò feruidè gerebatur; vt tota concussa tremere tellus: & lacus commoti aeris machinarum afflatibus excita procella ferueret. Impauidi tamè obfessi validissimis eruptionibus Suecos ad certamina prouocabant: qui cum hanc non tam propugnaculis munitissimam urbem, quàm propugnantium constantia, ac ferocia firmissimam omnem hostilem vim repellere, ac suos conatus nihil in ea oppugnatione profecturos vidissent, animos vna cum spe adipiscendæ urbis abiecerunt: præter id, quòd illos tritici, & pabuli copia defecerat, vino duntaxat, ac carnibus abundè suppetentibus. Tormenta itaque sexto Kalend. Martij à castris, atque propugnaculis abduxerant. Pretiosiora quæq; Briganto adempta simul cum aliquot melioribus nauigijs in Menauiam insulam transfueta. Munitiones deinde omnes solo æquatæ. Lingenarcha arce duntaxat, & Menania insula præsidio, & nouis additis propugnaculis communita.

Suecia Lindauia oppugnatione discedunt

Bellantibus ad Acronium lacum, atque Helueticorum terras propiùs in dies accedentibus Suecis, cum tam è propinquo armorum frementium, strepitus Helueticus proceres extimescerent; vniuersus populus campanarum classico excitus ad arma cum aliquot millium armatorum robore ad Rheni litora currens contra discursantes Suecorum cohortes ibi castra muniuit. Quamuis Vrangelijs plenis humanitatis, officijque literis antiqua fœdera se nullo modo rupturum, quin potius renouaturum promississet; nulla tamen inanibus verbis habita fide, quatuor legatos ad Vrangelijs, cæterosque Suecorum Duces miserunt, exploratum, quid sibi de regij exercitus in illas terras aduentu, vicinitateque sperandum, timendumue foret. Quos inter festos detonantium tormentorum fragores benignè exceptos Vrangelijs perhumaniter audiuit, ac liberalissimè habuit, eorumque postulatis ad ipsorum vota satisfecit.

Heluetij armantur in Suecos

Caesari Vuirtembergum recipiunt

Vuirtembergius contra Montecuculum proficiscitur

Iisdem diebus Cæsarei Vuirtembergum omnibus machinis oppugnatù post diurnam totius penè Ianuarij mensis, violentamque obsidionem ad deditioem compulsus, interiecta militarium conditionum pactione, receperunt. Vuirtembergius è contra Suecorum in Quadis præfectus cum ab explorationibus accepisset; Montecuculum comitem cum suo agmine adhuc in alpium tergo propè Brunauiam consistere, ac omnium minimum credere Suecos ad Peterfuualdiam cis alpes ob rupium perangustas fauces, aggestis etiam, transuersisque arboribus oppilatas perrupturos, pediatu cum impedimentis Peterfuualdiæ relictis, eadem nocte montiù clau-

ltra

stra prætergressus perque occultos anfractus singulis tantum equitibus peruios Alpium iugis feliciter superatis, ad Montecuculum ferebatur, qui antequam terga premèrent Sueci: se periculo, maturata fuga, subduxit: aliquot tamen tardè sequentium postremi agminis intercepti: ipsorumque impedimenta ducum, argenteaque; Montecuculi vasa, cum scripturis adempta.

Ingrediēte Februario, Turainus Tubingam actis cuniculis, admotis vineis, tormentorum ictibus de deditioe transigere coegit. Niteciaque; arx munitissima à Cattis dolo, insidiisque occupata est.

Dux Bauarus cum in Monasterij inter conquistores principum conuentu, neque inducias iniri, neque pacem constitui posse videret: difficilioribus in dies nexibus se se implicantibus rebus; vt suos vectigales tot diuturnis bellis exhaustos, attritosque leuaret: ac rebus suis iam tot prælijs cladibus accisis prospiceret, peculiare inducias cum fœderatis Regibus, desertis Austriacis, pangere decreuit; quæ non se tantum, sed etiam Coloniensem Electorem fratrem suum, atque vtriusque ditionem amplecterentur. Missis igitur ad Gallos, Suecosque duces legatis, primum inducias ab vtroque regno petebat tam diu duraturas, donec pax toto Romano Imperio ab vtriusque partibus sancirerur: interim nihil contra se, suasque, ac fratris terras Gallicus, aut Suecicus exercitus, hostile tentaret. Deinde sibi ad hospitandas, alendasque: copias omnia loca hæctenus à fœderatis principibus usurpata deductis inde Gallicis, ac Suecicis præsidijs, restituerentur; neque suis prouincijs pecuniarum pensiones, hyberna, transitus imperarentur. Petebat insuper, vt tota Vindelicia, Sueuia, Franconia tantum terrarum sibi concederetur, quantum ad sustentandas, collocandasque copias opus esset, & subleuandi exercitus necessitas postularer; donec ab vtroque Rege induciarum conuenta fœdera rata haberentur: vel pax vniuersalis tota Germania inter dissidentes principes iniretur.

Dux Bauaruscum Sueci & Gallis prægit inducias

Induciarum cum Duce Bauaro conditiones

Pollicebatur è contra Dux Bauarus simul, ac de his conditionibus tractum fuisse; se suas copias à Cæsareis abducturum: atque omnino ab Imperialium societate discessurum: neque vllam opem, pecuniarum, commeatuum, militumque subsidium illis amplius allaturum. Sin verò suorum inuissu principum, sed proprio consilio, aut temeritate duces aliquid gererent insolenter; aut armis alterius partis milites, aut duces offenderent, nihil induciæ idcirco violatæ, ruptæque censerentur; sed noxij suæ temeritatis penas capite luerēt. Postremo commercia libera, securaque; essent inter vtriusque partis populares, mercesque omnes cuiuscunque generis etiam frumenti, vini, salis, vbique nullo obiecto impedimento dimittereretur; si desique publica mutuo concederetur.

Quibus Ducis Bauari postulatis Sueci, Gallique Conquistores, vt tanti Principis auxilia ab Imperialium societate auellerent: ac tam firmum Austriacis subtraherent fulcimentum, impensius indulsuerunt: eique ciuitates Rainam, Donauertam, Lauingiam, Vuembdingiam, Heidenhemiam, & Vilenstadium cessere. Angultæ, ac Vlmæ à neutris stare permissum. Vberlingæ

lingæ Suecicæ, Cardebianche, Offemburgo, & Aliso Gallicum præsidium imponeretur. Bauarus ab omnibus urbibus, ac arcibus, locis alienæ ditionis hæctenus occupatis sua præsidia, copiasque deduceret; iamque sex peditum atque equitum legiones exauthorasse fertur. Itaque Vindelicum bellum profligatum, confectumque est. Deinde mutui obsides seruandæ fidei pignora inuicem dati. Tribunus Royerus, qui Augustam defendit, Gallis, Duci verò Bauaro à Gallis tribunus Fleckensternius traditus.

Cæsaris constantia & indignatio
 Incredible dictum est, quàm pactæ à Duce Bauaro cum Gallis, & Suecis induciæ Cæsaris animum commouerunt: dolebat enim vehementer à se fidissimo principe consanguineo, socioque distracto, quòd in se vnum tantum totius Suecici, Galliciq; belli moles irrueret, nulla tamen demissi, terrique animi signa præbuit; immo acrior, si quando alias, reparato, nouis militum supplementis, exercitu, minacior ad arma profugit. Trautmendorffus etiam in Monasteriensi conuentu Cæsaris conquisitor, cum Galli iuxta, ac Sueci immodica peterent; honestaq; oblatas pacis conditiones ad continuandum bellum consulto respuerent, Romano sanè animo ab eo congressu hostium superbiam indignatus, tota Europa mirante, discessit bellum perpetuum daturus quando pacem auersarentur.

Suæuii iuris
Sueci Suephordiam obsident
 VrangeliuS interim Suephordiam Suecicas copias cum enormi machinarum, mortariorumque apparatu promouit. Nec mora ab aggeribus altiùs erectis in mœnia, urbisq; tecta tormenta fulminarunt: à vicino monte quoque prægrandes flammæ bolides in urbem coniectæ pluribus in locis excitarunt incendia. Nec minor erat cuniculorum cura, quibus effodiendis magna pars militum insudabat; ducendisque vineis, & aggerendis nouis aggeribus ita fossores instabant; vt præsidarij tormentorum vsu destituti exterioribus munimentis excefferint; eò magis, quòd magni ponderis lapides non in munitiones tantum, sed etiam in ædificia è balistis proiecti, & mœnium turres, quasi adactò ariete perforarent; & munitum transpontem propugnaculum summa vi oppugnatum, deturbatis tandem defensoribus, occupatum animum præfecto, præsidarijsque deiecit atq; eos impulit; vt de ditionis conditionibus cum Vrangelio transigerent: à quibus petita est libera, & incolumis abeundi facultas, quæ ea lege præfecto concessa est; vt ipse cum suis proficisci liceret; sed equites, & pedites cum ducibus relinqueret. Comite Lodronio Egram deducto, septingenti equites, & tres peditum cohortes Suecis adhæserunt. VrangeliuS urbem ingressus, re Diuina peracta, munimenta urbis inuisit; quæ diruta tormentorum violentia adhibito ingenti rusticorum, fossorumque numero, restitui iussit. Inde in Bohemiã cum omnibus copijs ingressus ad Egram obsidendam cum formidabili tormentorum, balistarumque numero processit.

VrangeliuS ad Egram obsidendam conuenit

Egra Bohemiæ urbium illustrium non postrema non intra montes, qui totam prouinciam circum ducti coronant; sed in regni finibus sita in frugifero, amœnoque solo ad Egram amnem, à quo procul dubio nomen sortita est; quondam suis legibus viuabat, nullius imperio addicta: nunc in

Austria-

Austriacæ domus fide quiescentē Vrangelijs adortus Suevicæ ditioni omnibus bellicis conatibus adijcere nitentur. Præfidij præfectus Franciscus Paradeiferus suburbij incensis, cum mille quingentis militibus, ex quibus equites nonnulli, & cum omni ciuium iuuentutis robore ad propugnandam urbem se strenuè expedit.

Cæsar, vt inuadenti Bohemiam Sueco, paribus viribus obiectis, incolarū animos improviso hostium incurſu territos confirmaret; comitem Melanderum in Galassij, quem fatum nuper sustulerat, locum suffectum iussit quā primum peditum legionibus, equitumque agminibus restitutus, cum valido bellatorum flore in Bohemiam motis copijs, Suecis occurrere. Ille sollicitus magnum rerum bellicarum apparatus Budouissam comportandū, Cromauij verò tormenta conſlanda, currusque plurimos ad impedimentā vehenda fabricandos curauit. Præfectus Reichius cum duobus machinatoribus Pragam ad inspicienda munimenta, & propugnacula aduolauit; in quibus construendis, educendisque omnes ciues tam viri, quā scemine strenuam operam collocarunt. Inde ingens sulphurei pulueris, aliaque ad infarcienda tormenta Egram, quò collimare Suecicus exercitus videbatur, traducta. Idem Reichius cum machinarum structore Pilsenæ vrbis quoque munimenta lustrauit: aggerumque lineis latius diductis, nouas loricas, ac propugnacula, dirutis suburbij, astruxit. Legem quoque Cæsaris iussu vulgauit; vt omnes incolæ frumenta, annonam, cum pecoribus in loca munitiora conuherent, ne ab hostibus diriperentur. Hinc ingens comportantium, abeuntium, redeuntiumque trepidatio, ac tumultus incolas terruit. Legionibus in Regno Bohemiæ hybernantibus imperatum, vt Budouissam, Taborium, Ragam, Egram, Pilsenam illico festinarent. Viennæ quoque trepidatum est; vallumque circum urbem munitius, ac firmitus magno ciuium, fossorumque numero, ac ardore excisis adiacentibus viridarijs, frumentarijsque molis euerſis, effossum. Verebatur enim Cæsar, ne Suecus tot prosperis euentis, ac victorijs exultans ipsam peteret regiam, bellique sedem: cuius violentiæ sicut munitissimæ cesserant arces: ita metuendum erat, ne non Vienna quoque debilioribus vallata propugnaculis hostis diutius latura esset impetus. Sed habent nescio quid amplius cælestis auxiliij Principum regiæ: vt non possint ita facili Marte expugnari: quod patuit Annibale Romam inuadere parante, Pœnos à mœnibus arcantibus nimbis. Et vt humanæ industriæ Superum auxilia, fauoresque Cæsar adijceret: Magnæ Matri Deiparæ Virgini Viennæ in area publica aureum simulacrum solemnī ritu cum hac epigraphæ dedicauit.

Imperialium apparatus pro Egra subsidij

Budouissam

Cæsaris pietas simulacrum aureum Deiparæ Virgini dedicatum

DEO

DEO OPTIMO MAXIMO
 VIRGINI DEIPARÆ
 IMMACVLATÆ
 IN AVSTRIÆ PATRONAM
 SINGVLARI PIETATE SVSCEPTÆ
 SE, LIBEROS, POPVLOS
 EXERCITVS PROVINCIAS,
 OMNIA DENIQVE CONFINIA
 DONAT, CONSECRAT.
 ET IN PERPETVAM REI MEMORIAM
 STATVAM HANC EX VOTO PONIT
 FERDINANDVS III. AVGVSTVS.

Cæsar Vienna Pofonium cum splendidiffimo procerum comitatu digressus cum Pannonijs primatibus egit, vt in regni comitijs Ferdinandus quartus Rex Pohemię Rex quoque Pannoniæ diceretur. Aliquot huic negotio excutiendo dies dati. Tandem pridie nonas Iunias Pannoniæ Regē Ferdinandum quartum omnes regni ordines renuntiarūt: ac decimo octauo Kal. Iulij ornatiffima pompa, regiaque planè magnificentia Pannonico diademate coronarunt.

Ferdinandus quartus Rex Pannonia coronatur

Dum Cæsarea aula nouo Rege spectaculis, & ludicris certaminum simulacris exultat; Vrangelius seriò applicitis Egræ copijs, vero bello fulminat mœnia. Sic enim ex erectis tormentarijs aggeribus quatuor assiduos dies muri coronam ad Rammian portam baliitarni violētia concussit; vt omnem interiorum munitionum prorsus vsum ademerit in eam quoque partem ad Quinam portam, & Xenodochij montem à regione castelli: collineatis tormentis, nigram turrim, totumque eum mœnium tractum globis prægrandibus impetebat: præter id, quòd continui incendiariarum bolidū iactus in pluribus vrbis locis faciebant incendia: quæ tamen ciuium sedula cura certatim imbelli turba aquas ministrante, extinguebat: nec assidui ruentes è cœlo imbres obsidionis ardorem minuebant: immo aggeribus ad fossam vsque productis, illud munimentum inter superiorem portam, amnemque surgens totum frequentibus machinarum displlosionibus profcisum deiecit; atque omnem obsessis ab ea parte defensionem eripuit. Bis in Suecos audacter Aultria ci erupere, sed retro in vrbem cum cede repulsi cesserunt.

Egra oppugnatur à Suecis

Vuir-

Vuirtembergius quoque rei tormentariæ præfectus cum firmo bellatorum agmine venit in castra : cuius aduentu acrius obsidio recrudit. Nam subito aetæ vineæ , promotique plutei , vt murum Vrangelij stationi obiacentem subruerent . Tum Sueci exterius propugnaculum deturbatis propugnatoribus , obtinuerunt : & quamuis defossus sub eo cuniculus iniectis flammis incensus eruperit : paucorum tamen impendio ea ignium violentia defæuit .

Præsidij præfectus diuturniori vrbis defensionis desperans deditio-
 nes conditiones obtulit Vrangelio : scilicet , vt sibi & suis cum impedimentis , ad-
 ditis etiam quibusdam ciuibus , & incolis , quorum salus ipsius intererat ; *Præfectus deditio-
 nes offert .* daretur emigraudi facultas : at his conditionibus ab insolente victore re-
 lectis , incensis cuniculis terribili cum fragore pars mœnium in fossam à
 fundamentis auulsa procubuit : pali etiam , quibus Ramniâ porta erat
 circumseptâ disieci : mox in mœnium ruinas acerrimus impetus datus ;
 sed supra vites obsessis pugnantibus , Sueci cum strage summoti in castra
 debilitati vulneribus redierunt . Præsidarij excavatis fossis , in interiori
 pomœrio , eductisque munitionibus , urbem à prostratis mœnibus præ-
 sciderunt ; adiacentes quoque pomœrio ædes terra implerere ; vt earum
 obtentu contra irruentes Suecos ex tuto pugnarent . Sueci iterum tenta-
 runt an vi allata ciuitas expugnari posset ; sed cum mœnium ruinæ altiores
 essent , quàm vt reptando superari possent sine maxima inuadentium per-
 nicie : rursus iterata in mœnia terribili iaculatione fulmina tormentorum :
 quibus territus præfectus oblata denuo deditio-
 nis transactione , tribunum
 ad Vrangelum legat : qui permissurus videbatur : vt præfectus cum præ-
 sidarijs cum sarcinis salui abirent ; sed prolixius hinc inde verborum am-
 bagibus altercantibus , res iterum ad arma redijt . Obsessores irati vim
 supremam experturi , decem muralibus maioris formæ tormentis , post-
 quam duo cuniculi excussi amplam mœnium partem prostrant ; contra
 abscissa ciuitatis opera , propugnacula , domosque terra refertas iteratis
 dislosionibus tonuerunt . Stabant legiones sub explicatis vexillis arma-
 tæ ruinas aggressuræ cum tandem præfectus animo consternatus se Sueco-
 rum libero dedit arbitrio . Succis igitur eodem matutino duæ vrbis tra-
 ditæ portæ : sub meridiem præfectus cum maioribus copiarum ministris ,
 & tribunis cum sarcinis excessit ex vrbe . Inferiores præfecti cum toto
 præsidio Suecis militare iussi . Tota obsidio octo , & viginti ipsos dies tenuit .

Cæsar ad eximendam obsidionem Egram accitis vndique auxiliarijs
 copijs , Pofonio Viennam , inde Budouissam profectus iter ad exercitum
 maturauit ; quo lustrato ad mensus stipendia viginti bellatorum millia re-
 censuit ; celerique festinatione Pilsenam , & Egram versus mouit : sed Sue-
 cis iam vrbe peritis , cis Pilsenam cum vniuerso exercitu substitit . Ibi mo-
 rantem Ioannes Vuerthus , & Sporkius tribunus , qui à Bauaro duce
 defecerant , adierunt ; Vuerthus illico Equitum magister , Sporkius ca-
 pitulum

*Egra dedit
 tunc Suecis*

*Cæsar sub-
 sidio Egra
 frustra ob-
 tendit*

*Vuerthus
 & Sporkius
 ad
 Cæsarem
 transeunt*

strorum Mariscalli legatus dicitur. Hi cum quibusdam legionibus Electori Bauaro militari authoramento obstricti, cum accepissent Ratisponensis præsidij præfectum tympanorum in omnibus vrbis compitis, & areis pulsu per tres simul equitantes ministros Cæsareum edictum vulgasse, quo omnes præfecti, & ministri Bauaricæ militiæ, Cæsaris indignatione, priuationeque dignitatum indicta, ad Imperialem exercitum citabantur: sui muneris esse rati Cæsareum cuique; principi præferre obsequium, cum quibusdam legionibus ab Electore Bauaro recesserunt; quorum exemplum sequuntur tres aliæ legiones ad Cæsarem in Bohemiam migrarunt.

a Bauaro ad Cæsarem plures milites transfugiunt.

Hic Vuerthii, & Sporkij secessus Electorem Bauarum valde turbauit: qui datis ad Ambergensem Senatam, Augustanumque præfectum Franciscum Royerum literis, perfidiæ damnatis, proscriptisque eorum bonis publico addictis, igni, & aqua interdixit, ingentia præmia ijs pollicitus, qui sibi eos seu viuos seu mortuos tradidissent.

Cæsaris progressus.

Cæsar ad arcem Falkenauiam signa diuertit, qua duas horas tormentis oppugnata, receptaque, per sylvas ducens apud pagum Nehentzium castra posuit: inde vsque ad Egræ transitum processit: Suecis ultra urbem in monte, aliisque editioribus locis confidentibus. In ipso primo accessu vtrinque displosa tormenta mutuis ictibus fulminarunt. Vuerthus cum sinistra exercitus ala vel contra emissâ tormentorum missilia, horribilesque volitantium pilarum sibilos, Egra amne traiecto, recta mouit in Suecos. Ii rati acie sibi esse eo die cum Cæsareis confligendum, copias à monte in plana deductas ad prælium instruunt. Milanderus verò defectum à Suecis cum ala dextra, & aliquot tormentis occupat montem, atque inde subiectos tonat in Suecos. Cæsar ad montis radicem prætorium in quodam prædio tetendit: post horam, & dimidium hostilis centum equitum turma prope transcurrens classicum Cæsareis exciuit in castris; quæ facile repulsa, multataque vulneribus in sua munimenta recessit.

Cæsari in Suecos vadunt.

Vrangelius sub orientem solem cum aliquot alæ dexteræ turmis, Egræ fluuio transmissis, pleno gradu extremas alæ sinistrae Cæsareæ excubias adortus eas loco mouit, inde ipsam Cæsaris stationem inuadens duas prætorianas cohortes fugauit: capto turmali vexillo. Hæ Suecicæ turmæ vsque ad aræ pontem, vbi ipse Cæsar prætorium fixerat, adeo repentino impetu aduolarunt: vt animaduerti à vigilibus non potuerint; solitis proficiscentibus modulis ad decipiendum canentibus tubis, donec rotatos sclopulos in Cæsareos disploserunt. Quo defunctus periculo Cæsar cohortium duplicauit excubias. In eas audaces hostium equitum turmas Louensteinius tribunus cum octo suæ legionis cohortibus, Liburnis, & equitibus moschettarijs hostium terga cedentibus, tanto impetu inuectus est; vt trecentis momento ferè deletis, ceteros vulneratos maiori ex parte aut ceperit, aut fugarit; & Vrangelius Egram cum paucis ægrè saluus euaserit. Suecorum literæ ex castris datæ referunt tres suas legiones tam ultra in castra Cæsarea

Cæsaris discrimen.

Præa penetrosse vt ad præcipuam Cæsaris stationem, prætoriumque ipsum peruaserint, & tres equites Suecos iam scalas hospitij Cæsaris ascensuros fuisse; nisi à vigilibus prætorianis traiecti sclopulorum glandibus perijissent.

Cæsareus exercitus vndecim dies circa Egram hæsit: sed emergente annonæ penuria, Pilsenam castra traduxit. Inde quoque mouens arce Tribela ex itinere expugnata, inter ipsam arcem, & Planam, vbi Sueci quoque suam stationem munimento firmarant; castra ex vna parte cæsis arboribus, ex altera eductis aggeribus, munierunt. Vuerthus, & Montecuculus cum octo equitum, & decem peditum millibus è castris egressi, anteriores Suecorum excubias, quæ quinque legionibus constabant; magno impetu inuaserunt, quibus loco pulsus, in munimenta inuecti summis ea nisibus occupare conantur: sed præfidiarijs eximia virtute pugnantibus, totis Suecicis castris fremente classico, aliquot expeditæ equitum turmæ subsidio suis celeriter accurrerunt; initoque prælio fortunam æquarunt, quæ alternis studijs, vtrisque ex æquo fauere videbatur: ed Suecis eductis ex castris in campum tormentis, integros Imperialium ordines lacerantibus, Cæsarei paulatim tergis obuersis ad peditum aciem, explicatis in valle ordinibus stantem confugerunt. Plurimi in ipsa fuga intercepti, cæsi que sunt: quamuis pedites manuarijs tormentis emissis, irruentes Suecos repellere conarentur: sed altius collimabant, quàm, vt hostes ferire possent. Finito prælio, pari ferè vtrinque accepta clade, in diuersa, vtrique exercitus discesserunt.

*Cæsareus
Suecorum
castra in-
uadunt.*

Konigmarchus alibi, & Mortaignius cum Vinmariensibus, & Cattis contra Cæsareos bellabant: quorum gesta huc vsque distulimus, ne seriem rerum alijs, atque alijs interijciendis, abrumperemus. Konisgmarchus Kircheina oppido expugnato, Lustrato ad Mindam exercitu, Vechtam castellum vndique locis palustribus circumseptum corona cinxit; nec mora iniectis incendiarijs globis, qui ex mortarijs assidua iaculatione intra tecta torquebantur; tormentorum pulsibus comitem ab Arach Castelli præfectum impulit; vt se libero victoris arbitrio dederet: Eadem ratione Fastenauiam, & Vueindembruccam in Suecorum coegit obsequium.

*Hostium
vtriusque
pre-
fectus.*

Mortaignius verò cum valida Cattorum manu deductis ex varijs præfidijs cohortibus; Fridbergam in Veterauiã adortus altero post die suæ potestati subiecit: mox eadem felicitate, cursuque victoriæ Reiffenbergam omnibus bellicis machinis oppugnatam, Canonico Mocontino eius loci dynasta sequestre, æquis datis legibus in deditionem accepit. Inde Konigsbergæ signis illatis, illud oppidum, vicinumque Blanchenstenium eodem fere belli impetu cum Stauffemberga, Hoenstenio, Coubioque sub iugum misit. Sed dum Rheinfelsiæ arcis obsidioni, oppugnationique incautus instat: emissus ab arce tormenti ferreus globus ei sinistrum abstulit pedem, quo ex vulnere, quamuis Medici, & Chirurgi summa cura omnia catha-

plasmatum remedia admouerint : tamen inter maximos cruciatus postremum clausit diem .

Colonix Elector , cum post-conuentas Vlmæ inter se , fratremque suum Bauarum Principem , & Gallos , ac Suecos inducias nihil ab illis secum ex fœderis legibus , obligataque fide agi animaduerneret ; immo pecuniarum pensionum onera continuari : intentarique grauiora , induciarum pactionibus renuntiauit , suis copijs cum præfecto Lamboio coniunctis ; vt

*Bauarus
& Colo-
niensis E-
lector in-
ducijs cū
hostib. pa-
ctis renun-
tians .*

Konigsmarcho Padeborna: obsidionem minanti se validior op-
poneret . Dux pariter Bauarus idem fœdus abrupit ;

cuius mutati consilij causas typis impres-


sis literis euulgauit , quas hic

ad verbum subte-


xui , vt

curioso lectori facerem

fatis .



DECLA-



DECLARATIO QVAS OB CAVSAS

Serenissimo Principi, ac Domino

D. MAXIMILIANO COMITI PALATINO RHENI,

VTRIUSQVE BAVARIÆ DVCI, S. R. I. ARCHID API FERÒ
& Electori, Inducijs cum Domino Carolo Gustavo Vrangeli Serenif-
sime Coronæ Suevicæ Campi-Marescallo eiusdem Coro-
næ partes agente, ad 14. Martij Anni labentis 1647.
Vltimæ initis, ius fasque fuerit, 14. Septem-
bris proximè insequentis nuntium
remittere.



*V B I V M non est, quin recenti memoria teneant Regij Suecici
exercitus Mareschallus Dominus Carolus Gustavus Vrangeli at-
que imprimis Suecica Corona in Generalibus Pacis Tractationi-
bus Monasterij, & Osnabrugij, Domini Plenipotentiarij, mense Se-
ptembris Anni Superioris 1646. Cas. Maseft. cum plena potestate
Dominos Legatos primum quidè Monasterij sigillatim cum Regis
Francia Dominis Plenipotentiaris, deinde vero mox cum ipsis,
Osnabrugij, de vtriusque Corona pretenso satisfactione, certo modo
conuenisse. Meminerunt etiam Domino Francia Plenipotentia-*

*rios, his ita compositis, Domini Casareis Commissarijs, per Dominos Mediatores si-
gnificasse, pacis negotium eò iam esse deductum; vi de eius felici maturatione amplius
non esset dubitandum. Provisendum itaque, ne quis belli euentus, paci penè confecta,
intercederet. Eam ob rem sibi, atque Dominis Suecica Plenipotentiaris, communi
sententia consultum videri, si Dominis Casaris Commissarijs, Casaris nomine, &
Dominis Bauaricis Legatis pro Sereniss. Bauaria Electore, idem esset sensus atque consi-
lilium, e suis aliquem ad Confoederatorum Coronarum Generales absque mora mitte-
re, qui ipsos certiores reddat de statu pacis componenda, moneatque ne tentando extre-
ma, pacem remorentur. sed Generales Inducias quamprimum cum Casarianis, & Ba-
uaricis Campi ductoribus, quoad eius fieri possit, paciscantur, tempore, & loco in quem
conuenire placeret, prius vtrorumque consensu designato. Conueniendi dies locusque
dictas est. Conuentus ab Imperatore, & Bauaria Electore probatus, vbi de men-
DD. Francorum, & Suecorum Plenipotentiariorum, deque pacis conditionibus fuerit
acti certiores. Vltimam igitur ex condicelo venire partis vtriusque Tractatores. Tra-*

Lz 2. Elationi.

Etationis datum iurium, eo partium consilio, ut armis tantisper suspensis, pacis negotium facilius, certius, atque expeditius, semotis belli casibus, ad optatum finem duceretur. Hic enim est induciarum scopus, is finis atque velut insita ratio, praesertim cum de pace agitur, & quasi manibus iam videatur teneri concordia.

Alioquin à matura ita comparatum est, (quemadmodum sub Monasteriensi & Onobrugensi Conuentu in DD. Suecis animaduersum est (sapius) ut quamdiu armis disceptatur, armorum fortunam pacis negotiaueres respiciant, & ex euentorum varietate, sua consilia mutant, & meliantur. Unde euenire solet, ut inter armorum strepitum minus audiantur vota pacis; tardius veniatur ad consensionem animorum: cuius contra nascatur tranquillitas, si armis nonnihil quiescentibus, tranquille, & extra motus hostiles, pacis consilia constanter & imperturbate habeantur.

Eo prolixo animo nulloque alio fine, Seren. Bauaria Elektor Generalis Armistitij per DD. Francia, & Suecia Plenipotentiariorum propositam tractationem suscepit, suos Deputatos cum mandatis Vlmam misit, & posteaquam Generalibus Inducijs sat superque noti obices per Caesaris Delegates fuerunt oppositi, tandem consensit, ut Inducia particulares tractarentur, & intrentur. Inde ratificationes ab ipso ad medium interim spatium datae. Ut verò mens ipsius clarius eluceret, Armistitij articulis discretam conditionem inserendam curauit, ne per inducias particulares Armistitij Generali, aut paci communi, vllum praiudicium crearetur, sed ut nihil secius pacis tractatores eius conciliationem Zelo Christiano studiosè prosequerentur: pacem Generalem quanta possent cura promouerent, & optatum finem conarentur adducere: Ut videre est ex 13. Artic. recessus cum Dominis Suecis, & ex 15. & 17. cum DD. Francis iniiti. Ita spes vtrinque facta pacis breui adsutura. Ita Foederatarum Coronarum Deputati sapius, (cum propter duriora postulata Bauarici se nimium premi querebantur) assenerunt, fore ut non diuturnum esset Armistitium, pace ad eodiam propinqua, ut ratificationes dictarum Coronarum pax ipsa antegressura videretur.

Ea spes erat Sereniss. Bauaria Elektoris, is auor pacis, ea DD. Foederatarum petita, atque pollicitationes de pace omni quo possent studio, atque industria pro Rom. Imperio procuranda, qua quidem eo visa sunt credibiliores, quod Sac. Caf. Maiest. Plenipotentiarij in eam rem viribus omnibus incuberent: quod DD. Sueci sperarentur de pace fore solliciti, suas omnes actiones, & consilia ad pacem collaturi, admissuri equas, honestas, possibiles & rationi consentaneas pacis condiciones. Iam enim DD. Sueci Corona Suecica insignem satisfactionem impetrauerant, Caesar insuper, & Catholici Imperij Ordines aequissimas rerum adhuc componendarum rationes semper obtulerant: Exercitus Casareus in Prouincias Caesaris hereditarias totus recesserat, ab omni hostilitate non secus atque Bauarica copia, tempore non exiguo, abstinerat, ne esset quicquam, quod ex armorum motibus, bellique euentis, pacis conciliationem interciperet. Verum res longè, atque sperabatnr aliter cecidit. Animaduertit Sereniss. Bauaria Elektor, atque re ipsa expertus est, DD. Suecia Plenipotentiariorum mox ab iniiti inducijs cepisse planè diuersa consilia, atque ea quidem non ad pacem procurandam, sed impedendam dirigere. Eam ob rem ceperant alias super alijs tam rei politica quam Religioni noxias condiciones, & postulata vsque, & vsque grauiora proferre, animum minus aperire, agere tectius, concessa reuocare, vel saltem aliter, atque aliter interpretari, non audire amplius, sed velut auersari iustas, & rationi conuenientes partis alterius demonstrationes, acrioribus flagitationibus, & minis vrgere sua postulata, & si quando rationibus validioribus, quam ut eas possent refellere, vincerentur: causari denique ita iuratum, ita fixum esse, ita demum fieri, vel cerè etiam ad annos viginti quatuor bellum protrahi oportere. Nihil proinde se de petitionibus suis remissuros. Ad eum modum, atque insuper aliarum rerum obtentu de industria pacis tractationem sic duxerunt in longum; ut liquèdò constet, eos non agitare pacis per Armistitium quæsitæ, atque promissa consilia, sed bellum dumtaxat meditari, postquam arma Bauarica per Armistitium

stitium quæsitæ, atque promissa consilia, sed bellum dumtaxat meditari, postquam arma Bauarica per Armistitium suspensa viderunt. Hinc illi aduersus Sac. Cas. Maieft. facti progressus, inde belli moles in hereditaria ipsius Regna, atque Prouincias conuerſa: & si ex animi sententia belli alea verteret, plusquam probabile periculum opprimendi Cæsaris, quippe qui tanta potentia solus impar esse videatur. Quo posito, haud difficilis est coniectura, qua deinde sors aliorum Catholicorum, aliorumque Ordinum iam ante vel sub exteris armis gementium, vel exhaustorum viribus; atque tandem quæ totius Rom. Imp. fortuna sit futura facies, ubi fuerint armis subacta omnia, & DD. Suecorum arbitrio, & gubernationi tam in politicis, quam Ecclesiasticis prorsus obnoxia.

Eo factum est, vt pacis Tractatio in dies difficilior, periculosiorque euaserit, atque ad hanc diem ita haeserit, vt vix vlla æquabilis compositionis spes superesse videatur. Atque in his omnibus Sereniss. Electori Bauaria durissimum, & re ipsa tristissimum est, quod causa, & culpa tam tarda Tractationis, & grauium postulatorum à DD. Cæsaris Commissarijs, à Catholicorum Ordinum Legatis, & Deputatis, ab ipsis aduoc. Dominis Mediatoribus in unum, atque solum particulare Armistitium, & proinde integram Serenitatem, conseruatur. Quamobrem DD. Cæsariani Commissarij per Legatos Austriacos, in pleno Catholicorum confesso, palam, non sine graui, & probrosa Sereniss. Electoris accusatione professi sunt, se per istud particulare Armistitium fuisse in nupero Osnabrugensi congressu coactos, Dominis Suecia Plenipotentarijs & Protestantium Legatis tam multa in Catholicorum damnum concedere. Post eam expositionem, Catholicorum Ordinum Deputati binas litteras prolixas 22. Aprilis, & 4. Iulij, ad Sereniss. Electorem, plenas querimoniarum, cum magno doloris sensu, eodem prope argumento, dederunt, & vna cum DD. Mediatoribus, & Commissarijs Cæsaris, Legatos Bauaricos serio monuerunt. Hos priuatim aliquot præcipui Catholicorum Statuum sunt secuti, atque imprimis Sac. Cas. Maieftas per vehementes litteras, & legationes ex aggeratè conquesta, postquam animaduersum est alium planè atque Vltimæ promissionis, & pacto firmatus fuerat, armistitij fore euentum. Quid porro sequiorum sermorum, in Imperio atque apud exterarum nationes, ea res dederit, nemo est qui ignoret.

Atque hæc Sereniss. Electorem merito, grauiusque afficiunt, quod tamen si sincero pacis amore in Sac. Rom. Imperio promouenda, & publica tranquillitatis acceleranda consilio ad Armistitium descenderit, & DD. Suecæ per Vltimam tractatum eam se promoturos, & acceleraturos sponderint; nihilominus, Sua Seren. per Armistitium nihil sit affectura præter obreclationes quasi ipsa hætenus, quæscendo, pacem remorata sit potius, quam prouexerit. Quare Ipsa causas habet honestissimas & magni ponderis eundi talibus suspicionibus, rumoribusque obuiam, palamque orbi demonstrandi, se nullo prorsus modo pacem retardare velle: sed prout hætenus, ita in posterum, pro viribus, constanter ei conficienda semper operam esse daturam.

Accedit, quod Sereniss. Bauaria Elector in spem venerat, fore vt postquam per inducias DD. Suecia Plenipotentiariorum animos sibi arctius deuinxisset, eos deinde tanto facilius ad pacis studia vermoueret. Verum expertus est alia omnia: Nam statim à confecto Armistitio DD. Plenipotentiarij iam dicti, nihilo quam ante muiores sese præstiterunt, sed paulò etiam acerbiores, in quibusdam rebus, præcipuè verò, quando Suam Serenit. eiusq. laudatissimam Domum non sine insigni dignitatis imminutione, de Primi inter seculares Imperij Principes sublelli, & voti possessione multis retrò seculis obtenta deicere, & Suecia Coronæ acquirere, immò ex senatu Principum omnino excludere, & tantummodo in Collegio Electorum relinquere voluerunt, eo videlicet consilio, vt deinceps Sua Sereniss. eiusque Domus, in pacis alijsque Imperij negotijs, minimis, immò vix quicquam haberet auctoritatis: quod quidem DD. Plenipotentiarij Suecia absque villo Regio mandato (ita certò rescitum est) per se vltro moliti sint.

Cum verò Sua Sereniss. de ea molitione, & imminente sibi posterisque suis ignominia, & intolerabili honoris sui deirimento, ad Electorum, Principumque Imperij,

quorum maxime intererat, Legatos, istud inaudita novationis exemplum qua par erat moderazione reuulset, eorumque, velut in causa communis, auxilium poposcisset, proseruando antiquissimo Domus sua iure, atque prerogatiua: DD. Suecia Plenipotentiary eam relationem suam iniuriam sunt interpretati, & passim in suam Sereniss. iacere minas, periculum melumque vndicta interminari, & se (ipsissima dicta ita sonabant) non verbis, aut scripio, sed arma ad inferendam vim equitatu, flamma, ferroque praesens iniuriam refutaturos, denunciare coeperunt. Nec vero etiam clam est, quod DD. Suecia Plenipotentiary non semel, um Monasterij, um Osuaburgi DD. Cesarianis Commissarijs particulare Armistitium obtulerint, ea dumtaxat (ita disertè ipsi professi sunt) de causa, vt arma Suecica eo validius, ac citius in Bauxat (ita supremam perniciem, exitiumque possent conuertere : atque huic quidem consilio exequentado, nihil prater Cesarianorum assensum, & Induciarum pacem defuit.

Ex quibus omnibus luce palam, & à magnis sapientissimisque Viris Sereniss. Electori sepe est significatam, Suecos ad pacem non affici, nec vnquam serio atque ex animo, initium cum sua Sereniss. Armistitium constanter seruare statuisse: sed eo dumtaxat vi tantisper, dum ipsis commodum, & suis consilijs, rationibusque opportunum fore videbitur.

Argumento sit, & exemplo manifesto; quod Sereniss. Coloniensem Electorem, per suum Generalem Konigsmarkium, contra claram, ac disertam Vlmensis Armistitij pacem, multumodis lacessuerint, laeserint, infestauerint, & mox ab Vlmensi Armistitio, hostilem in modum inuaserint: quod nullis rationibus, aut precibus potuerint adduci, vt Konigsmarkium in officio continerent; cum è diuerso illi iniquas Konigsmarkij actiones, & hostilia facta exquisito vndiq; rationum obtentu protegerent. Quocirca nihil profuit Sereniss. Electori Colonienfi, non modo per suos Legatos Monasterij, DD. Suecia Plenipotentiarios de tota re accuratè edocuisse; sed neque etiam valuit Domini à Lansperg apud Dominum Marschallum Vrangeliu petitió, vt hic ab inferenda vi, Konigsmarkium debortaretur.

Quae cum ita se habeant, non apparet, quid rerum meliorum, equiorumue Sereniss. Elector, possit in suis diuisionibus, à Suecis Generalibus, & Primarijs eorum Ducloribus expectare.

Verum quidem est, quod Vlmensis Armistitij Regia Suecica Ratificatio nuper, id est postremis propè ei exhibenda praefixis diebus Sereniss. Electori, à Domino Marschallo Vrangelio submissa sit: sed non caret credibili valde coniectura, quod Regia Ratificatio, qua trigesima, stilo antiquo, nouo vero, vigesima Maij, hoc est, trimesis trisere, ante eius exhibitionem data, interea temporis commoatè bis vt minimum, Stocholmsio transmitti potuerat, eò dilata atque tantisper retenta fuerit, vt in intermedio tempore arma Bauarica à Cesarianis separata tenerentur, donec Sueci à Casare se expediuissent, vel sanè opportunitatem sui vlscendi, & Monasteriensis, Osuaburgensisque minas exequenti, si quomors daret, aduersus Sereniss. Electorem, interim arripere, & dilataam adhuc refutationem negata in Principum Imperij consessu Prerogatiua, ferro, flammaque procuderent, & quod iure non potuerant, arma vi exprimerent. Et diutius forsàn ista Ratificatio emanasset, nisi DD. Sueci notassent, prater omnem suam spem, arma Casaria, in Bohemia, Deo propitia, rebusque secundioribus fortunari.

Mouit etiam non parum Sereniss. Electorem, quod cum DD. Sueci in mandatis haberent, vt Vlmense Armistitium obseruarent, nihilo tamen minus Sereniss. Coloniensem Electorem in Armistitio comprehensum armis aggressi sint: quamobrem sua Sereniss. merito potuit estimare se per Armistitij Ratificationem non satis esse tutam à tali violentia qualem Domino suo fratri contra Armistitij leges videbat impunè à Suecis inferri.

Auxit eam mali expectationem, quod, quemadmodum publicè notum, & reuerenti factorum memoria cuius est compertum, DD. Suecorum Generales, ne prali-

minaria quidem tractationum pacis, tametsi à Sereniss. Suecia Regina subscripta, & publica fide obsignata, non seruauerint, sed in oculis, atq; conspectu Legatorum, Cesarianorum, Regiorum, Principalium, aliorumque Magnatum, immo ipsis Suecia Plenipotentarijs inspectantibus, multifariam violauerint, & nulla habita monitionum oppositarum ratione, eò usque extra eorum cancellos transgressi sint, ut non abs re iam dictos DD. Legatos iustus metus, dubiumque potuerit incescere, foretne satis, in ipso tractatum domicilio, eorum securitari prospectum.

Debuerant etiam Domini Hasso Castellenses Deputati, tanquam Domina Landgrauia Mandatarij, omnium primi, Armistitij Ratificationem ex norma, & prescriptio Vlmenfis recessus, mutere, que tamen ad hanc diem desideratur, adeò ut nuper Monasterij dixerint, nec sua, nec Confederatorum suorum (vide quos intelligant) arma posse ferriari: sibi non esse satis, ex huius, alliusue, siue Electoris, siue Status Imperij, Neutralitate, alteriusue nominis cuiuscunque pactione prospectum: Status Imperij ad suas partes accedere, aut hostes esse oportere: Non absimiles à Domino Oxensternio comminationes disertè audire sunt, fore uidelicet, ut omnibus Ordinibus, ipsi adeò Protestantibus (si rebus cum Catholicis compositis, ad bonam partem accedant) certus terminus presignatur, intra quem quisquis re ipsa arma consiliaque cum Suecis non iunxerit, pro hoste, in posterum, extremis modis, & persecucionibus habeatur.

Quia uerò istiusmodi consilia, non ad honestam, & Christiano nomine dignam Pacem, sed ad manifestam oppressionem Sac. Cas. Maiest. & eidem cum fide addictorum Electorum, Principum, ac Statuum, presertim Seren. Bauarię Electoris, Domusque ipsius ac ditionum supremum interitum spectant; Sua uerò Serenitatis perpetua in Casarem & Rom. Imperium fides, sincera & arcta cum Imperij Electoribus, Principibus, atque Ordinibus coniunctio, erga suos subditos affectus, & obligatio, & que humanis omnibus anteferenda est, in diuinam Maiestatem deuotio (pro eo atque in Vlmenfi Armistitio disertè pro huiusmodi obligationibus atque fide, per disertam exceptionem, & reseruationem satis caui) non patiuntur, ut ullo modo, talia complicatis manibus quietata, & dissimulans aspiciat. Quare ipsi nõ poterit uerti uitio si suum Exercitum diuisus ferriari, & Sac. Rom. Imp. Sac. Cas. Maiest. Electores, atq; Principes, suosque subditos opprimi, & Germanię Libertatem sub iugum mitti non sinat, sed ob causas iam dictas, quas Sueci dederunt, rebus omnino necessarijs adacta, capestat consilia: Germania ab interitu vindicanda; & paci promouende idonea, ea spe fore, ut qui sumptus in otiosum militem nihilominus fieri debent, quippe longiore quam fuerat à DD. Suecis promissa pacis profelatione, non modicè excrescunt, publicę tranquillitati, & Sac. Rom. Imp. libertati, atq; incolumitati uiliter consecrentur: quandoquidem Sug. Serenitatis certò nunciatum est, DD. Suecię Plenipotentarios usq; adeò ad pacem non propendere, ut nuper DD. Cesarianis Commissarijs & alijs Imperij Ordinibus, nisi prescriptas omnes pacis conditiones admitterent, pacemque concluderent, bellum de integro indixerint, nouorum etiam fœderum minis intentatis: exegerint insuper in Suecię militię satisfactionem, atq; stipendia viginti milliones nummum Imperialium, à solo Cesare, & Catholicis Ordinibus, quorum facultates id non ferunt, per soluendos. Et quamuis non uanis indicijs comperum sit, Seren. Suecię Reginam Plenipotentarijs suis & Generalibus mandasse, eã summam ita exigant, ut tamen pacem ista exactio non remouetur; Hæc nihilominus in pacis tractatione disertè declararunt, se nihil de summa ista posse remittere: sed si Cesar, & Imperij Status eam addicere, & representare noluerint, se per media, quę ipsis ad manũ sunt, quasituros, & expressuros. Atq; ex his quidem capitibus declarationum, & intolerabilium exactioum satis superque apparet, DD. Suecię Coronę Ministros, penes quos est pacis, atque belli in Germania arbitrium, belli continuationem potius, quam quietem spectare, & hoc agere, ut si Sereniss. Bauarię Elector militię in longum frustra alendę fastidium, se ex auctoritate exercitu, ex armari, ipsi suas minas, & denanciatã Bauarię uassitatem, ad S. R. I. pernicem, exequantur: quorum neutrum Sua Serenitas consultum, aut rationi consentaneum esse, sed e diametro Vlmenfi tractatus oppositum arbitratur.

Quocirca Sua Serenitas rebus necessarijs adacta, declarat se ad expedienda publica, & priuatę sua salutis consilia compelli: & Domino Vrangelio Succicorum Armorum in Germania Generali, atque Directori, Vlmense Armistitium quantum quidem ad Suecię Coronam duntaxat attinet, obnunciat, exponitque, se deinceps eius legibus minime obligari, aut obligatum esse velle.

Declarat nihilominus disertę Serenitıs. Bauaricę Elector, & aperte reseruat, se idē à Monasteriensi, & Osnabruggensi pacistractatione, nullatenus resilire, sed non secus atque durante Armistitio, una cum Sac. Cęs. Maiestate aliisque Imperij Electoribus, Principibus & Statibus, eam ad finem vsque continuare, & pro viribus omnia, qua ad publicam Rom. Imperij tranquillitatem, & salutem facere videbuntur, conferre, & pro sua parte collaborare statuisse: se etiam sperare fore ut Corona Suecia eiusque DD. Plenipotentiarij, ac Generales, pari studio ad eundem pacis scopum in posterum colliment, & Orbi vniuerso testatum faciant, quod quemadmodum hætenus verbo, & scripto suam inclinationem affectumque ostenderūt, ita deinceps rebus ipsis demonstrant se ad pacem, verē atque ex animo propendere.

Nec tamen hæ literę, ruptiq; induciarum fœderis excusationes Suecię Reginę, Suecorumq; animos leniunt; quin ingenti accensi ira ferantur in Bauarum, vltionemq; minentur. Certē Regina fluxam eius Principis fidem apud Gallum Regem, Reginamque acriter criminata est: cuius literarum exempla hic attexui; vt ex ijs Lector agnoscat; quā zgrē violatum à Bauaro fœdus tulerint Sueci, socijq; Principes Protestantes.

Copię literarum Reginę Suecię ad Regem Christianissimum 29. Octobris 1647.

Copię literarum ad Christianissimi Regis Matrem Stockholm. 24. Octobris 1647.

Copię literarum Reginę Suecię ad Cardinalem Gallicum Stockholm. 24. Octobris 1647.

NOS CHRISTINA, DEI GRATIA SVECORVM
Gothorum, Vandalorumq; designata Regina, & Princeps hereditaria magna Princeps Vinlandiæ, Dux Esthoniæ, & Careliæ, Ingridi; Domina.
Serenissimo, & Potentissimo Principi, Fratri consanguineo,
Amico, & fœderato nostro charissimo Domino Ludouico
XIV. eadem gratia Franciæ & Nauarræ Regi
Christianissimo. &c. Salutem prosperos
rerum successus.

Serenissime & potentissime Princeps, Frater consanguinee, Amice & fœderate charissime. Denullius Principum Germaniæ affectu in causam communem dubitandi maiores nobis vnquam extitere rationes, quàm de
Ele-

Electoris Bauarici anno applicando communis Rei ac Regnorum vtrinque nostrorum. Tot enim tantisque nexibus iungitur Domui Austriacæ Princeps suopte ingenio non Nobis tantum; sed vobis etiam infestus; vt hætenus maxima parte consilia Domus Austriacæ per Germaniam, si non direxerit, particeps tamen fuerit & sustinuerit, nullo habito nec consanguinitatis, siue vicinitatis, multo minùs exterorum Regum respectu. Ideòque & diuus Parens noster Gloriosissimæ memorię, & nos eius exemplo, ac rationibus motæ, nullius amicitiam minus affectauimus, facilè animaduertentes, quicquid studij, operæque in eo collatum fuisset; id sine fructu, ac vsu, & nobis, amicisq; nostris fraudi, ac nocumento futurum. Hæc licet nobis non essent ignota, atque quoties tractatum cum Duce Bauariæ iniiceretur à Serenitatis vestræ Ministris mentio, iusserimus Nostrates illos declinare: præterita tamen hyeme, cùm Exercituum nostrorum Duces, Campi-Mareschallus noster, Dominus Vvangelius, & Marescallus vester, Dominus de Tourenne coniuncti in Franconia, ac Sueuia agerent, & ea occasione inuaderent Bauariam, fixo illic pede, Bauarus nullo alio consilio sui tuendi reperto ad tractatus accurrit, desertoque in speciem Imperatore, Armistitium nobiscum, & cum Serenitate Vestra pepigit, Suo quoque Fratre Electore Colonienfi incluso, conditionibus sibi in præseus proficuis, & vt videri voluit pacificandæ Europæ non ineptis, duraturum vsque ad generale Armistitium, aut Pacem vniuersalem, cum amplissimis, se nihil studij, operæque intermissurum, quo hæc obtineri possent. Annuimus hisce Tractatibus motæ auctoritate Serenitatis vestræ, & suasu Ministrorum vestrorum, quidquid tractatum fuit Vlmæ, nostrarumque erat partium ratihabentes, executioni dari iussimus transmissio ratificationis nostræ solenni Instrumento, & antè præscripti temporis exitum reddito, atque vt cuncta maiori sinceritate peragerentur; versis armis in hereditarias prouincias Cæsaris, bellum omne à limitibus eius transferri iussimus ea spe fore, vt Priuceps eius ætatis ac dignitatis datam fidem esset perseu-

seueraturus, præsertim cùm ad nos esset delatum, illum Legatione ad Serenitatem vestram missa multa de suo candore, & sinceritate dixisse. Nos iam expectantes eiusdem ratificationem, primo intelligimus, Electorem Coloniensem armistitio, quod primum acceptarat, renunciasse, nunc paulò post ipsum Electorem Bauariæ missis literis ad nostrum Campi Marefchallum, quo die ratificationem suam mittere debuisset, nostra retenta, armistitium repudiasse; quemadmodum & nobis ille particulari Epistola id indigitauit: atque hæc, & quæ illi responsa sunt, Serenitas vestra ex adiunctis exemplaribus in Latinum translatis cognoscere poterit.

De prætextibus infringēdi armistitij ab eo excogitatis nihil dicimus, sunt enim per se manifestij nec aliud quàm quæfiti colores, & inseruiunt nobis, ne in futurum amplius fidamus.

Hoc tamen nos mouet, quod armistitio nobiscum inito renuncians, cum vestra serenitate pactum conseruare videri vult, ac si technis ipsius capi Serenitas vestra posset; cur quod credat suis his artibus amicitie, fœderique, & confidentiæ nostræ mutæ aliquid detrimenti apportari posse. Nos itaque pro summo studio, quo flagrauimus, nostri conseruandi fœderis, confidentiæ, ac cooperationis cum Serenitate vestra in hoc bello aduersus Domum Austriacam, & eius Adhærentes, donec Diuini Numinis benignitate Pax vniuersalis, iusta, decora, & tuta obtineri queat: longè meliora, ac destinatis vtrinque nostris accommdatiōra sperantes non possumus non insistere apud Serenitatem vestram: vt coniunctis nobiscum studijs, consilijs & viribus, hanc à Bauaro eiusq; Fratrem acceptam iniuriam vindicemus: reducto suo in Germaniam exercitu, quo Pacis tractatus nūc aliquo tempore nō parum turbati, iterū institui, & suos habere progressus queāt; tū ne solę relicte, & cautius magisq; pro defensione agere coactæ deserere hereditarias Imperatoris Provincias, inde belli in solos nostros exercitus redundante necesse habeamus. Hæc pro amicitia nostra cōmunicare operę pretium duximus nihil dubitantes, quin vestra Serenitas sua

sua spontè in id inclinet, quod è re, & statu communi, tum etiam ex fœdere, & amicitia nostra futurum iudicarent, ac imprimis, vt hostes nostri sentiant, nihil se posse vel viribus, vel armis, quod vlllo modo fœderis nostri & coniunctionis rationes infringat, aut debilitet.

Denique cum destituamur in præsens ordinario in Aula vestra Residente iussimus Cubicularium nostrum generosum Carolum Sopiium, qui hoc tempore in Gallia moratur, hæc literas nostras Serenitati vestræ offerre, ac responsum eiusdem desuper sollicitare. De cætero Serenitatem vestrâ diuinæ tutelæ ex animo commendauimus. Dabantur in Regia nostra Stockholmensi die 29. Octobris, Anno 1647.

Nos Christina Dei Gratia Suecorum designata Regina.

Serenissima ac Potentissima Princeps, Soror consanguinea, Amica, & Fœderata clarissima; Non equidem præter, sed cõtra expectationem Nobis accidit, quod Elector Bauariæ, pactis Armistitij præterita hyeme Vlmæ solenniter initis, inter vtramque Coronam nostram, & ipsum, quo die ex promisso rata haberi deberet, renunciauit; Nobis multæ diffidendi causæ fuerunt, ideòque semper cum illo Principe declinandos tractatus iudicauimus; Verùm, cùm vrgeremur per vestrates, assensæ sumus, & quod per Ministros vtriusque nostrum transactum fuit, habuimus ratum: ratificationisque Instrumentum in solemnibus forma transmisiimus, & reddendum curauimus tempestiuè. Recepimus verò literas Electoris armistitium tenunciantes, scriptasque eodie, quo ratam haberi deberet. Neq; mora vlla iniecta, quin illicò se hostem facto declararit, & Ciuitates nobis traditas nostrosq; præsidio in se assas aggressus sit: vt hisce occupatis tanto commodiùs ad vestras accederet. Technas Principis Senis & callidi obseruauimus in eo, quod videri vult cum Christianissimo Rege Fratre, & fœderato nostro charissimo, armistitium seruare factum, nobiscum rupto, vt dissoluat rationes coniunctionis nostræ, & facilius singulos aggredia-
tur,

tur, suffultus Imperatoris subsidij. Verùm cum hæc eius destinata neminem præteritorum, & præsentium gnarum latere possint, rem omnem Christianissimo Regi aperuimus, & certæ de suæ ac vestræ Serenitatis constanti affectu in rem communem, ac nostram imprimis conseruandi nobiscum, mutui fœderis confidimus, hanc Bauari iniquitatem non relictum iri inultam; sed Serenitatem vestram technis eius obseruatis, & ponderatis id, quod nobis est renunciatum, non aliter accepturam, interpretaturaque, quam si Christianissimo Regi Fratri, & fœderato nostro renunciatū fuisset: quòd bellum iunctis viribus gestum, eodem tempore adpositum fuerit; & armistitium cum vtroque nostrum simul initum à nobis auctoritatem vestram sequentibus ratificatum, & executioni datum, nec vlla in re contrauentum, vt non nisi cum vtroque simul rumpi potuerit. Non detinebimus Serenitatem vestram prolixioribus literis, sed confisæ eiusdem constanti in Nos, affectuque diuinum Numen veneramur, vt Serenitatem vestram cum Regijs suis filijs, totoque Regno Galliæ saluam, incolumem, & florentem diutissimè conseruet. Dabantur in Regia nostra Stockholmensi, die 24. Octobris, Anno 1647.

Christina, Dei Gratia, Gothorum designata Regina &c.

Illustrissime & Eminentissime Domine Cardinalis, Amice nobis sincerè dilectæ. Non dubitamus ad aures Eminentiaæ vestræ famam de rupto, reiectoque Armistitio Vlmensi ab Electore Coloniensi primum, ac paulò post à Bauaro, iam dudum peruenisse; vt non sit operæ pretium onere Eminentiam vestram prolixiore eius relatu. Scripsimus de eo ad Fratrem, & Fœderatum nostrum charissimum Regem Christianissimum, eiusque dilectissimam Matrem, Reginam regentem, Sororem nostram clarissimam conquesta de summa Bauari iniquitate: tam de technis, satque astu dicti Bauariæ Electoris armistitiū non Regi Christianissimo Fœderato nostro, sed Nobis solis renunciatis, haud alio fine, quam

quàm vt nostra arma distrahat, mutuam amorém & Confiliorum coniunctionem dissoluat, & diffidentiaé causas excitet. Ideòque amicè monuimus, vt Serenitas eius bene ponderatis hisce Bauari præmeditatis in ipso initio Armistitij, & præteritis mensibus occultatis technis tantò ardentius hanc iniquitatem vlciscatur, quanto is ausus est magis in vtriusque nostrum ac mutuaé amicitiaé præiudicium id tentare, & aggredi. Res magis perspicua est, quàm vt indigeat declaratione, & ea nostra in Eminentia vestra collocata cõfidentia est, vt vrgere illam velle, speciem habeat alicuius diffidentiaé. Commendamus ergò prudentiaé & affectui Eminentiaé vestraé in rem communem, & prosperaé, & Christianissimi Regis, Fratris & Fœderati nostri, totum hoc negotium; & confidimus, Vos ita consilia isthic directuros, vt fœdus nostrum mutuam sartum, tectumque conseruetur, & hostis communis infidum consilium in ipsum potissimum redundet. Sæpe ante hac inter nostros & Christianissimi Regis Ministros sermones inciderunt, de abstrahendo Bauaro à partibus Domus Austriacæ, quod ille crederetur, huius potentiam habere suspectam, quod in partes contrarias putaretur inclinare. Suasere semper Ministri Gallici, vt eius haberetur ratio, & cum præterita hyeme Armistitij iniiceretur mentio, vestrates valde institere, & noster Campi-Mareschallus in Tractatus illos descenderet. Nos consideratis arctissimis eius cum Domo Austriaca nexibus, & imprimis, quod tota eius dignitas, & magnitudo ab Imperatore penderet, tum quod Princeps esset callidus, & cautus, nihil dicés ex animi sensu, & cuncta tempori accommodare gnarus, declinauimus cum illo Principe Tractatus particulares omnes, nec volumus Ministros nostros illis implicari, donec tandem hi vestratum hortatu, & Senis Principis contestatione persuasi, ad hoc VImense armistitiũ accesserint, deinde executioni dederint, nostram ratificationem sollicitarint, datamque in amplissima forma, & transmissam illi iusto ac præscripto termino reddiderint; qua acceptata, & retenta, loco propriaé ratificationis literas misit renunciantes armistitium.

stitium, eodemque momento Vrbes paulò antè ab ipso nobis traditas & nostro præsidio infestas hostilitet aggressus est, simulata pactorum obseruatione cum Rege Christianissimo, vt nobis inde reiectis Gallica deinde præsidia commodius aggredieretur. Vix credimus, toto hoc bello, adeòq; multis vitijs obnoxio simile factum reperiri; nam cætera, qualicunque prætextu colorari possunt, hæc præmeditato consilio facta, & ad decipiendum congesta fuere. Confidimus ergò Eminentia vestra prudentia, & dexteritati, factū hoc Bauari in sytriusque Coronæ præiudicium, ipsum non laturum impunè; Sed vt cōsilio & opera vestra id quod Nobis Bauarus renunciauit directè, Christianissimo Regi indirectè armistitium, pro vtrinque facto habeatur, & ad defendendas ciuitates, & castra occupata vestra cum nostris viribus coniungantur, aut ad minimum cooperentur; id quod certò facturum. Residens apud vos Christianissimi Regis, Fratris, & Fœderati nostri certam nobis spem fecit, vsq; nos putamus, eam de re ambigendum, cum nobis constanti proposito Fratris, ac fœderati nostri in conseruanda firmitate fœderis nostri mutui, & de vestra sinceritate, & prudentia, qua sua perspicacia facilè diffilabit istiusmodi nebulas.

Ideòque Eminentiam vestram diuinæ protectioni commédâtes, ex animo vouemus, vt diu superstes salua & incolumis suo Legi eiusq; amicis cōsilio & opera adesse possit. Dabantur in Regia nostra Stockholm. 24. Oct. Anno 1647.

Sueci itaq; ira perciti in Vindeliciam copias parant immittere; vt agrorum vastatione, atq; vrbium excidijs rupti iniuriam fœderis vlciscantur. Sed adeò non Suecorum minæ Bauari Principis animum terrent; vt comparatis validioribus copijs, ic̄toq; pertuo in omni fortuna cū Cæsare fœdere, maius primo bellum instauret; sociatisq; iterum cum Imperiali exercitu viribus, Suecorum ferociam conetur obtundere. Cæsar quoq; euocatis Littomeritium Saxonæ, Brâdeburgiq; Electoribus sedulò egit vt è medijs Germaniæ visceribus Snecis eiectis, finis tandem tot vrbium excidijs, populorumque calamitatibus imponatur. A coactis quoq; Monasterij bellantiū Principum plenæ authoritatis conquistatoribus de pace ineunda, vel vniuersalibus saltem paciscendis inducijs sollicita cura hæctenus laboratur: quibus adnitentibus tantum non pax inita est: iamq; in aliquot potiora conditionum capita consenserunt: quæ hic apposui, vt videat lector, quàm propè sit, vt pax toti orbi cupita sanciatur.

CIRCA

CIRCA SATISFACTIONEM

Coronæ Sueciæ, causam Palatinam, & Præten-
sionem Hassiacam OSNABRUGI
peracta.

Repetitis Conditionibus Præliminaribus Art. de Reforma-
tione Iustitiæ præfixis, de Satisfactione Regiæ
Maiestati Sueciæ, Conuentum est vt
sequitur.

Porro quoniam Serenissima Regina Sueciæ postulauerat, vt sibi pro loco-
rum hoc bello accudatorum restitutione satisfaceret, paci que publica in
Imperio restaurandæ condignè prospiceretur. Ideò Cæsarea Maiestas de
consensu Electorum, Principum & Statuum Imperij, cum primis inte-
ressatorum, vigoreque præsentis transactionis concedit eidem Sereniss. Regina &
futuris eius Hæredibus ac Successoribus Regibus Regnoq; Sueciæ sequentes Di-
tiones pleno iure in perpetuum & Immediatum Imperij Feudum.

I. Totam Pomeraniam citeriorem vnâ cum Insula Rugia, iisque finibus con-
tentas, quibus sub vltimis Pomeraniæ Ducibus descriptæ fuerant. Ad hæc è Po-
merania Vltiori Stetinum, Gartz Dam, Goldapp & Insulam Vvöllin. vnâ cum
interlabente Odera & Mari, suisque tribus Ostijs Pein, Schuueine, & Dieuana
atque adiacente vtrinque terra, ab initio territorij Regij, vsque in Mare Balthi-
cum, ea latitudine Littoris Orientalis, de qua inter Regios, & Electorales Com-
missarios circa exactionem limitum & cæterorum munitionum definitionem
amicabiliter conuenietur.

Hunc Ducatum Pomeraniæ, Rugiæque Principatum, vnâ cum ditionibus lo-
cisque annexis, omnibusque & singulis ad ea pertinentibus Territorijs, Præfe-
cturis, Vrribus, Castellis, Oppidis, Vicis, Pagis Hominibus, Feudis, Fluminibus,
Insulis, Lacubus, Littoribus, Portubus, Stationibus antiquis Vectigalibus, & re-
ditibus, & quibuscunque alijs Ecclesiasticis ac Sæcularibus Bonis, nec non Titu-
lis, Dignitatibus, Præminentijs, Immunitatibus, & prerogatiuis, cæterisque om-
nibus & singulis Ecclesiasticis, & Sæcularibus Iuribus, ac Priuilegijs, quibus
Antecessores Pomeraniæ Duces ea habuerant, incoluerant & rexerant, Reg-
Maiest Regnumque Sueciæ ab hoc die in perpetuum pro hæreditario feudo ha-
beat possideat iisque liberè vtatur, & inuiolabiliter fruatur.

Quicquid etiam Iuris in Collatione Prælaturarum, & Præbendarum Capi-
tuli Caminensis ante hac habuerunt Duces Pomeraniæ citerioris, habeat impo-
sterum Regia Maiestas, Regnumque Sueciæ perpetuò, cum potestate eas extin-
guendi, redditusque Mensæ Ducali post modernorum Canonorum, & Capitula-

VIUM

riam decessum applicandi. Quicquid autem ulterioris Pomeraniae Ducibus competierat competat Domino Electori Brandeburgico vna cum integro Episcopatu Caminensi, eiusque territorijs, iuribus & dignitatibus, prout illa pluribus explicatur.

Titulis, & insignijs Pomeraniae tam Regia Domus quam Brandenburgica promiscue utantur more inter priores Pomeraniae Duces usitato. Regia quidem perpetuo: Brandenburgica vero quamdiu vllus de linea Masculina superfuerit, absque tamen Rugia Principatu, omniq; alia praetensione vllius iuris in loca Regnae Sueciae cessa. Deficiente vero Linea Masculina Domus Brandenburgica omnes praeter Sueciam alijs titulis, & insignijs Pomeranicis abstinebunt, atque tunc quoque ulterior Pomerania tota cum citeriori Pomerania, totoque Episcopatu, & integro Capitulo Caminensi, adeoque omnibus antecessorum iuribus, & expectantijs consolidata ad solos Reges, Regnumque Sueciae perpetuo pertinebunt, spe interim Successionis, & inuestitura simultanea gauisuros; ita ut etiam Ordinibus subditisque dictorum locorum pro Homagy praestatione solito more caueant. Dominus Elector Brandeburgicus, caeterique omnes interessati exsoluant Ordines, Officiales, & subditos singulorum supradictorum locorum vinculis, & Sacramentis, quibus hucusque sibi, suisq; Domibus obstricti fuerant, eosque ad Homagium, & obsequia Regiae Maiestati, Regnoque Sueciae more solito praestandum remittant, atque ita Sueciam in plena iustaque eorum possessione constituent; renunciantes omnibus in ea praetensionibus ex nunc in perpetuum, idque pro suisque posteris peculiari Diplomate hic confirmabunt.

Secundo. Imperator de consensu totius Imperij concedit etiam Serenissima Reginae, eiusque Haeredibus, ac Successoribus Regibus, Regnoque Sueciae in perpetuum, & immediatum Imperij Feudum Ciuitatem, Portumque Vvismariensem vna cum fortalio Malsicko & Praefectura Poello (exceptis pagis Schedorffo, Mexendorffo, Brandhuseno & Mangerno ad Hospitalia S. Spiritus Vrbe Lubeca pertinentibus) & Raauenstofero omnibusque iuribus, & appertinentijs, quibus ea Duces Megalopolitani hucusque habuerant; ita ut dicta loca, totusque Portus cum terris vtriusque lateris ab Vrbe in Mare Balticum liberae dispositioni Suae Maiestatis subit; possitque ea munimentis, & praesidijs pro lubitu & exigentia circumstantiarum suis tamen proprijs sumptibus firmare; ibique semper pro suis nauibus, Classeque tutum, securumque receptum, ac Stationem habere, usque de caetero vti fruique eo Iure, quod ipsi in caetera sua Imperialia Feuda competit; ita tamen, ut Ciuitati Vvismariensi Priuilegia sua sint salua, eiusque Commercia protectione fauoreque Regio omni meliori modo promoveantur.

Tertio. Imperator de consensu totius Imperij concedit etiam vigore praesentis Transactionis Serenissima Reginae eiusque haeredibus, ac successoribus Regibus, Regnoque Sueciae Archiepiscopatum Bremensem, & Episcopatum Verdensensem, cum Oppido & Praefectam Milbausen omni iure quod ultimis Archiepiscopis Bremensibus competierat in Capitulum, & Diocesim Hamburgensem (saluis tamen Domui Holsatiae & Ciuitati Capituloque Hamburgensi suis respectiue

spectiue iuribus, Priuilegijs, Libertate, Pactis, & Possessione statuque presentis per omnia. ita ut quatuordecim illi Pagi in Præfecturis Holsaticis Tritouienſi & Reinbeccenſi pro moderno annuo Canone Domino Friderico Duci Holsatiæ, Gottorppienſi, & illius posteris in perpetuum maneat) cum omnibus & singulis ad eos pertinentibus ubicunque sita sunt Ecclesiasticis, & Sacularibus bonis & iuribus quocunque nomine vocatis. terra, marique in perpetuum, & immediatam Imperij Feudum, sub solitis quidem insignis, sed titulo Ducatus, cessante Capitulorum cæterorumque Collegiorum Ecclesiasticorum eligendi, & postulandi omnique alio iure, administratione, & gubernatione terrarum ad hæc Ducatus pertinentium.

Ciuitati vero Bremensi eiusque territorio, & subditis præsens suus Status, Libertas, Iura & Priuilegia in Ecclesiasticis, & Politicis sine impeditone relinquuntur. Si quæ autem ipsi cum Episcopatu seu Ducatu aut Capitulis sint, aut impoſterum enascentur controuersia, ea vel componantur amicabiliter, vel iure terminentur, salua interim cuique parti sua quam obtinet possessione.

Quartò. Ratione supradictarum omnium ditionum feudorumque, Imperator cum Imperio cooptat Serenissimam Reginam, Regniq; Sueciæ Successores in immediatū Imperij Statū, ita ut ad Imperij Comitia inter alios Imperij Status Regina quoque Regniq; Sueciæ sub titulo Ducis Bremensis, Verdensis, & Pomeraniæ. ut & Rugiæ Principis, Dominique Vismariæ citari debeant; assignata eis Sessione in Conuentibus Imperialibus in Collegio Principum Scamno Saculari loco quinto: Voto quidem Bremensi hoc ipso loco & Ordine. Verdensi verò & Pomerano ordine antiquitus prioribus possessoribus competenti explicando. In Circulo autem Superioris Saxonie proximè ante Duces Pomeraniæ Vterioris: in Circulis Vespaliæ, & inferioris Saxonie loco moreque receptis, ita ut inter Magdeburgensem, & Bremensem Circuli Directiorium alternetur.

Ad conuenus etiam Deputatorum Imperij tam Regia Maiestas, quam Dominus Elector suos pro more solito mittant: Cum autem utriusque Pomeraniæ vnium tantum Votum in ijs competat, à Regia Maiestate communicato prius Consilio cum dicto Electore, id semper feratur.

Deinde concedit eis in omnibus & singulis dictis feudis Priuilegium de non appellando, sed hoc ita, ut summum aliquod Tribunal seu appellationis instantiam commodo in Germaniæ loco constituat, eique idoneas præficiat personas, quæ unicuique Ius & Iustitiam secundum Imperij Constitutiones, & cuiusq; loci statuta absque ulteriori protractione causarumve auocatione administrent.

E contra verò si contigerit ipsis tanquam Duces Bremenses, Verdenses, aut Pomeraniæ, vel etiam ut Principes Rugiæ, aut Dominos Vismariæ ex causa, dictas Ditiones concernente, ab aliquo legitime conueniri, Casarea Maiestas liberum eis relinquit, ut pro sua commoditate forum eligant, vel in Aula Casarea, vel Camera Imperiali, ubi actionem intentatam excipere velint.

Teneantur tamen intra tres Menses à die denunciatae litis sese declarare coram quo Iudicio se sistere velint.

Præterea concedit eidem Regiæ Maiestati Suae Ius erigendi Academiam

Aaa

& Vai

& Vniuersitatem, ubi & quando ei commodum visum fuerit. Adhuc concedit eidem moderna Vectigalia ad littora portusque Pomeraniae & Megapoleos, iure perpetuo, sed ad eam taxam moderationem reducenda, ne commercia in ijs locis intercidant.

Exsoluit denique Status, Magistratus, Officiales, & subditos, dictarum respectiue Ditionum, feudorumque omnibus vinculis, & Sacramentis, quibus prioribus Dominis & possessoribus aut pretendentibus hucusque obstricti fuerant, eosque ad subiectionem, obedientiam, & fidelitatem Regiae Maiestati Regnoque Sueciae ceu ab hoc die hereditario suo Domino praestandam remittit, obligatque, atque ita Sueciam in plena, iustaque eorum possessione constituit, verbo Imperiali promittens, se non solum modernae Reginae, sed & omnibus futuris Regibus Regnoque Sueciae ratione dictarum Ditionum, Bonorum, Iuriumque concessorum securitatem praestitutum, eosque sicut ceteros Imperij Status in eorum possessione quieti, contra quemcunque inuiolabiliter conseruatum, & manutenturum, atque haec omnia peculiaribus inuestiturarum literis omni meliori modo confirmaturum.

Tandem Casarea Maiestas de consensu Statuum Imperij promittit, mi'itia Suedicae ante eius exauktionem eiusmodi satisfactionem ab Imperio absque onere Regni Sueciae praestitum iri, prout cum eadem ex aequo, & bono peculiari-ter conueniri poterit.

Vicissim Serenissima Regina, & futuri Reges Regnumque Sueciae, dicta Feuda omnia & singula a Casarea Maiestate, & Imperio recognoscant, eoque nomine quoties casus euenerit, Inuestiturarum renouationes decenter petant, iuramentum fidelitatis, eique annexa, sicut Antecessores similesque Imperij Vassalli, praestando.

De cetero Ordinibus & subditis dictarum ditionum locorumque, nominatim Stralsundensibus, competentem eorum libertatem, bona Iura, & Priviligia communia, & peculiaria legitime acquisita, vel longo usu obsepta cum libero Evangelicae Religionis Exercitio iuxta inuariatam Augustanam Confessionem perpetim fruendo, circa Homagij renouationem, & praestationem more solito confirmabunt, interque eas Ciuitatibus Anseaticis eam Navigationis, & Commerciorum libertatem, tam in exteris Regnis, Rebus publicis & Prouincijs, quam in Imperio integram conseruabunt, quam ibi ad praesens usq; bellum habuerunt.

Acta & Conuenta sunt haec Osnabrugi die 8. 18. Martij, 1648.

Ioannes Crane.
Nicolaus Georgius Reigerspergerus.

Ioannes Adlerus Saluius.
Pandolfus Conradus de Thumbshira.

L. S.

Locus
Sigilli.

Egen Gail.

Gastanus Ianfon.

CAV-

CAUSA PALATINA, PROVT
Inter Cæs. Maiestatis, nec non Coronæ Suec. & Ele-
ctorum & Statuum Imperij DD. Plenipotentiarior
& Deputatos transacta, & à Statibus 9. 19.
Martij 1648. subscripta est.

Repetitis Conditionibus Præliminaribus Art. de Reformatione
Iustitiæ præfixis .

ANte omnia verò Causam Palatinam Conuentus Monasteriensis, & Osna-
brugenſis ed deduxit, ut ea de re iam mota lis sit dirempta, modo sequenti.
Et 1. quidem quod attinet ad Domũ Bauaricam, Dignitas Electoralis, quam Ele-
ctores Palatini ante hac habuerunt, tum omnibus Regalijs, Officijs, Præcedentijs,
Insignijs & Iuribus quibuscunque ad hanc dignitatem spectantibus, nullo pror-
sus excepto, ut & Palatinatus Superior totus, vnà cum Comitatu Cham, cum
omnibus eorum appertinentijs, Regalijs ac Iuribus, sicut hætenus ita, & imposte-
rum maneant penes D. Maximilianum Comitem Palatinum Rheni, Bauaria Du-
cem eiusque liberos, totamque Lineam Guilhelmianam, quamdiu Masculi ex ea
superstites fuerint.

Vicissim Dominus Elector Bauariæ pro se, Hæredibus ac Successoribus suis
totaliter renunciet debito tredecim millionum, omniq; prætensionem in Austriam
Superiorem, & statim à publicata Pace omnia Instrumenta desuper obtenta
Cæs. Maiest. ad cassandum, & annullandum extradat.

Quod ad Domum Palatinam attinet, Imperator cum Imperio publicæ tran-
quillitatis causa consentit, ut vigore præsentis Conuentionis institutus sit Electro-
ratus Octauus, quo Dominus Carolus Ludouicus Comes Palatinus Rheni eiusq;
Hæredes & Agnati totius Lineæ Rudolphinæ iuxta ordinem succedendi in Au-
rea Bulla expressum deinceps fruantur, nihil tamen iuris præter simultaneam In-
uestituram ipsi D. Carolo Ludouico aut eius Successoribus ad ea, quæ cum Digni-
tate Electorali Bauariæ totiq; Lineæ Guilhelmianæ attributa sunt, competat.

Deinde ut Inferior Palatinatus totus, cum omnibus & singulis Ecclesiasticis
& Sacularibus Bonis, iuribusq; & appertinentijs, quibus ante motus Bohemicos
Electores, Principesque Palatini gaudijs sunt, omnibusque Documentis, Regestis,
Rationarijs, & cæteris actis huc spectantibus eidem plenariè restituantur, cassa-
tis ijs, quæ in contrarium acta sunt, idque auctoritate Cæsarea effectum iri, ut ne-
que Rex Catholicus, neque ullus alius qui exinde aliquid tenet, se huic restitutio-
ni ullo modo opponat.

Cùm autem certa quadam Præfectura Strata Montana antiquitus ad Ele-
ctorem Moguntinensem pertinentes, An. demum 1463. pro certa pecunia sum-
ma Palatinis cum pacto perpetuæ reuentionis oppignorata fuerint, ideo conuen-
tum est, ut hæ Præfectura penes modernum D. Electorem Moguntinensem, eius-
que in Archi-Episcopatu Moguntinensi Successores permaneant, dummodò præ-
suum pignorationis sponse oblatum intra terminum executioni conclusæ Pacis

prefixum, parata pecunia exsoluat, ceterisque ad quæ, iuxta tenorem litterarum oppignorationis tenetur, satisfaciat.

Electori quoque Treuirensi tanquam Episcopo Spirensi, Episcopo item Vormatiensi. Iura quæ præten dit in bona quædam Ecclesiastica intra Palatinatus Inferioris territorium sita, coram competenti Iudice prosequi liberum esto, nisi de his inter utrumque Principem amice conueniatur.

Quod si verò contigerit Lineam Guibelmanam masculinam prorsus deficere, superstitè Palatina, non modò Palatinatus Superior, sed etiam Dignitas Electoralis, quæ penes Bauariæ Duces fuit, ad eosdem superstitès Palatinos, interim simultanea Inuestitura gauisuros redeat, Octauo tunc Electoratu prorsus expungendo: Ita tamen Palatinatus Superior hoc casu ad Palatinos superstitès redeat, ut hæredibus allodialibus Electoris Bauariæ actiones & beneficia, quæ ipsis ibidem de iure competunt, reseruata maneant.

Pacta quoq; Gentilitia inter Domum Electoralem Haidelbergensem, & Neoburgicam à prioribus Imperatoribus super Electorali successione confirmata, ut & totius Lineæ Rudolphinæ Iura, quatenus huic dispositioni contraria non sunt, salua rataque maneant.

Adhæc si quæ Feuda Iuliacënsia aperta sunt, ea Palatinis euacuetur, nisi à Palatino Neoburgico allegata cõuëtio Hallæ Sueuorû Anno 1610 mita obstare pbetur.

Præterea, ut dictus D. Carolus Ludouicus aliquatenus liberetur onere prospiciendi Fratribus de appennagio, Cas Maieft. ordinabit dictis suis Fratribus, quadringenta Thalerorum Imperialium millia infra quadriennium ab initio Anni venturi 1648. numeranda expendantur, singulisque annis centena millia soluantur vnà cum annuo censu quinque de centum computatis.

Deinde tota Domus Palatina cum omnibus, & singulis qui ei quocunque modo additi sunt, aut fuerunt præcipuè verò ministri, qui in hoc Conuentu, aut alias operam suam nauarunt, ut & omnes Palatinatus exules fruantur Amnistia generali supra descripta pari cum ceteris in ea comprehensis iure, & hac Transactione singulariter in puncto Grauaminum plenissimè.

Vicissim D. Carolus Ludouicus cum Fratribus Cas. Maieft. Obedientiam, & Fidelitatem sicut ceteri Electores Principesque Imperij præstet, ac insuper Palatinatui Superiori pro se, & hæredibus suis tum ipse tum eius fratres, donec ex linea Guilelmiana Hæredes legitimi, & masculi super fuerint, renuncient.

Cùm autem de eiusdem Principis Viduæ Matri, Sororibusque præstando vi-talatio, & dote constituenda mentio inijceretur, pro beneuolo S. Cas. Maieft. in Domum Palatinam affectu prouisum est, ut dictæ Domine Viduæ Matri pro vitalatio semel pro semper Viginti Talerorum Imperialium millia, singulis autem sororibus dicti D. Caroli, quando nuprum elocatae fuerint, Dena Thalerorum Imperialium millia nomine S. Maieft. exsolutum iri, de reliquo verò ipsis idem Princeps Carolus Ludouicus satisfacere teneatur.

Comites in Leiningæ, & Daxburg sepe dictus Carolus Ludouicus eiusq; successores in Palatinatu inferiori nulla in re turbet, sed iure suo à multis retrò sæculis obtento, & à Cesaribus confirmato quietè, ac pacificè uti, frui permittat.

Libe.

Liberam Imperij Nobilitatem per Franconiam, Sueniam, & Traſſum Rheni cum diſtriſſibus ad pertinentibus in ſuo ſtatu immediato inniolatè relinquat.

Feuda etiam ab Imperatore in Baronem Gerhardum à Vvaldenburgh, Nicolaum Georgium Reigersperg Cancellarium Moguntinum & Henricum Bremſer Baronem de Rudesheim, item ab Electore Bauaria in Baronem Iohannem Adolphum vulgo dictum Metternichi collata rata maneat, teneantur tamen eiufmodi Vaſalli D. Corolo Ludonico velut Domino directo, eiſque ſucceſſoribus iuramentum fidelitatis præſtare, atque ab eodem eorum Feudorum ſuorum renouationem petere.

Auguſtana Confeſſionis conſortibus qui in poſſeſſione Templorum fuerunt, interque eos Ciuibus & incolis Oppenbeimensibus ſeruetur Status Eccleſiaſticus An. 1624. caterisque id deſideraturis Auguſt. Confeſſ. exercitium tam publice in Templis ad ſtatas horas, quàm priuatim in adibus proprijs, aut alienis ei rei deſtinatis per ſuos, aut vicinos verbi Diuini miniſtros peragere liberum eſto.

Acta & ſubſcripta ſunt hæc Oſnabrugi 19. Martij. 1648.

Nicolaus Georgius Reigerspergerus. Pandolfus Conradus de Tumbſbirn.

Conuentio ſuper ſatiſfactione indemnitate Haſſo-Caſſellanae .

Repetitis conditionibus ad Art. de Grauinibus poſitis circa cauſam
Haſſo-caſſellanam Conuentum eſt vt ſequitur .

Primò omnium Domus Haſſo-Caſſellana, omneſque eius Principes, maximè
D. Amelia Eliſabetha Haſſia Landgrauia, eiſque Filij D. Vilhelmus,
illorumque Heredes, Miniſtri, Officiales, Vaſalli, Subditi, Milites & alij, quocumque modo illis addicti, nullo prorsus excepto, non obſtantibus contrarijs pactis, proceſſibus, proſcriptionibus declarationibus ſententijs, executionibus, & tranſactionibus, ſed illis omnibus, & actionibus, vel prætenſionibus ratione damnorum & iniuriarum tam Neutralium, quàm belligerantium, annullatis vniuerſalis Amniſtiae ſupra ſancitæ, & ad initium belli Bohemici cum plenaria reſtitutione reductæ, omniumque beneficiorum ex hac, & religioſa pacis prouenientium pari cum cateris Statibus iure prout in Articulo incipiente: Vnanimi, &c. diſponitur (exceptis Caſ. Maieſt. & Domus Auſtriaca Vaſallis & ſubditis hereditarijs, quemadmodum de ijs in ſ. Tandem omnes, &c. diſponetur) plenariè participes ſunt.

Secundò, Domus Haſſo-Caſſellana eiſque Succeſſores Abbatiam Hirſbfeldensẽ, cum omnibus appertinentijs ſecularibus, & Eccleſiaſticis, ſiue intra ſiue extra territorium (vt Præpoſtura Gelhinghen) ſitis, ſaluis tamen iuribus, qua Domus Saxonica à tempore immemoriali poſſidet, retineant, & eo nomine inueſtituræ à Caſ. Maieſt. toties quoties caſus euenerit petant, & fidelitatè præſtent.

Tertiò, Ius directi & vtilis Dominij in Præſecturas Schaumburgi Bakenburgi Saxenbageni, & Statibageni Episcopatus Mindano ante hac aſſertum, &

Aaz 3 adiu

Receptores in soluendo moras necesse est, aut reditus illis conferant, Domina Landgrauia exequendi, & ad solutionem quouis modo illos adigendi, liberam habeat potestatem, de reliquo iure territoriali Domino proprietatis interea semper saluo.

Simulac vero Domina Landgrauia totam summam cum pensionibus à tempore mora acceperit, restituat illi loca iam deuotata cautionis loco interim retenta, pensiones cessent, & Quæstores atque receptores, quorum facta fuit mentio, iuramenti nexu sint liberati. Quarum autem præf. Eturarum reditus pensionibus, contingente mora, soluendis sint assignandi, ante ratificationem Pacis euentualiter conueniatur, quæ Conuentio non minoris sit roboris, quam ipsum Pacis Instrumentum.

Præter loca autem securitatis causa, ut memoratum, Domine Landgrauie relinquenda, & post solutionem demum restituenda, restituat illa nihilominus, ratificatione Pacis subsecuta, omnes Prouincias, & Episcopatus, nec non illorum Vrbes, Præfecturas, Oppida, Fortalitia, propugnacula, & omnia denique Bona immobilia nec non iura inter hæc bella ab ipsa occupata. Ita tamen ut tam in præfatis tribus locis cautionis loco retinendis, quam reliquis omnibus restituendis, non solum annonam & omnia ad bellicum apparatus spectantia quæ inferri, vel fieri curantur, per subditos euehenda Domine Landgrauie, & supradictis Successoribus Quæ vero ab ipsa non illata, sed in locis occupatis tempore occupationis reperta sunt, & adhuc extant, ibi permaneant, sed ut etiam Fortificationes & Vallas durante occupatione extructa eatenus destruantur, ne tamen Vrbes, Oppida, Arces vel Castra cuiusuis inuasionibus, & depredationibus pateant.

Actum & Conuentum hoc est Osnaburgi die 29. Martij. 8. Apr. 1648.
Nicolaus Georgius Reigerspergerus. Pandolfus Conradus de Tumbshirn.

A D I E C T V S R E C E S S V S.

ET quamuis Domina Landgrauia præterquam ab Archi- & Episcopatibus Moguntinensi, Coloniensi, Paderbornensi Monasteriensi, & Abbatia Fuldensi à nemine restitutionis, & indemnitatis loco aliquid poposcerit, & sibi eo nomine à quoquam alio quicquam solui omnino noluerit pro rerum tamen & circumstantiarum equitate placuit toti Conuentui, ut, salua manente dispositione præcedentis, iocohantis, Conuentum præsertim est, &c. etiam ceteri Status cuiuscunque generis cis, & ultra Rhenum, qui 1. Martij huius Anni Hassiaci Contributionem dependerunt, secundum proportionem, Contributioni exolutæ toto hoc tempore obseruatam, ad conficiendam summam superius positam & militum prædicatorum sustentationem, ritam suam supra nominatis Archi- & Episcopatibus, atque Abbatibus conferant, & damnum, si quod soluentes ob unius vel alterius moram perpeffi fuerint, morosi resarciant, nec executionem contra tergiversantes instituendam Regiæ Maiestatis Suecicæ, vel etiam Hassie Landgrauie Officialibus aut Militibus impediunt neque etiam fas sit Hassiacis, quæquam in præiudicium huius declarationis eximere, y vero, qui suam quotam rite persoluerint, ab omni eatenus onere liberi erunt. Et hic quidem finis inferatur Art. Instrumenti Pacis §. Post verba.

Actum, & Conuentum hoc est Osnaburgi.

E X E M P L A R
PVNCTORVM IVSTITIÆ ET AVTONOMIÆ
In Imperio , inter Sacræ Cæsareæ Maiestatis &
Coronæ Sueciæ Legatos Plenipotentiarior
Osnabrugi conclusorum.

De Reformatione Iustitiæ conuenit vt sequitur .

PRæterea cum ob enatas ex præsentī bello mutatio-
 nes & alias causas de Iudicio Cameræ Imperialis, ad
 alium vniuersis Imperij Statibus commodiorem lo-
 cum transferendo, & Iudicem, Præsides, Assessores, &
 quoscumque Iustitiæ Ministros pares numero vtriusque
 Religionis præsentando, sicut etiam de reliquis ad Iudi-
 cium Camerale spectantibus, quædam *in medium allata*
 fuerint, sed in præsentī congressu, ob negotij grauitatem
 non tam plenè expediri queant, in proximè indicendis
 Comitijs de his omnibus agi & conueniri, deliberationef-
 que de reformatione Iustitiæ in Imperio, in Deputatorum
 Imperij Conuentu Francofurtensi habitæ effectum dari,
 & si quæ in his desiderari videntur suppleri, & emendari
 debere conuentum est.

Netamen res hæc prorsus in incerto maneat, placuit
 præter Iudicem, & quatuor Præsides, & quidem Duos ho-
 rum ex Augustana Confessione à sola Cæs. Maiestate con-
 stituendos, numerum Assessorum Cameralium ad quin-
 quaginta in vniuersum adaugeri, ita vt Catholici compu-
 tatis duobus Assessoribus Imperatoris præsentationi refer-
 uatis viginti sex, Augustanæ Confessionis Status viginti
 quatuor Assessores præsentare possint, & teneantur, atque
 ex singulis Circulis mixtæ Religionis non tantum duos
 Catho-

Catholicos, sed etiam binos Augustanæ Confessionis addictos assumere, & eligere fas sit; Cæteris ad Iudicium Camerale pertinentibus, vt dictum est ad proxima Comitia reiectis. Ad proinde Circuli de presentandis maturè in locum demortuorum nouis ad Camerale Iudicium Assessoribus secundum schema subsequens admonentur, Catholici etiam suo tempore de ordine presentandi conuenient, Cæsareaque Maiestas mandabit, vt non solum in isto Iudicio Camerali causæ Ecclesiasticæ, vt & Politicæ inter Catholicos, & Augustanæ Confessionis Status, vel inter hos solos vertentes, vel etiam quando Catholicis contra Catholicos Status litigantibus tertius interueniens Augustanæ Confessionis Status erit, & vicissim quando Augustanæ Confessionis Status cõtra eiusdem Confessionis Status litigantibus tertius interueniens erit Catholicus, adlectis ex vtraque religione pari numero Assessoribus discutiantur, & iudicentur; sed idem etiam in Iudicio Aulico obseruetur, huicque fini aliquot Augustanæ Confessionis doctos, & rerum Imperij peritos viros ex ijs Imperij Circulis, vbi vel sola Augustana, vel simul etiam Catholica viget religio, adsciscat, eo quidem numero, vt eueniente casu paritas iudicantium ex vtraque Religione Assessorum obseruari possit. Idem etiam quoad paritatem Assessorum obseruetur, quoties Augustanæ Confessionis Status immediatus à mediato Catholico, vel immediatus Catholicus à mediato Augustanæ Confessionis Statu iudicio conuenitur.

Quoad processum Iudicarium ordinatio Camere Imperialis etiam in Iudicio Aulico seruabitur per omnia, tum vt ne partes ibidem litigantes omni remedio suspensiuo destituantur, loco reuisionis in Camera vsitato licitum esto
parti

parti grauata à sententia in Iudicio Aulico lata ad Cæsaream Maiestatem supplicare, vt acta iudicialia denuò adhibitis alijs grauitati negotij paribus, neutriq; partium addictis ex vtraque Religione æquali numero Consiliarijs, & qui concipiendæ, & ferendę priori sententiæ non interfuerint, aut certè referentium, & conferentium partes non sustinuerint, reuideantur, liberumq; sit Sux Maiestati in causis maioribus, & vnde tumultus in Imperio timeri possent, insuper etiam quorundam vtriusque Religionis Electorum & Principum sententias, & vota requirere.

Visitatio Consilij Aulici fiat ab Electore Moguntino toties quoties opus fuerit, obseruatis ijs, quæ in proximis Comitijs de communi Statuum placito obseruanda esse videbuntur. Si quę verò dubia circa interpretationem, Constitutionum, & recessuum Imperij publicorum occurrunt, aut in diiudicandis causis Ecclesiasticis, & Politicis inter partes supra expressas vertentibus ex paritate Assessorum vtriusque Religionis, postquam in pleno etiam Senatu, pari tamen semper vtrinque iudicantium numero examinata fuerint, contrarię oriantur sententię, Catholicis quidem in vnam, Augustanę verò Confessionis Assessoribus in aliam abeuntibus, remittuntur ad Comitia Imperij vniuersalia, sin autem duo pluresve Catholici cum vno aut altero Augustanę Confessionis Assessore, & vicissim, vnam reliqui verò totidem numero, quamuis Religione dispares alteram amplexi fuerint sententiam, indeque contrarietas oriatur, hoc casu iuxta ordinationem Camerę lis terminabitur, vltiori remissione ad Comitia cessante.

Et hæc omnia in causis Statuum comprehensa immediata Imperij Nobilitate, siue actores illi, siue rei, siue interuenientes fuerint, obseruentur, si verò inter mediatos,

vel

vel actor, vel reus, vel tertius interueniens fuerit Augustanæ Confessionis, & paritatem iudicantium ex vtriusque Religionis Assessoribus postulauerit, adhibeamur pares, eueniente autem tum votorum paritate cesset remissio ad Comitia, & his iuxta ordinationem Cameræ terminetur.

Cætera in Aulico non minus quam in Cameræ Imperialis Iudicio Priuilegium primæ Instantiæ, Austregarum, Iura, & Priuilegia de non appellando Statibus Imperij illibata sunt, nec per mandata aut commissiones, aut auocationes, aut quouis alio modo turbantur.

Denique cum etiam de abolendis Curia Rotuueilæ, Iudicijs Prouincialibus Sœuiæ, & alijs hinc inde per Imperium hætenus vsitatis mentio iniecta fuerit, resq; hæc grauioris visa sit momenti, de his quoque vltior deliberatio ad proxima Comitata remissa esto.

O R D I N A R I I.

Saxonia
Brandeburgi
Palatinatus

6.

C I R C V L I.

Franconia 2
Sœuia 2
Rheni Superioris 2
Vestphalia 2
Saxonia Superioris 4
Saxonia Inferioris 4

; alternando per Circulos.

; alternando per Circulos.

Et quamuis sub schemate nulla fiat mentio Statuum Imperij Augustanæ Confessionis, qui sub Circulo Bauarico comprehenduntur, nihil tamen ex eo ipsis præiudicetur, & salua maneat horum Iura, Priuilegia, & libertates.

Actum Osnabrugi 2. Martij

22. Februarij 1648.

Ioannes Crane.

Ioannes Adlerus Saluius.

Nicolaus Georgius Reigenpergerus.

Dandolphus Conradus de Turmbshirn.

De

De Autonomia conuentum est, Vt sequitur.

Quantum deinde ad Comites, Barones, Nobiles, Vassallos, Ciuitates, Foundationes, Monasteria, Commendas, Communitates, & Subditos Statibus Imperij immediatis, siue Ecclesiasticis, siue Sæcularibus subiectos pertinet, cum eiusmodi Statibus immediatis cum iure Territorij, & Superioritatis ex communi per totum Imperium hætenus vñitata praxi, etiam ius reformandi Exercitium Religionis competit, ac dudum in pace Religionis talium Statuum subditis, si à religione Domini Territorij dissenziant, beneficium emigrandi concessum, insuper maioris concordix inter Status conseruandę causa cautum fuerit, quod nemo alienos subditos ad suam religionem pertrahere, eave causa in defensionem, aut protectionem suscipere, illisve vlla ratione patrocinari debeat, conuentum est, hoc idem porrò quoque ab vtriusque religionis Statibus obseruari, nullique Statui immediato, ius, quod Ipsi ratione Territorij, & Superioritatis in negotio Religionis competit, impediri oportere.

Hoc tamen nõ obstante Statuum Catholicorum Landfaffij, Vassalli, & subditi cuiuscunque generis, qui siue publicum, siue priuatum Augustanæ Confessionis Exercitiũ Anno 1624. quacunque anni parte, siue certo pacto, aut priuilegio, siue longo vsu, siue sola denique obseruantia, dicti anni habuerunt, retineant id etiam in posterum, vna cum annexis, quatenus illa dicto anno exercuerunt, aut Exercitia fuisse probare poterunt, cuiusmodi annexa habentur, Institutio Consistoriorum, Ministeriorum, tam Scholasticorum, quàm Ecclesiasticorum, Ius Patronatus, aliaque similia iura, nec minus maneat in possessione omnium

omnium dicto tempore in potestate eorundem constitutorum Templorum, Foundationum, Monasteriorum, Hospitalium cum omnibus pertinentijs, redditibus, & accessionibus; Et hæc omnia semper, & vbique obseruentur eoque, donec de Religione Christiana, vel vniuersaliter, vel inter Status immediatos, eorumque subditos, mutuo consensu aliter erit conuentum, nec quisquam à quocunque vlla ratione, aut via turbetur.

Turbati, aut quocunque modo destituti verò, sine vlla exceptione in eum, quo Anno 1624. fuerant statum, plenariè restituantur, idemque obseruetur ratione subditorum Catholicorum Aug. Confessionis Statuum, vbi dicto anno 1624. vsus & Exercitium Catholicæ Religionis publicum, aut priuatum habuerunt.

Pacta autem, Transactiones, Cõuentiones, aut concessionis, quæ inter tales immediatos Imperij Status, eorumq; Status Prouinciales, & subditos supradictos, de publico vel etiam priuato exercitio Religionis introducendo, permitiendo, & conseruando, antehac intercesserunt, initæ, & factæ sunt, eatenus ratæ, & firmæ manento, quatenus obseruantia dicti anni 1624. non aduersentur, nec ab iisdem nisi mutuo consensu recedere liceat, nõ attētis, sed annihilatis omnibus anni 1614. obseruatiæ, vtpotè quæ instar regulæ obtineat, cõtrarijs latis sentētis, reuersalibus, pactis quibuscunq; transactionibus; Et inter illa, quæ Episcopus Hildesiensis, & Duces Braunsuico . Luneburgenses de religione, eiusq; Exercitio, Statuū, & subditorū Episcopatus Hildesiensis nonnullis pactis Anno, 1643. transfegerunt, excipiantur verò à dicto termino, & Catholicis reseruentur 9. Monasteria in Episcopatu Hildesiēsi sita, quib. Duces Brunvvicenses certis cõditionibus eodē anno cesserunt.

Placuit

Placuit porrò, vt illi Catholicorum subditi Aug. Confessione addicti, vt & Catholici Aug. Cōfessionis Statuum subditi, qui Anno 1624. publicum vel etiam priuatum religionis suę Exercitium nulla anni parte habuerunt, nec non qui post Pacem publicatam deinceps futuro tempore diuersam à Territorio Domino religionem profitebuntur, & amplectentur, patientetolerentur, & conscientia libera domi deuotioni suę sine inquisitione, aut turbatione priuatim vacare, in vicinia verò vbi, & quoties voluerint, publico religionis Exercitio interesse, vel liberos suos exteris suę religionis scholis, aut priuatim domi præceptoribus instruendos committere non prohibeantur, sed eiusmodi Landsassij, Vassalli, & subditi in ceteris officium suū cum debito obsequio, & subiectione adimpleant, nullisq; turbationibus ansam præbeant.

Siue autem Catholici, siue Aug. Confessionis fuerint subditi, nullibi ob religionem despiciatui habeantur, nec à Mercatorum, Opificum aut Tribuum communione, hæreditatibus, legatis, hospitalibus, leproforijs, e' eemofynis, alijsque iuribus aut commercijs, multò minus publicis cœmisterijs honoreq; sepulture arceantur, aut quicquam pro exhibitione funeris à superstitionibus exigatur, præter cuiusque Parochialis Ecclesię iura pro demortuis pendis solita, sed in his, & similibus pari cum conciuibus iure habeantur, æquali iustitia, protectioneque tuti.

Quod si verò subditus, qui nec publicum nec priuatū suę religionis Exercitium Anno 1624. habuit, vel etiam qui post publicatam Pacem Religionem mutabit, sua sponte migrare noluerit, aut à Territotij Domino iussus fuerit, liberum ei sit, aut retentis bonis, aut alienatis discedere, retenta per ministros administrare, & quoties ratio

id

id postulat, ad res inspiciendas vel prosequendas lites, aut debita exigenda libere, & sine literis comiteatus adire: Conuentum autem est, vt à Territoriorum Dominis, illis subditis, qui neque publicum, neque priuatum exercitium religionis suæ dicto anno habuerunt, & tamen tempore publicatæ præsentis Pacificationis, in vnius vel alterius religionis Statuum immediatorum ditionibus habitare deprehenduntur, quibus illi etiam annumerandi erunt, qui ob calamitates bellicas euitandas, non tamen animo transferendi domicilium, aliò emigrarunt, & facta pace in patriam redire volunt, terminus non minor quinquennio, illis verò, qui post Pacem publicatam religionem mutant, non minor triennio, nisi tempus magis laxum, & spaciosum impetrare potuerint, ad emigrandum præfigatur, neque siue voluntariè, siue coactè emigrantibus, Natiuitatis, ingenuitatis, manumissionis, noti opificij, honestæ vitæ testimonia denegentur, aut ijdem reuersalibus inusitatis, vel decimationibus substantiæ secum exportatæ plus æquò extensis prægrauentur, multò minus spontaneam suscipientibus migrationem seruitutis, aut vllò alio prætextu impedimentum inferatur.

Silesij etiam Principes Aug. Confessioni addicti, Duces scilicet in Brug, Lignitz, Munsterberg, & Oeltz, itemque Ciuitas Vratislaviensis in libero suorum ante bellum obtentorum iurium, & priuilegiorum, nec non Aug. Conf. exercitio ex gratia Cæsarea, & Regia ipsis concessa manutenebuntur.

Quod verò ad Comites, Barones, Nobiles, eorumque subditos in reliquis Silesiæ Ducatibus, qui immediatè ad Cæsarum Regiam spectant, tum etiam de præsentì in Austria Inferiori degentes Comites, Barones, Nobiles attinet, quam-

quamuis Cæs. Maiestati ius reformandi exercitium Religionis, nō minùs quàm alijs Regibus, & Principibus competit, tamen, non quidem ex pacto, iuxta dispositionem præcedentis vers. *Pacta autem, &c.* sed ad interuentionem Regiæ Maiest. Sueciæ, & in gratiam intercedentium Aug. Confess. Statuum permittit, vt eiusmodi Comites, Barones, & Nobiles, illorumque in prædictis Silesiæ Ducatibus subditi ob professionem Aug. Conf. loco, aut bonis cedere aut emigrare non teneantur, nec etiam prohibeantur dictæ Confess. exercitium in locis vicinis extra territorium frequentare; modò in reliquis tranquillè, & pacificè viuât, sequetales præstent, quales erga suum Summum Principè decet, si verò sua sponte emigrauerint, & bona sua immobilia vendere vel nolint, vel commodè non possint, liber ijs aditus quoties libuerit rerum suarum inspiciendarum, & curandarum causa concessus esto.

Præter hæc autem quæ suprâ de dictis Silesiæ Ducatibus, qui immediatè ad Cameram Regiam spectant, disposita sunt, S. Cæs. Maiest. vterius pollicetur, se illis qui in his Ducatibus Aug. Confess. addicti sunt, pro huius Confessionis Exercitio tres Ecclesias proprijs eorum sumptibus extra Ciuitates Schvveinitz, Iaur, & Glogouiam propè mœnia, locis ad hoc commodis, iussu S. Maiest. designandis, post pacem confectam ædificandas, quamprimum id postulauerint, concessuram.

Et cum de maiori Religionis libertate, & Exercitio in supradictis, & reliquis Cæs. Maiest. & Domus Austriacæ Regnis, & Prouincijs concedendo in præfenti tractatu variè actum sit, nec tamen ob Cæsareanorum Plenipotentiariorum contradictiones conueniri potuerit, Regia Maiestas Sueciæ, & Aug. Confess. Ordine facultatem sibi

refer-

referuant, eo nomine in proximis Comitijis, aut aliàs apud Sac. Cæs. Maiestatem vlteriùs respectiue interueniendi, & intercedendi.

Acta, & Conuenta sunt hæc Osnaburgi die 8. 18. Martij, Anno 1648.

Ioannes Cranes

Nicolaus Georgius Reigerspergerus

Ioannes Adlerus Saluius

Pandolphus Conradus de Tumbshirn

P V N C T V S G R A V A M I N V M
inter Sacræ Cæsareæ Maiest. & Coronæ Sue-
ciæ Legatos Plenipotentiarior 24. Mar-
tij 1648. Osnaburgi conclusus.

Premissis sequentibus conditionibus.

I.

VT nullus Articulus obligatorius sit, quantumvis prouisionaliter subscriptus, nisi etiam omnes hæctenus controuersi articuli compositi, transacti, & concordati fuerint.

II.

Vt etiam si omnia concordata, & prouisionaliter subscripta, rata, & obligatoria non sint, nisi Pax immediatè consequatur, eaque conclusa, & subscripta statim hostilitas omnis cesset, idque vt fiat Exercituum Præfectis vtrinque significetur.

III.

Vt quæ hoc modo inter Cæsar. Maiestatis, & Regiæ Sueciæ Maiestatis Plenipotentiarior, Statuumque vtriusque Religi onis Plenipotentiarior, & Deputatos acta, transacta, & concordata fuerint, mutuo assenso, consilio, ope, & opera iuxta conditiones, circa executionem Pacis conueniendas manuteneantur.

De grauaminibus conuenit, vt sequitur.

CV M autem præsentis bello magnam partem grauamina, quæ inter vtriusque Religionis Electores, Principes, & Status Imperij vertebantur, causam, & occasionem dederint, de ijs prout sequitur conuentum, & transactum est.

1. Transactio Anno 1552. Passauij inita, & hanc Anno 1555. secuta Pax Religionis prout ea Anno 1566. Augustæ Vindelicorum, & post in diuersis Sacri Romani Imperij Comitijis vniuersalibus cõfirmata fuit, in omnibus suis Capitulis vnanimi Imperatoris, Electorum, Principum, & Statuum vtriusque Religionis consensu initis ac conclusis, rata habeatur, sanctæque & inuiolatè seruetur. Quæ verò de nonnullis in ea articulis controuersis hac Transactione communi partium placito statuta sunt, ea pro perpetua dictæ pacis declaratione tã in iudicijs quã alibi obseruanda habebuntur, donec per Dei gratiam de Religione ipsa conuenerit, non attentam cuiusuis, seu Ecclesiasticæ, seu Politicæ intra, vel extra Imperium quocumque tempore interposita contradictione vel protestatione, quæ omnes inanes, & nihil vigore horum declarantur; In reliquis omnibus autem inter vtriusque Religionis Electores sit æqualitas exacta, mutuaque, quatenus formæ Reipublicæ, Constitutionibus Imperij, & præsentis Conuentioni conformis est, ita vt quod vni parti iustum est, alteri

Bbb

quo

quoque sit iustum, violentia omni, & via facti, vt alias ita, & hic inter vtramque partem perpetuo prohibita.

2. Terminus à quo Restitutionis in ecclesiasticis, & quæ intuitu eorum in Politicis mutata sunt, sit Dies 1. Ianuarij Anni 1624.

Fiat itaque restitutio omnium Electorum, Principum, & Statuum Vtriusque Religionis, comprehensa Libera Imperij Nobilitate, vt, & Communitatibus, & Pagis immediatis plenarie, & pure, cassatis omnibus interim in istiusmodi causis latis, publicatis, & institutis sententijs, decretis, transactionibus, pactis seu deditijs, seu alijs, & executionibus reductione ad statum dicti Anni, dieique in omnibus facta.

Ciuitates Augusta Vindelicorum, Dunckelspula, Biberacum, & Raenispurgum retineant bona, iura, & exercitium religionis dicti Anni dieique, sed ratione Dignitatum Senatoriarum, aliorumque munerum publicorum sit inter vtrique religioni addictos æqualitas, idemque numerus.

In specie autem quoad Ciuitatem Augustam, sint septem Senatores Consilij Secretioris ex Familijs Patritijs delecti, ex his desumpti Reipublicæ Præsides Duo, vulgò Stattpfeger dicti, vnus sit Catholicus, alter Aug. Conf. ex reliquis quinque, tres Catholici Religioni, & duo Aug. Confessioni addicti; Senatores reliqui Senatus, vt vocant, iunioris, nec non Syndici, Assesores Iudicij Vrbanij, alijque Officiales omnes sint æquali numero vtriusque Religionis.

Quæstores rei numariæ sint tres, quorum duo vnus, tertius diuersæ Religionis, ita quidem, vt primo anno sint Catholici duo, vnus verò August. Conf. altero, duo Aug. Confessionis & tertius Catholicus, & sic deinceps alternando singulis annis.

Præfecti rei tormentariæ ibidem tres, parique annua alternatione.

Idem etiam circa curam Collectarum, annonæ, adilitij muneris, & si quæ alia sunt Officia quæ tribus committuntur obineat: ita quidem vt si vno anno duo Officia (veluti quæstura, & cura annonæ vel adilitij muneris) penes duo Catholicos, & vna Aug. Confessionis sint, eodem Anno duo alia officia (veluti præfectura rei Tormentariæ, & collectarum) duobus ex Augustana Confessione, & vni Catholico committantur; sequenti autem anno circa hæc Officia duobus Catholicis, duo Augustana Confessione addicti, & vni Catholico vnus Augustanæ Confessionis subrogetur.

Munera quæ vni soli committi solita sunt, pro qualitate rei, vel vno vel pluribus annis inter Catholicos & Augustanæ Confessionis ciues alternentur, eo quidem modo, vt de Officijs, quæ tribus personis committuntur, nunc dictum, Templorum tamen, & Scholarum cuique parti suarum cura integra referuetur, ij autem Catholici, qui nunc tempore huius Pacificationis in Magistratu, & Officijs præter numerum supra conuentum supersunt, pristino quidem per omnia honore, commodoque fruuntur, veruntamen vsq; dum eorū loca, vel morte, vel abdicatione vacauerint, vel domi se contineant, vel si Senatui quandoque interesse velint, voto tamen careant.

Neutra verò pars suæ Religionis adhaerentium potentia ad deprimentum alteram abutatur, aut maiorem numerum directè vel indirectè ad dignitatus præsidium Senatorum aliorumque publicorum numerum aggregare præsumat, sed quicquid eius quandocunque, & quomocunque tentatum fuerit, irritum esto.

Præinde non solum hæc dispositio quotannis, quando de nouorum Senatorum, aliorumque officialium in demortuorum locum subrogatione agitur, publicè prælegitur, sed etiam præsidis, seu Duum Viri Secretiorum reliquorumque Senatorum, Prædictorum, Syndicorum, Iudicum, aliorumque officialium Catholicorum electio, & nunc, & post hac sit penes ipsos Catholicos, Augustanæ vero Confessione addictorum penes eosdem, & defuncto Catholico alius Catholicus, pariterque Augustanæ Confessione addicto eidem addictus subrogetur.

Plurafitas autem votorum in causis Religionem, siue directè, siue indirectè concernentibus nequaquam attendatur, neque illa August. Conf. addictis Ciuibus eius loci

loci magis quàm Ang. Conf. Electoribus, Principibus, & Statibus in Imperio Romano præiudicet. Quod si Catholici pluralitate votorum in his, vel alijs quibusvis negotijs in præiudicium Aug. Conf. addictorum aburantur, referuatum his ipsis esto, vigore huius Transactionis ad introducendam alternationem quinti Senatoris secretioris, aliaque legitima remedia prouocare. De cætero Pax Religiosa, itemque ordinatio Carolina de Electione Magistratum, nec non transactiones de Annis 1784. & 1791. (quatenus hanc dispositioni directè, vel per indirectum non repugnant,) saluæ atq; inuolatæ per omnia maneant. Deinde Duncelshulz, Biberaci, & Rauensburgi duo sunt Consules, Catholice vnus, alter August. Confessionis, quatuor secretioris Consilium quali numero vtriusque Religionis.

Eadem etiam æqualitas circa Senatum, Iudicium Vrbanum, Præfecturam ærarij, vt, & alia omnia Officia, dignitates ac munera publica obseruetur.

Quoad Præfecturam Iudicij verò, Syndicarum, & Secretarios Senatus, & Iudicij, nec non alia huiusmodi Officia, quæ vni tantum personæ committuntur, alternatio perpetua obseruetur, ita vt de mortuo Catholico, semper Augustanæ Confessionis addictus, & vice versa succeda.

Quantum ad modum Electionis, & Votorum pluralitatem, nec nõ curam Templorum, & Scholarum, itemque anniuersariam prælectionem huius dispositionis attingit, idem quod de Augusta dictum est, obseruetur.

Quod ad Ciuitatem Donauerdam attinet, si in proximè venturis Comitibus vniuersalibus in pristinam libertatem restituenda esse iudicabitur ab Imperij Statibus, eodem gaudeat iure in Ecclesiasticis, & Politicis, quo cætera Imperij libera Ciuitates vigore huius Transactionis gaudent, saluis tamen quoad hanc Ciuitatem eorum, quorum interest, iuribus. Terminus autem Anni 1624. nullum præiudiciũ creare debet ijs, qui ex capite Amnistie, aut aliundè restituendi veniunt.

3. Bona Ecclesiastica immediata quod attinet, siue sint Archiepiscopatus, Episcopatus, Prælatatus, Abbatia, Balliuz, Præposituræ, Commendæ, siue liberæ fundationes Sæculares aut aliz, vna cum redditibus, persionibus, alijsque quocunq; nomine signatis, seu in vrbibus, seu in rure sitis, ea seu Catholici, seu Augustanæ Confessionis Status die 1. Ian. Anno 1624. possederint, omnia, & singula nullo planè excepto, eius Religionis consortes, qui dicto tempore in reali eorum possessione fuerunt, vsque dum de Religionis dissidijs per Dei gratiam conuentum fuerit, tranquille, & imperatubarè possideant, neutrique parti liceat alteri, seu in iudicio, seu extra negotij facessere, multò minus turbas aut impedimentum aliquod inferre. Si verò, quod Deus prohibeat, de Religionis dissidijs amicabiliter conueniri non possit, nihilominus hæc Conuentio perpetua sit, & Pax semper duratura.

Si igitur Catholicus Archiepiscopus, Episcopus, Prælatus, aut Augustanæ Confessionis addictus in Archiepiscopum, Episcopum, Prælatum Electus vel Postulatus, solus, aut vna cum Capitularibus, seu singulis, seu vniuersis, aut etiam alijs Ecclesiasticis Religionem imposturam mutarint, excidant illi statim suo iure, honore tamen fama; illibatis fructusque, & redditus citra moram, & exceptionem cedant. Capituloque aut cui id de iure competit, integrum sit, aliam personam, & Religioni ei, ad quam beneficium istud vigore huius transactionis pertinet, addictum eligere, aut postulare, relicto tamè Archiepiscopo, Episcopo, Prælato decenti fructibus, & redditibus interea perceptis, & consumptis.

Si ergo Status seu Catholici seu August. Confessionis addicti, Archiepiscopatus, Episcopatus, Beneficij, aut præbendis suis immediatis à die 1. Ianuarij 1624. Iudicialiter, aut extrajudicialiter exciderint, aut quocunq; modo turbati fuerint, vigore hanc illicò tam in Politicis, quàm Ecclesiasticis omnibus nouationibus abolitis restituantur, ita quidem, vt quæcunq; Bona Ecclesiastica immediata die 1. Ian. Anno 1624. Catholico Præfule regebantur, Catholicum cap. ut recipiant, & vicissim quæ

dicto Anno, dique Augustanz Confessione addicti possidebant, retineant etiam imposterum, remissis tamen, quæ vna pars contra alteram prætere possidet, perceptis interea tractibus, damnis, & expensis.

4. In omnibus Archiepiscopatibus, Episcopatibus, & reliquis foundationibus immediatis iura eligendi, & postulandi, iuxta cuiusque loci consuetudines, & statuta antiqua, illibata maneant, quatenus illa Imperij Constitutionibus, transactioni Passauensi, Paci Religioz, & imprimis huic declarationi, & transactioni sunt conformia, & intuitu Archiepiscopatum, & Episcopatum August. Confes. addictis permanentium, ea nihil in se contineant illi confessioni aduersum, sicut etiam pariter in Episcopatibus, & Ecclesijs, in quibus Catholicis, & Augustanz Confessionis Ordinibus mixta iura admittuntur, statutis antiquis nihil de nouo admisceatur, quod Catholicorum, vel August. Confes. addictorum conscientiam, & causam pro cuiusque parte lædere, eorumve ius imminuere possit.

Postulati verò, seu Electi in capitulationibus suis spondeant, se susceptos Ecclesiasticos Principatus, dignitates, & beneficia nequaquam hæreditario iure possessuros, aut id aucturos, vt hæreditaria fiant, sed libera sit vbique Capitulo, & quibus id prætere pariter cum Capitulo pro more competit, tam Electio, & Postulatio, quam sede vacante administratio, & iurium Episcopatum exercitium, operaque detur, ne Nobiles Patritij, Gradibusque Academicis insigniti, aliæque personæ idoneæ, vbi id foundationibus non aduersatur, excludantur, sed vt potius in ijs conseruentur.

5. Vbi Sacra Cæsarea Maiestas ius Primariarum Precum exercuit, exerceat etiam imposterum, dummodo decedentes Aug. Confes. addicti in eius religionis Episcopatibus Aug. Confes. addictus ad normam statutorum, & obseruantiz idoneis Precibus fruatur: In mixtis verò ex vtraque religione seu Episcopatibus, seu alijs locis immediatis, Precibus primarijs præsentatus non gaudeat, nisi beneficium vacans religionis consors possederit.

Si quid Annatarum, Iurium Pallij, Confirmationum, Mensium Papalium, & huiusmodi iurium, & reseruationum nomine in bonis Statuum August. Confes. Ecclesiasticis immediatis à quocunque, quandocunque, aut quomodocunque prætendatur, id validitate, & executione à brachio sæculari impertienda careat.

In quorum autem Ecclesiasticorum bonorum immediatorum Capitulis vtriusque religionis Capitulares, aut Canonici vigore præfati termini certo vtrinque numero admittuntur, Mensesque Papales id temporis in vsu fuerunt. Porro quoque si decedentes Capitulares aut Canonici ex numero Catholicorum definito fuerint, obtineant, atque executioni casu eueniente mandentur, modo Papalis prouiso Capitulis immediatè à Curia Romana, & tempore legitimo insinuetur.

6. Electi, aut Postulati in Archiepiscopos, Episcopos, aut Pielaturas August. Confes. addicti, à S. Cæs. Maiest. postquam intra annum Electionis aut Postulationis fidem fecerint, & iuramento Regalibus sueta feudis præstiterint, absque vlla exceptione inuestiantur, vltraque taxæ ordinariæ summam insuper eiusdem dimidiam pro in feudatione pendant iidem, aut sede vacante Capitula, & quibus administratio cū ijs coniunctim competit, ad vniuersales æquæ, ac particulares Deputationum, visitationum, reuisionum, aliosque Conuentus Imperiales literis solitis euocentur, & suffragij iure fruantur, prout quisque Statuum ante Religionis dissidia eorum iurium particeps fuit.

Quæ verò, & quod personæ ad eiusmodi Conuentus mitti debeant, de eo Præfatis cum Capitulis, & Conuentualibus statuere liberum esto: de Titulis Principum Ecclesiasticorum ex Aug. Conf. conuenit, vt absque tamen præiudicio Status, & Dignitatis Titulis Electorum, aut Postulatorum in Archiepiscopum, Episcopum, Abbatem, Præpositum insigniantur. Sessionem autem in scammo inter Ecclesiasticos, & Sæculares intermedio, & transfuero capiant, quibus à latere assideant in Conuentu

uentu omnium trium Imperij Collegiorum Director Cancellariæ Moguntinensis nomine D. Archiepiscopi Actorum Comitialium generali directione fungens, & Post ipsum Directores Collegij Principum, idemque obseruetur in Senatu Principum collegialiter congregato, à solis istius Collegij actorum directoribus.

7. Quot Capitulares, aut Canonici die prima Ian. Anno 1624. vsquam vel Aug. Confessionis, vel Catholici fuerunt, totidem illic ex vtraque Religione erunt semper, nec decedentibus nisi eiusdem Religionis consortes surrogentur, si verò alicubi iam plures Catholici vel August. Confes. Capitulares aut Canonici beneficia possident, quam Anno 1624. ij quidem supernumerarij beneficia, & præbendas ad vitam retineant, mortuis verò tam diu Catholicis Augustanæ Confes. addicti, & his Catholici succedant, donec redintegratus fuerit vtriusque Religionis Capitularium & Canonorum numerus, qui die 1. Ian. Anno 1624. erat Exercitium verò Religionis in mixtis Episcopopatibus ita restituatur, & permaneat, vbi, & quatenus id Anno 1624. palam receptum permixtumque fuit, neque supradictis omnibus vel eligendo vel præsentando aliterue quicquam detrimenti creetur.

8. Qui Archiepiscopatus, Episcopatus, aut aliæ fundationes atque Bona Ecclesiastica immediata, vel mediata in satisfactionem Regiæ Maiest. Regniq; Sueciæ aut æquivalentem recompensationem indemnitateq; suorum Federatorum amicorū, & interessatorum concesserunt, ex præcedentibus, aut sequentibus grauaminum decisionibus, cæterisve articulis præiudicium nullum sentiant, sed conuentionibus suis peculiaribus infra Articulo de satisfactione specialius non solum quoad Reginam & Coronam Sueciæ, sed etiam quoad æquivalentem aliorum recompensationem, expressis relinquuntur, iisque quibus concessa sunt, inuiolabiliter conferentur.

9. Quæcunque Monasteria, Collegia, Balliuias, Commendas, Tempia, Fundationes, Scholas, Hospitalia aliaque Bona Ecclesiastica mediata, vt, & eorum redditus, iuraque quocunque nomine ea appellata fuerint Aug. Conf. Electores, Principes, Status Anno 1624. die 1. Ian. possederunt, eadem omnia, & singula siue retenta semper, siue restituta, siue vigore huius Transactionis restituenda, ijdem possideant, donec controuersie Religionis amicabili partium compositione vniuersali desiniantur, non attentis exceptionibus siue ante, siue post Transactionem Passauensem, aut Pacem Religiosam reformata, & occupata, aut quod non de vel in Territorio August. Confes. Statuum, vel exempta, vel alijs Statibus iure Suffraganeatus, Diaconatus, aliaque quauis ratione obligata fuisse dicuntur, vnicum, solumque huius Transactionis, restitutionis, obseruantiaque futuræ fundamentum sit die prima Ianuarij Anno 1624. habita possessio, irritis prorsus exceptionibus, quæ ex introducta alicubi locorum exercitio intermixto, vel anterioribus, aut secutis pactis generalibus aut specialibus transactionibus, vel litibus motis, causisve decisis vel etiam decretis, mandatis, rescriptis, paritorijs, reuersalibus, litispendentijs, vel alijs quibuscunque prætextibus, & rationibus desumi possent.

Vbi igitur supradictorum omnium bonorum, eorumq; pertinentium, fructuumve Aug. Conf. Statibus, aliquid quouis modo, aut prætextu siue iudicialiter siue extrajudicialiter à dicto tempore interuersum, aut ademptum est, omninò absque mora, & indistinctè (interque illa specialiter etiam Monasteria, Fundationes, atque Bona Ecclesiastica omnia, & singula à Principe Vvurtembergico Anno 1624. possessa) cum suis pertinentijs, redditibus, & accessionibus vbicunque sitis, vna cum amotis documentis in priorem statum restituantur.

Nec Augustanæ Confessioni addicti posthac in habita, vel recuperata possessione vllò modo turbentur, sed in omni persecutione iuris, & facti perpetuò tuti sint, donec controuersie Religionis compositæ fuerint.

Omnia quoque Monasteria, Fundationes, & fodalitia mediata, quæ die 1. Ianuar. 1624. Catholici realiter possederunt, possideant, & ipsi similiter, vt vt in Augustanæ

Confessionis Statum territorij, & ditionibus ea sita sint, non tamen in alios Religioforum ordines, quam quorum regulis primitus dicata sunt, commutentur, nisi talem Religioforum ordo planè intercederit, tunc enim Magistratui Catholicorum liberum esto ex alio in Germania ante dissidia Religionis exorta visitato ordine novos Religiosos substituere.

In quibuscunque verò Foundationibus, Ecclesijs Collegiatis, Monasterijs, Hospitalibus eiusmodi mediatis Catholici, & Aug. Conf. additi promiscuè vixerunt, videntur etià posthac promiscuè numero prorsus eodem qui die 1. Ian. An. 1624 ibidem repertus fuit, publicum etiam Religionis exercitium idem maneat, quod quouis in loco dicto anno dieq; visitatum fuit, absque vnus vel alterius partis impedimento.

In quibuscunque etià Foundationibus mediatis An. 1624. die 1. Ian. S. Cæs. Mareff. Primarias preces exercuit, exerceat eas, & in posterum, ad modum circa bona immediata superius explicatù; idè planè hic obseruetur de Mensibus Papalibus, quod supra de ijs art. 5. dispositù est; conferant etiam Archiepiscopi, & quibus alijs id iuris competit, beneficia mensium extraordinariorum. Quod si quoque Aug. Conf. additi in eiusmodi bonis Ecclesiasticis mediatis dicto Anno, dieque à Catholicis realiter, plenè vel ex parte concessis, iura præsentandi, visitandi, inspectionis, confirmandi, corrigendi, protectionis, aperturæ, hospitalitatis, seruitiorum, operarum habuerunt, Item Parochus, Præpositos ibi aluerunt, iura ista illis facta, & itaq; maneat. Et si Electiones debito tempore modo ve non fiant, præbendarum vacantium distributio, & collatio in eiusdem religionis personas, cuius decedens fuit, ex iure deuoluto ad eosdem pertineat, modò per hoc in istiusmodi bonis Ecclesiasticis mediatis instituto Catholicæ religionis nihil præiudicetur, & Magistratui Catholicorum Ecclesiastico sua iura ex instituto Ordinis in ipsos religiosos competentia salua, & illibata sint. Quibus etiam si Electiones aut collationes Præbendarum vacantium debito tempore factæ non fuerint, ius deuolutum saluum esto.

Quod ad Oppignorationes Imperiales attinet, cum in Capitulatione Cæsareæ dispositum reperiatur, quod Electus Romanorum Imperator, Electoribus, Principibus, cæterisque Statibus Immediatis Imperij eiusmodi oppignorationes confirmare, atque illos in earundem tranquilla, & quieti possessione defendere, ac manuteneat debeat, conuentum est, hanc dispositionem, donec consensu Electorum, Principum ac Statuum aliter statutum fuerit, obseruandum esse, atque propterea Ciuitati Lindauu, nec non Vveiffenburg in Noricis reddita sorte oppignorationes Imperiales ipsis ademptas illicò, & plenariè restituendas. Quæ verò bona Status Imperij sibi inuicem pignoris iure ante hominis memoriam obligauerant, in ijs reuisioni aliter locus non detur, nisi possessorum exceptiones, & merita causarum sufficienter examinentur.

Quod si bona eiusmodi durante hoc bello, vel absque præuia causæ cognitione, vel non soluta sorte ab aliquo occupata fuerint, vna cum documentis statim plenariè prioribus possessoribus reddantur, & si sententia reuisioni locum concedat, inque rem iudicatam transferit, atque sorte numerata restitutio subsecuta fuerit, Domino quidem directo liberum esse debet, in huiusmodi terras oppignoratas ad se reuerfas, suæ religionis exercitium publicè introducere, incolæ tamen, & subditi migrare, aut suam, quam sub priori possessore huiusmodi Terrarum oppignorarum amplexi fuerant, religionè deserere non cogantur, de publico verò suæ religionis exercitio inter ipsos, & reuientem Dominum directum transigatur.

10. Libera, & Immediata Imperij Nobilitas, omniaque, & singula eius membra vna cum subditis, & bonis suis feudalibus, & allodialibus, nisi fortè in quibusdà locis ratione bonorum, & respectu Territorij vel domicilij alijs Statibus reperiatur subiecti, vigore Pacis Religiosæ, & præsentis conuentionis in iuribus Religionem concernentibus, vel beneficijs inde promanantibus idem ius habeant, quod

quod supradictis Electoribus, Principibus, & Statibus competit, nec in ijs sub quos
cunque prætextu impediatur aut turbentur, turbati vero omnes omnino restituantur
in integrum.

11. Libera Imperij Ciuitates prout omnes atque singulæ sub appellatione Statuum
Imperij non tantum in Pace Religionis, & præfenti eiusdem declaratione, sed
& alias vbique indubitatè continentur, ita, & ex illarum numero ea, in quibus vnica
tantum Religio Anno 1624. in vsu fuit, tam ratione iuris reformandi, quam aliorum
casuum religionem concernentium, in Territorijs suis & respectu subditorum non
minus ac intra muros, & suburbia idem cum reliquis Statibus Imperij Superioribus
ius habeant, adeoque de istis generaliter disposita, & conuenta, de his quoque
dicta, & intellecta sunt, non attento, quod in ijs Ciuitatibus in quibus præter
Augustanæ Confessionis exercitium nullum aliud à Magistratu, & ciuibus iuxta morè,
& statuta cuiusque loci Anno 1624. introductum fuit, aliqui Catholicæ religioni ad-
dicti ciues cominorètur, vel etiam in aliquibus Capitulis, Ecclesijs Collegiatis, Mo-
nasterijs, & Cœnobijs ibidem sitis immediatè vel mediatè Imperio subiectis, inque
eo statu, qui fuit 1. Ian. 1624. deinceps quoque cum Clero intra prædictum termi-
num non introducto, & ciuibus Catholicis pro tempore ibi existentibus tam acti-
uè quam passiuè omnino relinquendis Catholicæ religioni exercitium vigeat; antè
omnia verò ille Ciuitates Imperiales, quæ siue vni, siue vtrique religioni addictæ,
inter has posteriores cum primis Augusta Vindelicorum, itemque Duncckelspila,
Biberacum, Rauensburgum, & Kauffœuta ab Anno 1624. propter religionem vel
bona Ecclesiastica ante vel post Transactionem Passauiensem, & infecutam Pacem
religiosam occupata, & reformata, vel alias intuitu religionis in Politicis quocunq;
modo siue extra, siue iudicialiter aggrauatæ sunt, in eum Statum in quo Calendis
Ianuarij Anni 1624. tam in sacris quam in prophanis fuerunt, non minus ac reliqui
Status Imperij Superiores plenissimè reponantur, inque eo absque vltiori turba-
tione perinde atque illæ, quæ tum temporis adhuc possederunt, aut interea posses-
sionem recuperarunt, vsque ad amicabilem religionum compositionem conseruentur,
neutrique parti alteram de Religionis suæ exercitio publico, Ecclesiæ ritibus, &
cæremonijs deturbare fas sit, sed ciues pacificè, & comiter inuicem cohabitent, li-
berumque Religionis suæ, & bonorum vsum vltro, citroque habeant, cassatis rerum
iudicatarum, & transactionum litispendentiarum alijsque articulo secundo, & nono
enumeratis exceptionibus, saluis tamen ijs quæ Politicorum ratione de Augusta
Vindelicorum, Duncckelspila, Biberaco, & Rauensburgo superius §. 2. dispo-
sita sunt.

12. Quantum deinde ad Comites, Barones, Nobiles, Vassallos, Ciuitates, Funda-
tiones, Monasteria, Cômédas, Communitates, & Subditos Statibus Imperij Imme-
diatis, siue Ecclesiasticis siue Sæcularibus subiectos pertinet, cum eiusmodi Statibus
Immediatis cum iure Territorij, & Superioritatis ex communi per totum Imperium
hactenus vsitata praxi, etiam Ius reformandi Exercitium Religionis competit, ac du-
dum in Pace Religionis talium Statuum subditis, si à religione Domini Territorij
dissentiant, beneficium euigrandi concessum, insuper maioris concordia inter Sta-
tus conferuandæ causa cautum fuerit, quod nemo alienos subditos ad suam religio-
nem pertrahere, eave causa in defensionem, aut protectionem suscipere, illi sine vlla
ratione patrocinari debeat, conuentum est, hoc idem porro quoq; ab vtriusque reli-
gionis Statibus obseruari, nullique Statui immediato, Ius, quod ipsi ratione Territo-
rij & Superioritatis in negotio Religionis competit, impediri oportere.

Hoc tamen non obstante Statuum Catholicorum Landsassij, Vassalli, & subditi
cuiuscunque generis, qui siue publicum, siue priuatum Augustanæ Confessionis
Exercitium Anno 1624. quacunque anni parte, siue certo pacto, aut priuilegio,

sive longo usu, sive sola denique obseruantia, dicti anni habuerunt, retineant id etiam in posterum, vna cum annexis, quatenus illa dicto anno exercuerunt, aut exercita fuisse probare poterunt, cuiusmodi annexa habentur, Institutio Consistoriorum, Ministeriorum, tam Scholasticorum, quam Ecclesiasticorum, Ius Patronatus, aliaque similia iura, nec minus maneant in possessione omnium dicto tempore in potestate eorundem constitutorum Tempiorum, Fundationum, Monasteriorum, Hospitalium cum omnibus pertinentijs, redditibus, & accessionibus; Et hæc omnia semper, & vbique obseruentur eouſque, donec de Religione Christiana, vel vniuersaliter, vel inter Status immediatos, eorumque subditos, mutuo consensu aliter erit conuentum, nec quisquam à quocunq; vlla ratione, aut via turbetur.

Turbati, aut quocunq; modo destituti verò, sine vlla exceptione in eum, quo Anno 1624. fuerant statum, plenariè restituantur, idemque obseruetur ratione subditorum Catholicorum Aug. Confes. Statuum, vbi dicto Anno 1624. vsum, & Exercitium Catholicæ Religionis publicum, aut priuarum habuerunt.

Pacta autem, Transactiones, Conuentiones aut concessiones, quæ inter tales immediatos Imperij Status, eorumque Status Provinciales, & subditos in prædictis, de publico vel etiam priuato Exercitio Religionis introducendo, permittendo, & conseruando, ante hac intercesserunt, initæ, & factæ sunt, eatenus ratæ, & firmæ manent, quatenus obseruantia dicti anni 1624. non aduerſantur, nec ab iisdem, nisi mutuo consensu recedere liceat, non attentis, sed annihilatis omnibus anni 1624. obseruantia, vtpote quæ instar regulæ obtineat, contrarijs latis sententijs, reuersalibus, pactis, quibuscunq; transactionibus; Et inter illa, quæ Episcopus Hildesiensis,

& Duces Braunsuico-Luneburgenses de religione, eiusque Exercitio, Statuum, & subditorum Episcopatus Hildesiensis nonnulli pactis Anno 1643. transfegerunt, Excipiantur verò à dicto termino, & Catholicis referuntur 9. Monasteria in Episcopatu Hildesiensi sita, quibus Duces Brunsvuicenses certi conditionibus eodem anno cesserunt.

Placuit porro vt illi Catholicorum subditi Aug. Confessione addicti, vt, & Catholici Auguſt. Confessionis Statuum subditi, qui Anno 1624. publicum vel etiam priuatum religionis suæ Exercitium nulla anni parte habuerunt, nec non qui post Pacem publicatam deinceps futuro tempore diuersam à Territorij Domino religionem profitebuntur, & amplectentur patienter tolerantur, & conscientia libera domi deuotioni suæ sine inquisitione aut turbatione priuatum vacare, in vicinia verò vbi, & quoties voluerint, publico religionis Exercitio interesse, vel liberos suos exteris suæ religionis scholis aut priuatum domi præceptoribus instituendos committere non prohibeantur, sed eiusmodi Landsassij, Vassalli, & subditi in cæteris officium suum cum debito obsequio, & subiectione adimpleant, nullisque turbationibus ansam præbeant.

Sive autem Catholici sive Aug. Conf. fuerint subditi, nullibi ob religionem despiciantur habeantur, nec à Mercatorum, Opificum aut Tribuum communionem, hæreditatibus, legatis, hospitalibus, leproforiis, eleemosynis, alijsque iuribus aut commercijs, multò minus publicis cæmiterijs honoreque sepulturæ arceantur, aut quicquam pro exhibitione funeris à superstitijs exigatur, præter cuiusque Parochialis Ecclesiæ iura pro demortuis pendi solita, sed in his, & similibus pari cum concibus iure habeantur æquali iustitia, protectioneque tuti.

Quod si verò subditus, qui nec publicum nec priuatum suæ religionis Exercitium Anno 1624. habuit, vel etiam qui post publicatam Pacem Religionem, mutabit, sua sponte migrare voluerit, aut à Territorij Domino iussus fuerit, liberum ei sit, aut retentis bonis, aut alienatis discedere, retenta per ministros ad-

mini-

ministrare, & quoties ratio id postulat, ad res inspiciendas vel prosequendas lites aut debita exigenda liberè, & sine lites commeatus adire.

Conuentum autem est, vt à Territoriorum Dominis, illis subditis, qui neque publicam, neque priuatum Exercitium religionis suæ dicto anno habuerunt, & tamen tempore publicatæ præsentis Pacificationis, in vnus vel alterius religionis Statuum immediatorum ditionibus habitare deprehenduntur, quibus illi etiam annuemandi erunt, qui ob calamitates bellicas euitandas, non tamen animo transferendi domicilium, aliò emigrarunt, & facta pace in patriam redire volunt, terminus non minor quinquennio, illis verò, qui post Pacem publicatam religionem mutant, non minor triennio, nisi tempus magis laxum & spatiosum impetrare potuerint, ad emigrandum præfigatur, neque siue voluntariè, siue coactè emigrantibus, Natiuitatis, ingenuitatis, manumissionis, noti opificij, honestæ vitæ testimonia denegentur, aut ijdem reuersalibus inuitatis, vel decimationibus substantiæ secù exportatæ plus equò extensis prægrauerentur, multò minus spontaneam suspicientibus emigrationem seruitutis aut vllò alio prætextu impedimentum inferatur.

13. Silesij autem Principes Aug. Confessione addicti, Duces scilicet in Brug, Lignitz, Munsterberg & Oeltz, itemque Ciuitas Vratislauenfis in libero suorum ante bellum obtentorum iurium & priuilegiorum, nec non Aug. Conf. Exercitio ex gratia Cæsarea & Regia ipsi concessa manutenebuntur.

Quod verò ad Comites, Barones, Nobiles, eorumque subditos in reliquis Silesiæ Ducatibus, qui immediatè ad Cameram Regiam spectant, tum etiam de præsentis in Austria Inferiori degentes Comites, Barones, Nobiles attinet, quamuis Cæs. Maiestati ius reformandi Exercitium Religionis, non minùs quàm alijs Regibus & Principibus competat, tamen, non quidem ex pacto, iuxta dispositionem præcedentis vers. *Pacta autem, &c.* sed ad interuentionem Regiæ Maiest. Saeciæ, & in gratiam intercedentium Aug. Confess. Statuum permittit, vt eiusmodi Comites, Barones & Nobiles, illorumque in prædictis Silesiæ Ducatibus subditi ob professionem Aug. Conf. loco, aut bonis cedere, aut emigrare non teneantur, nec etiam prohibeantur dictæ Confess. Exercitium in locis vicinis extra territorium frequentare; modò in reliquis tranquillè & pacificè viuant, seque tales præstent, quales erga suum Summum Principem decet. Si verò sua sponte emigrauerint, & bona sua immobilia vendere vel nolint, vel commodè non possint, liber ijs aditus, quoties libererit, rerum suarum inspiciendarum & curandarum causa concessus esto.

Præter hæc autem, quæ supra de dictis Silesiæ Ducatibus, qui immediatè ad Cameram Regiam spectant, disposita sunt, S. Cæs. Maiest. vltèriùs pollicetur, se illis, qui in his Ducatibus Aug. Confess. addicti sunt, pro huius Confessionis Exercitio tres Ecclesias proprijs eorum sumptibus extra Ciuitates Schwveinitz, Iaur, & Glogouiam propè mœnia, locis ad hoc commodis, iussu S. Maiest. designandis, post Pacem coniectam ædificandas, quamprimum id postulauerint, concessuram.

Et cum de maiori Religionis libertate & Exercitio in supradictis & reliquis Cæs. Maiest. & Domus Austriacæ Regni & Prouincijs concedendo in præsentis tractatu variè actum sit, nec tamen ob Cæsareanorum Plenipotentiariorum contradictiones conueniri potuerit, Regia Maiestas Sueciæ, & August. Confess. Ordines facultatem sibi reseruant, eo nomine in proximis Donitijs, aut aliàs apud Sac. Cæs. Maiestatem vltèriùs respectiue interueniendi & intercedendi.

14. A sola qualitate feudali, vel subfeudali, siue à regno Bohemiæ, siue ab Electoribus, Principibus, & Statibus Imperij, siue aliunde procedant, ius reformandi non dependet, sed feuda ista & subfeuda, nec nõ Vasalli, subditi & bona Ecclesiastica in causis Religionis, & quicquid iuris Dominus Feudi prætendat, introduxerit, aut sibi arrogarit, ex statu Anni 1624. die prima Ianuar. perpetuò censeantur, quæ vel iudicialiter vel extraiudicialiter, innouata fuerint, tollantur & in pristinũ statũ restituantur.

Terri-

Territorij iure vel ante vel post terminum Anni 1624. controuerso, donec super petitorio, & possessorio cognoscatur, & decidatur, possessori præfati anni idem ius esto.

Quantum equidem ad publicum Exercitium attinet, subditi verò propter muram interim religionem pendente territorij controuersia, migrare non cogantur.

In ijs locis, vbi Catholici, & Augustanæ Confessionis Status, ex æquo iure Superioritatis fruuntur, tam ratione publici Exercitij, quàm aliarum rerum religionem concernentium, idem Status maneat, qui fuit anno, dieque supradictis.

Sola Criminalis iurisdictio Cent Gericht solumque Ius gladij, & retentionis, Patronatus, filialitatis, neque coniunctim, neque diuisim Ius reformandi tribuant, qui itaque hoc colore reformationis hucusque irrepserunt, pactione int. usa sunt, cassantur, grauati restituuntur, & imposterum ab eiusmodi penitus abstinentur.

15. Ratione reddituum cuiuscunque generis ad bona Ecclesiastica, eorumque possessores pertinentium ante omnia obseruetur id, quod in Religionis Pace §. è contra debeant Confessionis Augustanæ, & postea etiam Religionis Antiquæ ditiones.

Illi verò redditus, cæsus, decimæ, pensiones, quæ vigore iam dictæ Pacis Religionis Statibus Augustanæ Confessionis ob immediatas vel mediatas foundationes Ecclesiastica: ante, vel post Pacem Religiosam acquisitas è Catholicorum prouincijs debentur, quorumq; in possessione, vel quasi percipiendi Anno 1624. die 1. Ianuarij fuerunt, absque vlla exceptione soluantur.

Si alicubi etiam Augustanæ Confessionis Status quædam protectionis, aduocatiæ, aperturæ, hospitacionis, operarum, aut alia iura in Catholicorum Ecclesiasticorum ditionibus & bonis, siue intra, siue extra Territorium sitis, legitimo vsu, aut concessione habuerunt, quemadmodum etiam Catholici Status, si quid eiusmodi ipsis circa Bona Ecclesiastica Augustanæ Confessionis Statibus acquisita comperit, omnes ex æquo iura sua pristina retineant, ita tamen, vt ne per vsum eiusmodi iurium, bonorum Ecclesiasticorum redditus nimium prægrauentur & exhauriantur.

Redditus etiam, nec nõ Decime, Canones & pensiones August. Confess. Statibus foundationibus iam destructis, & collapsis ex alienis territorijs debitæ ijs exsoluantur, qui Anno 1624. die prima Ianuarij in possessione preceptionis, vel quasi fuerunt, quæ verò ab Anno 1624. destructæ fuerunt, aut in futurum concident, earum pensiones, etiam in alienis territorijs Domino destructi Monasterij, seu loci, in quo id situm fuit, exsoluantur; quæ itidem foundatione die prima Ian. Anni 1624. in possessione, vel quasi iuris decimandi è bonis noualibus in alieno Territorio fuerunt, sint etiam imposterum, nihil tamen noui iuris quærantur.

Inter cæteros Status Imperij & subditos id iuris esto, quod ius commune, vel cuiuscunque loci consuetudo, & obseruantia de decimis, & bonis noualibus constituunt, aut per pactiones voluntarias conuentum est.

16. Ius Diœcesanum, & tota Iurisdictio Ecclesiastica cum omnibus suis speciebus contra Augustanæ Confessionis Electores, Principes, Status (comprehensa libera Imperij Nobilitate) eorumque subditos, tam inter Catholicos Augustanæ Confessionis addictos, quam inter ipsos solos Augustanæ Confessionis Status, vsque ad compositionem Christianam dissidij Religionis suspensa esto, & inter terminos Territorij, cuiusque Ius Diœcesanum, & Iurisdictio Ecclesiastica se contineat: Ad consequendos tamen redditus, cæsus, decimas & pensiones in ijs Augustanæ Confessionis Statuum ditionibus, vbi Catholici anno 1624. notoriè in possessione, vel quasi exercitij Iurisdictionis Ecclesiasticæ fuerunt, vtantur eadem posthac quoque,

quoque, sed non nisi in exigendis hinc pensionibus non procedatur ad excommunicationem, nisi post tertiam demum denunciationem Catholicorum. Catholicorum Augustanæ Confessionis addicti Prouinciales & subditi, qui anno 1624. Ecclesiasticam iurisdictionem agnouerunt, in ijs casibus modò dictæ iurisdictioni subsint, qui Augustanam Confessionem nullatenus concernunt, modò ipsis occasione processus nihil iniungatur Augustanæ Confess. vel conscientiæ repugnans. Eodem etiam iure August. Confess. Magistratuum Catholici subditi censeantur, inque hos, qui Anno 1624. publicum Religionis Catholicæ exercitium habuerunt, ius Diocesæsanum, quatenus Episcopi illud dicto anno quiete in eos exercuerunt, saluum esto, in quibus Ciuitatibus verò Imperij mixtæ Religionis exercitium, in vsu est, Catholicis Episcopis contra ciues Augustanæ Confessionis nulla sit Iurisdiction, & Catholicis suo iure iuxta obseruantiam Anni 1624. experiantur.

Vtriusque Religionis Magistratus seuerè & rigorosè prohibeant, ne quisquam publicè, priuatimve concionando, docendo, disputando, scribendo, consulendo, Transactionem Passauiensem, Pacem religiosam, vel hanc imprimis, vel Declarationem, siue Transactionem vsquam impugnet, dubiam faciat, aut assertiones contrarias inde deducere conetur. Quidquid etiam contrarij hæctenus vel editum, vel promulgatum publicatumve fuerit, irritum esto, sed si dubij quid hinc aut aliunde incidat, aut ex causis Pacem religiosam aut hanc transactionem tangentibus resultet, de eo in Comitijs vel alijs Imperij Conuentibus inter vtriusque Religionis Proceres non nisi amicabili ratione transfigatur.

In Conuentibus Deputatorum Imperij ordinarijs, numerus ex vtriusque Religionis Proceribus æquetur. De Personis autem vel Statibus Imperij adiungendis in Comitijs proximis statuatur. In horum Conuentibus, itemque Comitijs vniuersalibus siue ex vno, siue duobus, aut tribus Imperij Collegijs quacunque occasione, aut ad quæcunque negotia deputandi veniant, æquetur Deputatorum numerus ex vtriusque Religionis proceribus, vbi extraordinarijs commissiõibus negotia in Imperio expedienda occurrunt, si res inter Augustanæ Confessionis Status versatur, soli eidem confessioni addicti deputentur, si inter Catholicos soli Catholicis, si inter Catholicos & Augustanæ Confessionis Status, vtriusque Religionis pari numero Commissarij denominentur & ordinentur.

Placuit etiam, vt Commissarij quidem res à se gestas referant, & vota subiungant, instar tamen sententiæ nihil desiniant. In causis Religionis, omnibusque alijs negotijs, vbi Status tanquam vnum corpus considerari nequeunt, vt etiam Catholicis & Augustanæ Confessionibus Statibus in duas partes euntibus, sola amicabile compositio lites dirimat, non attenda votorum pluralitate.

Quod verò ad pluralitatem votorum in materia collectarum attinet, cum res hæc in præsentis congressu decidi non potuerit, ad proxima Comitia remissa esto.

Præterea cum ob enatas ex præsentis bello mutationes & alias causas de Iudicio Camere Imperialis, ad alium vniuersis Imperij Statibus commodiorem locum transferendo, & Iudicem, Præsides, Assessores, & quoscunque Iustitiæ Ministros pares numero vtriusque Religionis præsentando, sicut etiam de reliquis ad Iudicium Camerale spectantibus, quædam in medium allata fuerint, sed in præsentis congressu, ob negotij grauitatem non tam plenè expediri queant, in proximè indicendis Comitijs de his omnibus agi & conueniri, deliberationesque de reformatione Iustitiæ in Imperio, in Deputatorum Imperij Conuentu Francofurtensi habitæ effectum dari, & si quæ in his desiderari videntur suppleri, & emendari debere conuentum est.

Ne tamen res hæc proflus in incerto maneat, placuit præter Iudicem & quatuor

tuor Præfides, & quidem Duos horum ex Augustana Confessione à sola Cæsarea Maieftate constituendos, numerum Assessorum Cameralium ad quinquaginta in vniuersum adaugeri, itavt Catholici computatis duobus Assessoribus Imperatoris præsentationi referuatis viginti sex, Augustanz Confessionis Status viginti quatuor Assessores præsentare possint, & teneantur, atque ex singulis Circulis mixtæ Religionis non tantum duos Catholicos, sed etiam binos Augustanz Confessioni addictos assumere, & eligere fas sit; Cæteris ad Iudicium Camerale pertinentibus, vt dictum est ad proxima Comitia reiectis. Ac proinde Circuli de præsentandis maturè in locum demortuorum nouis ad Camerale Iudicium Assessoribus secundum schema subsequens admoncantur, Catholici etiam suo tempore de ordine præsentandi conuenient; Cæsareaque Maieftas mandabit, vt non solum in isto Iudicio Camerali causæ Ecclesiasticæ vt & Politicæ inter Catholicos, & Augustanz Confessionis Status, vel inter hos solos vertentes, vel etiam quando Catholicis contra Catholicos Status litigantibus tertius interueniens Augustanz Confessionis Status erit, & vicissim quando Augustanz Confessionis Status contra eiusdem Confessionis Status litigantibus tertius interueniens erit Catholicus, adlectis ex vtraque religione pari numero Assessoribus discutiantur, & iudicentur; sed idem etiam in Iudicio Aulico obseruetur, huicque fini aliquot Augustanz Confessionis doctos & rerum Imperij peritos viros ex ijs Imperij Circulis, vbi vel sola Augustana vel simul etiam Catholica viget religio, adsciscat, eo quidem numero, vt eueniente casu paritas iudicantium ex vtraque Religione Assessorum obseruari possit. Idem etiam quoad paritatem Assessorum obseruetur, quoties Augustanz Confessionis Status immediatus à mediato Catholico, vel immediatus Catholicus à mediato Augustanz Confessionis Statu iudicio conuenitur.

Quoad processum Iudicarium ordinatio Cameræ Imperialis etiam in Iudicio Aulico seruabitur per omnia, tum vt ne partes ibidem litigantes omni remedio suspensiuo destituantur, loco reuisionis in Camera vfitato licitum esto parti grauatz à sententia in Iudicio Aulico lata ad Cæsaream Maieftatem supplicare, & acta iudicialia denuò adhibitis alijs grauitati negotij paribus, neutrique partium addictis ex vtraque Religione æquali numero Consiliariis, & qui concipiendæ & ferendæ priori sententiæ non interfuerint, aut certè referentium, & conferentium, partes non sustinuerint, reuideantur, liberumque sit Sux Maieftati in causis maioribus, & vnde tumultus in Imperio timeri possent, insuper etiam quorundam vtriusque Religionis Electorum & Principum sententias & vota require re.

Visitatio Consilij Aulici fiat ab Electore Moguntino toties quoties opus fuerit, obseruatis iis, quæ in proximis Comitiiis de communi Statuum placito obseruanda esse videbuntur. Si quæ verò dubia circa interpretationem. Constitutionum, & recessuum Imperij publicorum occurrunt, aut in diiudicandis causis Ecclesiasticis, & Politicis inter partes supra expressas vertentibus ex paritate Assessorum vtriusque Religionis, postquam in pleno etiam Senatu, pari tam en semper vtrinque iudicantium numero examinatz fuerint, contrariæ oriuntur sententiæ, Catholicis quidem in vnam Augustanz verò Confessionis Assessoribus in aliam abeuntibus, remittuntur ad Comitia Imperij vniuersalia, sin autem duo pluresve Catholici cum vno aut altero Augustanz Confessionis Assessore, & vicissim, vnam, reliqui verò totidem numero, quamuis Religione dispares alteram amplexi fuerint sententiam, indeque contrarietas oriatur, hoc casu iuxta ordinationem Cameræ lis terminabitur, & posteriori remissione ad Comitia cessante.

Et hæc omnia in causis Statuum, comprehensa Immediata Impetij Nobilitate; siue actores illi siue rei, siue interuenientes fuerint, obseruentur, si verò inter mediatos, vel actor, vel reus vel tertius interueniens fuerint Augustanz Confessionis, & paritatem iudicantium ex vtriusque Religionis Assessoribus postulauerit, adhi-

adhibeantur pares, eueniente autem tum votorum paritate cesset remissio ad Comiticia, & lis iuxta ordinationem Camerae terminetur.

Cætera in Aulico non minus, quam in Camerae Imperialis Iudicio Priuilegium primæ Instantiæ, Auftegarum, Iura, & Priuilegia de non appellando Statibus Imperij illibata sunt, nec per mandata, aut commissiones, aut auocationes, aut quouis alio modo turbentur.

Denique cum etiam de abolendis Curia Rotueilæ, Iudicijs Prouincialibus Suediæ, & alijs hinc inde per Imperium hæctenus vsitatis mentio iniecta fuerit, resque hæc grauioris vis sit momenti, de his quoque vltior deliberatio ad proxima Comiticia remissa esto.

O R D I N A R I I.

<i>Saxoniæ</i>)	6.
<i>Brandeburgi</i>		
<i>Palatinatus</i>		

C I R C V L I.

<i>Franconiæ</i>	2)	; alternando per Circulos.
<i>Suediæ</i>	2		
<i>Rheni Superioris</i>	2		
<i>Vestphaliæ</i>	2		
<i>Saxoniæ Superioris</i>	4)	; alternando per Circulos.
<i>Saxoniæ Inferioris</i>	4		

Et quamuis sub schemate nulla fiat mentio Statuum Imperij Augustanæ Confessionis, qui sub Circulo Bauarico comprehenduntur, nihil tamen ex eo ipsis præiudicetur, & salua maneant horum Iura, Priuilegia, & libertates.

Actum Osnaburgi 24. Martij, Anno 1648.

<i>Ioannes Crane.</i>	<i>Ioannes Adlerus Saluius.</i>
<i>Nicolaus Georgius Reigerspergers.</i>	<i>Pandolphus Conradus de Tumbshirn.</i>

Sublatis igitur maioribus rerum difficultatibus, quæ pacem diutius remoraturæ videbantur; tantum non æternæ induciæ panguntur? & iam Batavi summo omnium ordinum, atque insularum assensu, præter vnam, aut alterum, quæ aliquandiu cæteris oblectatæ tandem manum dederunt; vel contra feruidis studijs nitentibus Gallis, pacem cum Hispano Rege composita, reductis in patriam agminibus, à bello quiescunt: ne Galli gens iniquies, & ferox, immodicis eorum votis aspirante fortuna, eò potentiæ, ac virium excedant: vt sibi quoque graues aliquando futuri sint; cum munitiores in Belgio arces bello domitas teneant: in Batavos etiam ex occasione classibus transfusiuri. Hoc fortasse poterit Gallos quietem perosos ad pacem amplectendam proclinare: cum subductis Batavorum auxilijs, Hispanorum viribus impares iam Corteriaci vrbs amissione succumbant. Verum dum à coactis Monasterij bellantium Principum Conquistitoribus

de

de pace constituenda sollicita cura verborum contentione laboratur: copiarum duces belli ferro decernunt. Vragelius siquidem sociatis cum Gallo viribus, admotis propè Vindeliciam agminibus iussit Konigsmarchum, & Iuuenem Cattorum Principem Bauaras copias citra Lichum tendentes inuadere. Illi hostium castra feroci impetu aggressi superatis post diuturnam atrocemque pugnam aggeribus, in median hostilem aciem inuecti obujs quibusque trucidatis; atque impedimentis, cum bellico apparatu direptis, Bauaros vltra Lichum fugere compulerunt. Milanderus copiatum ductor, dum suorum saluti stipatus aliquot fortiorum militum globo consulere tētat: maioris sclopi glande in incertum contorta percussus paulò post mortalitatem expleuit. Ducis casu territæ copię instante ferocius hoste, transmissio Licho, se in aduerso litore munierunt: vt Suecos transitu intercluderent. Verum illi flumine, nequicquam litora Bauaro propugnante, trajecto, hoste iterum pulso, in Vindeliciam copijs effusis omnia fœdissimè populantur. Huius cladis infortuio Dux Bauarus valde commotus maiores copiarum duces, & centuriones vel ignauix, vel perfidix reos trahi iussit in vincula, haberique de eorum errato quæstionem; quòd numero validiores hostem Lichum amnem tranare passi sint. Credo Inferos manes totis conatibus pacis negotia discutere: vel Superos Christiani orbis scelera auersatos hostium fortunare consilia: ne pax optata sanciat: cum iam quatuor annos, paucis rebus exceptis, inter partium Legatos, & Conquistores nihil potuerit conueniri. Ovtinam Deus eam mentem conquistoribus daret; vt æquis conditionibus contenti, petitionum iniquitate damnata, pacem ex composito inirent: quo, pactis æternis inducjs compressique bellorum tumultibus, quibus Christiani Principes mutuis vulneribus conciduntur; vniuersęque prouinciæ miserè lacerantur, in vnum Thracem Regem sæuisimam orientis feram, excidium Christiani nominis anhelantem, iamque totum terrarum orbem immanibus votis, & faucibus deuorare cupientem veterana arma conuertrent; certe in ea bellua conficienda Christianorum virtus alacrius dimicans claresceret magis, ipsamque tot validis armis impetitam iniquissimo bello lacesse Christianos populos pæniteret.

TOTIVS OPERIS FINIS.

GERMANIÆ GENTIVM,
 LOCORVM, VRBIVM,
 FLVMINVM

*Recentia nomina suis Latinis antiquis nominibus reddita;
 de quibus in hoc Opere incidit mentio.*

A

A Lifum
 Allobroges
 Altilia
 Alutrenses
 Amisus
 Argentuaria
 Aræ Flauia
 Afcalingium
 Asciburgium
 Attrebates
 Augusta Vindelicorum

Harlprun
 Delfinato, e Sauoia
 Altemburg
 Lodron
 Ems fluuius
 Colmar
 Norlingen
 Hildesheim
 Emerich
 Artois
 Aufpurg

B

B Acchi Aræ
 Bancona
 Benfelda
 Bergizomum
 Bibacum
 Bicurgium

Biberach
 Oppenheim
 Benfeldt
 Berg
 Bibrach
 Erfurd

Boni-

Bonicium, & Sundis
 Brisiacus
 Brisigau
 Budifina

Sund. di Pomerania
 Brisac
 Brisgouia
 Budifin

C

C Ambodunum
 Cardabianca
 Calegia
 Carea
 Catti
 Cherufci
 Cliuix ducatus
 Consuanethes
 Colberga
 Crempena
 Cruciniacum
 Curia
 Cygnea

Munchen
 Friburg
 Vuittemberg
 Chirasc
 Hassi
 Misnia
 Ducato di Cleues
 Landshut
 Colberg
 Crempen
 Crucenach
 Coira
 Zuicauu

D

D Vrlacum
 Diuodurū, & villa Theonis Theonuille
 Duderstada
 Drufomagus

Durlach
 Durstad
 Meminghen

E

E Burones
 Eburum
 Edelberga
 Ecetinga
 Engolisma
 Ezilinga

Liege
 Olmuz
 Heidelberg
 Essingen
 Angolem
 Eslingen

Fran-

F Rancofordia
& Helenopolis
Freiberga

F Francfordt
Friberg

G Ambriuij, & Hamburgū
Ganodurum
Gefodunum
Gefforiacum
Gorlitzium
Graiacum, & Græcium
Griffenhaga

G Hamburg
Lauffenburg
Saltzburg
Grauelinga
Gorlitz
Gratz
Griffenhagen

H Agenoia
Halla
Hannouia
Helmestadium
Heluetum
Hormiæ Aquæ
Hilara

H Haghenu
Hall
Henault
Helmstad
Selestad
Bormio
Iler fluuius

I Nglostadium
Iouiacum
Ilinga

I Ingolstad
Saltzburg
Lignitz

L Auiacum
Landsperga
Licus
Liburni
Lencia
Lindauia

L Lauffen
Landsperg
Lecco fluuius
Croati
Linz
Lindò
Ccc Lippe-

Lippeftadium
Littomeritium
Locoritum
Lubecum
Lugidunum
Lupia
Luititij

M Ansfeldia
Marcomani
Medelicum
Magetrobia
Merania
Megalopolis
Menapij
Metæ
Melocabus
Mindenum
Mocontiacum
Monasterium
Monetium
Munitium

N Aulochi
Nabe
Neuefium
Neoburgum
Neuomagus
Neumburgum
Neuodurum, & Niuernium
Nicer

Lipftatd
Laimeritz
Forcheim
Lubeca
Glogau
Lippa fluuius
Lufatia

M

Mansfeldt
Morauia
Melch
Monbegliard
Voitlandt
Mechelburg
Gugliers
Metz
Cobrerger
Minden
Magonza
Munfter
Marfburg
Gottingen

N

Cofacchi
Nera fluuius
Nuys
Nemburg
Odenheim
Nimburg
Niuers
Necar fluuius

Nor-

Northemium, & Segodunum Norheim
Noriberga
Nyssa
Nurnberg
Nifs' in Quadis

O

O Enipons
Oenus
Obrincus
Offenburgum
Ispruch
Eno fluuius
Mosella fluuius
Offenburg

P

P Adeborna
Pannonij
Pheugarum
Pillena
Perlinum
Padelborn
Ongari
Halberstad
Pilsen
Perlin

R

R Atiboria
Ratispona
Rigiacum
Rostochium, & Rhodopolis
Rotenburgum
Rotuilla
Rothomagus
Ratibor
Ratisbona
Arras
Rostoch
Rotenburg
Rotuuil
Roan

S

S Armatae
Selestadium
Sequani
Stetinum
Sundium
Stereontium
Suuinfordia
Sunici
Polachi
Schlestad
Borgognoni
Stetin
Straelsfunt
Cassel
Schuufurdt
Zons

T

Taborium
 Tarodunum
 Teuderium
 Tigurini
 Traiectum
 Tulisurgium
 Triboces

Tabor
 Dormstad
 Padelborn
 Zuric
 Mastric
 Bransuic
 Alsaria

V

Viritium
 Visontium
 Viringui
 Viadrus
 Visurgis
 Volgastum
 Vormatia
 Volfempytum
 Vuessalia

Gripsualdt
 Befanzon
 Vuittemberg
 Odera flumen
 Vuesser flumen
 Volgast
 Vorms
 Volfempitet
 Vesel



INDEX



INDEX

RERVM MEMORABILIVM

Quæ in hoc Opere continentur.

Numerus Paginam notat.

A



- AGRESTIVM** querela, fuge tumultus pag. 20. 21. 23.
- Aiducorum** cohortes Cæsaris se adiungunt. 64.
- Albis fluvius.** 4
- Aldobrandinus** prior in Suecos inuehitur. 398. Capitur à Succis, & liberatur. *ibid.*
- Aldringhenus** vulneratur. 327. Hornum persequitur. 457. Vinmarienses anteuertit. 466. Valstaino obedire recusat. 509. Bibacum inuadit, & capit. 510. cum Duce Feria varia oppida expugnat. 511. Kinzingam subit & deserit. 512
- Aichum** incendio absumitur. 582
- Aldringheni,** & **Picolomnei** decretum. 541
- Aldringhenus** occiditur, & eius doctes. 583
- Allobrogum Dux,** & **Cordubësis Hispanum Regem** ad Mantuanum bellum sollicitant. 178
- Alloquium** Tubicinis ad comitem Gratzium. 470. Militis ad Sco-
- uemburgi comitem** alloquium. 524
- Alisum** Hailphum. 74
- Alsatia** à Mansfeldio, & Halberstato diripitur. 81
- Alsatia** quondam Triboces. 78
- Agrestium** querelæ fuga, tumultus. 20 21. 23
- Alutrenses,** Lodion. 95
- Amulorum** Fridlandi insidiæ. 536
- Amburgenses** contra Regem Danum. 207
- Amoneburgum** tentatur ab Halberstato. 67. Eius militaris astus. *ibid.*
- Amilthonus** Dux Sueci Regis indignatur Imperium. 253
- Anglorum** Regis legatio ad Cæsarem. *ibidem.*
- Anglus** Rex de pace agit. *ibid.*
- Anglorum** bellici apparatus. 113
- Angli** Regis filius in Hispaniam proficiscitur. 97
- Anglici** consilij decretum. 114
- Angli** Regis subsidia Sueco Regi transmissa. *ibid.*
- Anhaltinus** Princeps Cæsareos lacessit ad pugnam & eius virtus. 20
- Anholi** comes contra Halberstatum. 68

Ccc 3 Anhol-

Anboltus Hoestam urbem obsidet
 & expugnat. 79. Niemburgum capit
 & Videmburgam. 122
Anguinus Dux ad Bauarica castra
 inuadenda contendit. 700. à Bauaris
 repellitur. *ibid.* Nerolingam ten-
 tat 706. Cum ea urbe fœdus init.
 707
Alisum oppugnat. *ibid.* Obsidionem
 soluit. *ibid.*
Archidux Carolus Casari fratri suo
 auxilia submittit. 10
Archiducis fuga. 689
Arnhaimius Sundio insidiatur. 153.
 Pragam festinat. 290. Illam obtinet
 291. Eius solertia. 378. Vita defun-
 gitur. 661
Argentuarina in Sueci Regis potesta-
 tem venit 334
Argentuarina Colmar. 159. Saxonum
 copijs præficitur. 391. In Quados
 monet, Zittam obsidet. *ibid.* Lug-
 dunum expugnat. *ibid.*
Arcana ducibus tegenda. 568
Arx Presbiteri biretum à Casareis
 obsidetur & capitur. 90
Ascalingium Suecis cedit. 565
Astiochi descriptio. 14
Augusta urbis in Suecos propensio.
 324
Auxilia Ferdinando Casari missa. 9
Austriaci hæretici, & Catholici dissi-
 dent. 10
Austriæ populi ab Imperatore rebel-
 lant *ibid.*
Austriacos elementa iuuant. 88
Auxilia in Belgium ab Imperatore
 missa. 115
Austriorum pietas. 153
Augusta Casareum præsidium repu-
 diat. 364 Se Sueco Regi offert. 368
 Eius protestantium ciuium auda-
 cia. 369

Augusta anagrammatismus. 380
Austriorum latitia de Sueci Regis
 morte. 441
Austriorum querelæ de Heluetijs. 501
Auxilia constantiam mittuntur. 501
Austriorum spes reuiseoit. 611
Augusta urbis angustia. 613. Casare-
 rei cedit. 614. Eius propugnato-
 rum strenuitas. 712
Austriaci Magetrobiam oppugnant.
 622
Anglum Regem sibi addere cupiunt.
 625
Augusta urbis propugnantium vir-
 tus. 712
Aulicorum de Picolomineo querelæ.
 686

B

BAdensis Marchionis infortu-
 nium. 373
Bairetum a Casareis euertitur. 412
Bamberga capitur à Suecis. 315
Bambergensis Antistitis fuga. *ibid.*
Bamberga deditur Suecis. 353
Bambergenses ciues insidias Suecis
 comparant. 354
Bannerius Pappenhaimium insequi-
 tur. 315
Bannerius Francofordiam oppugnat.
 575. Magdeburgum munit. 624.
 Eius animositas. 630. In Megalo-
 polim recedit. 633. Eius irritus co-
 natus. 633. Trepidus receptus. 635.
 Eius tentamenta. 647. In Turin-
 giam ingreditur. 648. Casareos ag-
 greditur *ibid.* Gallos, & Vinma-
 riëses in auxilium vocat. 656. Eius
 incuria. 657. Mirabilis bellica pe-
 ritia. 659. Receptus, & fuga. *ibid.*
 Febri corripitur. 660. Diem obit.
 661
Bancona deditur Spinula. 29
 Ban-

- Banconi Oppenheim.** 79
Bataui subsidia Palatino submitunt. 23
Bauarus Dux Fæderatorum exercitus imperator. 11. *Eius laus.* 31
Bellica gesta. ibid. Rebelles Austriacos domat. ibid. Tampierio Auxilia mittit. *ibid.*
Bohemiam inuadit. *ibid.*
Banarus, & Bucquinius iunguntur. 39
Bauari Pragam versus tendunt. 49.
Pugnant decerunt. 43. *Eorum victoria.* 44
Bauarus Dux triumphans à suis excipitur. 47
Bayari inuuantur à milite proditore. 88
Bauarus Dux Elector creatur. 96. *Augustam usurpat.* 325. *Eius preces ad Casarem, & Fridlandum.* 329. *Eius indignatio quod Valstainus Casareis copijs præficiatur.* 331. *De inuadendo Sueco Rege consilium.* 378. *Timor de Sueci Regis felicitate.* 373. *Exercitus numerus, & ordo* 381. *Valstainum auersatur.* 411. *Eius ad præfectum Ratispona litera.* 517. *Clementia* 524. *Auxilia à Fridlando petit.* 530. *Casaris filiam ducit uxorem.* 625. *Cum Gallis, & Suecis pangit inducias.* 715. *Mox easdem cum Coloniensi Electore fratre suo easdem abrumpit.* 722. *Cum Tillio contra Mansfeldium.* 62. *à Mansfeldio deceptus.* *ibid.*
Bauari caduntur à rusticis. 128. *Fugiunt, & eorum clades.* 327. *Ex vrbe Augusta discedunt.* 370 *Occupant Ratisponam.* 371. *Rainam recipiunt.* 412. *In arma consurgunt.* 451. *Rainæ insidias moliantur.* 463. *Contra Suecos vadunt.* 465. *Naumburgo pelluntur.* 475. *Suecos inuadunt.* 564. *Viltzburgo succedunt. ibidem*
Vberlingam oppugnant. 698
Baudisini mirabilis receptus. 408
Baudius Coloniensem agrum inuadit. 420. *Antennachum tormentis pulsat.* 421. *à Coloniensibus diffidet:* 447. *Tarzum oppugnat.* 448
Bensfelda urbis descriptio. 405. *Eius oppugnationis difficultas. ibid* *Præfecti constantia.* 405
Bensfelda iterum oppugnat ab Horno 419
Bensfeldiami de deditone transigunt: 420
Bellum à Suecis decernitur in Austriacos. 465
Belli Mantuani speciosi tituli. 138
Bellum Dacicum, & Turcicum sedatur. 140
Berga comes Iuliacum obsidet. 71
Bergizomum, Berges. 83
Bethlenus Gabriel Pannoniæ Rex creatur. 37
Bicurgium, Erfurt deditur Sueco. 274
Biemini Manerba Brixiani bellicum facinus. 295
Birchensfeldius Landspergam recipit. 419
Bibachi portentum visum. 463
Bohemia contumacia. 3
Bohemia descriptio. 4. *Opulentia. ibid.*
Bobemi rebellant. 6. *Eorum facinus. ibid.* *Cum Marcomanis, & Quadis conspirant.* 7. *Palatinum Rheni suum regem creant. ibid.* *Pro diuorum simulaeris pugnant* 14. *Eorum tres eodem tempore reges.* 22
Bobemi duces se contra Casareos instruunt. 24. *Eorum aduentus.* 21. *Apparatus.* 36. *Fuga, & clades.* 44. *Fugam Regis impedire conantur.* 46. *Exarantur à Bauaro.* 47
Bobemici belli reliquia. 56
Bobemi nouem, & viginti capite,

- Pleſtuntur in foro. 58
 Brandeburgi Elektor agrè cum Sueco
 Rege conſentit. 242. Fœdus cum
 Sueco Rege percipit. 243. Sua re-
 poſcit oppida. 245. Principes fœ-
 minas ad Suecum Regem legat. ib.
 Cum Sueco Rege pacem conciliat.
 ibid. Eius editum. 474. A neu-
 tris ſtat. 678
 irigantinus lacus. 153
 3rigæ urbis propugnantium virtus.
 683
 Briſiaci urbis deſcriptio. 496
 Briſiaci præſidij auſus inanis. 453
 Bucquouis cum rebellibus pugnat. 6.
 Cum Mansfeldio decertat. 19
 Bohemiam aggreditur. ibid. Mansfel-
 dianos acie fundit. 20. Varij eius
 profeſtus. 22. Dacum perſequitur,
 & ei prædam adimit. 11. Eius ora-
 tio. 42. Varias vrbes in deditio-
 nem accipit. 49. In Pannoniam du-
 cit exercitum. 50. Iterum eam in-
 nadit. 52. Toſonium occupat. ibid.
 Sitenauum expugnat. 53. Caſtrum
 nouum ſubit. ibid. Eius periculum.
 ibid. Animoſitas. 54. Interitus,
 & laudes. ibid. De eius morte do-
 lor exercitus. ibid.
 Budiani ſeuitia. 64
 Bunzam urbem inuadit. ibid. Edem-
 burgum expugnat. ibid.
- C
- C** Aluinus à Luthero diſſidet. 8
 Capuccinorum Patrū laus. 433
 Carolus V rebelles domat. 3
 Carolus dux Niuernenſis in Italiam
 venit. 175
 Cardinalis Cleſſelius Fridlandum vel-
 licat. 171
 Carea Chiraſc. 189
 Cardinalis Infans in Germaniam mo-
 uet. 586. Rogatur vt cum Auſtria-
 cis ſua arma coniungat. ibid. A Pã-
 noniæ rege accerſitur. 588. ab eodem
 rege inuiſitur. 593. In Nerolingæ
 pugna. 601
 Cardabianca deditur Bauaris. 700.
 Caro'i ducis Lotharingi voluntatis de-
 cretum. 490. Suo fratri Lotharin-
 giam cedit. ibid.
 Catholica Religionis vtilitas. 3
 Catholicorum, & Hæreſicorum diſſi-
 dium in Auſtria. 10
 Conuentus, & quid in eo decretum. 12
 Conuentus duo, & eorum decreta. 51
 Catholicorum principum gratulatio
 pro viſſo Halberſtato. 104
 Catholicorum trepidatio. 301
 Catholici obſeſſæ Hameliæ ſubſidio ſe-
 ſtinant. 459. Eorum ſpes. 468
 Catholici Ratiſpona excedere iubentur
 à Suecis. 519
 Catholici Regis miniſtri Valſtano in-
 ſenſi. 531
 Cattorum prouinciæ fertilitas. 248
 Catti cur contra Cæſareos bellant. ibid.
 Fuccari minas ſpernunt. 254
 Cattorū Landgrāuius ſuis auxilio ve-
 nit 254. Eius res geſtæ. 273
 Crudelitas & impetus. ibid.
 Catti à Cæſareis conciduntur. 390.
 Seiuncto exercitu bellant & varij
 eorum progreſſus. 457
 Catti Monetium oppugnant & capi-
 unt. 708 & 709.
 Cattorum Landgrāuij bellici conatus.
 283. Eius de Cæſare querelæ. 284.
 Poſtulatorum acerbitas. ibid.
 Eius in arma profeſtus. 315
 Cæſar in perduelles bellum parat. 14.
 Ad principum Proteſtantium con-
 uentum oratores miſſit. 12. Diem
 perduellibus præſcribit. 26. Turca-
 rum

rum auxilia repudiat. 25. Eius solitudo. 26. Bellū in Dacos parat. 52. Eius responsio ad Anglum legatum 63. Mandata à Tillio exposita. 65. In Pannoniā proficiscitur. 82. Eius ad Electores responsio. 93. Se contra Dacum instruit. 110. Frustra rusticos pacare conatur. 123. Eius editum in Hereticos. 142. & 151. Pragam proficiscitur 151. Valstainum Megalopolis, & Fridlandie ducatus donatum inter imperij principes numerat. 152. Eius Decretum de militibus alendis. 171. Inuitus Mantuanum bellum suscipit. 178. Iratus cōtra Niuernensem ducem exercitum in Italiam mittit. 180. Eius ad Saxonem Ducem monita. 198. Ad Philippum Landgrauium responsio 172. Literæ ad Suecum Regem ibid Ad suos duces mandata. 202. Eius rerum difficultas. 277. Error in exarmando imperio. 287

Clementia. 314. Responsio ad Bauarū legatum. 334 Fridlando petita concedit. 338. Inanis ad Sarmatā Regem legatio. 339

Constantia. 340. Auxilia ab omnibus Italiæ principibus implorat. 341. Eius pietas. 441. Iubet Aldringhenum cum Cæsare sua arma coniungere. 509. Eius dubius animus de Fridlandi fide. 534. Consilium de eo exauthorando. ibid. Patrem Capucinum ad Fridlandum legat. ibid. De Fridlandi perfidia monetur. 545. Eius mandata Egram perferuntur contra Valstainum 544 Sententia de Valstaini crimine. 549. Frustra auxilia à Romano Pontifice implorat. 624. Ad Ratisponam ad comitia proficiscitur. 631. Pragam con-

tendit. 648 Danum regem in Suecos immittit 693. Praga Viennam redit eamque munit. 705. Eius cōstantia & indignatio. 716. Pietas simulacrum aureum Deiparæ Virgini dedicantiſ 717. Frustra Egram subsidio tendit. 719 Eius progressus, & discrimen. 720

Cæsarei cum Ragozzio pugnant. 11. Niclauburgum subsidio festinant. 17. Bohemos fugant. 19. Eisdem cadunt. 21. Pragam terrent. ibid Hostes affligunt. 23. Augentur numero. 28

à Castri noui obsidione discedunt. 55. Franchentaliam oppugnant. 65. Halberstatum persequuntur. 80. Manhemium inuadunt 87. Hanberſtato instant. 102. Mansfeldianos urgent. 109. Funduntur à rusticis 129. Eorum exercitus ordo. 130. Eum hostibus velicantur. 139. Eisdem struunt insidias. ibid. à Mansfeldianis victi mox vincunt. 140. Vinmarienses superant acie. 145. Caduntur à Sundry ciuibus. 155. Et ab obsidione discedunt. ibid. Eorum de Dano Rege victoria. 157. Rostochium occupant. ibid. Eorum felicitas. 158. Responſa ad Danſ Regis proposita. 159. Magdeburgi Administratorem intercipere conantur. 205. Pasbaldum urbem aggreſſiuntur, & recipiunt. 208. 209. Griffenhagenum deserūt. 216. Presterum oppugnāt, & euertunt. 222. Cum Suecis velitantur 244. Eorum ignauia. 247. Lipsiam deserunt. 272. Ad Suecica signa transfugiunt. ibi. Hispanos subsidia rogant. 277. Angli regis preces contemnunt. ibidem. Saxonem Ducem irritant. 281. De eodem conciliando cogitant. ibid. à Phuc.

- à Pheugari obsidione discedūt. 283.
 Vbiq̄ue à Succis cęduntur, & fu-
 gantur. *ibid.* Eorum ad omnes prin-
 cipes monita. 286. Fugiunt Dona-
 uerta. 322. Arma Saxoni Duci in-
 ferunt. 359. Plura oppida muniunt.
 364. Prope Heluetios fines. *ibid.*
 Cum Bauaris arma coniungunt. 382
 Eorum exercitus numerus. 384. A
 Sueco Rege recedunt. 397. Vratif-
 lauenses de societate interpellant.
 404. A Succis cęsi. *ibid.*
 Cheruscos omni belli clade deuastant.
ibid. Ab Arnheimio premuntur.
 406. Pontem abscindunt. *ibid.* Eo-
 rum de inuadendo Baudissimo se-
 cretum. 408. Volfempyto succe-
 dunt. *ib.* Melocabum oppugnāt. 411
 Castra locant. 422. Lipsia discedunt.
 414. Bellum instaurant. 451. A
 Succis cęduntur. 452. Funduntur.
 454. A Succis fugantur. 462. Eo-
 rum clades. *ibid.* Iterum à Succis
 cęduntur. 484. Amissa recuperant
 in Alsatia. 476. Insidijs excepti
 trucidantur. *ibid.* Italiam petunt.
 495. De inuendis Virtinguis co-
 gitant. 523. Ab arcis Vratislauia
 discedere statuunt. 529. Improuisi
 Cattos inuadunt 566. Vsfalum in-
 tercipiunt. *ibid.* Ratisponam oppu-
 gnant. 578
 Cum Succis velitantur. *ibid.*
 Commeatum penuria laborant. *ibid.*
 Ruinas Ratisponę aggrediuntur.
 579. De ruinis deturbantur. *ibid.*
 Eorum timor, & Suecorū spes. *ib.*
 Ad Kalchaimū oppugnādū tendūt.
ibid. Hostium commeatus intercipi-
 unt. 581. In Saxones erumpunt.
 582. Lacesuntur ad pugnam à
 Saxonibus. *ibid.* Eorum discrimen.
 595. Se inuicem ad pugnam in-
- flammant. 597
 Collis fastigium muniunt. *ibid.* Suecos
 adorinuntur. 610. Fugantur. *ibid.*
 Chinzingam recipiunt. 611. Eorum
 cura de Galli Regis potentia. *ibid.*
 Kaiserlatenum expugnāt. 626. Du-
 bitant an inuadendus sit hostis in
 castris. 642. Vinmarienses aggre-
 diuntur. *ibid.* Eiciuntur extra ca-
 stra à Vinmariensibus. *ibid.* Brisia-
 ci subsidium tentant. 643. Eorum
 utile de subueniendo Brisiano consi-
 lium. 644. Brisiano recedunt. *ibid.*
 Iterum Brisiano subuenire frustra
 conantur. 646. Suecos oppugnant,
 & opprimunt. 657. Se recipiunt.
 660. Eorum error in persequendo
 Bannerio. *ibid.* Contra hostem va-
 dunt. 679. Eorum exercitus præ-
 marij duces. 681. De bellicis re-
 bus consultant. 682
 Contra Suecos procedunt ad Brigant
 urbem liberandam. 683. Propius
 urbem accedunt. *ibid.* Dubitant an
 Sueci inuadendi sint. 684. Lugidu-
 num urgent. 685. Suecos ad pu-
 gnā lacesunt 686. A Lugiduni.
 obsidione discedunt. *ibid.* Suecos
 inuadunt. 687. Eorum exercitus
 ordo. 688. Fugantur. *ibid.* Ab
 Eburi obsidione pelluntur. 693
 Crempsam obsident, & obtinent. 710.
 Se recipiunt. 711. Veißemburgum
 obtinent. 712. Suecos inuadunt.
 720
 Chempta deditur Aldringbeno. 444.
 Chemnitzium capitur à Succis. *ibid.*
 Cherusci, Misnia. 198. Eius descriptio.
ibid.
 Cisca Bohemorum Dux. 5. Eius se-
 rocia. 8
 Cleues & Gheldria. 320
 Colaktus Pannoniam innadit. 51
 Clin-

Clingeburgü Liechtenstaino deditur. 82
Colatus Guinzium cum Edemburgo in
deditioem accipit. 55
alia oppida expugnat. 56. *Budiani*
ditionem vastat. 63. *A Spinula dif-*
sentit. 184
Cometa descriptio. 4
Comes Andreas Slichius trahitur in
vincula. 58
Cogressus Regis Sueci, & Ducis Saxo-
nis, & Brandeburgi Elektor. 260
Colonienses legati Suecum Regem
adunt. 350
Christiannus Palatinus Durlachum ob-
sidet, & obtinet. 474
Conditiones pacis à Fridlando Suecis
oblata. 480
Conditiones pacis à Duce Lotharingo
cum Gallo Rege conuenta. 488
Constantia urbis descriptio. 496. *Ob-*
sidetur ab Horno. ibid. Quomodo
in Austriaca domus ditionem ve-
nerit. 497. *Eius obsidio, & prae-*
Eli constantia. 502. *Tormentis con-*
cutitur. 503
Ciuium in tuenda vrbe diligentia. 504
Coniunctionis Imperialium armorum
cum Italo exercitu causa. 509
Coselum deditur Valstaino. 145
Conuentus Lubeci de pace. 152
Colmar Argentuaria. 155
Coloredus ad exploranda Suecorum
consilia mittitur. 397
Colonienses Lenciam recuperare fru-
stra conantur. 420
Conditiones pacis à Suecis, & Saxoni-
bus proposita. 480
Coniuratorum industria, & pruden-
tia. 544. *In conuiuas irruunt.* 545.
Ad interficiendum Fridlandum
properat. 546. *Eum inuadunt. ibid.*
Coloniensium trepidatio. 672
Coloniensis Elektor auxilia poscit à

Cesare. 675
Cordubensis hostes insequitur. 83
Crempena obsidetur à Tillio, & capi-
tur. 158
Crucenacum deditur Suecis. 320
Crucenacum munitur. 356
Cronachium Suecis cedit. 361
Cuniculi incensi violentia. 562
Cyanea deditur Suecis. 444. *Eadem*
Saxonibus deditur. 663

D

D *Acus Pannonia Rex creatur.* 37
Imperiales terras populatur.
ibidem.
Daci fallax simulatio. 52. *Amburgo*
arctetur. ibid. Ad castrum nouum
obsidendum properat. 54. *Iterum*
in Casarem mouet. 110. *Casareos*
premit. 111. *Eius ferocia ibid. Si-*
mulatio obsequij in Casarem. 139.
In Turcarum castra aduentus. 140
Damna ex occupatis Treuiris profecta.
 619
Dania Rex bello praescitur à rebelli-
bus. 52. *Bellum in Casarem parat.*
 115. *Eius discrimen.* 117
Dani Stolzenauum occupant. 119
Dani Regis ira in Ducem Lauembur-
gum. 120. *Brammam quatit.* 137.
Eius contra Principes Ecclesiasti-
cos conatus. 134. *Fuga. ibid. Rur-*
sus in arma profectio. 146. *Pericu-*
lum. 147. *Alij eius conatus.* 155.
Bellum instaurat. 156. *Inuaditur*
à Casareis. ibid. Fugatur. ibid. Eius
proposita in conuentu Lubecensi, &
responsio ad Casareos. 159. & 161.
Valstaini tentamentis obsistit. 173.
Pacem componere studet. 467. *Pa-*
cis sequester. 476. *Eius filius occi-*
sus. 496. *Iterum pacem compone-*

re curat. 656. *Amburgū oppugnat.*
 693. *Suum filium ad Moschorum*
principem legat. 694. *Bello Suecos*
premit. 696. *Fugit à Prælio navali.*
 698. *Iterum surgit in arma.* *ibid.*
Danica copiæ à Cæsareis fugātur. 136
earum strages. *ibid.* *Iterū à Cæsareis*
superantur. 147
Danorum fuga. 148
Danica classis Amburgum soluit. 207
Deitelsaimum Mansfeldio deditur. 66
Deo gratiæ aguntur pro Nerolingæ vi-
ctoria. 607
Diæterium in Palatinum. 46
Directores Bohemici Regni creantur. 8
Dominicus Aragonius frater excal-
ceatus Bauaros ad pugnam accedit. 43
Donæ dynastæ irritus conatus. 142.
idem Suanitzium fraudibus occu-
pat. 158
Drusomagus deditur Cæsareis. 451
Tucum error in mouēdo exercitu. 251
Duderfludæ Landgrauus pacis conci-
liator. 304
Duderflada deditur Suecis. 391
Ducum Imperialium de bello confi-
lium. *ibid.*
Ducum assensus ad Fridlandum pero-
rantem. 540
Ducum strenuitas in Nerolingæ pu-
gna. 601
Durlachius Vinsenum obsidet. 74. *cum*
Tillio pugnat. *ibid.* *Fugatur à Tillio,*
 75. *Acie funditur à Slichio.* 149
Dux Allobrogum Hispanum Regem
ad Mantuanum bellum sollicitat 178
Dux Niuernensis noxias sibi pacis cō-
ditiones offert. 170. *In Insubrum*
finis inuicitur. *ibid.* *Citatur à Cæsa-*
reo conquisitore. *ibid.* *Hostes lenire*
audet. 181
Dux Resbelius in Germaniam tendit.
 177

Dux Niuernensis in Germanos erum-
pit. 179
Dux magnus pugnam suadet. 682
Dux Rothomagensis Germanos fugat,
& cedit. 623

E

E *Burensum ciuium in Suecos insi-*
dia. 684
Edelberga capitur à Tillio. 86
Edemburgum capitur, & diripitur à
Bucquoio. 13
Egra deditioem cum Cæsareis paci-
scitur. 380
Egra deditur Saxonibus. 303
Egra oppugnatur, à Suecis. 718. *Eius*
præfectus deditioem offert. 719.
Deditur Suecis. *ibid.*
Effertinguum Pappenbaimio deditur.
 131
Elementa Austriacos adiuuant. 88
Electorum responsio ad Cæsarem. 92
Elembongenium Cæsareis deditur. 57.
ab Electorali conuentu proposita.
 631
Electorum Saxoniam, & Brandeburgi
curæ. 468
Emblema Hæreticorum insulsum.
 343
Endinga, & Argentuaria à Cæsare
rebellant. 446
Ermeštaini castelli descriptio. 388
Estriasij purpurati Pannonij periculum
Tampierij virtute remotum. 37
Estriasius Turcas delet. 112
Exploratores principum oculi. 640
Exercitus Cæsarei ordo 265
Exercitus Saxonici ordo. *ibid.*
Exercitus Suecici ordo. 267
Exercitus Agrestium ad arma Cæsa-
rea soluitur. 393
Exercitus Cæsarei potentia. 465

Exer-

Exercitus Regij ordo. 429
Exercitus Imperialis ordo. 430
Exercitus Casarei, & Suecici ordo.
 460
Exercitus hostiles in mutuo conspe-
ctu. 711

F

Fabula de Sueci Regis morte.
 414

Faresenbachus perfidia reus capite
plectitur. 475. *Eius fortissimus au-*
sus. *ibid.*

Ferdinandus Austriae Dux Bohemiae
Rex creatur. 6. *Bellum in rebelles*
parat. 9. *Auxilia contrahit.* 7. *Eius*
de Bohemis querela. 8. *In rebelles*
arma expedit. 15. *Eius de rebellibus*
querela. *ibid.* *Edictum in rebelles.*
 27

Ferdinandus Rex Pannoniae corona-
tur. 119

Foederatorum Principum infortunia.
 151

Fernandi Capuani equitis virtus. 216

Federicus Palatinus moritur. 447

Ferdinandi edictum contra haereticos.
 467

Feria Dux in Germaniam intrat. 509.

Eius metus carpitur. 511. *Incom-*
moda. 522. *Copiarum labor ob*
Germanica frigora. *ibi.* *Earum mi-*
serabilis facies. 523. *Clades.* *ibid.*
Militum aegritudines. *ibid.*

Feria in Vindelicia ire decernit. 523.

Astuat animo. *ibid.* *Eius moror,*
& dolor. 524. *Aegritudine tenta-*
tur. 525. *Eius ad Duces alloquium.*
ibid. *Extinguitur.* *ibid.* *Eius mu-*
nificentia. *ibid.*

Fridbergi amor erga suum chiliar-
chum. 548

Ferdinandus filius ad Casarem profi-
ciscitur. 614. *Romanorum Rex*
creatur. 631

Ferdinandus secundus extinguitur.
 632. *Eius animi dotes.* *ibid.*

Foedus Gallus, & Suecus Reges per-
cutiunt. 211

Foederatorum Principum de inuaden-
do Tillio consilium. 262

Fusi exercitus ad Nerolingam reliquae
insolescunt. 609

Francofordiae trepidatio ad Spinulae
aduentum. 29

Franchentalia deponitur in Belgij Gu-
bernatrix manibus & quibus con-
ditionibus. 98. *Ab Anglo Rege re-*
cipitur. 99

Franconiae descriptio. 15

Francofordia in Sueci regis potestate

venit. 294. *Eius descriptio.* 295.

Vnde Francofordia dicta. *ibid.*

Franchentalia urbis descriptio. 319

Franchentalia Casareis deditur. 446

Francofordia ad fidem erga Casarem
redit. 627

Friberga Galassio deditur. 628

Fiquieres vulneratur. 413

Fuccarus Landspergam capit. 400

Fornamuntius ubique Gallos fugat.
 627

G

Gabriel Bethlenus bellum Au-
 striacis infert. 8. *Eius pro-*
gressus. *ibid.* *Ad Viennam ducit*
exercitum. 10. *Posonium occu-*
pat. 9

Galassius contra Mantuanos vadit. 184.

Contra Liburnos equites. 185. *Ve-*
netos persequitur. 187. *Lauiacum*

expugnat. 40. *Fribergam inua-*
dit. 415. *Landspergam aggredi-*
tur. 635. *Eam capit.* 636. *Ad An-*
clamum

clamum cum exercitu tendit. ibid.
Contra Bannerium mittitur. 637.
Eius varij progressus. 638
Gallarum Rex auxilia Casari negat
 18. *Sequestres pacis in Germaniam*
mittit. ibid.
Gratiæ Deo aguntur à Catholicis pro
parta victoria. 46
Galli Regis Legati officium. 50
Gallorum occupandæ Italiæ opportu-
nitas. 175
Galliæ copiæ ad Cottias alpes. 184
Galli Regis ad Banarum Ducē respon-
sio. 288. Suum exercitum ad metas
ducit. 296
Galli in Treuircrum fines ingrediuntur.
 388. *Lotharingiæ oppida occu-*
pant. 490
Galli Regis postulatum acerbitas.
 491
Galli duces uxorem, & Motam à Lo-
tharingo duce deposcunt. 492
Galli frustra Lotharingos Principes
persequuntur. 493
Galli suum subsidium Suecis offerunt.
 411
Galli à mœnium ascensu deturbantur.
 562
Gratzij periculum 604. Oblatio se ca-
pienti facta ibid. Capitur à Casareis
 605. *Inuisitur à Pannoniæ Rege in-*
cognito. ibid.
Gratzius comes in Suecica castra per-
uenit 594. Eius sollicitudo de Land-
sperga tuēda. 217. Bambergam sub-
sidio properat. 356. Tēcatur, & im-
pellitur. 470. Eius ad Tubicinem
responsio. ibid. Ab eo dies Inglosta-
dū tradendi dies præscribitur. 471.
Eius verba ad Banarum ducem. ib.
Insidiæ deteguntur. ibid. Suam ex-
ceptat inscitiam. ibid. Proditionis
suspectus. 472. Fugam parat. ibid.

Ad monetur de suo discrimine. ibid.
In Sarmatiam pergit 473. Eius ex-
cusatio ad Casarem. ibid. Se baretic-
um simulat. ibid. Eum Sueci reci-
piunt. ibid.
Ghetzius à Vinmariensibus repellitur.
 641. *Eius socordia. 642. Consi-*
lium. 643. Ignauia postulat cap-
itur 606. Absoluitur. ibid.
Guebrianus pugnam decernit. 670.
Neuesium inuadit. 672. Urbem ca-
pit. ibid.

H

H *Alberstus Hoecstam subigit.*
 car. 80. *Eius progressus. 71.*
Templum Padebornæ expilat. ibid.
Fugatur acie à Casareis. 80. Eius
clades. 81. Copijs Saxonis præsi-
citur. 91. Eius literæ ad Tilliū. 101
Funditur à Tillio. 103. Eius fuga
& signorum Epigraphe. 103. An-
glici exercitus Imperator. 114.
Pheugarum oppugnat. 118. Eius
irritus conatus. 120. Febri corripit-
ur, & extinguitur. 133
Haubaldus mulierum precibus flecti-
tur. 403
Hamelia à Suecis obsidetur. 458. Eius
urbis descriptio. ibid. Præsidij vir-
tus inuisita. 459. Deditur Sue-
cis. 462
Hæretici exarmantur. 110. Ex Au-
stria facessunt. 464
Heluetiorum responsio ad Suecum le-
gatum. 310. Negligentia. 498. Re-
sponsio ad Hornum. 499. Solicitan-
tur ad bellum à Sueco legato. 366.
Eorū ad Austriacos responsio. 366.
Et ad Suecos responsio 367. Decre-
tum. ibid. Perplexitas, & querela
de Horno 500. Consilium de occu-
panda

panda Constantia. 301
 Heluetij agrestes fugiunt. 713. Ar-
 mantur in Suecos. 714
 Hibernia incole Austriacis fidi. 344
 Hispani Mansfeldiæ persequuntur. 85.
 In Niuernensem ducem bellum pa-
 rant. 176. Eorum immodica vo-
 ta. 192
 Hispani legati ad Saxonem ducem at-
 loquium. 284
 Hispanis edicitur ut Fridberga disce-
 dant. 306. Eorum virtus. 320. Ex-
 peditio contra Suecos. 375
 Hispanica Regia aula de Sueci regis
 morte letitia. 441
 Hispani exercitus egestas. 524. Sue-
 cos adoriuntur. 597. Eorum tur-
 batio pro occupata à Gallis Val-
 le Tellina. 621. Belli apparatus
 ad Gallos arcendos. 622
 Holchi virtus & ferocia. 250
 Holchus peste percussus extinguitur.
 495
 Hornus Aldringhenum inuadit. 321.
 Eius oratio. 516. Imperialium Sta-
 tiua aggreditur. 521. Virtinguis
 subsidio properat. 403. Eius exer-
 citus numerus. 351. Lotbaringos
 persequitur. 299
 Hoecstam frustra oppugnat. 351
 Hoecsta deditur Suecis. 352
 Horni clementia in ciues Bambergens-
 ses. 356. Imperialiam consilia de-
 tegit 400. Eius seuera militaris di-
 sciplina 401. Res gestæ in Triboc-
 cibus 445. Selestadium inuadit, &
 capit 446. Lutheranam hæresim in-
 urbes inducit. 446. In Sueciam so-
 cius subsidio festinat. 451. Occupa-
 re Constantiã decernit 497. Chem-
 ptam aggreditur ibid. Eius animi
 sollicitudo. 498. Aldringhenus la-
 ccessit ad pugnam. 521. Imperialiũ

tergis instat. 522. In Virtinguos in-
 greditur. ibid. Casareis regionem so-
 litudinem facit. ibid. Constantiam
 versus tendit. 556. Bibachum op-
 pugnat. 557. Exoratur à Virgini-
 bus 558. Kemptam obtinet. 559.
 Drusomagum obsidet. ibid. Ab obsi-
 dione constantia discedit. 565. Ad
 Constantia lacum hæret. 564. Eius
 salubre consilium. 586. Contraria
 Finmariensi sententia 593. Va-
 nam spem suorum irridet. 596
 Horni timorem Sueci duces cauillantur.
 ibid. Pugnandi consilium pro-
 bat. ibid.
 Hortatur Suecos ad pugnam. 598. Eius
 varia de inuadendo hoste consilia.
 598. Astutia 603. Inanis indu-
 stria. 604. Capitur à Casareis. ibid.
 Ab iisdem honorifice habetur. 606.
 Ioanne Vuerto. mutatur. 678
 Hostatum capitur, & diripitur. 587

I

I Eregentorfi Marchionis subsidia à
 Saxonibus fugantur. 34. Eius
 deditiois simulatio & gesta. 59
 Ietsimi arcis ruina. 17
 Ignauia comperti in Lutzensi pugna
 decollantur. 455
 Illo ferocia. 545
 Interficitur. 546
 Inperatrix Paannonia Regina inaugu-
 ratur. 82
 Imperialium terror. 78. Armorum
 felicitas. 151. Armorum existi-
 matio. 187. Victoria. 83. De Sue-
 cico bello trepidatio. 197. Virtus
 indomita. 269. Cedes. & fuga in
 Lipsiana pugna. 269. Dolor de
 Lipsiana clade. 276. Terror, &
 fuga. 288. De Eridlando suspicio-
 nes.

- nes. *ibid.* Eorum alacritas. 290
 Indignatio contra Treuirenses Ele-
 ctorem. 304. Militum feritas. 313.
 Sollicitudo in bellicis apparatusibus.
 357. Copiarum difficultas. 393. Vir-
 tus inuicta. 395. E sylua pellun-
 tur. *ibid.*
 Imperiales oppugnantur. 400. Eorum
 apparatus de inuadenda spira. *ibid.*
 Fuga, & cedes. 403. Exercitus mo-
 lestia. 410. Militum barbaries,
 418. Virtus. 432. Ducum virtus
 indomita. 438. Cohortes à Suecis
 obruta. 458. Varij apparatus. 496.
 Fuga. 521. Ministrorum incuria.
 523. Timor 551. Consilium de
 Reinsfeldto succurendo. 568. Subsidi-
 um fugatur. 568. Præsidium fu-
 git ex urbe Neoburgo. 572. Peditum
 ferocia. 574. Equitatus pug-
 nam restituit. *ibid.*
 Imperiales funduntur. 575. Eorum
 cum duce mutata fortuna. 586. De
 Suecis inuadendis decretum. 587.
 Armorum felicitas in Sueuia 613.
 Trepidatio de Gallico bello. 620.
 Brisaco metuunt. 641. Contra
 Palatinos fratres festinant. 645. A
 Suecis fugantur. 648. Eorum clades.
ibid. Contra Suecos apparatus.
 649. Fuga, & strages. *ibid.* Militum
 seditio. 650. Bellici apparatus.
 755. Secreta de inuadendo hoste
 consilia 656. Copiarum festinatio.
ibid. A ruinis cum cede pelluntur.
 658. De Suecis triumphant. *ibid.*
 Fugienter Suecos persequuntur.
 658. Se à pugna recipiunt. 665.
 In pheugari agrum copias emmittunt.
 666. Dornstenum obsident.
 667. Fugantur. 672. Eorum peditatus
 virtus. 639. Primum agmen à Suecis
 opprimitur. 704
- Imperialis exercitus numerus. 707
 Imperatrix suum claudit ultimum
 diem. 710. Eorum apparatus pro
 egræ subsidio. 717
 Inducia inter Casarem, & dacum. 15
 Incendium in castris Bobemis. 23
 Inglostadtj descriptio. 372
 Insidia Gratzij comitis deteguntur.
 471
 Insidia in Suecos miraculo detectæ.
 674
 Ioannes Papa XXIII. in qua arce
 custoditus. 871
 Italarum Principum ad Casarem res-
 ponsio. 341
 Italarum virtus. 601
 Iuliacum Giulich. 108
 Iurgium inter Gallos legatos. 343
 Iurgium inter Germanos, & Gallos.
 655

L

- L**abellus rusticos inuadit. 124.
 Iterum in rusticos vadit. 127.
 Rusticos cadit. 129
 Lādgravius Duderstade liberatur. 82
 Lauemburgi ducis periculum. 100
 Landsperga deditur Valfstaino. 527
 Landgravius Cattorum Mindenum
 insidijs occupat 566. à Gallo Rege
 authoratur. 567. Batavorum mi-
 les *ibid.* Casareos inuadit. 568 Cum
 Horno arma sociare iubetur. 569.
 Eius discrimen. *ibid.*
 Laurentius Aiazzius tormento di-
 serpitur. 601
 Lamboyus capitur. 672
 Lauemburgus dux Hallam in deditio-
 nem accipit. 118. Dessanum expug-
 nat. 119
 Leges conuentæ inter Anglum Regem
 & Belgij Gubernatricem. 99

Legati

- Legati Sueci Regis repelluntur à Lubecensi conuentu.* 162
Leopoldus Archidux Hagenoiæ obsidet. 77. *Ab obsidione discedit.* 78. *Eius de Suecis sollicitudo.* 366. *Cæsareis copijs summo cum perio præficitur.* 655. *Eius pugna decretum.* 663. *Ad Volfempyrium liberandum procedit.* 664. *Flumen tranat ibid. Venit in castra.* 681
Lippeſtadij ciues Hispanos eijciunt. 71
Lippeſtadium à Cæsareis obsidetur, & obsidionis difficultas 105. *In Imperialium potestatem venit.* 107
Liberarum urbium conuentus decretum. 296
Liburnorum equitum audacia damnoſa. 221
Liburni equites conciduntur. 268. *Funduntur.* 306
Liburni equites fugantur à Vinmariensi. 642
Liburnorum equitum feritas. 587. & 360
Lineburgi Dux Suecos parat innadere. 147
Lindavia, Lindo. 153
Lipsia obsidetur à Tillio. 256
Lipsensium ciuium pertinacia. 416
Lipsia à Cæsareis oppugnatur. *ibid.* *Pecunia multatur.* 417. *Oppugnatur à Suecis.* 690. *Eius propugnatorum virtus.* *ibid.* *Ciuium ad Torsensonium oblatio.* *ibid.* *Præſidiarij cum Suecis paciscuntur.* 691. *Duces præſidij ab Electore Saxone caſtigantur.* 691
Litauum vrbs à Cæsareis recipitur. 682
Loshum ciuitas à Suecis intercipitur. 614
Lotharingus Dux pro Auſtriacis bellat. 297
Lotharingorum infortunium. 298
Lotharingi ducis ad Suecum Regem reſponſio. 346. *Belli in Suecos occaſionem querit.* 445. *In Germaniam cum exercitu intrat.* 452. *Copias in Germaniam ducere parat.* 485
Lotharingiæ deſcriptio. 484
Lotharingi à Suecis caduntur. 486
Lotharingus Dux Pſaffenum oppugnat. *ibid.* *Cardinalem fratrem ad Gallum Regem mittit.* 488. *Eius ſoror virum mentita fugit.* 488. *Pro Cæsare bellat.* 556. *Cum Vinmariensi præliatur.* 635. *Funditur à Vinmariensi.* *ibid.* *Eius bellica virtus.* 644
Lotharingi Suecos inuadunt, & ab ijs funduntur. 487
Lotharingiæ Dux Franciſcus Principem Claudiam ducit uxorem. 491
Lotharingi Duces Luneuillam ſecedunt. *ibid.* *Eorum de Gallo Duce querelæ.* *ibid.* *Conſilium de fuga.* 492. *Difficultates fugæ ſuperata.* *ibid.*
Lotharinga princeps fugit. 492
Lotharingi Principes olitores meritiuntur. 493. *euadunt in tutum.* *ibid.* *Fugientium ſagax conſilium.* 493. *In Allobroges deſcendunt.* 494. *Florentiam contendunt.* *ibid.*
Lotharingi funduntur à Suecis. 556
Lotharingorum Ducem infortunia narrantur. 559
Lotharingi Ducis conſilium. 597
Lotharingus Dux cum Vinmariensi præliatur, & funditur. 635
Lubeci conuentus de pace. 152
Ludouicus Bohemiæ Rex ex acie fugiens in palude præfocatur. 5
Luititij à Cæsareis affliguntur. 281
Luneburgi Dux tertiam quãdam partem conſtituit. 640
Lutherus, & Caluinus malorum Germaniæ

mania causa. 2
 Lutherana hæresis in Bohemiam indu-
 cta. 5

M

Magdeburgum à Suecis oppu-
 gnatur. 312. A Casareis
 iterū excinditur. 312 A Bāneriore
 stituitur. 314 Eius excidium pro-
 testantium animos asperat. 241,
 Eius obsidio, excidium, & tota hi-
 storia, & successus. 224. Obsidio-
 nis. 225. 226. 227. 228. 229. 230.
 231. 232. 233. 234. 235. 236. 237.
 238. 239. Eius administratoris va-
 rij conatus. 206. Eius administra-
 tor cum Sueco Rege consentit. 203.
 Eius urbis descriptio. ibid. Obside-
 tur à Valstaino, quod defensionem
 parat. 167. Eius expugnatio à Sa-
 xonibus decernitur. 629. Idem Ca-
 sareis deditur. 630
 Magdeburgenses Sueci Regis partes
 sequuntur. 204. Eorum bellici ap-
 paratus. ibid. Bellum incipiunt. 205
 Halam urbem oppugnant. ibidem.
 Idem insidijs excipiuntur. 168. Eo-
 rum infelix fortuna. 222
 Magica uusticorum syngrapha. 131
 Magica schedula denorata cutem du-
 rant. 545
 Manhemium Manhaim. 778. Idem in-
 uaditur à Casareis. 87. Et capitur.
 89
 Mantuanum bellum, & eius pernicietas
 174. Eius origo. ibid.
 Mantuani Duci Rethelio sacramen-
 tum dicunt. ibid. Eidem duci prin-
 ceptis Maria nubit. 175
 Mantuanum ducatum sibi plures vin-
 dicant. ibid.
 Mantua situs, & descriptio. 181. Obsi-

dio, & defensio. 182
 Mantuani in Germanorum potestatem
 veniunt. 184. Eorum fuga, & cla-
 des, mala, & timor. 185
 Maradius Pragaditziū tentat. 25.
 Ad Taborium obsidendum mitti-
 tur. 47. Taborij deditioem tentat
 oblata pecunia. 57. Sabislaum fru-
 stratentat. 17. Pappenbaimio se
 iungit. 408
 Maracinus aduersus Bannerium pro-
 ficiscitur. 647
 Marcomani Niclaoburgum obsident.
 17. Et capiunt. 18. Eorum progres-
 sus. 17. In rebellionem persistunt. 48.
 Bellum instaurant. 49. Eorum con-
 uentus. ibid. A Turiano comite
 animantur. ibid. Eorum legatio ad
 Casarem. 50. Idem Bohemis præsto
 esse statuant. 36. Tormentorum ic-
 tibus lacerantur. 49
 Mansfeldius, & Halberstadius iterum
 in Germaniam ingrediuntur. 116.
 Idem se Dano Regi coniungit. 118.
 Eius gesta fuga, & clades. 121. Eius
 fuga. 109. Idem, & Halberstadius
 in Belgium abeunt, in Batavorum
 castra perueniunt. Eius ad milites
 oratio. ibid. A Batavorum exha-
 thorantur. 83. Eius conatus & ge-
 sta. 96. Idem cum Vinmariense
 ad Vratislaviam. 138. In Panno-
 niam ingreditur ibid. Fato extin-
 guitur. 142. Dresentorffum castel-
 lum aggreditur, & repellitur. 24.
 Pragaditziū frustra tentat. 23.
 Se in Vangionibus superioribus mu-
 nit. 60. Eius timor, & ausus. ibidem
 Mina ad Bambergæq; Antistitem. 61
 Impetrat à Bauaro pacem. 62. Eius
 milites spirenses agrum vastant.
 65. Deitelslainum capit. 66. Ha-
 genoiam occupat. 70

Magde-

Magdeburgum obsidet. *ibid.* Ab ea oppugnatione deceditur. 72. A Tullio. 70. Iterum Magdeburgum obsessum obtinet. 72. Eius fraudes. *ibid.* Eius artes detectæ. 73. Tillium acie superat, & se Durlasbio iungit. *ibid.* Ladenburgum oppugnat. 77. Insidijs excipit. *ibid.*
 Marius Carafa extinguitur. 398
 Matthias Imperator extinguitur. 6
 Mauritius Princeps artem in Rheno insula edificat, Presbyteri biretum vocat. 33
 Maximiliani Vindeliciæ Ducis laus. 30. Eius bellicagesta. *ibid.* Rebelles Austriacos domat. *ibid.*
 Megalopolis descriptio. 212
 Megalopolitani principes ad arma cōsurgunt. 249. Suuerinum recipiunt. *ibid.* In suam ditionem restituntur à Rege Sueco: *ibid.*
 Megalopolitani duces Damitzium recipiunt. 302
 Merodius comes insidijs constantiam occupat. 153
 Militum de Ducum cade querela. 548
 Militaria Suecorum vexilla Romanis deferuntur. 608
 Misera militantium conditio. 408
 Mocontiacum deditur Suecis. 301. Eius urbis opportunitas *ibid.* Idem Sueci Austriacis dedunt. 628
 Monachium Sueco Regi cedit. 378. Eius dites manubia. 379
 Monasterium Munster. 81
 Monasterij conuentus de pace sansienta difficultas. 706
 Montecuculus Bieltum castellum aggreditur. 400. Captus, & ex vulnere moritur. 476
 Montenerius contra Dacos. 111
 Montes Mons. 108
 Musa deditur Gallis. 563. Eius de-

scriptio. 559. Eius propugnantium virtus, & inuicta ferocia. 560. Obsidentium ordo, & sollicitudo. 561. Cuniculorum egregia molitio. *ibid.* Propugnantium ferocia. *ibid.* Periculum. 562
 Mulierum legatio ad Haubaldum. 40
 Multi pro Kalstaini fide, & perfidia decertant. 348
 Munimenta Casarei exercitus. 580
 Munitiū Gothinghen Sueci oppugnant. 315
 Mursisfali præfetti ignauia punita. 413
 Mutuus utriusque exercitus timor. 409
 Mutuus hostilium exercituum timor. 979

N

Nancaum traditur Regi Gallo. 490
 Nassauus se cum hostem coniungit. 38. In Batauos redit. 39
 Naulochi equites Quados infestant. 19. Eorum in Casarea castra aduentus. 23. Pugnam auspicantur. 43
 Neapolitanorum virtus. 44
 Neoburgi Ducis irrita ad Suecum Regem legatio. 347. Austriacis se ad-dere statuit. 348
 Neoburgo Rheno comes potitur. 573
 Nerolinge descriptio. 588
 Nerolinge ciuium de Suecorum recessu querela. 592. Trepidatio. 593
 Nerolinge inuaditur à Casareis. 593. Se Pannonia Regi permittit. 606
 Niemburgum à Casareis oppugnatur, & expugnatur. 149
 Nieer amnis. Necar. 86
 Noia oppidum à Dano Rege capitur. 137
 Noribergensium pertinacia. 410
 Ddd 2 Obser-

O

- O**bservatione digna in Pragensi pugna. 145
 Obsidio constantiæ, & eius successus. 507
 Odiæ protestantium principum in Fridlandum. 191
 Odiorum causæ inter Fridlandum, & comitem Gratzium. ibid.
 Offenburgum obsidetur à Virtinguis, & capitur. 401
 Orangius Palatino succurrit. 30
 Oratio Tillij pugnam suadentis, & Buccuoi illam damnantis. 42
 Oratio Saxonis legati ad Cæsarē. 169
 Oratio Mantuanum bellum damnantis. 176
 Oratio Sueci Regis Germanicum bellū suadentis. 193
 Oratio administratoris Magdeburgi ad ciues. 203
 Oratio Tillij ad milites. 289
 Oratio Sueci legati ad Heluetijs. 307
 Oratio Sueci regis de ratione belli gerendi. 317
 Oratio Horni cōtra regis sententiā 323
 Oratio Bauari legati ad cæsarem contra Fridlandum. 331
 Oratio ciuis Bambergensis de vrbe dedenda. 352
 Oratio Bambergensis ciuis Suecorum necem suadentis. 354
 Oratio mulieris ad Haubaldum 401
 Oratio Sueci legis ante Lutzensē pugnam. 427
 Oratio Valstaini ante eandem pugnam. ibid.
 Oratio senatoris suadentis Valstainum esse fouendum. 513
 Oratio Valstaini ad copiarum duces. 537

- Oratio Horni. 516
 Oratio Vinmariensis pugnam suadentis. 589
 Oratio Horni pugnam damnantis. 590
 Oratio Philisburgi occupandi consilium damnans. 615
 Oratio huic sententiæ aduersans. 616
 Oratio acerba Rheni comitis ad Suecos milites. 572
 Oratio Verdeni ciuis ad senatū. 552
 Ostenta Suevicum bellum portendentia. 165
 Oxensternus Suecus valida adducit militum auxilia. 350. Rebus bellicis præficitur ab exercitu. 439. Saxonis ducis animū pacare nititur. 442. Suevicum exercitum partitur. 00. Eius desideria. 4. Eius responsio ad Danum regem. 477. Eius dictum mordax. 527. Eius in curia. 612

P

- P**acis conditionum capita Sueco Regi proposita. 304
 Pacis conditiones à Fridlando Suecis oblata. 480
 Palatinus Rheni Bohemiæ Rex dicitur à rebellibus 7. Bellū parat ibid. Bethlenum Daciæ dynastan in belli societatem trahit. 8. Rex saluatur. 9. in Bohemiam proficiscitur. ibid. Eius impietas in imagines. 13. In Quados, & Marcomanos proficiscitur. 19. Eius bellici apparatus. 21. Subsidia ab Anglo rege imporat. ibid. Eius postulata in Bohemorum conuentu. ibid. Edicto Ferdinandi respondet. 27. Eius fortuna præsagium. 36. Cæsareos ad prælium inuitat. 40
 Praga egreditur subsidio suis 45. Eius fuga

- fuga. 46. *Auxilia querit.* 49. *Cum socijs reus agitur.* 51. *In Vangiones proficiscitur.* 72. *Eius crimina enarrantur.* 91. *Contumacia.* 99 *ad Suecum Regem legatio.* 347. *Ad regem contendit.* *ibid.*
- Palatini verborum officia ad Batavos.* 361. *Suecum Regem convenit.* *ibidem.*
- Palatini Rheni ruina causa.* 447
- Palatini fratres bellum in Casarem parunt.* *ibid.* *Lambogom urbem oppugnant.* 645
- Palatinorum sedes incendio absumpta.* 362. *Fugantur à Casareis.* *ibid.*
- Pannonij fugantur à Tampierio.* 37. *Aegre Casari nomina dant.* 357. *Eorum ferocia.* 51
- Pannonia regis res gesta copijs praestitur.* 569
- Pappenheimius contra Rusticos vadit.* *ibid.* *Effertinguum capit.* 131. *Rusticis instat.* 132
- Pugnat secundo eum Rusticis.* 132
- Pugnam suadet.* 263. *Eius damno audacia.* 265. *In Suecos incurrit.* 268. *Lipshana cladis causa.* 270. *Magdeburgo subsidio properat.* 312 *Eius consilium detegitur.* 313. *Solertia.* 315. *Varij conatus.* 389. *Cattos bello affigit.* *ibid.* *Calembergum oppugnat.* 390. *Ab obsidione discedit.* *ibid.* *Subsidio Traiecto mittitur.* *ibid.* *Eius copiarum virtus inuicta.* *ibid.* *Regreditur in Germaniam.* 391. *à duce Bauaro, & à Fridlando inuitatur.* 407. *Eius responsio.* *ibid.* *Aduentus Tenderio salutaris.* 408. *Heldestainum in ditionem accipit.* 414
- Propugnantium ignauiam damnat.* 415. *Milbausenium capit.* 418. *Eius latitiae depugna incunda.* 423. *In pugnam ingreditur.* 437. *Vulneratur & moritur.* *ibid.*
- Pasbaldum vrbs ciuibus viduatur.* 208
- Paulus V. Casari opem fert.* 16
- Pax inter Casarem & saxonem ducem.* 611
- Pax cum daco à Casare pangitur.* 69. *Iterum pax cū Sueco sancitur.* 113
- Pax inter Casarem & danum Regem & eius conditiones.* 162
- Pax inter Casarem, & Ragoziū.* 706
- Permannus Pannonius contra hostes progreditur.* 145
- Pecunia Suecis cedit.* 704
- Pestis eum Germanis in Italiam ingreditur.* 180
- Pestis Casareas copias absumit.* 609
- Pettardi descriptio.* 13
- Philippus Landgravius queritur de Valstaino.* 172. *Casareum praesidium in urbem accipit.* 173
- Pheugari descriptio.* 282. *Oppugnatur à Casareis.* *ibid.*
- Pietas à Comite Gratzio Aldobrandino impensa.* 596
- Picolominens Egram contendit.* 548. *Suecos fundit.* 614. *Dinodoro succurrere iubetur.* 651. *Subsidium decernit.* *ibid.* *Gallica castra aggreditur.* 652. *ad Suecos fertur.* 662. *Eius discrimen.* 689. *Euadit in tutum.* *ibid.*
- Pilsena ab Imperialibus venditur.* 56
- Philisburgi descriptio.* 550. *Vnde Philisburgum dictum.* 550. *à Casareis occupatur.* *ibid.* *Deditur Suecis.* 551. *Eius praefectus Gallorum auxilium implorat.* 608. *Opportuna occupandi occasio.* 614. *Cum occupandum esse decernitur.* 617. *à Casareis interceptitur.* 618. *Illud Galli adoriuntur.* 701. *Deditur Gallis.* *ibid.*

- Philippus Rheni comes Rheinfeltum*
urget. 567
Pomerania descriptio. 193. *Eius dy-*
nastia fadus cum Sueco rege ferit.
 199
Pontifex suos munit fines. 183 *Auxi-*
lia Ferdinando mittit. 9. *Inducias*
pacisci inter Germanos. Et Man-
ruanum ducem studet. *ibid.*
Portentum caeleste. 134
Posonium deditur Daco. 7. *Idem Bi-*
cquoio deditur. 52
Posonii expugnatio tentata. 37
Portentum de pracoci rosa. 610
Portentum. 131
Portentum Eibachi visum. 463
Praga deditur Bauaris. 47
Præbiterorum hostis Rex Suecus. 344
Praga urbis squalor. 360
Præbiteri biretam arx in Rheni in-
sula à Principe Mauritio cõdita. 39
Predicantes heretici exulare iussi. 69
Præsterum oppugnatur à Casareis 221
Principum Austriae conuentus decre-
ta. 681
Principum error. 221
Prodigia varia. 704
alia Prodigia. 411
Prodigium. 457
Propugnantium Ratisponam ferocia.
 580
Protestantium principum conuentus. 12
Protestantes solliciti de rebus suis. 15
Opponunt se Belgicis copijs. *ibid.*
eorum conuentus, & decreta. 25.
eorum pariter conuentus, & decre-
ta. 51. *trepidatio.* 579. *Latitia de*
parta victoria 575. *De amissa Ra-*
tispona querela. 584
Protestantes Suecum regem ad bellam
solicitant. 90. *Eorum vanitas.* 305.
Bellum instaurant. 528
Eorum maligna consilia. 195. *Ma-*
ria de Valstaini fide sententia. 412
Pugna inter Casareos, & Ragozium. 11.
Inter Casareos, & Mansfeldianos.
 61. *Imperialium cum dæcis* 64. *In-*
ter Anboltum, & Halberstatum. 68.
Inter Mansfeldium, & Tillium. 73.
Inter Durlachium, & Tillium. 74.
Inter Casareos, & Halberstatum. 80.
Inter Hispanos, & Mansfeldium. 84.
Inter Halberstatum, & Tillium. 103
Inter Casareos, & Regios. 119. *In-*
ter Valstainum, & Mansfeldium. 121.
Inter Casareos, & Rusticos. 130.
Inter Casareos, & Danos. 136. *In-*
ter Casareos, & Vinmarienses. 145
Inter Durlachium, & Comitum Sli-
chium. 149. *Cum Dano Rege.* 156.
Inter Casareos, & Suecos. 461.
Eius pugnae diritas. *ibid.*
Pugna inter Bauaros, & Suecos. 505.
Inter Lotharingos, & Rheni comi-
tem. 556. *Inter Casareos, & Catto-*
rum Landgranium. 569. *Inter Ca-*
sareos & Saxones 573. *Inter Ca-*
sareos & Suecos ad Aras Flauias.
 595. *Inter Lotharingum ducem &*
Vinmariensem. 684. *Inter Casa-*
reos, & Saxones 391. *Inter eos-*
dem. 403 *Inter Colonieses, & Cat-*
tos 420. *Inter Suecum Regem, &*
Valstainum ad Lutzenam. 430.
Eius pugnae atrocitas. *ibid.*
Pugna inter Casareos, & Suecos. 453
Pugna inter Casareos, & Suecos. 213.
Inter Casareos & Saxones. 267
Pugna Lipsiana atrocitas. 269. *Inter*
Casareos, & Saxones. 298. *Inter*
Suecos & Hispanos 300. *Inter Li-*
burnos, & Saxones 306. *Inter Ba-*
uaros, & Suecos. 326
pugna inter Suecos, & Catholicos. 352
Pugna lauis inter Casareos & Suecos.
 384. *Inter Casareos, & Palatinos*
fra-

fratres 645. *Inter Casareos, et Suecos.* *Alia inter Casareos & Suecos.* 664
Pugna decernitur in Suecos. 682. *Natalis inter Suecos, & Danos* 696.
Inter Bauaros, & Gallos. 697

Q

Quadorum conuentus. 49
 à Saxone territi. *ibid.*
 Quadi in milites armantur. 69
 Regislaum capiunt. 69
 Quadi ad Casareis fidem redunt. 83
 Quadi omnes sub iugum missi. 146
 Quadici bellici reliquie dissipantur. 151

R

Ragozzius in Casarem insidias molitur. 357. Eius irriti conatus. 358. Casari bellum, infert. 704. Eiusdem legati pompa. 705
 Raina à Bauaris capitur. 463. Eadem occupatur à Suecis. 327
 Ramezai dynastie versutia. 633
 Ratispona deditur Suecis. 519. Eius descriptio. 517. Eius praesidij cura, ac sollicitudo. 577. deditur Pannoniae Regi. 584
 Ratisponenses ciues de amissa libertate queruntur. 371
 Rebelles Bohemi Pilsenā expugnant. 6
 Rebelles protestantes tres celebrant conuentus. 24
 Regia fortuna periculorum expers. 570
 Regina Suecia in Germaniam aduentus. 299. Eius dolor de regis morte. 439
 Regina Pannoniae Cardinalem suum fratrem iniuit. 587
 Reinfeldtum à Rheni comite urgetur. 267

Religiosorum hominum clementia in haeticos. 104. *Iisdem religiosis honos à Suecis habetur.* 356. *Eorundem strenuitas.* 562
 Rex Suecus in Germaniā bellū parat. 190 Germaniā ignot. explorat. 191. Eius ad Casaris literas responsum. 199. Stetinum oppugnat, & capit. *ibidem.* *Vita periclitatur.* 201. *Virtus, et ferocia.* 202. *Discrimine liberatur.* *ibid.* Eius literae ad Brandenburgi Electorem. 207. *Landspergam oppugnat.* 217. *ab oppugnatione discedit.* *ibid.* *Neubrandeburgo succedit.* 218. *Et ea potitur* 219 *Eius sollicitas.* *ibid.* *Deminum oppugnat, & capit.* 219. *Brandeburgi Electorem sollicitat ad bellum.* 241. *Perlinum contendit.* *ibid.* *Electorem alloquitur.* 242. *Eius simulatio.* *ibid.* *Cōtra Electorem violentia.* 243. *Magdeburgum subsidio tendit.* 244. *Eius urbis excidio valde commouetur.* *ibid.* *Iraescitur Brandenburgi Electori.* 245. *Perlini oppugnationē minatur.* *ibid.* *Pecuniā Electori imperat.* *ibid.* *Moschi Ducis legatos audit.* 246. *Ad Vitorinum obsidendum tendit.* *ibid.* *Vrbem in deditiōnem recipit.* 247. *Fidem abruptit.* *ibid.* *Megapolitanos Principes asserit.* 248. *Albim pontibus iungit.* 250. *Casareos cedit.* *ibidem.* *Auxilia ab Anglo rege accipit.* *Accipit noua militum supplementa.* 254. *Eius ad Saxonem legatum responsio.* 258. *Saxoni auxiliari decernit.* 259. *Eius à Saxonem postulata.* *ibid.* *Lipsiam versus mouet.* 260. *Cum Saxonem in Casareos vadit.* 265. *Eius oratio ad milites* 267. *in praelium ingreditur.* 268. *Tillium Decharchum appellat.* 271. *Merspurgū pergit.* 272.

Ddd 4 Sue

Sua victoria Principes admonet.
 274. *Bicurgiū aggreditur.* 274. *Eius astus, & responsio ad Bicurgienses.*
 275. *Facilitas i viros religiosos.* *ib.*
Ad Gotham oppugnandam partem exercitus mittit. 276. *Eius res gesta in Franconia.* 278 *Herbipolim ingreditur, arcem oppugnat.* 279. *Et capit.* 280. *Eius obnunciationes ad Bambergē Episcopum.* *ibidem.* *Eius formidabiles copia.* 281. *Eius editum.* 293. *Francfordiam ad deditionem compellit.* 294. *Eius lenitas.* 295. *Hoestam expugnat.* *ibid.* *Frācofordiam ingreditur.* 296. *Banconam obsidet.* 300. *In urbem irrum-pit.* 301. *Eius editum contra milites.* 304. *Eius legatio ad Heluetios.* 307. *Gustauburgum arcem condit.* 319. *Franchentaliam frustra tentat.* *ibid.* *Crucenacum obsidet.* 320. *Eius discrimen.* *ibid.* *Decretum de pugna,* 321. *De inuadenda vindelicia consilium.* *ibid.* *Et sententia de inuaden-dis Casareis.* 322. *Eius audacia:* 325. *Bauarica castra inuisit.* *ibidem.* *Presbyterorum hostis.* 344. *Contrahit undique auxilia.* *ibid.* *Eius legatio ad Italię princeps.* 344. *Eius bellici apparatus.* *ibid.* *Eius litera ad Lotharingum Ducem.* 345. *Facilitas, & disciplina.* 346. *Treuirenses legatos asperius excipit.* 348. *illis infensus.* 449. *Eius ad Gallum Regē legatio.* 349. *Suspiciones de Gollo Rege.* *ibid.* *Veniens uxori occurrit.* *ibid.* *Succici belli author.* 358. *Ar-cem presbyteri biretū extruit.* 361. *Crucenacum obsidet.* 365. *Et capit.* *ibid.* *Augustam contendit.* 368. *Licia pontem restituit.* *ibid.* *Eius legatio ad Augustanos.* 369. *Augustam ingreditur.* 370. *Ciues adegis Sacra-*

mento. *ibid.* *Inglostadium inuadit, sed frustra.* 372. *Eius discrimin ea obsidione.* *ibi.* *Eius inigissima à B-naro Duce petitiones.* 374. *Inglostadium obsidione soluit.* *ibid.* *Mona-chium ingreditur.* 379. *Eius in ciues facilitas, & pietas.* *ibid.* *Eius dictum de Palatino* 380. *Valstaino non fidit.* 387. *Contrahit auxilia contra Casareos.* 388. *Casarea castra tormentis infestat.* 397. *Eius simulatio.* *ibi.* *Casareos ad pugna inuitat.* 409. *Eius discessus.* *ibi.* *Lustrat exercitū.* 410. *Ad recuperandam Ruinam properat.* 413. *Auxilia oblata recusat.* 410. *Eius timor de Duce Saxone* 414. *Lauiacū Austriacis eripit.* *ibid.* *Saxoni Duci subsidio ire festinat.* 417. *Cum Casareis pugnare desiderat.* 421. *Casareos insequitur.* 422. *De inuadendo Fridlando consilium.* 423. *In Imperialium conspectum se dat.* 424. *Suorum castigat ignauiam.* 431. *Eius animositas, & incautum consiliū* 432. *Eius mors, & varia de eius morte sententia mores, & vita.* 433
Rheni comes Neuburgum tentat. 571.
Idem forestes vrbes inuadit. 496.
Eius acerba oratio ad milites. 572
Robertus Palatinus capitur. 645
Rodolphus templa hereticis cōcedit. 5
Romani quò sua arma protulerint in Germania. 2
Rosthochiū à Caesaris occupatur. eadē urbem Casarei occupāt. 214. *Eadē deditur Suecis.* 282
Rosemburgum capitur à Casareis. 609
Rotbomagensis Dux contra Germanos quos cedit, & fugat. 625
Rothomagensis Dux cum Suecis pro Heluetijs agit. 484
Idem moritur. 639

Rusti-

Rusticorum Austria tumultus. 122.
 Eorum scuitia vires. *ibid.* Iidem
 Cæsareos fundunt. 129. Bauaros fugant
ibid. Flammas vruntur. *ibid.*
 A Cæsareis vincuntur. 131. Eorum
 strages *ibid.* Magicę yngraphę *ibi.*
 Pugna superantur. 132. Penitus
 profligantur. 133 Eorundem secun-
 da seditio. 147. Obrūcantur. *ibid.*
 Contra Suecos insurgunt Eorum in-
 sidia. 454 Delentur à Suecis. 454.
 Iterum plectuntur à Suecis. *ibidem.*
 Iidem flammis exusti. Linzium op-
 pugnant. 124. Eorum clades. 126.
 Tribunum creant. *ibid.* Eorum ob-
 stinata feritas. 127. Cæsareos insi-
 dijs exceptos occidunt. 128. Baua-
 ros cędunt. *ibid.*

S

Sabellus capitur à Suecis, & fugit.
 639
 Sabelli ducis astus. 213
 Salonæ nouæ spalato. 142
 Sarfembergus Frideristatum insidijs
 excipit. 158
 Sarzium à Cæsareis capitur. 360
 Saxo Dux sua arma expedit. 107. In-
 citatur à Cæsare ad bellum. 27
 Sollicitatur à Palatino ad sedus ineun-
 dum. 28. Eius armorum profectus.
 31. Budisinam inuadit. 32. Eius
 ad superandam urbem inuenta 33.
 Budisinam ingreditur, & varia op-
 pida occupat. 35. Eius gesta. 48.
 Palatino deditioem suadet. 49.
 Eius cōtra Ieregentorsum edita 60
 fide violat. 272. Omnia Sueco Re-
 gi concedit. 260. Regis sententię
 refragatur. 261. In Cæsareos mouet.
 262. Eius legati oratio ad Cę-
 sareem. 169. Alterius legati oratio

ad Suecum Regem. 257. Eius ad
 Hispanum legatum responsio 285.
 Pacem à Cæsareis posticitur. 359.
 In Suecico fœdere perseuerat. *ibid.*
 Eius discrimen 359. Suecum Re-
 gem subsidium orat. 417. Cum
 Brandenburgi Electore Austriacis
 infensus. 198. eius ad Tillium re-
 sponsio. 255. Ira in Cæsareos. *ibid.*
 Pragam intrat. 291. Vltionem de-
 stinat. 256. Sueci Regis auxilium
 implorat. 256. Cum Vinmariensi
 sua arma sociare recusat. 442. Pa-
 cem inire cum Cæsare simulat. 449.
 Pacem à Cæsare posticitur. 576
 Se purgat quod cum Cæsare pacem
 inierit. 624. De Cæsare queritur.
 635. Pacem cum Cæsare amplecti-
 tar. 612. Inducias cum Suecis pa-
 ciscitur. 694
 xonum strages. 34. A Cæsareis fu-
 gantur. 267. Quondam vrbis Bi-
 curgy domini. 276. Bohemiam in-
 uadunt. 288. Mansfeldiam in de-
 ditionem accipiunt. 296. egram co-
 pias ducunt. 303, eis reponitur cla-
 des. 306
 Saxonum protestantium cōuentus eo-
 rumque sententię. 391. In Suecica
 castra perueniunt. 396. Cum Cęsa-
 reis pugnant. 403. Pontem resti-
 tuunt, & Cæsareos fundunt 407. In
 Bohemię finibus. 456. eorum ani-
 mositas. 478. Legati responsio ad
 Valtainum. 480. Varia gesta in
 Cæsareos. 495. A Francofordię
 obsidione abeunt. 531. Quados in-
 uadunt. 573. Cæsareos fugant. 574.
 A Suecis dissipantur. 627. Firmio-
 res Suecis insultant. *ibid.* Magde-
 burgum obsident. 630. Ad Verbe-
 num oppugnandum tendunt. *ibid.*
 A Suecis funduntur. 631. Gorlit-
 zium

- zium oppugnant.* 667. *Ruinas ag-*
grediuntur. 668. *Urbem in dedisio-*
nem accipiunt. *ibid.* *Luititios emer-*
tunt. 582
Saxonia à Cæsareis diripitur. 405
Saxonia superioris principum conuen-
tus. 101
Sciamburgus Torquato sufficitur. 216
Sciaffgotzchius Vratislaviam tentat.
 529
Scouemburgi comes in vincula conie-
ctus. 529
Sciaffenbergus suam causam dicendo
Valstainum assererat. 543
Absoluitur. 549
Seditio militaris Bristiaci. 694
Sciamburgus cadit. 268
Spaar Chiliarchus Hoenuilum oppu-
gnat. 669. *Ab oppugnatione disce-*
dit. *ibid.*
Sententia capitis in reos ignavia. 45
Signa capta Pragensi pralio Romã la-
ta. 692
Spandanum Succicum presidium reci-
pit. 244
Spinula in Germaniam mouet 28. *Al-*
zainum occupat. 29. *In Vangio-*
nes inuehitur. *ibid.* *Banconam cap-*
it. *ibid.* *eius in Vangionibus felici-*
tas. 38. *Animositas.* 48. *Suas co-*
pias auget. 52. *In Belgium reuoca-*
tur. *ibid.*
Spira ad Suecum deficit. 302
Spiræ Fruuntur insidiæ. 365. *Cæsareis*
deditur. 374
Stereontium. 108
Sterino insidias ciues moliantur. 212
Stolhofensium ciuium fraus. 401
Sturgartum ciuitas Suecos recepit.
 200
Suecorum armorum terror. *ibid.*
Suecici exercitus numerus. 208
Sueci Volgastrum occupant. *ibid.*
- Sueci Regis varia expeditiones.* 209
Eius felicitas. 196
Sundium ingreditur. 210. *Camminum*
obsidione cingit. 197. *Eius in Ca-*
sareos sauitia. 213. *In Megalopo-*
lim introitus. *ibid.* *Quibus de can-*
sis Rex Suecus in bellum impulsus.
 214. *Expeditionem in Pomeraniã*
parat. *ibid.* *Griffenbagam oppugnat,*
et capit. 215. *Landspergam oppu-*
gnat. 217 *Varij eius profectus.* 195
Legati repelluntur à Lubecensi con-
uentu. 162. *Prudens consilium.* 196
Litera ad Heluetios. 367
Sollicitudo de Tubarello. 395. *Milita-*
ris astus. 397. *Cupiditas pugnae.*
 398. *Obstinata ferocia.* *ibid.* *Eius*
documentum. 564. *Animositas, et*
incautum consilium. 432
Scolorum glandibus ictus exanimis
cadit. *ibid.* *Variæ de regis morte*
sententia. 433. *Mores, et animi do-*
tes. *ibid.* *Pietas.* *ibid.* *De eius mor-*
te fabula. 434
Suecici belli atrocitas. 190 *Eius causæ.*
ibid. *Contemptus.* 191
Suecorum procerum assensus. 194
Suanitzium fraudibus occupatur à Do-
na dynastâ. 158
Suecus legatus Batanorum auxilia im-
plorat. 210
Suecici exercitus læticia de isto cum
Gallo Rege fœdere. 211
Sueci ducis virtus indomita. 213
Suecorum ferocia. 215. *Receptus, et*
fuga. 218
Sueci Ducis stratagemma. 219
Sueci Bambergam occupant. 220. *Grip-*
swaldo succedunt. 245. *Fidem abrup-*
punt. 247. *Eorum inanis conatus.*
 251. *Victoria.* 270. *Dites manu-*
bia. *ibid.* *Franconia potiuntur.* 281
Varij eorum progressus. 288. *Hanna-*
 no

no accedunt. 292. Occupant urbē,
 & eorum consentia. 295. Tillia-
 nis insidiantur. 297. Casareos ca-
 dunt. *ibid.* Alifc cinibus excidium
 minantur. 299
 Aliso potiuntur. *ibid.* Eorum spes va-
 na. 301. Insolentia. 304. Casareos
 persequuntur. 321. Ad deditionem
 inuitant Vilsburgum. 322. Eorum
 exercitus numerus. 321. Dona-
 nertam aggrediuntur. 322. eorum
 mites artes, & ex cursus 324. Ba-
 naros inuadunt. 326. Rainam oc-
 cupant. 327. Contra Bambergem-
 sem Antistitem. 351. A Bamber-
 gensibus opprimuntur. 355. Bacchi-
 aram capiunt, & Cronacum. 361.
 Plura oppida tenent Casareis inui-
 tis 364. Eorum feritas. 374. Exer-
 citus ordo. 381. Audax facinus.
 394. Casareos ad pugnam lace-
 sunt. 396. Bauarorum castra inua-
 dunt. 398
 Stoloffum oppugnant. 401. Obenhei-
 mium recipiunt. 403. Casarea sub-
 sidia fundunt. 406
 Salassum amnen superant 421. Tor-
 mentis Casareis lancinantur. 431.
 Morientium Suecorum ferocia. 432
 Casareos fugant. 434. eorum con-
 stantia & prudentia. 439. Exerci-
 tus numerus à Lutzensi pugna 442.
 Cum Saxonibus ad Cygneam obsi-
 dendam contendunt. 444. eorum
 ad Lotharingum Ducem responsio.
 445. Franchentaliam recuperant
 Palatino. 446
 Suecduces sui regis vicem implent.
 451. Eorum in rusticos sugillata
 sauitia 453. Aurentum oppugnant
 & capiunt 457. eorum insolita sa-
 uitia. 457. Contra Casareos per-
 gunt. 460. Exercitus ordo. *ibidem*

Casareis neſtunt infidias. 463. eor-
 rum conuentus. 464. Vindelician
 inuadunt. 466. Timor de Imperia-
 lium apparatibus. 468. Cum Saxo-
 nibus pugnam in Austriacos decer-
 nunt 477. Pacis conditionibus cū
 Suecis assentiunt. 481. Forestes vr-
 bes in Heluetijs inuadunt. 484. In
 Lotharingiam incurrunt. 488. eo-
 rum conuentus. 494
 Sueci duces sua arma coniungunt. 496
 In Constantiæ conspectum veniunt.
 500. Eorum ferocissimus impetus
 in urbem Constantiam. 505
 Sueci ducis ausus. *ibid.* In regionum
 conspectum veniunt. 511. Ratispo-
 nam aggrediuntur. 517
 Sternuntur. 518. Eorum labor in Ra-
 tispona oppugnanda. 518. In reli-
 giosos viros acerbitas. 519. Cedun-
 tur à Philisburgensibus. 550. Philif-
 burgum Treuirensi Electori cedere
 negant. 501. Vuerdeno succedunt
 552. Donastuffum occupant. 556.
 Ascalingum oppugnant. 565. Ca-
 tholicorum subsidium cedunt. 565
 Suecorum ducum unitas. 571. Vilz-
 burgū oppugnant. 563. Bauaros fu-
 gant. 564. Eorum error in Ratis-
 pona subsidio. 578. Bohemiam in-
 uadunt. 582. In statua discedunt.
 584. Munera belli partiuntur. 587.
 Nerolinge succurrunt. 589. Pugnandi
 consilium abijciunt 592. A Ca-
 sareis recedunt. *ibid.*
 Subsidia recipiunt. 592. Propius Ne-
 rolingam accedunt. 593. Hispanos
 inuadunt. 595. Lacerantur Impe-
 rialium tormentis. 598. eorum mo-
 ra Casareis salutaris. *ibid.* Casareos
 inuadunt. 599. Fugantur à Casa-
 reis. *ibid.* Imperialium munimen-
 ta aggrediuntur, & capiunt *ibidem*
 Eo

Eorum incommodum. 600. Irritus labor. *ibid.* Varia proposita. 602. Eorum cladis initium à Nerolingia pugna. *ibi.* Receptus, fuga. 603. Nihil de pace cum Saxone duce à Cesare inita credunt. 612. Eorum trepidatio de Saxonis pace. 613. De Duce Saxone querela. 614. alia loca occupant in Tribocibus. 647. Aliquot vrbes recipiunt. 648. Brandaiso succedunt. *ibid.* Fœdus cum Fallis renouant. 656. eorum virtus & ferocia. 658
 Se V in mariensibus iungunt. 660. Eorum indomita virtus. 663. Labor, & industria in Volfempyto oppugnando. 656. Ab huius vrbis obsidione discedunt. 667. Eorum ex insidiarum molitione periculum. 673. Casareos aggrediuntur. 678. A Brigâ obsidione discedunt. 684. Lugidano subsidio veniunt. 686. Repelluntur. 687. Freibergæ arca oppugnant. 695. Ab ea obsidione discedunt. *ibid.* Bellum in Danum Regem decernunt. 684. Danos urgent. 696
 Suecica classis contra Danicam. 696. Augustam obsident. 711. In Helnetios mouent. 712. Eorum audacia. *ibid.* Lingenarcam arcem obtinent. 713
 Suenepbordiam obsident. 716

T

Taborium à Maradio oppugnatur. 66. & capitur. *ibid.* Propugnatum virtus. 67
 Tampierius Pannoniam adoritur. 37. Pannonios fugat. *ibid.* Amburgam frustra tentat. *ibid.* occiditur. 38. eius laudes. *ibid.*

Tellinæ vallis descriptio. 622
 Terzæ Valstaini consilium improbat, quod, picolomineo fiderit. 541
 Theodorici Gbislery virtus. 689
 Tillij oratio pugnam suadentis. 40. Idē pilsenam auro mundatur. 56. Mäsfeldiū ab oppugnatione Magdeburgi depellit. 70. Edelbergam aggreditur. 85. & capit. 86. Manhemium expugnat. 89. in hostem mouet. 97. Halberstatum persequitur. 99. Fridlandum castellum occupat. 101. Halberstato in stat. 101. Mansfeldium insectatur. 107. Varia occupat castella. 116. Niemburgum inuadit. 117. Mindenum oppugnat. 122. ab eo capitur, & diripitur. *ibid.* Danum regem sequitur. 134. Varia occupat loca. 137. In hostes tendit. 148. regios fundit. *ibid.* Volfelpytum obsidet. 149. eius industria. *ibid.* Hadenum obsidet. 152. & capit. 153. Kempenam vallo circumdat. 157. ad deditonem adigit. 158. Francofordiam migrat. 218. Magdeburgum redit. *ibid.* eius ira de dedita vrbe Demino. 220. Faldisbergam capit. *ibid.* Magdeburgi expeditionem parat. 220. Neubrandenburgum expugnat. *ibid.* eius salubre consilium. 221. contra Regem Suecum. pergit. 244. eius ad Cattos littere. 248. Cattis abstinet. *ibid.* eius ira ob acceptam cladem. 251. Suecos ad pugnam prouocat. 252. In Saxoniam copias immittit. *ibid.* ex omnibus præsidij cohortes deducit. 253. Ad Saxonum ducem monita. 254. Saxoniam aggreditur. 255. Lipsiam inuadit. 256. eius consilium de pugna vitanda. 262. Aldringbennum, & Tresembachium accersit. *ibid.*

ibid. Eius oratio pugnam damnantis. 264. Pappenbaimo succenset. 266. Eius alloquium ad duces *ibid.* Vulneratur. 270. eius querela de Pappenbaimio. 271. Voces de Lipsiana pugna. 273. Auxilia imporat. *ibid.* De bello reparando cogitat. 289. eius oratio ad milites. *ibi.* Norimbergā obsidet. 297. Obsidionem soluit. 298. eius infortunium. 298. Bauarum Ducem alloquitur. 328. Extinguitur. *ibid.* Tirolum excitur ad arma. 622
 Tormenta bellicam virtutem opprimunt. 270
 Torfsenfonius Lugidunū adoritur. 676
 In urbem irrumpit. 677. Trachemburgam acquirit. *ibid.* Varia oppida occupat. *ibid.* Schuuenitzium obsidet. *ibid.* Urbem Nissam oppugnat. 680. Et impetu capit. *ibidem* Eburum oppugnat & in deditionem accipit. *ibid.* Lugiduno succurrit. 686. Lipsiam contendit. 687. Lipsia recedit. 688. Lipsiam reducit exercitum. 690. Quatit tormentis urbem. *ibid.* Contra Galassim vadit. 702. Casareos aggreditur, & fugat. 703. Magdeburgum contendit. *ibid.* Pegauiam quatit. 704. Casareos fundit. 705. Eius varij progressus. 706. Littomeritium obtinet. 708. Fridlandiam arcem recipit. *ibid.*
 Torquati de comitibus conatus, & cōsiliū. 201
 Treuirensis Antistitis consilium. 303. in Galli regis fidem concedit. 304.
 Treuirensis Elektor Hermestainum castellum Gallis cedit fidei pignus. 388. Philisburgum repetit. 551. Liber dimittitur. 705. Treuiros int. 709

Treuiris struuntur insidia. 619. Ab Austriacis occupantur. *ibid.*
 Tropai difficilis expugatio. 146. Casareis cedit. *ibid.*
 Tubatellus redit in castra. 339
 Turcarum legatio ad Casarem. 23. Eorundem legatio ad Casarem. 90. Iidem magnum ebristianorum numerum captiuum abducunt. 112. A Pannonijs ceduntur. *ibid.* Contra Casarem beliant. 140. Eorum regis in dacicū bellum consensus. 358
 Tumultus in Pānonia Daco rege creato. 37
 Turianus comes Viēnā tentat. 10. Imperialium castra inuadit. *ibid.* Comes proscribitur. 59. Bellum in Casarem parat. 109. Idem, & Tubaldus Valsaino se dedunt, quibus cōditionibus. 526. Liber dimittitur. *ibid.* Purgat cladis labem. 527. Eius error in Nerolinge pugna 600
 Turrainns Treuiros ad deditionem inuitat. 709

V

V Aindelstainum insidijs à Casareis intercipitur. 685. mox recuperatur à Bauaris. *ibid.*
 Vaitusenium à Monasterij ciuibus expugnatur. 96
 Valsainus contra regem Danū. 117. Se Tillio iungit 118. In Mäsfeldiū mouet. 121. Eius victoria. 122. Mäsfeldium persequitur. 122. Hostes insectatur. 138. Turcas fugat. 140. Cōtra Mansfeldianos, & Vinmarienses mittitur 143. Lecuirum expugnat 143. Coselo copias admouet. 144. Eius militaris astus. 144
 Urbē capit. 145. In terrarum extrema Ger-

Germaniæ arma protendit 150. *Inter Imperij Principes recensetur* *A Casare Megalopoli*, & *Fridlandiæ ducatu donatus.* 152. *Sundium frustra urget.* 155. *Magdeburgi obsidionem molitur.* 166. & *obsidet.* *ibid.* *Ab obsidione sponte discedit.* 168. *Eius suspecta potentia.* 169. *In Germaniam regreditur.* 172. *Eius inquiet ingenium.* 173. *Hamburgios tentat.* *ibidem.* *Eius asperitas Suecicum bellum maturat.* *Megalopolitanos in sua verba adegit.* 174. *Eiusdem præsaque querelæ.* 181 *à Casare exauctoratur.* 196. *Damnosum de eo exauctorando consilium* 197. *eiusdem verba de Lipsiana clade* 289 *eiusdem ad Bauarum Ducem responsio* 330. *Cæsaris capijs præscitur.* *ibid.* *eius in Bauarum Ducem ira, & querelæ* 335. *Ad accipiendum armorum imperium inclinat.* 336. *eiusdem consilium in accipiendo armorum imperio* 338. *eius industriz in copijs reparandis.* 339. *Peteranas regiones ad signa vocat.* *ibidem.* *expeditionem parat in Suecos* 360. *eiusdem copiarum numero formidandæ* 375. *Bohemiam inuadit* 376. *Pragã oppugnat* *ibid.* *Pragam aggreditur, & capit.* 377. *Urbem minorem diripit.* *ibidem.* *Saxones tota Bohemia expellit.* 378. *eius astutia* *ibid.* *Lene ingenium induit.* 384. *Tubaldum affatur.* *ibid.* *eius de distinguendo rege consiliũ* 393. *Aureato subsidia submittit.* *ibid.* *eius consiliũ de Rege vincendo.* 396. *Cantiora consilia* *ibid.* *eiusdem perspicacia* 397. *Copias educit è castris* *ibid.* *eius mirifica virtus* 399. *Constantia, & impavidus animus.* *ibid.* *Noribergensium animas ten-*

tat. 409. *eius discessus* 410. *Perfidia à Bauaro Duce insimulatur.* 411. *eius consilia de pace* 412. *Colombachium frustra sollicitat.* *ibid.* *eius de occupanda Lipsia consilium.* 415. *Cheruscos ingreditur.* *Lipsiæ Mœnibus succedit.* 416. *Pappenhaimium vocat* 418. *eius dolor de dimisso Pappenhaimio, & sollicitudo* 423. *Militaris astutia utilis* *ibid.* *Salubre consilium* 424. *Suæ virtutis conatus intendit* *ibid.* *eius Imperatoriarum artes.* *ibid.* *eius dolor de amissa pugna* 440. *Pragam proficiscitur* 441. *eius in reparando exercitu cura* 465. *Admirandus.* *ibid.* *Formidandus ex hybernis monet* 467. *Bauarum Ducem monet de Gratzij perfidia* 472. *Pacis mentionem inijcit* 478. *eius conditiones pacis salsò vulgatæ* 481. *Inlecta pacis mentione prælium discussit* 482. *Suenitizium arma frustra conuertit* 483. *eius receptus* *ibid.* *consilium timorè tegens.* *ibid.* *Oxensternum decipit.* 494. *Copias in Cheruscos immittit.* 495. *Indignatur de armorum cura Fera duce coniunctione.* *Eius variæ artes.* 512. *Eidem fauendum decernitur à Suecis.* 514. *Pectoris arcana prodit.* *ibid.* *Eius fides exigitur.* *ibid.* *Suecos è Germania efficiendos contendit* 515. *eius formidabilis copiarum.* 521. *Mora damnata* *ibid.* *Perfidia insimulatur Bauaro Duce deserto.* 521. *De eo multorum suspicio.* 525. *Carpitur ab inuidis.* *ibid.* *Varia eius gesta.* 527. *Eius risus de protestantium apparatusibus.* 528. *De sua ruina præagitur.* *ibid.* *De duce Bauaro querelæ.* *ibid.* *Consilium, & mandata ad Cæsareas copias.* *ibid.* *Opem Bauaro ferre recusat*

fat. 530. *Excusationes negatę Bauaropis* 531. *Eius odium in Hispano.* 532. *Eius ira ob abrogatũ imperiũ.* 536. *impellitur ab omnibus . ibid.* *Varię molitiones. ibid.* *Eius facta explorantur.* 534. *eius imprudentia. ibid.* *exercitus duces sollicitat.* 536. *eius ad patrẽ Capuccinorum Casaris legatum respõsio.* 535. *Aliare sponsi . ibid.* *Ad copiarum duces alloquium.* 537. *eius emulorum latinitia ob eius contumaciam.* 540. *In perfidia suspitionem venit ibid.* *eius timor de Aldringheno. ibid.* *errata.* 541. *aliud. V alstaini erratum ibid.* *Illi abrogatur imperium, & Galassio traditur* 542. *Vndique urgetur. ibid.* *Eius emulorum timor de eius potentia ibid.* *animi estus. ibid.* *Precceps consilium, & desperatio. ibid.* *Proscribitur à Casare.* 543. *ad Suecos transirẽ parat. ibid.* *De ipsius fraudibus Suecorum ducum timor. ibid.* *Egram profugit. ibid.* *eius amicis parantur insidia.* 544. *In eius necem insidiarum apparatus.* 545. *eius amici ceduntur. ibid.* *Quid ageret ante necem.* 546. *eius cubicularius insidias inclarat. ibid.* *Vulneratur, & interficitur ibid.* *eius fortuna, & dotes. ibid.* *Cadaver honorificẽ tumulatur.* 548. *eius amicorum cęsorum corpora in sacra ede collocantur. ibid.* *eius amici conyiciuntur in vincula, mox liberãtur.* 548. *eius percussores præmijs donantur.* 549
Varię urbes Suecum iugum accipiunt.
 319
Veerius Dux Anglus Cholorestainum obsidet. 65
Venetorum militũ timor. 180. *Manuę succurrunt.* 181. *Eorum subsidium in urbem intrat.* 182. *Iterum*

urbi succurrere student. 185. *Venetorum copiarum fuga, & timor.* 187
Velitationes inter Imperiales, & Suecos. 393
Venti Casareos iuuant. 148
Verbenum deditur Suecis. 637
Victoria pugna Nerolingę momentũ. 604 *Manubia.* 606. *Exercitus latinitia.* ibidem.
Vberlingę præfelli virtus, & constantia. 698. *Vberlinga deditur Bauaris.* 699
Victoria Suecorum Lipsiana pugna. 270.
Vienna munitur. 342
Vigil proditor. 303
Vindelicia descriptio. 325
Vinmariensis Niemburgo subsidio festinat 118
Ducit in Quadros. 138
Eius seuitia. 140
Liquitzium tentat. 141. *Ea urbe potitur. ibid.* *Eius gesta. ibid.* *Mortitur.* 142. *Insidijs Manheimiũ intercipit.* 302. *Eius ferocia, & virtus* 434. *Eius hortatio ad Suecos.* 437. *Suecicis copijs præficitur.* 439. *Eius ad Saxonem Ducem hortatio.* 442. *Lipsiam aggreditur, & occupat.* 443. *Arcem oppugnat. ibidem.* *Eius virtus Fræconia donatur.* 457. *Ad Inglostadiũ adyicit oculos.* 469. *Gratzy comitis animum aggreditur. ibid.* *Ille, & Hornus de occupanda Ratispona cogitant.* 475. *Contrahit copias.* 510. *Casareos inuadendos censet.* 515. *In Vindheliciam inuehitur, & eius profectus.* 516. *Eius dolor de V alstaini nece.* 548. *Eius cura de Ratispona.* 577. *Cogere auxilia satagit.* 579. *Luconitũ obsidet.* 581. *Aichum obtinet. ibid.*

- ibid.* Eius animositas ignauiam increpantis. 591. Iterum pugnam suadet. 593. Pugnam decernit. 594. Horni timorem notat. *ibid.* Eius indomita virtus. 602. Eius secundus error. *ibid.* Receptum imperat. *ibid.* Fugit. 604. Gratzio receptum suadet. 603. Ad Gallica stipendia transit. 622. Ab Austriacis fugatur. 626. Eius copiarum difficultas. 638. Eius generosa consilia, & acta. 638. Eius varia gesta. 640. Brisiaci expeditionem molitur. *ibid.* Illū incipit obsidere. 641. Eius proposita. 643. In Triboces regreditur. 653. Bensfeldam occupat. 654. Fato cedit. *ibid.* Eius laudes, & dotes. *ibid.* Vinmarienses pugnam decernunt. 670. Castra Casarea aggrediuntur. Vinmarienses, & Galli Casareos expectant. 679. Castra cum Batauis coniungunt. *ibidem.*
- Virtingui Offenburgū obsident. 403. Eorum, & Vinmariensium excursus. 419. Tela, armaque parāt. 588. Suecicas partes sequuntur. 362.
- Ylma vrgetur à Casareis. 614. Ylmenses recipiuntur in Casaris gratiam. 624.
- Volfempytam obsidetur à Tillio. Casareis cedit. 150.
- Volgastum vrbs deditur Suecis. 208.
- Vormatia Vorms. 85. Vormatia Ga-
- lassio se dedit. 625.
- Vrangelius Teudertum vrget. 710.
- Menauiam insulam oppugnat. 713.
- Reichenauiam obtinet. 714. A Lindauia oppugnatione discedit *ibid.* Ad Egram obsidendā cōtendit eius incurfus. 629.
- Vratislavia se Saxonibus tradit. 392. A Casare deficit. 549. Eius aliquot fidi Casari ciues. *ibid.* Fœdus cum Sueco inijt. 550.
- Vuerdenum deditur Suecis. 155. Eius præfessus ciues ad tuendam urbem hortatur. 552. Eius ira in senem. 555. Defensionem parat. *ibid.*
- Vuertus Gallicos commeatus intercipit. 628. Hermestainum oppugnat. 682. Quod fame domitū capit. 634.
- Hannauū obsidione circumdat 634. In Mariam descendit. 636. Contra Vinmariensem vadit. *ibid.* Gallos fundit. *ibid.* Prope Suecos accedit. 637. Contra Vinmariensem proficiscitur. 639. Cum Vinmariensibus velitatur. *ibid.* Capitur cum Sabello duce à Suecis. *ibid.* Ille, & Sporkius ad Casarē transeunt. 719. Cū pluribus militū cohortibus. 720.
- Vuelsalia, Vesel. 116.
- Vuicleesi libri in Bobemiā inuecti plurimum mentes sædant. 5.
- Vuittenbergius contra Montecuculum. 714.

F I N I S.



